Biblionum
Apparatus
tom. 2.

A 1

Ex libris Monrij B. Mi de Bononuntio clarissimi Congregacionis S.ti Mauri

COMMVNES ET FAMILIARES HEBRAICAE LINGVAE IDIOTISMI,

Catalogo Inscript.

OMNIBVS BIBLIORVM INTERPRETATIONIBVS, ac præcipuè Latinæ Santis Pagnini verſioni accommodat; atque ex variis doctorum virorum laboribus & obſeruationibus ſelecti & explicati,

BENEDICTI ARIÆ MONTANI HISPALENSIS OPERA.

AD SACRORVM BIBLIORVM APPARATVM.



ANTVERPIÆ
Excudebat Chriſtophorus Plantinus
Prototypographus Regius.
M. D. LXXII.

BENEDICTI ARIAE MONTANI
IN LIBRVM DE HEBRAICIS IDIOTISMIS,

PRÆFATIO.

NEMINI dubium est, quin sacra Scriptura, ob rerum, quas continet, magnitudinem, eiusque, qua perpetuò vtitur, orationis dignitatem, grauitatemque singularem, atque admirabilem verborum dispositionem, difficilis sit, atque attentum, diligentemque requirat lectorem. Veruntamen omnis ea, quæcunque occurrit, difficultas, iis qui hebraicè sciunt, multò minor est, quàm ijs qui antiquissimæ illius linguæ cognitione sunt destituti. Nam, vt de certis singularum linguarum figuris, & schematis (quæ vocant) taceamus, quorum quidem parem elegãtiam, magno licet adhibito studio, in alias linguas conuertere non possis; sunt etiam in vnoquoque linguarum genere, dialectorum idiotismi, qui quidem, si è verbo in aliam linguam conuertantur, eam parient difficultatem, quæ, quominus sententia intelligi possit, efficiet: ac præterea eam, in quam transferuntur, linguam, minus politam reddent, & elegantem; cùm tamen in ea, ex qua conuersi sunt, perspicui, maximeq; proprii sint. Atque hoc quidem suo veluti, ac singulari quodam iure sibi lingua vindicat Hebraica. quacum, quænam alia ex antiquis illis linguis, quæ ad nostram vsque ætatem peruenerunt, tum singulorum verborum delectu, figuris, varioque ac multiplici idiotismorum vsu comparari possit, est omnino nulla. Adeo enim est copiosa, adeoque communi hominũ sermone culta, vt eas, quas enunciat, res non significare, sed ob oculos ponere, veraq; ac viuam earum imaginem repræsentare videatur. At verò in affectibus exprimendis, tota illa, quantumuis maxima, elegantissimorum poetarum, qui alijs linguis poëmata conscripserunt, facundia, cum huius simplicitate conferri nullo pacto potest. adeo vt, qui hebraica lingua alium loquentem audit, non illud, quod sentit is, doceri, sed ipsas animi affectiones ipsaque præcordia sibi penitus aperiri putet. Harum autem magnarum certè vtilitatum commodo omnino carent ij, qui ad eius linguæ fontes non accesserunt. Quod cùm præclarè intelligerent ij, qui in eo studij genere sunt versati, potissimùm verò vulgatæ, quam vocant, editionis interpres: bonam eorum idiotismorum partem Latinis vt traderent, omni cura, diligentiaque effecerunt: videbant quippe, non solùm quid à Spiritu Dei dictatum; verùm etiam quibusnam id modis pronuntiatum sit, obseruari, cognoscique oportere: atque adeo nullum omnino in Sacris literis apicem, aut iota otiosum esse: sed ex vnoquoque, id modò si attentè consideretur, magnum ad lectores compendium peruenire posse. Atque hæc quidem dum attentius interpretes persequi conantur, inusitatos loquendi modos in alias transferunt linguas: qua ex re non minimum nascitur obscuritatis. quam quidem obscuritatem dum Latini sermonis proprietate temperare cupiunt, ab eius, ex qua conuertunt, linguæ elegantia discedunt: adeo vt non raro à suscepto negotio desistere cogantur. Quapropter cùm nos in ijs, quæ Philippi Catholici Hispaniarum regis iussu, Biblijs edita sunt, aliquid præstare cuperemus, quo & doctis, linguarumque peritis satisfacere, atque ijs etiam qui earum linguarum cognitionem non sunt adepti, prodesse possemus, eos veteris Testamenti libros, qui quidem Hebraicè extant, sua lingua edi, atque inter Hebraici cõtextus lineas, in communem omnium studiosorum vtilitatem, Latinam interpretationem describendam curauimus: ita vt, & Hebraica integra conspiciatur, & Latina interpretatio non tam proprietati Latinorum, quàm ipsi Hebraicæ veritati, quoad eius fieri potuit, respondeat. id quod linguæ Hebraicæ cupidis neque iniocundum, neque inutile fore speramus. Vt verò & ijs qui hebraicè sciunt, & ijs qui eius linguæ nullam habent cognitionem, pariter consuleremus, hebraismique tractandi difficultatem molliremus; multorum doctorum hominum laboribus collectam, diligentia verò nostra in compendium collatam, & in ijs, in quibus oportuit, locis, explicatam hebraismi rationem hoc, quem exhibemus, libello, complexi sumus. quem quidem qui diligenter euoluet; omnium earum interpretationum, quæ quidem extant, tum verò etiam illius, quæ à nobis de verbo est reddita, intelligentiam, absque vlla difficultate assequetur. At verò vt operis breuitati etiam prospiceremus, Latina idiotismorum interpretatione contenti, exempla omisimus: quorum tamen & librum, & caput, ac versus numerum indicauimus. Cùm enim libri sacri præsto sint, quorum lectio huius operis vsum, atque adiumentum postulat; superuacaneum fuisset ea omnia exempla in hunc locum conferre. Atque hac quidem in re præposterus ordo est vitandus. neque enim ab idiotismorum & phrasium lectione ad Bibliorũ cognitionem; sed contrà à sacræ Scripturæ lectione ac studijs, ad idiotismorum congeriem, veluti ad Dictionarium, quod consulatur, recurrendum est. Superioribus annis editus fuit à Vuesthmero quodã liber, qui, Phrases sacræ Scripturæ, inscriptus est: vtilis is quidẽ; nisi auctoris veneno alicubi infectus simplici aliàs lectori, nocere potius, quàm prodesse potuisset. quem F. Laurentius Villa-Vicentius nostràs, pius ac doctus vir, meliori, tutiorique restitutum lectioni, denuo Antuerpiæ edi curauit. quem librum si quis legerit, magnos se progressus facere sentiet. est enim variis diuersorum auctorum de eadem phrasi sententiis refertus, multiplicique rerum disputatione ornatus. Nostrum autem hoc opus non tam ex interpretum & doctorum virorum placitis, quàm ex simplici hebraici sermonis obseruatione, familiarique vsu est concinnatum: atque adeo ad eam rem, quam explicandam suscepimus, hoc est, ad sermonis, & idiotismi hebraici cognitionem, in primis oportunum fore arbitramur. Nam, quod ad res, rerumq; significationes explicandas pertinet, id à nodis in eo libro, quẽ De arcano sermone inscripsimus, abundè est præstitum. Quem quidem conatum, sicut cæteros omnes nostros, non tam ex eius expectatione, reique ipsius comparatione, quàm ex animi nostri studio æstimari, probarique optamus. neque verò ii sumus, qui nostras lucubrationes solas placere, eásue cæteris præferri velimus: sed quicquid à nobis est præstitum, id eam potissimùm ob causam à nobis est elaboratum, vt communi omnium Christianorum vtilitati consuleremus; nostrisq; laboribus maiora ingenia ad aliquid maius his enitendũ, præstandumq; inuitaremus, atq; incitaremus. Nihil enim nobis potest esse optatius, quàm, vt omnes Christiani diuino spiritu afflati, vt suæ genti optabat Moyses, suis etiam hominibus prophetent. Datum Calendis Martii, M. D. LXXII.

COMMVNES ET FAMILIARES
HEBRAICÆ LINGVÆ IDIOTISMI.

1. INTER *ea quæ in singulis linguis animaduersione digna censentur, vnum illud apprime vtile est obseruare quid proprie vocabulum significet, deinde ad quas res per similitudinem transferatur. Vocamus autem similitudinem quamcunque metaphoram, siue analogiam, siue ampliationē, comparationem aut rerum ipsarum vel significationum affinitatem. Vt Dominus proprie is dicitur qui suo imperio alium domat & regit, vel qui domui præest. aliquando verò extenditur ad significandum maritum. præterea præcipuus & summus in vnaquaque arte vel ratione Dominus dicitur. Sic etiam Pater cùm eum significet qui alium genuit, pertinet quoque ad significandum summum aliquem in aliqua arte magistrum, ac præsidem collegij, societatis, rei, vel negotij: vt Pater canentium cithara, summū in ea arte & optimum perfectissimumq; cæterorum doctorem, aut inuentorem dexterrimum interpretamur.*

2. *Verba quoque figuratè vsurpantur ad maiorē significationis elegātiam: vt Volare, pro præstantē esse in aliqua re vel actione, & celeritate maxima ferri: Stillare, pro loqui: Vigilare, pro diligenter curare: Florere, pro ornatu decoreq; magno agere.*

3. *Epitheti aut adiectiui loco possessiuus casus vsurpatur: vt Filius perditionis, filius perditus: Filius mortis, morte dignus aut capitis damnatus iure ipso: Mulier virtutis, pro fœmina strenua & forti.*

4. *Substantiuis formalibus nominibus adiectiuorum loco maioris significationis causa Scriptura vtitur. vt, Quoniā iustus Dominus iustitias dilexit: id est iustos. & Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es, id est, iniquos.*

5. *Interdum sub communi & indefinito verbo aliud intelligitur certum nomen, vel à verbo ipso deductum, vel ex sentētiæ ipsius obseruatione manifesta explicandum: vt, Vnam petij à Domino, & hanc requiram, intelligo petitionem. Et nuntiauit illi, subaudio nuntius.*

6. *Aliquādo antecedens, pro cōsequenti, aut prius pro posteriori vsurpatur: vt, Sicut mercenarius expectat opus suum, id est mercedem operis, Iob 7. Et emendo emam abs te pro commutatione, id est, pro re aliqua vel pretio: 2 Reg. 24. Et quā dabit homo commutationem pro anima sua? Matth. 16.*

7. *Est & Appositionis figuræ vsus cum præpositionibus & sine præpositionibus, maximè cū posterior Appositionis pars nomen proprium est, exponitq; priorem: vt, Impetum fecerunt in virum, in Lot. Gen. 19. & Obseruate in puero, in Absalom, 2 Reg. 18. Et carnem cum anima sua, sanguine suo, non comedetis: Gen. 9.*

8. *His affinis est Anadiplosis quæ maioris significationis emphasis & notationis causa eadem repetit verba: vt, Quoniam ecce inimici tui Deus; ecce inimici tui peribunt, Psal. 92. Et Dominus regnauit, decorem induit, induit Dominus fortitudinem, Psal. 94.*

9. *Est & Eclipsiū non rara obseruatio, quæ vehemētem animi angustiam dicentis indicant: vt, Sed tu Domine vsque quo? Psal. 6. Et oculus meus extractus est, & non quiescit, neque intermissiones, Thren. 3.*

10. *Substantiua nomina pro aduerbijs capiuntur, præsertim adiuncta præpositione. vt, Fecerunt seruire filios Israel in duritia, id est, duriter & grauiter. Exod. 1. Et, In finem dilexit eos, id est, extremè. Iohan. 13. Et absorpta est mors in victoria, id est, victoriosè. Isai. 26.*

11. *Infinitiuus sæpe pro nomine aut pro gerundio accipitur: vt Comedere, bibere. Hag. 2. paulum sedere, paulum quiescere Prouerb.*

12. *Nomē substantiuum geminatum in diuerso genere omnem illam naturam in vniuersum complectitur, quanquam speciebus & formis diuersam: vt, Auferet Dominus sustentaculum & sustentationem, Isai. 3. Et, Nunquid audire potest seruus tuus cantores & cantatrices? 2 Samu. 19.*

13. *Nomen Substantiuum geminatum atque posteriori loco pluraliter pronuntiatum, excellentiam significat in suo genere, ac superlatiui latini vim indicat in priori. vt, Sancta sanctorum, id est, sanctissima: Canticum canticorum, id est, præstantissimum canticum. Vanitas vanitatum, id est, ipsissima vanitas vanissima.*

14. *Duo nomina substantiua simul posita eiusdem ferè significationis, quorum posterius est, in genitiuis sese ita exponunt, vt prius partem posterioris indicet: vt, Terra pulueris, Dan. 12. id est, portio pulueris, aut terra minutissima qualis puluis est.*

15. *Substantiuum nomen repetitum distributionem significat: vt, Septem septem, Gen. 7. id est, ex singulis speciebus septena. Et cepit eos mittere duos duos. Mar. 6. id est, binos. Et in valle Sidim putei putei bituminis, id est, vbique putei.*

16. *Verba siue nomina adiectiua geminata augent sententiam & vehementiori voce pronuntiantur: vt, Contaminatus contaminatus censebitur, Leuit. 13. Cecidit cecidit Babylon illa magna, Apoc. 22.*

17. *Adiectiua cum verbis constructa Aduerbij naturā admittunt: vt, Non bonum hominem esse solum, Gen. 2. id est, non bene aget homo solus. Et leue est vt sis seruus meus ad suscitandas tribus Iacob. ponam te in lucem gentiū vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ. Isai. 49. id est, Nō leuiter es tu seruus meus vt hoc tantum facias, sed illud etiam facturus es. Et tu Bethlehem Ephratha, parum est quod es in millibus Iudah: ex te enim egredietur qui sit dominator in Israel, id est, non de nihilo est te esse in millibus Iehudæ.*

18. *Collectiuum nomē per Syllepsim construitur cū verbo plurali: vt Dimitte populum meum vt colant me. Exod. 8. Et viderunt omnis Ecclesia, quòd expirasset Aharon, Num. 24.*

19. *Plurale nomen iunctū verbo singulari exponitur partitione singillatim: vt, Iliæ incedit super muro, id est, vnaquæq; vna post aliam. Gen. 49. Muscæ mortis fœtere facit vnguentum, id est, quælibet musca mortua.*

20. *Pronomina Hebræus sermo in altero casu quā substātiuum nomen ponunt, cùm tamen ad eandem rem vtrumque referatur: vt, Nox illa occupet eam caligo, Iob 3. id est, Illam noctem caligo occupet. Et Dominus in cælo sedes eius, id est, Domini sedes in cælo est, Psal. 10.*

21. *Nominatiuum pronominis, quod postea in alio casu cum verbo repetitum construitur, emphasim habet, & quasi notationem personæ & officij: vt, Ego in via, deduxit me Deus, Gen. 44. id est, Dum ego iter facerem, deductus sum à Deo. &, An ieiunando ieiunauerunt me ego, Zachar. 7. &, Etiā tu, in sanguine testamenti tui, emisi vinctos tuos de lacu in quo non est aqua, Zachar. 9.*

22. *Participium præteriti nonnunquam actionem finitam & præteritam atque transactam notat: vt, Qui sedent in sepulchris, & in obseruatis morantur, Isai. 65. id est, In ijs quæ iam obseruari desierunt. Et vidit quòd exspectatum esset, Ezech. 19. id est, Quod spectari desitum esset, nihilq; iuuisset illa spectatio.*

23. *Hypallage frequens est in Scripturarum lingua: vt, Et ciuitatem miserunt in ignem, Iud. 1. id est, Ignem in ciuitatem. Et, Ecce misi ad te Naaman seruum meum; vt colligas eum à lepra sua, id est, Lepram eius ab ipso.*

24. *Coniugationes Verborum considerare operæpretium fuerit, magna enim significatio verbis adiungitur ex coniugatione; nam aut augetur aut minuitur, aut reciprocatur, aut etiam mutatur sententiæ vis: id quod Hebraicè scientibus est apertissimum: atque hactenus tantum cuperem Theologos omneis, imo omnes sacrarum literarum studiosos Grammaticis Hebraicis operam dare, vt vel legere & coniugare singuli possent, magnum profecto vsum adepturi: is labor vnius ferè mensis tantum erit; cætera exiguo negotio ex huius apparatus lectione accedent.*

25. *Tempora Verborum non sunt perpetuò ad amussim obseruanda, nam futura apud Prophetas in Præterito referuntur tanquam rerum futurarum spectatores factos à Deo, quibus*

26. *adeo certa erant respõsa ac si facta transactaq; res iam fuisset.*

Futuri significatio perpetua.

Futuro vtuntur Hebræi in significatione earum rerum, quæ vel perpetuæ sunt, vel secundum naturam, vel secundum ius, æquitatẽ & decorũ, ita esse debent. Estq; ea vis Præteriti apud illos in disciplinis quæ apud Latinos Præsentis. Absoluuntur enim verba in disciplinis à tẽporis significatione, & rei ipsius siue actionis siue passionis proprietatem certitudinemq; significant: id quod Hebræis per futurum tempus fit, multoq; quam Latinis rectius, nam futurum præteriti & præsentis rationes in se continet, quod facile probatur in negatione futuri. Qui enim à principio rerum verè negaret, hoc modo: Homo non erit iniustus; is nimirum cætera tempora negaret verissimè. Homo non fuit iniustus, & homo non est iniustus. At verò, qui à principio negaret hoc modo; Homo non fuit, vel non est iniustus; is non continuo sic dicere verè posset: Homo non erit iniustus. Complectitur ergo futurum cætera tempora quibus illud minimè continetur; atque hæc ratio ad elegantem & certam multorum locorum explicationem obseruanda diligenter est: maximo vsui futura non modò ijs qui Hebraica, sed ijs etiam qui Latina Biblia legunt; quibus sæpe futurum pro omni tempore est exponendum: vt, Os habent, & non loquentur: Oculos habent, & non videbunt: Aures habent, & non audient: Nares habent, & non odorabunt: Manus habent, & non palpabunt: Pedes habent & non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo.

27. Temporũ conuersio

Illud præterea animaduertendum est vulgatum Hebraicè scientium præceptum, solere præteritum verbum in futurum, & contrà futurum in præteritum conuerti adiuncta vtrique coniunctione, Et: non semper, sed vbi coniunctio illa Hebraice est VAV *cum vocali* pathaah, *quam* vau *conuersiuam Grammatici dicunt.*

28. *Verba quæ exhortationem vel dehortationem significant, completiuè exponuntur, vt: Ne timeas, id est, Ne frangaris metu, Exod. 13.*

29. *Quædam sunt verba quæ cùm non significent motum, tamen præpositionibus adiunctis cum motu & applicatione exponenda sunt: vt, Accipient ad te vitulam ruffam, id est, Acceptam ducent ad te, Num. 19. Et cepit populus scortari ad filios Moab, Num. 25. id est, Transire ad filios Moab scortationis studio. Et: Prophanasti in terram coronam eius, id est, Prophanando deiecisti, Psal. 89.*

30. Datiuus additus.

Datiuus præter verbi solennem cõstructionem orationi adiectus, vtilitatis & vsus significationem indicat. vt, Exi tibi de terra tua & de cognatione tua, Gen. 12. id est, Tu solus tibi ad tuamq; vtilitatem migrato istinc. Et ecce Rex tuus venit tibi iustus, Zachar. 9.

31. Imperatiuus.

Imperatiuus aduerbij demonstrantis aliquando vim obtinet, vt: Vide, odor filij mei sicut odor agri pleni, Genes. 27. Vide, verba tua bona, 1 Sam. 15.

32. *Non raro Imperatiuus aduerbij loco ponitur iunctus alij verbo: vt Festina exaudi me, Psal. 102. id est, Quàm citissimè vel festinanter.*

33. *Secunda persona Imperatiui præsentis Hebraici sermonis idiomate nonnunquam vsurpatur pro tertia futuri imperatiui. vt: Accipite à vobis leuandam Domino, quisque spontaneus conferat eam, id est, Accipiant. Exod. 35. Deuolue ad Dominum, liberet eum, id est, Deuoluat ad Dominum, liberet eum.*

34. *Imperatiui in affirmatiuis, & Futuri in negatiuis præceptis vsus est frequentissimus. vt: Honora patrem tuum & matrem tuam. & Non furtum facies, non occides, non concupisces. Negatiua enim præcepta perpetua sunt, omniq; tempore obligant, idq; futuro rectè significatur.*

35. *Infinitiuus cũ alio verbo tertiæ personæ iunctus, in eandem personam transferri potest vt melius explicetur. vt: Et patres accenderunt ignem, & mulieres ponere pastam, Ier. 7. Et, Quinetiam cerua agri gemuit, & derelinquere, quia non erat gramen, id est, dereliquit.*

36. *Idem verbum geminatum priori parte in Infinitiuo siue Gerundio posita, asseuerationem & vehementiam significat. vt Faciendo faciam misericordiam in te, propter Ionathan fratrem tuum, 2 Sam. 9. Castigare castigauit me Deus, sed morti non tradidit me, Psal. 117. Et venire veniet, & non tardabit, Habac. 2.*

37. *Idem Infinitiuus repetitus in oratione negante negationem intendit. vt: Vngendo non vnctus sum, id est, Nequaquam sum vnctus, Dan. 10. Et releuando non releuabunt populum hunc, Mich. 1.*

38. *Verba exhortationis, conuocationis, vel monitionis alteri verbo præponi solent studij significandi causa, & per Aduerbium exponuntur. vt: Venite faciamus lateres, Gen. 11. 1. Age paremus lateres. Venite & disperdamus eos de terra: id est, Celeriter & contentè atque velociter disperdamus.*

39. *Nonnunquam ex duobus verbis prius posterioris antecedens est, vt: Et tu exurgens Domine misereberis Sion, Psal. 102. id est, Surges vt miserearis.*

40. *Tertia persona præteriti, & futuri etiam, aliquando impersonaliter exponitur, cũ actio ad multitudinem, siue ad perpetuitatem refertur. vt: Quoniam vocabitur remissio Domini, Deut. 15. Et, A sæculo non audita sunt, neque mandata sunt, Isai. 64.*

41. *Personarum verbi mutatio in eadem oratione quanquam ad eandem personam vel rem relata, frequens est in sacris libris, maximè verò in carminibus. vt: Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri, vt cognoscamus in terra viam suam, in omnibus gentibus salutare tuum, Psal. 66. Et, Quia pudefient ab arboribus quas concupiuistis, Isai. 1.*

42. *Plura verba primæ aut secundæ coniugationis actiuæ vocis neutropassiuam significationem habent, idq; ex Spiritus sancti interpretationibus docemur. vt: Credidit Abraham Deo, & imputauit illi iustitiam, Gen. 15. hoc est, (vt D. Paulus exponit) Imputatum est illi ad iustitiam, Rom. 4. Et, Vt iustus fias in sermonibus tuis, Psal. 51. Apostolus interpretatur, vt iustificeris in sermonibus tuis, Rom. 3. Et, Absorpsit mortem victoriâ, Isai. 25. id est, Absorpta est mors in victoriam, ita Paulus, 1 Corinth. 15. Et, Neq; etiam aperiet aurem tuam, pro, Aperta erit auris tua, Isai. 48. Et, Aperient portas tuas, pro, Apertæ erunt portæ tuæ. Et: Quia de mercede meretricis collegit, pro collecta est, Mich. 5. Et: Noctes laboris subtraxerunt mihi, Iob 7. id est, Subtractæ sunt.*

43. *Verba quæ culpæ auctoritatem significant, & Deo attribuuntur qui culpæ auctor nequaquam est, ita exponi debent; vt Deus non actiuè, sed priuatiuè se habeat in ea re ex qua priuatione & subductione Dei, homines in tenebras profundas sese suo ipsorum impetu coniciunt horrendo cum periculo, cùm proni ad malum sint ab adolescentia sua, hoc modo exponenda sunt illa: Indurabo cor Pharaonis, Exod. 7. Et, Quare errare facis nos à vijs tuis? Isai. 63. Et, Deus autem huius sæculi excæcauit mentes incredulorum, 2 Cor. 4.*

A.

A Bono ad malum loqui, Gen. 31, 24 & 2. Sem. 13, 22. pro: blandum siue asperum.

A Boue vsque ad asinum, vsq; ad pecus. Exod. 22, 4. pro: siue bos fuerit, siue asinus siue pecus.

Ab acinis & vsque ad corticem non comedere. Num. 6, 4. id est: siue illud fiat de acinis vuarum, siue de cortice earum.

A faciebus sacerdotum scribere, Deut. 17, 18. pro: Ad exemplar sacerdotum, vel accepto exemplari sacerdotum, eorumque auctoritate.

A Deo vel Domino esse. 1. Par. 5, 22. & 13. 1 Reg. 2, 15. & Ier. 51, 53. id est: Deum auctorem esse & velle.

A Domino è cælis pluere, Gen. 19, 24. Emphatica repetitio, pro: Dominum è cælo pluuiam mittere.

A die in diem, & à mense in mensem. Esth. 3, 7. pro: singulis diebus & singulis mensibus.

A die vsque ad noctem consummabis me, Ies. 38, 12, pro: spacio vnius diei.

A diebus meis. Iob 27, 6. pro: Quamdiu vixero.

A die hac & supra. Hag. 2, 16, 19. pro: ab illo tempore & in futurum.

A facie Dei vel Domini. 2. Para. 34, 27. & Malach. 3, 14. id est: coram Domino. Quò à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Psal. 139, 7. pro: Quomodo spiritum tuum & conspectum latebo? Spiritu qui est à facie mea. Ies. 57, 16. pro: à me immissus. Vide Facies & Spiritus.

A facie. Psal. 102, 11, & 18. Ier. 41. 9. id est: ob vel propter.

A filijs hominum. Psal. 21, 11. pro: ex hominum numero.

A fine quadraginta dierum. Num. 13, 26. pro, Exactis quadraginta diebus.

A longe. Ies. 25, 1. id est: A longinquo tempore vel ante multa tempora.

A masculo ad fœminam. Num. 5, 3. pro: tam masculos quàm fœminas.

A magno & vsque ad paruum. Est. 1, 20. pro: Tam maiori quàm minori. & sic 1 Sem. 30, 19. Non deesse à paruo & vsque ad magnum: id est: Neque paruum neque magnum.

A puero ad senem. Gen. 19, 4. pro: tam pueri quàm senes.

A viro & vsque ad mulierem, 2. Sem. 6, 19. pro: tam viris quàm mulieribus.

A non sicut tu. Ier. 10, 6. pro: Ex eo quòd non est tibi similis.

A tergo non recedere, Ier. 32, 40. id est: Beneficijs prosequi non desinere.

A celsitudine eius non potero erui. Iob 31, 23. Id est, propter maiestatem vel excellentiam eius.

A voce gemitus mei. Psal. 102, 6. Id est: præ gemitu meo. & sic de similibus.

A seculo. Prou. 8, 23. pro: A principio ab initijs terræ. vide Seculum.

AB.

Ab homine vsque ad animal. Num. 3, 13. pro: tam ex hominibus quàm ex animalibus.

Castrametari domui ab exercitu & à transeunte. Zach. 9, 8. est: per circuitum eius castra locare, ne lędatur ab aliquo exercitu, aut à transeuntibus.

Ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes. Ies. 33, 3. vel ob sublimitatem tuã, seu celsitudinem.

Ab heri. Vide Heri.

Ab homine eijcere. Dan. 4, 29. pro: A commercio hominum.

Ab seu Ex ipso Iesa. 18, 2, 7. pro, Iam inde à suo exortu, vel ab ipso egressu ex Ægypto, ab eo tempore.

Ab Oriente & ab Occidente Ios. 11, 3. sub. habitans.

ABBREVIARE.

Abbreuiari anima. Num. 21, 4. & Iud. 10, 16. est, Angustijs affici & à longanimitate recedere.

Abbreuiati manu, 2 Reg. 19, 26 Iesa. 37, 27. pro: Imbelles, imbecilles siue infirmi effecti sunt.

Nunquid manus Domini abbreuiata est? Num. 11, 23. Id est: Nunquid Domini potentia est imminuta? sic Esa. 50, 2 & 59, 1.

Abbreuiari spiritu, Iob 21, 4 Mich. 2, 7 est, præ angustia animum despondere: & minorem contemptioremque fieri.

ABIRE.

Abire in via vel per viam, Gen. 32, 1 & 1 Sem. 24, 8. est, Cœptũ iter pergere.

Abire in terram, Gen. 36, 6. pro: Ad regionem aliam longiùs concedere.

Et dixit: Abi, aliâs vade Daniel, Dan. 12, 9. Quasi dicat: Sufficiat hoc tibi, ne vltra inquiras.

Vocauerunt eos, sic abierunt à facie eorum. Ose. 11, 2. pro: Vt illi vocabant, ita isti terga illis obuertebant.

Abeunt aquæ. vide Eo is.

Panem abire de vasis. 1 Sem. 9, 7. pro, cibum deficere.

Abire in consilijs. Ierem. 7, 24. pro, Pertinaciter sua sequi consilia.

Abire per viam cordis. Iesa. 57, 17. est, quicquid cordi gratum est, facere.

Abire post duritiem cordis. Ier. 9, 14 Id est: obstinatè libidini cordis obsequi.

Abire post vanitatem & idola. vide Eo, & ambulo.

Abire eundo, 2 Sem. 3, 24. pro, securum nihilque sibi metuentem redire.

ABIECTVS.

Abiecti gentium, Iesa. 45, 20. pro, Inter gentes abiectissimi.

ABIES.

Esse vt abies virens Ose. 14, 9. est, vt altus & sublimis imperium habere, & potestati non subiacere.

Ludere in omnibus lignis Abietum 2 Sem. 6, 5. pro, Omnibus instrumentis musicis, quæ fieri solebant ex lignis abiegnis.

Abietes tremere, Nach. 2, 4. per translationem significat, principes contremiscere, vel hastas abiegnas esse venenatas.

ABLACTARE.

Silere facere animam sicut ablactatum Psal. 131, 2. Id est, Compescere, quietumque animum reddere, omnia exspectando à Deo, perinde ac à matre sua nuper ablactatus puer exspectat, quùm ex se nihil possit.

ABOMINARI.

Non abominabitur anima mea vos, Leuit. 26, 11. id est: Non dedignabor apud vos habitare.

Abominando abominatus est populum suum Israel Dauid, 1 Sem. 27, 12. pro: Omnino sorduit illi gens Israelitica.

Abominatio Ægyptiorum, omnis pastor pecudum, Gen. 46, 34. id est: Ægyptij omnem pastorem ouiũ detestantur. Sic Leuit. 11, 10. Abominatio erunt vobis. mox seipsum exponens, dicit, de carne eorum non comedetis.

Abominatio Domini est. Deut. 7, 25 & 17, 1. pro, Dominus detestatur & abominatur illud. & sic de alijs. vt, Septem sunt abominationes animæ eius. Prou. 6, 16. pro, Septem abominatur ipse.

Abominationem Domini quam habet odio, dijs facere. Deut. 12, 31. pro, Id quod maximè detestatur Dominus, Dijs seruiendo perpetrare.

Abominationes facere valde, 1 Reg. 21, 26. est, Facta scelerata & valde abominanda patrare.

Proijcere super aliquem abominationes. vt Nach. 3, 6. Est turpem & fœdum illum reddere.

Abominatio Ammonitarum 1 Reg. 11, 5. id est, Idola. & sic de multis alijs.

Terram ponere in abominationem, Ier. 2, 7. est, In ea idola colere.

Facere iuxta abominationes Gentium, 2 Reg. 21, 1. est, Non aliter quàm gentes abominanda facere, siue ritu Gentium idola colere.

ABSCINDI.

Abscindi ab ouili pecus, Hab. 3. 17. & Abscindi virum à throno 1 Reg. 9, 5. pro, Auferri, & è medio tolli.

ABSINTHIVM.

Comedere facere absinthium, & cibare absinthio, Ier. 9, 15 & 23, 15. pro, Affligere.

ABSCONDERE.

Abscondere à consilio malignorum, Psal. 64, 3. & à flagello linguæ Iob. 5, 21. pro Protegere & tutum reddere.

Abscondis eos in abscõdito faciei tuæ, Psal. 31, 21. pro, Statuis illos ante faciem tuam, vbi sunt tanquam in abdito, & latibulo tutissimo. & sic, Abscondet in abscondito tabernaculi sui, Psal. 27, 5. & alia eiusmodi.

Abscondi virum à socio suo Gen. 31, 49. pro, Discedere alterum ab altero.

Verbum siue rem abscondi ab aliquo. 1 Reg. 10, 3. 2 Sem. 18, 13. & quæ sunt eiusmodi. pro, Rem eum latere. & Abscondere quid ab aliquo Ios. 7, 19. 2 Sem. 14, 18. est, eum celare.

Nunquid abscõdetur à Domino quidquam? Gen. 18, 11. pro, Latebit aliquid Dominum, vel erit difficile?

Abscondere se à boue aut agno errante,

Deut. 22,1. est, Simulare se illum non videre.

Bonum abscondere, Psal. 31,20. pro, Seponere, recondere.

Cor abscondere ab intelligentia, Iob 17, 4. pro, Communi sensu priuare.

Abscondere se à facie Dei, Gen. 4, 14. est, Coram eo non apparere.

Abscondere dolorem ab oculis, Iob 3, 10. Id est, Efficere vt non videant molestias.

Abscondere oculos suos à viro dãte de semine suo Molech. Leuit. 20,4. est, Conniuere & eum occidi non curare.

Ne abscondas à me præcepta tua, Psal. 119,19. id est, Ne permittas vt ego destituar doctrina legis tuæ.

Abscondita est via mea à Domino, Iesa. 40, 27. pro, Latet Deum quid agam, mores meos & consuetudines ignorat.

Viro cuius via abscondita est, Iob 3, 23. id est, Qui nescit qua via incedere debeat propter afflictiones.

Habitare in abscondito Altissimi, Psal. 91,1. id est, Sub presidio Dei manere.

Abscondito tuo implebis ventrem eorum, Psal. 17,14. pro, Opibus quæ à te proficiscuntur, & in thesauro tuo sunt reconditæ, explebis desiderium eorũ.

Abscondere in abdito suo iniquitatem suam, Iob 31,33. pro, Apud se.

In absconditis impetere sagittis, Psal. 64, 5. pro, Occultè & ex insidijs iaculari.

Consiliati sunt super absconditos tuos, Psal. 83, 4. id est, Aduersus hos quos protegis, vel qui à te deserti videntur, quum tamen eos protegas, machinati sunt.

Sit super vos absconsio. s. illorum deorum, Deut. 32, 38. id est, Vos protegant.

Et ibi absconsio fortitudinis eius. s. reuelata est, Habach. 3,4. id est, Fortitudo Domini quæ antea tecta fuerat, eo loci detecta est.

ABSQVE.

Absque iniquitate in manibus meis, 1 Par. 12,17. pro, Quũ nullam iniquitatem admiserim.

Sic, absque præuaricatione mea, & absque peccato meo, Psal. 59,4,5.

ABSTERGO.

Abstergam Ierusalem sicut abstergit quispiam scutellam, 2 Reg. 21,13. pro, Repurgabo ciuibus suis.

ABSIT.

Absit, non morieris, 1 Sem. 20, 2. pro, Prohibeatur à te. sic Ios. 22, 29. Absit nobis à nobis.

Absit mihi à Domino, 1 Sem. 26, 11 & ibid. 24, 7 & 1 Reg. 21, 3 & eiusmodi multa: pro, Auertat Dominus, prohibeat, ne permittat.

ABVNDANTIA.

Abundantia otij fuit ei, Ezech. 16,49. id est, In prosperitate rerum omnium, secura, & omnis curæ expers vixit.

ABYSSVS.

Et tenebræ (erant) in superficie abyssi, Gen. 1,2. id est, Tegebant immensam aquarum profunditatem.

Benedicet te benedictionibus abyssi cubantis subtus, Gen. 49,25. id est, Habitare faciet te in terra fertili: vocatq; benedictiones abyssi, fructus qui ex profunditatibus terræ supernè ascẽdũt.

Iudicia tua abyssus multa, Psal. 36,7. id est, Profunda valdè & inscrutabilia. Vide Vorago.

ACCEDO.

Accedere ad propinquam, Leuit. 18,6. ad vxorem, Deut. 22,14. pro, Rem habere cum ea.

ACCINCTVS.

Ne laudet se accinctus sicut discinctus, 1 Reg. 20,11. id est, Is qui iam primum ensem accinxit, initurus prælium ne glorietur perinde atque is qui adepta victoria soluit zonam in qua est ensis. q. d. ne canat triumphum ante victoriam.

Congregare se ab omni accincto cingulo, 2 Reg. 3,21. pro, Ab ea ætate in qua primùm gestare solent ensem.

Exultatione colles accinxerunt se, Psal. 65,13. pro, Superuestiti sunt lætis viridibusq; herbis.

Accinxisti me lætitia, Psal. 30,12. Vide Saccus.

Accingere fortitudine, Psal. 18.33. Prou. 31,17. Fortem & robustum reddere, & fortitudine accingi, Psal. 65, 7 fortem esse.

Debiles accincti sunt robore 1 Sem. 2, 4. pro, Viribus superiores facti sunt.

ACCIPERE.

Accipere aliquam, 1 Par. 2, 19, 21. i. ducere eam in vxorem.

ACCVMBERE.

Accumbere, dormire, euigilare, Psal. 3, 6. pro, Domino protegente summa tranquillitate & securitate frui.

Semitam meam & accubitum meum ventilasti, Psal. 139,3. id est, Iter quo gradior, & locum in quo recumbo explorasti, palamq; fecisti.

Nec rapias accubitum iusti, Prou. 24, 15. pro, Cubile eius, locum in quo solet habitare.

ACERVVS.

Congregare, sicut aceruum, aquas maris, Psal. 33,7. pro, Aquas in vnum conglobare & condensare.

Posuerunt Ierusalaim in aceruos, Psal. 79,1. id est, Redegerunt eam in aceruos ruinarum.

In maxilla asini aceruum aceruorum percussi, Iud. 15,16. id est, Homines occisos aceruatim proieci.

Ingredieris in senectute in sepulchrum sicut ascendit aceruus in aream in tẽpore suo, Iob 5, 26. q.d. Non morieris ante mortem naturalẽ, sed senex.

ACETVM.

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger mittentibus illum, Prou. 10,26. q. d. Non secus ac acetum & fumus officiunt, illud quidem dentibus, hic verò oculis: ita piger pigritia sua ijs qui mittunt illum, est detrimento.

ACIES.

Instructores aciei 1 Par. 12, 38. pro, In acie structa pugnantes.

ACVERE.

Acuere oculos contra aliquem, Iob 16, 9. est, Terribilibus oculis eũ intueri.

Acutiores lupis vespertinis, Habach. 1,8 id est, rapaciores.

AD.

Ecce ego ad ceruicalia vestra, Ezech. 13, 20. pro, En ego de puluillis vestris hoc vobis prædico.

Ad lites & cõtentionem ieiunare, Iesa. 58,4. id est, Maius otium vacandi litibus quærere.

Ad sonitum fistularum voraginem vocare, Psal. 42,8. est, Voraginem eundem strepitum edere, quem emittunt fistulæ.

Præcepit præcepta Dominus Mosch ad filios Israel, Leuit. vltimo versu vltimo. pro, Vt exponeret illa filijs Israel.

ADAMAS.

Cor suum posuerunt adamantem, ne audirent legem, Zach. 7, 12. id est, Obstinatè in animo suo constituerũt verbis legis non velle parêre.

Vt adamantem, fortiorem silice dedi frontem tuam, Ezech. 3, 9. id est, Vt adamas durior est silice: sic constantiã tuam fortiorem reddidi, pertinacia illorum, sub. Israelitarum.

ADDERE.

Addere ad audiendum, Deut. 5,25. pro, Iterum audire.

In anno quinto comedetis fructũ eius, vt addere faciatis vobis prouentum eius. Leuit. 19,25. pro, Vt multiplicet vobis Deus, &c.

Addere adhuc ad loquendum, Iud. 9, 37. Et addere adhuc ad interrogandũ 1 Sem. 23, 4. Item non addere vltrà conspici, Iud. 13, 21. pro, Rursum loqui, Iterum interrogare, non posthac apparere: & sic de cæteris.

Addiderunt amplius odio habere eum, Gen. 37,5. pro, Maiore odio prosecuti sunt eum.

Addere centum vicibus 1 Par. 21, 3. id est, Centuplo maiorem reddere.

Sic faciat mihi Dominus & sic addat, Ruth. 1, 17. 1 Sem. 20, 13. 2 Sem. 19, 13. & plura alia. pro, Dispeream, vel hæc & talia inferat in me Dominus, si, vel nisi; semper enim aliquid subauditur.

Addite annum super annum, & agnos iugulent, Iesa. 29, 1. pro, Elapsis pauculis annis.

Additum est bellum esse, 1 Sem. 19, 8. motum est rursus bellum.

Audiet sapiens, & addet doctrinam, Prou. 1, 5. pro, efficietur doctior.

Addidit Saul timere à facie Dauid amplius 1 Sem. 18, 29. magis ac magis sibi timuit à Dauide.

Addent mites in Domino lætitiam, Iesa. 29, 19. pro. Magis quàm antea lætabuntur in Domino.

Addere peccatum super peccatum Iesa. 30, 1.

Addere prauitatem ibid. 1,5. & addere fornicationes, Ezec. 23,14. & si quæ sunt eiusmodi, pro, Subin. de magis ac

magis

magis peccare, praua & nefaria opera prioribus alijs superaddere.

Addidisti sapientiam & bonum super famam quam audiui 1 Reg.10,7. pro, Sapientia & bonitas tua superant famam quam audiueram.

Addidi sapientiam super omnem qui fuit ante me in Ierusalaim, Eccle. 1, 16. id est, Comparaui mihi sapientiã ampliorem quàm habuerũt qui me præcesserunt. & ibid. vers. vltimo.

Qui addit scientiam, addit dolorem, q. d. qui auget scientiam, simul auget quod eum cruciet; vel qui conatur admodum sapiens fieri, id non consequitur sine graui labore & animi molestia.

Non addetis vt detis paleam, Exod. 5, 7. pro, posthac non estis daturi. & ita de similibus.

Addidit Abraham & accepit vxorem, Gen. 25,1. pro, Abraham aliam duxit vxorem.

ADDVCERE.

Adducere oblationem Domino, Gen. 4,3,4. pro, Offerre Domino.

Nunc adduxi illam alias illud, & erit ad desolandum? Ies. 37,26. pro, Nunc huc vsque illam perduxi vt desolaretur? vel vt destrueret, s. ciuitates munitas.

Vox adducentium confessionem in domum Domini, Ierem. 33,11. id est, Eorũ qui bene precaturi & gratias acturi Domino, ædem sacram adeunt.

Ecce adduco super te malum 1 Reg. 21, 21. Ierem. 19,3. id est, En ego prędico me tibi illaturum mala.

Adducã vos in vinculo fœderis, Ezech. 20,37. pro, Feriam vobiscum fœdus.

ADEPS.

Clausit se adeps propter ferrum, Iud. 3, 23. id est, Ne adeps egrederetur, ferrum adactum continuit.

Adipe suo clauserũt corpus suum: Psal. 17, 10. id est, Præ pinguedine, corporis sensus & meatus sibi præclusere.

Operuit impius faciem suam adipe suo, Iob 15, 27. pro, Deditus delitijs bene curauit cutem suam.

Adducere oblationem de adipe pecudum, Gen. 4,4. est, Pinguissimas gregis oues offerre.

Eleuare de adipe cuiusque rei, Numer. 18, 29. est, Optimam quamque partem offerre. nomine enim adipis, vel pinguedinis, optimum quodque intelligũt Hebræi. sic: Adeps granorum tritici, Deut. 32,14. Adeps frumenti: Psal. 81, vltimo & Psal. 141,14. significat florem farinæ, vel optimum & præstantissimum in tritico. Vide Pinguedo.

ADHÆREO.

Non adhærere manui quidquã de anathemate, Deut. 13,17. pro, non reseruare apud se quicquam.

Animam pulueri adhærere, Psal. 119,25. id est, non parum abesse quin ad sepulchrum deferatur.

Animam adhærere alicui, Gen. 34, 3. Psal. 63,9. est, Eum vehementer adamare.

Adhærere mulieribus alienigenis amãdo 1 Reg. 11, 2. est, Se totum, eis seruiendo, mancipare.

Lepra Nahamã adhærebit tibi 2 Reg. 9, 27. id est, Lepra incurabili, qualis fuit Nahami, laborabis.

Adhærere Bahal-peor: Psal. 106, 28. pro, Iugiter eius cultui addictum esse.

ADHVC.

Quoniam adhuc visio in dies, Dan. 10, 14. pro, Quia hæc visio adhuc pertinet ad dies (illos). vel, Nondum desierunt visiones de ijs quæ tunc euentura sunt.

Adhuc tres dies, & reuertimini ad me 2 Paral. 10,5. pro, Transactis tribus diebus adeste.

Adhuc remanent sexaginta quinq; anni, frangetur Ephraim: Iesa. 7,8. id est, Sexagesimo quinto elapso. Et sic de alijs.

Adhuc modicum, & lapidabunt me: Exod. 17, 4. id est, Si res paulo magis processerit, vel post breue tempus. sic Oseæ 1,4. & alibi.

Adhuc est quis tibi hîc? Gen. 19,12. pro, Habes in hac ciuitate pręterea aliquot tuos?

ADIICIO.

Non adijciet vt veniat per te vltrà incircuncisus, Iesa. 52,1. pro, Non veniet in te posthac.

ADIMPLEO.

Nõ adimpleuit vt iret post Dominum, sicut Dauid, &c. 1 Reg. 11,6. id est, Nõ permansit in vero Dei cultu cuius studiosus Dauid fuerat.

ADIVRO.

Adiurando adiurare 1 Sem. 14,28. pro, Seriò adiurare.

Det Dominus te in maledictionem & in adiurationem, Num. 5, 21. id est, Te reddat execrandam.

ADIVTORIVM.

Posui adiutorium super potẽtem, Psal. 89, 20. pro, Constitui Dauidem fortem, vt auxilium ferat populo meo.

ADOLEO.

Adolere de fermento confessionem, Hamos. 4,5. id est, incendere incensum gratiarum actionis seu confessionis, in oblatione in qua offertur panis fermẽtatus.

Faciebant malũ in oculis meis ab adolescentia sua, Ierem. 32,30. id est Tempore quo fuerunt in deserto.

Sustinere opprobrium adolescentiæ, Ierem. 31,19. pro, Pœnas scelerum in adolescentia admissorum, luere.

Vxor adolescentiæ alicuius, Malach. 2, 14, 15. ea est quam quis adolescens in vxorem duxit.

Quæ relinquit ducẽ adolescentiæ suæ, Prou. 2,17. id est, maritum.

Plange super maritũ adolescentiæ tuæ, Ioel. 1,8. id est, qui te adolescentulam duxit.

ADVENA.

Peregrini & aduenæ vos estis apud me, Leuit. 25,23. declaratur ex præcedentibus. Dixit enim: Terra non vendetur absolutè, quia mea est, & vos aduenæ. q. d. haudquaquam ius vobis est, apud me reputatis vt aduenæ terram quæ mihi soli competit, absolutè vendere.

ADVERSVS.

Esse aduersus aliquem vndique in die mali, Ierem. 51,2. est, Eum inuadere & oppugnare.

ÆDIFICO.

Ædificare costam in mulierem, Gen. 2, 22. pro, Ex costa mulierem creare.

Adhuc ędificabo te, & ædificaberis, virgo Israël, Ierem. 31,2. pro, Restituam te in pristinum statum ex captiuitate.

Destruere & non ædificare, Psal. 28, 5. est, Sine spe futuræ restaurationis perdere.

Si conuersus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, Iob 22, 23. id est, Quam habuisti facultatẽ rursum assequẽris.

Ædificabuntur in medio populi mei, Ierem. 12,16. pro, Feliciter agent cum populo meo.

Ædificati sunt facientes impietatem, Malach. 3,15. id est, In summa prosperitate vixerunt. Improborum verba.

Ædificare domum firmam 1 Reg. 11,38. pro, Longo tempore permansuram familiam.

Ædificare domum fratris, Deut. 25, 9. est, Liberos, qui nomine fratris dicantur, procreare.

In sæculum misericordiam ædificari, Psal. 89,3. pro, Instar ædificij summa arte constructi, durare.

ÆGROTO.

Ægrotare fecit, Ies. 53,10. pro, Cruciatibus affecit.

Ægrotantibus ipsis, Psal. 35,13. pro, Aliquod incõmodum vel tristitiam perferentibus.

Propterea non ægrotasti, Ies. 57, 10. pro, Ideo via illa minimè tibi fuit molesta.

Mortibus ægrotantium mori, Ier. 16,4. id est, Morte confectorum fame.

ÆNEA.

An caro mea ænea? Iob: 6,12. q. d. an æneus sum ego, vt tãta perferre queã?

ÆNIGMA.

Aperire cum cithara ænigma, Psal. 49, 5. est, Cithara qua cantica decantantur, canere res arduas.

Ænigmaticè loqui ænigma, Iud. 14,12: Ezech. 17,2. pro, Ænigma proponere.

ÆQVVS.

Non est æqua via Domini, Ezech. 18, 25. 29 & 33,16. pro, Non præbet se æquum Dominus.

Æquitas non potuit ingredi, Ies. 59,14. s. Congregationem nostram.

Oculi tui videant æquitates, Psal. 17,2. pro, Declara & pronuncia quæ recta sunt.

ÆS.

Terra sicut æs, Leuit. 26,19. quę nullum producit fructum: & ærei cæli, Deut. 28,23. qui rorem non demittunt.

ÆSTAS.

Versus est viror meus in siccitates ęstatis, Psal. 32,4. perinde succus meus exaruit, atque vehementi æstate humor desiccatur.

ÆSTIMO.

Æstimare facere terram vt det argentum

tum, 1 Reg. 23,35. pro, Imponere terræ tributum.

ÆSTVS.

Sicut æstus in loco sicco, sonitum alienorum humiliabis: sicut æstus in vmbra nubis, propago fortium humiliabitur, Iesa.25,5. id est, alienos tumultuantes compesces, velut æstus frangit transeuntem, qui quò confugiat, in loco torrido & arenti non videt; & vti calor accessione nubis remittitur, sic ferocia superborum domabitur miserijs.

AFFERO.

Afferre Domino gloriam & fortitudinem, Psal.29,1.est, Laudem gloriæ eius tribuere, eumque fortissimum confiteri.

AFFLICTIO.

Septem diebus comedes cum eo infermentata, panem afflictionis, Deut.16 3. q. d. monimenta afflictionis quam pertulistis in Ægypto, & anxiæ noctis in qua egressi estis ex ea.

Affligetis animas vestras, Leuit. 16,29 & 23,27.pro, Ieiunabitis.

Omne iuramentum ligaminis vt affligat animam, Num.30,14.pro, Omne promissum quo se, ad affligendam seipsam, iuramento constrinxit.

Affligite eas, Iud.19,24. & concubinam meam afflixerũt cap.20,5. pro, Constuprate eas, compresserunt eam.

AFFLVENTIA.

Affluentiam marium sugere, Deut. 33, 19.pro, Mercibus marinis abundare.

AGER.

In agro Moab, Gen.36,35.pro, In regione Moabitarum.

AGGER.

Succidite ligna & effundite iuxta Ierusalaim aggerem, Ierem. 6, 6. id est, Ex multa lignorum materia magno aggere constructo muros eius superate.

AGGRAVO.

Aggrauare cor, 1 Sem.6,6. est, Peruicacem & obstinatum esse.

Aggrauare iugum, 1 Reg. 12, 4, 10, 14. pro, Grauissimum iugum imponere.

Die ac nocte aggrauabitur super me percussio tua, Psal.32,4. pro, Ingrauescet, indurescet.

Aggrauetur opus super viros, Exod. 5,9. pro, Obruantur laboribus.

Aggrauatum est prælium contra Saul, 1 Sem.31,3. pro, Onus prælij versum est in Saulem.

AGNOSCO.

Agnoscere faciem in iudicio, Deut.1,17 est, Delectum personarum habere, ex vultu iudicare.

AHAH.

Ahah diei, Ioel. 1,14. pro, Heu dies in-

ALA. (felix.

In penetralibus cubilis tui ne vilipendas diuitem, quia auis cælorum ire faciet vocem, & habens alas annunciabit verbum, Eccl. 10,20. id est, Quoniam fama malum quo nõ velocius vllum, celeriter instar auis volantis sermones tuos deferet.

Non fuit qui moueret alam, & aperiret os & garriret, Ies. 10,14. pro, Qui vel conaretur tantum prohibere, & verbis contradiceret.

In vmbra alarum tuarum abscõde me, Psal. 17,8. pro, Sub protectione tua me recipe. & sic de cæteris.

Eleuaui vos super alas aquilarũ, Exod. 19,4. pro, Tuli vos in humeris meis, vt aquila portat pullos suos in alis.

Alæ Solis, Malach.4,2. pro, Radij.

O terra vmbræ alarum, Iesa. 18, 1. id est, O terra classium velis opaca.

ALBESCO.

Si fuerint peccata vestra tamquam coccinum, veluti nix, albescent, Iesa.1, 18.id est, Si pœnitentia ducti resipueritis, quamuis magis quã coccinum peccata in vobis appareant, & inhæreant, nihilominus gratiam consecuti, niue eritis cãdidiores, id est, mũdi.

Non tunc facies Iahacob albescet, Ies. 29,22. id est, Cùm hoc acciderit, timore non expallescet, alij pudore.

ALIENO.

Alienare se retrorsum, Iesa. 1, 4. id est, Retrocedere.

Alienum se ostendere alicui, Gen.42,7. est, Aliam præ se ferre personam.

Ascendere facere suffimẽtum alienum, Exod.30,9. pro, Aliud quàm iusserit Dominus offerre.

Sicut euersio alienorum, Iesa. 1,7. pro, Quæ fit ab alijs.

Alienare locum, Ier. 19,4. est, Prophanare illum.

ALIENIGENA.

Omnis filius alienigenæ non comedet ex eo, Exod. 12,44. id est, Extraneus, alienus à Iudaica religione.

ALLEVIO.

Alleuiare manum ab aliquo, 1 Sem. 6,5.est, Desistere illum affligere, aut saltem leuius.

Ad alleuiãdum aliquem ferre cum eo, Exod.18, 22. est, Partem oneris illius in se recipere.

ALLIGO.

Ipse dolere faciet, & alligabit, Iob 5,18. pro, Medebitur: q. d. fascijs more chirurgi vulnus obligabit. & sic de multis alijs locis.

Alligare principes secundum animam suam, Psal. 105,22. id est, Ad animi sui votum & sententiam tenere eos deuinctos & subditos.

ALTARE.

Replebunt se tamquam anguli altaris, Zach. 9,15. id est, Tanquam anguli altaris ad quos victimarum sanguis effunditur, inimicorum suorum sanguine replebuntur.

ALTVS.

Domus ista quæ est altissima, 1 Reg.9, 8.pro, In summo honore.

Super altitudinem agri, Iud. 5, 18. in cãpo eminente, id est, Aperto marte.

In altitudine sunt iudicia tua corã eo, Psal.10,5.id est, Longius à se remota tua iudicia putat esse, quàm vt de eo sumas supplicium.

Soliũ gloriæ, altitudo à principio, Iere. 17,12. pro, Solium Dei gloriosi fuit ab æterno.

Visitabo super gloriam altitudinis oculorum eius, Iesa.10,12. id est, Puniam illum propter fastum & superciliũ.

Propter eam in altitudinem reuertere, Psal.7,8.pro, Conscende tribunal vt iudices.

AMARVS.

Dimitte eam, quia anima eius amara est ei, 2 Reg. 4, 27. pro, Est mœstissima.

Ne fortè attingant vos viri amari animo, Iud. 18,25. id est, Animo concitati, aut iracundi. & sic illud 2 Sem. 17, 8.

Plangent super te in amaritudine animæ, Ezech.27,31.pro, Planctu amaro.

Scribis contra me amaritudines, Iob 13, 26. pro, Flagitia dolorem parientia.

Fletus amaritudinum, Ierem.31,15. pro, Amarus. & sic de cæteris.

Cum amaritudinibus comedere agnũ, Exod.12,8 & Num.9,11.id est, Cum herbis amaris.

AMATOR.

Omnes amatores tui obliti sunt tui, Ierem. 30, 14. id est, Amici qui prius præ se ferebant te amare.

ABOMINATIO.

Abominatio Domini sunt etiam ambo Prou.20,10. pro, Vtrumque abominatur Dominus.

AMBVLO.

Ambulare sensim, 1 Reg. 21,27. more lugentium ac mœrentium.

Ambulare facere, Iesa.63,12. pro, Deducere. & ita de multis alijs.

Omnibus diebus quibus ambulauimus cum eis, 1 Sem.25,15.id est, Quandiu cum eis versati sumus. & sic: Ambulare in aliquo loco, 1 Sem.30,31 & Thren.5,18. versari in eo.

Detur pueris qui ambulant ad pedes domini mei, 1 Sem. 25,27. pro, Qui tibi famulantur.

Quinque puellæ eius ambulabant ad pedes eius, 1 Sem. 25, 42. pro, Pedisequæ eius.

Ambulabo in medio vestri, Leuit. 26, 12.id est, Adero vobis. ac si dicat, si vertatis solum, ego quoque vertam.

Ego ambulaui coram vobis ab adolescentia mea, 1 Sem.12,2.id est, à puero Remp.vestram moderaui.

Ambulauit absque desiderio, 2 Par.21, 20. pro, Vixit inglorius, nullum sui desiderium relinquens.

Ambula in conspectu meo & esto perfectus, Gen. 17, 1. Et ambulauerunt coram me in veritate, 1 Reg.2,4. pro, Vitam ducito integerrimam. Et veritatem ante me coluerunt. & sic de alijs.

Vt ambulem coram Deo in lumine viuentium, Psal.56,14. pro, Vt vitam meam inter mortales ad Dei arbitrium componam.

Domus tua & domus patris tui ambulabunt coram me in seculum, 1 Sem. 2, 30. pro, Fungentur semper officio summi sacerdotis in tabernaculo meo. & ibid.vers. 35. Ambulabit coram Christo meo omnibus diebus. pro, Fungetur sacerdotali munere

pere coram rege quem constituero.
Et ambulauit Chanoch cum Deo, Genes.5,22. pro, Adhæsit & assuefecit se cultui Dei.
Vidi cunctos viuentes ambulantes sub sole cum puero secũdo qui stabit pro eo, Eccl.4,15. pro, Fauentes filio regis successuro patri.
Si ambulaui cum mendacio, Iob 31, 5. id est, Si vanitatem sectatus sum.
Beatus vir qui non ambulauit in consilium impiorum, Psal.1,1. pro, Qui non adfuit consilio eorum, vel est illud secutus. sic cætera similia.
Domine in lumine tuo ambulabunt, Psal. 89, 16. id est, Bonitatem, gratiam & virtutem tuam sentient.
Neque ambulaui in magnis neq; in mirabilibus supra me, Psal. 131,1. pro, Neque res arduas aggressus sum, nec tentaui aliquid quod esset supra vires meas.
Quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui, & nos ambulabimus in nomine Domini Dei nostri, Mich. 4, 5. pro, Colent idola sua, sed nos Dominum Deum colemus.
Ambulare in peruersitate oris, Prou.6, 12. pro, Mentiri, & mendacio assuetum esse.
Ambulare in statutis gentis alicuius, Leuit. 20,23. pro, Viuere iuxta mores illius.
Ambula in vijs cordis tui, Eccl.11,9. pro, Fac quicquid animo tuo lubescit.
Ambulauit per viam regũ Israel, 2 Reg. 8, 18. pro, imitatus est vel sequutus mores & studia. & sic de multis alijs.
Qui ambulant post spiritum suum, Ezech. 13,3. id est, Qui sectantur suas cogitationes.
Ambulare & crescere, 1 Sem.2,26. pro, Subinde magis ac magis crescere, vel promouere annis & bonitate, famaq; bona crescere.
Iustitia ante eum ambulabit, Psal.85,14. id est, Homines colent iustitiam ita vt Deo probentur.

AMEN.

Et dixit: Amen, 1 Reg. 1, 36. pro, Ita sit, vel veritas s. sit, firmetur. & ita de alijs.

AMICIO.

Amicire amiciendo, Iesa. 22, 17. pro, Obruere confusione & opprobrio.

AMOR.

Cerua amorum, Prou. 5,19. id est, Amabilis.
Et corrupit se amore suo præ illa, Ezech. 23,11. id est, Insaniore amore capta est quàm soror sua maior.
Ecce tempus tuum, tempus amorum, Ezech.16,8. id est, Tempus aptum viro ac nuptijs, quando eras nubilis.

ANATHEMA.

Et erit ciuitas anathema, ipsa & omnia quæ sunt in ea Domino, id est, Prorsus disperdentur in gratiam Domini, Ios.6,16. & sequenti versu, Ponatis castra Israel in anathema. pro, Sitis causa perditionis castrorum Israel.
Sicut ager anathematis, Leuit. 27, 21. Sicut ager Deo deuotus ex manubijs, aut, pro redimenda culpa.
Nisi disperdatis anathema è medio vestri, Ios.7,12. id est, Hominem qui tulit de anathemate.

ANCILLA.

Quia locutus es ad cor ancillæ tuæ: Et ego non sum sicut vna ex ancillis tuis, Ruth 2, 13. pro, Cùm tamen non sim conferenda vni ex ancillis tuis.

ANGVLVS.

In circuitu attondere angulum capitis Deut. 19, 27. id est, Finẽ capillorum. & ibidem: Dissipare angulum barbæ: pro, Radere barbam.
Filiæ nostræ sicut anguli incisi palatij, Psal. 144, 12, id est, Formosæ, vt sunt angulares lapides elegãter politi quibus construuntur palatia.
Steteruntque anguli omnis populi, Iud. 20,2. pro, Primores, proceres.
Ex ipso erit angulus, Zachar.10,4. id est, Caput Ecclesiæ Christus.

ANGVSTVS.

Locus est angustus à nobis, 2 Reg. 6, 1. pro, angustior est quàm vt nos capiat.
Angustijs sum affecta in vita mea, Gen. 27, 46. pro, tædet me vitæ meæ.
Et angustijs affecta est anima eius, vt moreretur, Iud.16,16. id est, Doluit adeo vehementer, vt parum abfuerit quin moreretur.
Angustiæ cordis mei dilatatæ sunt, Psal. 25,16. id est, Tantam habeo curarum congeriem, vt omnes cordis mei partes occupent & longe lateq; obruant.
Ostendisti mihi angustias multas, Psal. 71,20. pro, Experiri fecisti.
Angustia afficior super te, 2 Reg. 1, 26. pro, Doleo vicem tuam.

ANIMA.

Onager assuetus deserto in desiderio animæ suæ attrahit ventum, Ierem.2, 24. id est, Liber & solutus sine lege & præceptis viuit.
Dedi dilectionem animæ meæ, Ierem. 12,7. pro, Populum quem vnicè, & ex animo diligebam.
Omne quod protulerat labijs suis in votis eius & in ligamine animæ eius, Num. 30,13. pro, Obligatione qua seipsam deuinxerat.
Vir raptor propter sanguinẽ animæ vsq; ad sepulchrum fugiet, Prou. 28,17. id est, Propter cædem à se vel ab alio sui causa perpetratam, donec moriatur, erit instabilis & fugitiuus.
Anima arida, Num.11,6. p, Quæ esurit.
Latus animo, Prou.28,25. pro, Superbus.
Ecce viri superbi non est recta anima, Abac.2,4. id est, Peruerso animo præditus est.
Et fuit homo in animam viuentem, Genes.2,7. id est, Factus est homo animatus, & viuere cœpit vita temporali. sic Paulus 1 Cor. 15, 45.
Quia anima carnis in sanguine est, Leuit.17,11. pro, Anima carnalis seu animalis sedem habet in sanguine.
Ab anima & vsque ad carnem consumere, Esai.10,18. id est, Non solùm vita priuare, sed etiam corpora in cinerem vertere.
Qui nõ accepit in vanum animam suã, aliàs meam, Psal. 24,4. id est, Qui non iurat per Deum, siue per nomen eius.
Circundederũt me aquæ vsq; ad animã, Ionæ 2,6. vsq; ad separationẽ animę à corpore. q. d. periclitatus sum maximè de vita quũ essem in aquis maris.
Custodire animam suam valde, Deut. 4,9. est, Diligenter & solicitè sibi prospicere.
Effundere animam suam coram Domino, 1 Sem. 15. pro, Quicquid est in animo depromere.
Decipere animam suam, Num.37,9. id est, Semetipsum.
Deficere facere animam suam à bono, Eccl. 4, 8. pro, Seipsum bonis defraudare.
Nescire animam suam, Iob 9, 21. pro, Munia animæ suæ.
Animam sibi vociferari, Iesa. 15, 4. pro, Apud se.
Accipere omnes animas domus suæ, Gen.36,6. id est, Omnes personas suæ familiæ. & sic de alijs.
Ipsi institores tui in animabus hominis, Ezech.27,13. id est, Exposuerunt mancipia vænalia.
Ligare ligamen, vel ligamine animam, vel super animam suam, Num. 30,3, 4, 11, 12. id est, Obligare se.
Conculcabit anima mea robustum. Iud. 5,21. id est, Conculcabo.
Comedere animam, Ezech. 22,25. pro, Homines perdere.
Non relinques animam meam in sepulchro. Psal.16,10. id est, Corpus meum.
Errare facere animam, Ier. 42,20. pro, Aliquem in errorem inducere.
Et animas quas fecerant in Charan, Genes.12, 5. id est, Seruos emptitios, vel potius vernaculos.
Facere malum ad animam suam, Ierem. 44,7. id est, In sui perniciem.
Morietur in adolescentia anima eorum, Iob 36, 14. pro, Adhuc adolescentes morientur.
Anima cùm obtulerit, Leuit. 2, 1. pro, Quum quispiã. & ita de multis alijs.
Ne obsecro pereamus propter animam viri istius, Ionæ 1,14. id est, Quòd eũ submergamus.
Petere cibum animæ suæ, Psal. 78, 18. pro, Cupiditati suæ.
Dare alicui animam eius in spolium, Ierem. 45,5. id est, Dare ei vitam incolumem quæ est ei tam grata, quã militibus spolia.
Firmare super animam suam, & super semen suum, Esther 9,31. id est, Pro se & pro posteris polliceri.
Non est qui quærat animã meam, Psal. 142,5. pro, Qui satagat eripere me.
Non accipiet Deus animam, 2 Sem. 14, 14. pro, Non suscipiet faciem alicuius, vt non moriatur.
Ferrum ingressum est animam eius, Psal. 105, 18. Corpus eius vinctum est catenis.
Vtinam esset anima vestra loco animæ meæ, Iob 16,4. pro, Vtinam, qualia patior, pateremini.
Qui abierunt cõtra animas suas, 2 Sem. 23, 17.

23,17. pro, Cum periculo vitæ suæ. & ita 1 Par.11, 19.

Benedicere animæ suæ in vita, Psal. 49, 19.est, Quamdiu quis viuit,animam suam beatam prædicare, vel diuitijs frui,vel, vt alij, sibi blandiri.

Propter animam circundederunt me, Psal.17,9. pro, Vt me vita spoliarent.

Erue te in anima tua, Gen. 19, 17. pro, Consule vitæ, & saluti tuæ.

Fugere pro anima sua, 2 Reg. 7,7. pro, Saluti suæ consulere.

Animam eiaculari in medio sedis fundæ, 1 Sem. 25, 29. id est, Citissima morte perimere.

Anima mea in manu mea semper, Psal. 119,109.pro, In discrimine vitæ semper versor.

Capere laqueum animæ suæ, Prou. 22, 25. pro, Malum sibi accire.

Anima domini mei erit colligata in fasciculo vitæ cũ Domino Deo tuo, 1 Sem. 25, 29. pro, Dominus meus diutissimè viuet colendo Dominum Deum.

Qui verò percusserit animam animalis, restituet eam, animam pro anima, Leuit. 24,17. pro, Quicunque occiderit animal, reddet aliud eiusdem speciei.

Percutete aliquem in anima, Gen. 37, 21. est, Eum occidere, plaga lethali vulnerare.

Ponere animam suam in manu sua, Iudic. 12,3. id est, Vitam exponere periculis.

Erit anima tua pro anima ipsius, 1 Reg. 20, 42. pro, Morieris tu loco eius cui moriendum erat.

Proijcere animam suam, Iud. 18,17. est, Eam periculis obijcere.

Quærere animam alicuius, 1 Sem.10,1. pro, Eum interficere velle.

Stare pro anima sua, Esther 8,11.pro,Vitam suam tueri.

Viuificare animam,Gen.19,19.pro, Cõseruare in vita.

Anima Ionathan ligata est cum anima Dauid, & dilexit eum Ionatham, sicut animam suam,1 Sem. 18,1. id est, Amore eum vnicè amplexus est.

Si est cum anima vestra, Gen.23, 7. pro, Si vobis placet.

Diligere Dominũ in tota anima, Deut. 7,5.pro, Toto affectu.

Dilatare sicut infernus animam suam, Chabb. 2,5. id est, Inhiare & teneri inexplebili desiderio,quale est inferni qui nunquam expletur.

Dimittere aliquem animæ suæ, Deut. 21,14. Liberũ eum abire,permittere.

Ad terram eleuare animam redeundi causa Ierem.22, 27. pro, Sperare ad eam reuerti, vel in spem erigi.

Euge animæ nostræ,Psal.35,25.q.d.Vah, pro voto successit.

Anima non implebitur, Eccl. 6,7. pro, Cupiditas habendi nõ potest satiari.

Vos nostis animam peregrini, Exod. 23, 9.pro, Quales sint peregrinorum affectus.

Dimittere aliquem liberum in animam suam,Ierem.34,16. pro,Arbitrio suo.

Ne forte recedat anima mea à te, Iere. 6,8.pro, Ne cogar desinere te amare.

Emittere è castris omnem immundum super animam,Num.5,2. pro, Pollutum cadauere.

Animam hominis accipere pro pignore, Deut.24,6. id est, Victum hominis,siue id vnde sibi quærit victum.

Computruit in ira anima mea, Psal. 31, 10.id est, Vis illa animæ quæ appetit cibum.

Humiliauit se ad puluerem anima nostra,Psal.44,26.pro,Corpus nostrum, vel vt alij, Vis vitalis.

AN NON.

An non præcepi pueris? Ruth 2,9. pro, Certissimè præcepi. Interrogatiuè pronuntiant Hebræi quod maximè affirmare volunt.

ANNVLVS.

Viuo ego, dixit Dominus: Quia si esset Choniahu filius Iehoiachim regis Iehudah annulus in manu dextera mea: quia inde euellam te, Iere. 22, 24.id est,Etiamsi Choniahu eiusdem conditionis esset cuius annulus qui nunquam de manu dextera amouetur, ego tamen me inde illum euulsurum iuro.

ANNVNTIO.

Fortitudinem operum suorum annuntiauit populo suo, Psal.111. pro, Potentem suam virtutem patefecit.

ANNVS.

In fine annorum coniungentur,Dan.11, 6.id est,post aliquot annos.

Tanquam mercenarius anni in anno erit secum,Leuit.25,53.pro, Tanquam annuus mercenarius.

A fine anni ad annum tondere, 2 Sem. 14, 26. pro, Quotannis.

Annum cum anno pauere, Iesa. 32, 10. id est, Non vno anno, sed multis.

Et fuit in reuersione anni, 2 Sem. 11, 1. id est,In sequente anno, aut reuoluto anno.

Per mensem in anno intererat vniuscuiusque ex eis alere, 1 Reg. 4,7. pro, Spacio vnius mẽsis p singulos annos.

Addite annum super annum, & agnos iugulent,Iesa. 29,1. id est, Non post multos annos.

Coronare annum bono, Psal. 65,12. est, Illum omni affluentia bonorum vberem & ornatum reddere.

Multitudo annorum scire faciet sapiẽtiam, Iob 32,7. pro, Ætate prouecti sapienter loquentur.

Quia anni numerabiles venient, & per semitam vnde non reuertar ambulabo,Iob 16,22. pro, intra paucos annos moriar.

ANTE.

Et Sophach princeps exercitus Hadarhezer erat ante eos, 1 Par. 19,17. pro, Dux erat eorum.

Egredi ante aliquem, 2 Par. 19,2. est, In eius occursum procedere.

Et hoc erat ante in Israel, Ruth 4,7.pro, Hic erat mos antiquitus.

ANTIQVI.

Secundum dies antiquos, Ierem. 46,26. pro, Vt olim,vel, vt antea.

Antiquus dierũ sedit,Dan.7,9. p,Deus.

Et sorores tuæ,Sedom, & villæ eius reuertentur ad antiquitatem suam, Ezech. 16, 55. id est, Ad priora sua, vt sint in eo statu quo erant prius.

Torrens antiquitatum, Iud. 5,21. id est, Qui in hoc à Deo ordinatus ab initio fuerat, & à longo tempore vt in eo perirent Chananæi.

APERIO.

Aperire in parabola os suum, Psal.78,2. est, Dicere parabolas.

Aperire os suum ad Dominum, Iud. 11, 35, 36. pro, Voucre Domino.

APPENDO.

Vtinam appendendo appenderetur ira mea, Iob 6,2. pro, Exactissimè ponderaretur.

APPONO.

Timor Domini apponet dies, Prou. 10, 27.id est, Qui timet Dominum,longo tempore victurus est.

APPREHENDO.

Apprehendet apud vos tritura vindemiam,Leuit. 26,5. pro, Tempus triturae durabit vsque ad vindemiam.

Si pauper fuerit & manus eius non apprehendens,Leuit.14,21. id est, Si nõ habeat vnde possit sibi comparare. & ibid.22. quos apprehendet manus eius,id est, quos habere poterit.

Apprehendere manum alicuius, Ies.42, 6. est, Illum tueri, conseruare, gubernare.

APPROPINQVO.

Et appropinquauerũt dies Israel vt moreretur, & vocauit,Gen.47,29.id est, Paulo antequàm moreretur vocauit.

Appropinquare facere, Exod. 29, 10. Num.8,9 & alibi. est,Admouere,adducere,offerre.

Sacerdotes qui appropinquant Domino,Ezech.42,13. id est, Qui funguntur munere sacerdotali.

Appropinquauit prælium, 1 Reg. 20,29. id est, Commissum est prælium.

Appropinquationem Dei volent, Esa. 58, 2. pro, Vt Deus sit illis propinquus, optare videbuntur.

APVD.

Furto ablatum erit apud me, Gen. 30, 33. pro, A me.

Non est opus apud te vt auxilieris cum multis ei,cui non est fortitudo,2 Par. 14, 11. id est, Sine maximis copijs opem infirmo tutam ferre potes.

AQVA.

Aquas appendere in mensura, Iob 28, 25. pro, Aquis mensuram suam statuere.

Inundare facere aquas super faciem alicuius, Deut. 11, 4. id est, illum submergere.

Aquæ quæ non sunt fideles, Iere. 15,18. id est, Quæ non continuò fluunt,sed nonnunquam cursum intermittunt.

Semen eius in aquis multis, Num. 24,7. pro, Magnum capiet incrementum, vt faciunt semina in locis humentibus.

Quæ habitas iuxta aquas multas, Iere. 51, 13. id est, Euphratem amnem celeberrimum.

Facere opus in aquis multis, Psal. 107, 23. id est, Negotiari in mari.

Transisset super nos aqua superba, Psal. 124, 5. id est, Aqua tumida magno vt impetu inũdat & obruit, sic hostium violentus incursus nos totos deuastasset.

Ad aquas requietum deducere, Psal. 23, 2. pro, Ad aquas leniter fluentes in quibus nihil est periculi.

Vir erit sicut riui aquarum in deserto, Iesa. 32, 2. id est, Tam gratus quàm sunt riui aquarum, iter per locum aridum facientibus.

Transire facere per aquam, Num. 31, 23. id est, Eluere.

Hortus cui non est aqua, Iesa. 1, 30, id est, Sterilis propter ariditatem.

Ecce aquæ ascendunt ab aquilone, Iere. 47, 2. pro, Maximus exercitus. & sic de similibus.

In inundatione aquarum multarũ, Psal. 32, 6. pro, In maximis ærumnis & calamitatibus. Item: Traxit me de aquis multis, 2 Sam. 22, 17. pro, Eripuit me à grauissimis periculis. Ita de reliquis.

Aquæ calicis pleni exprimẽtur eis, Psal. 73, 10. id est, Haurient magnum dolorem & cruciatum ex prospero illo successu in quo sibi placent, improbi.

Quis det vt caput meum sit aqua? Iere. 9, 1. pro, Vtinam caput vel cerebrum meum in lachrymas conuertatur.

Sicut aqua effusus sum, Psal. 22, 15. q. d. Propemodum caro mea versa est in aquam.

Inundabit sicut aquæ, iudicium, Hamos 5, 24. id est, Ius crebrò dicetur.

ARATOR.

Attinget arator messorem, Ham. 9, 13. vult dicere: Tanta erit frugum copia, vt in messe colligenda occupentur vsque ad tempus arationis.

ARBOR.

Est enim vt homo, arbor agri, Deut. 20, 19. Sensus est: perinde facis arborem succidendo, ac si hominem ipsum occideres, quandoquidem arbores homini victum suppeditant.

Quia pudore afficiemini ab arboribus quas concupiuistis, Iesa. 1, 29. Intelligit lucos sub quibus idola colebant, vel ligna vnde illa fiebant.

ARCVS.

Armati arcu, 1 Par. 12, 2. id est, Sagittarij.

Versi sunt vt arcus dolosus, Psal. 78, 57. pro, Sicut arcus non bene tensus reflectitur, sic populus fallax aliò quàm ad Deum suum se reflexit.

Arcus & fortes confracti sunt, 1 Sam. 2, 4. q. d. Fortibus nihil prosunt arcus.

Extendi mihi Iehudah tanquam arcum, Zach. 9, 13. id est, Cogito me in rebus bellicis non secus atque arcu, vti opera Iudæ.

Habitauit in forti loco arcus eius, Gen. 49, 24. pro, Arcus eius non languit, sed quamlibet duris ictibus restitit.

Implere manum suam arcu & percutere, 2 Reg. 9, 24. est, Manu plena arcum tenendo, altera neruum adducere & sagittam proijcere.

Arcus meus in manu mea innouabitur, Iob 29, 20. id est, Robur meum quotidie vires nouas recuperabit.

Manifestatione manifestauit sè arcus tuus, Chabb. 3, 9. id est, Apertum tulisti auxilium.

Ad eum qui tendendo tendit arcum suum, Ierem. 51, 3. id est, Ad sagittarium qui vtitur arcu.

AREA.

Vnde saluam te faciam? num de area, vel de torculari? 2 Reg. 6, 27. pro, Vnde potero tibi cibum & potum subministrare, cũ frumentum & vinum desint?

Sicut quisquiliæ de Areis æstatis, Dan. 2, 35. id est, In quibus repurgari solet triticum tempore æstatis.

ARENA.

Congregabit tamquàm arenam captiuitatem, Chab. 1, 9. id est, Innumeram captiuorum multitudinem capiet. & sic multa alia.

AREO.

Aruit gaudium à filijs hominum, Ioel. 1, 12. id est, Prorsus perijt.

ARGENTVM.

Eloquia Domini, eloquia munda, argentum conflatum, Psal. 12, 7. id est, Dei promissiones numquam fallunt, vt neque argentum repurgatum.

Succisi sunt omnes ferentes argentum, Sephan. 1, 11. id est, Mercatores.

Argento pleno dare, Gen. 23, 9. id est, Iusto pretio.

Ecce dedi mille argenteos, Gen. 20, 16. Suppl. Siclos.

ARIES.

Arietes filios Basan, Deut. 32, 14. pro, Pingues. quia nutriti in Basan.

ARMA.

Deditq; Ionathan arma sua puero, 1 Samuel. 20, 40. id est, Pharetram & arcũ.

Arma iniquitatis in habitationibus suis, Gen. 49, 5. pro, Iniusta vis penes eos habitat.

Operi caput meum in die armorum, Psal. 140, 8. id est, Protege me cùm multis exponor periculis.

ARO.

Arate vobis arationem, Oseæ 10, 12. pro, Cogitate vobis cogitationem.

ARTIFEX.

Artifices parietis, & artifices lignorum, 1 Par. 14, 1. id est, Latomi & lignarij.

ASCENDO.

Sexcenti aurei ductiles ascendebant super scuto vno, 2 Par. 9, 15. id est, Insumebantur.

Ascendere fecit eum in cœnaculum, 1 Reg. 17, 18. pro, Portauit eum.

Super altero cornu quod ascendebat, Dan. 7, 20. id est, Succrescebat.

Ascendere facere iram, Ezech. 24, 8. id est, Ad iram prouocare.

Non ascendit numerus in numerũ verborum dierum regis Dauid, 1 Par. 27, 24. pro, Numerus iste non fuit relatus in numerum annalium regis Dauidis.

Adhæreat lingua mea palato meo, si nõ ascendere fecero Ierusalaim in capite lætitiæ meæ, Psal. 137, 6. id est, Si non velut in cacumine summo lætitiæ præcipuum gaudium meum in recordatione Ierusalaim posuero.

Nec ascendit super cor meum, Ierem. 19, 5. pro, Ne cogitaui quidem vnquam.

Tu ascendisti super vniuersas, Prou. 31, 19. id est, Omnes superasti.

Ascendere fecit rex Selomoh tributum ex omni Israel, 1 Reg. 5, 13. pro, Indixit tributum omni Israeli.

Vestis diuersis speciebus contexta non ascendet super te, Leuit. 19, 19. pro, Non indueris veste quæ contexta sit duobus.

Ascendit Saul de post Pelistim, 1 Sam. 14, 46. Retulit pedem à persequendis Philistæis.

Ego ascendere faciam te, etiam ascendendo, Gen. 46, 4. pro, Reducam te.

Ascendere facietis ossa mea hinc vobiscum, Exod. 13, 19. pro, Asportabitis vel efferetis.

ASPECTVS.

Aspectus plagæ, Leuit. 13, 3. id est, Superficies, quòd præ se fert speciem.

Pudore afficiẽtur ab Aethiopia aspectu suo, Iesa. 20, 5. id est, Frustrabuntur spe sua quam conceperant de Æthiopibus à quibus sperabant auxilium.

Percussit virum Ægyptium, virum aspectus, 2 Sam. 23, 21. id est, Virum formosum siue spectabilem, in quem omnes conijciebant oculos.

ASPIS.

Oua aspidis ruperunt, Iesa. 59, 5. pro, Noxium sibi opus fecerunt.

ATTENVO.

Cùm attenuatus fuerit frater tuus, Leuit. 25, 25. pro, Inciderit in paupertatem.

AVDIO.

Vt quid audis verba hominis? 1 Sem. 24, 10. pro, Quare credis delatori?

Audiui de te dicere quod audias somnium ad soluendũ illud, Gen. 41, 15. id est, Quod vbi audieris somnium, interpretaris illud.

Vt audiat quod est bonum & malum, 2 Sam. 14, 17. id est, Vt ponat discrimen inter causam iustam & iniustam.

Vide audiui vocem tuam, 1 Sam. 25, 35. pro, Acquieui petitioni tuæ.

Dominus audiat inter nos, Iud. 11, 10. pro, Huiusce rei testis esto Dominus.

Quæ futura sunt facite audire nos, Iesa. 41, 22. id est, Narrate nobis. & sic de cæteris id generis.

Quis credidit auditui nostro? Iesa. 53, 1. pro, Rumori ac famæ quam sparsimus de Christo.

Auditus super auditum erit, Ezech. 7, 26. id est, Crebri rumores spargentur.

Omnes audientes auditionem tuã plauserunt, Nach. 3, 19. id est, Quicunque rumorem de tua ruina acceperunt, lętati sunt.

AVGEO.

Augete mihi valdè dotem, Gen. 34, 12. pro, Petite à me ingentem dotem.

AVGVROR.

Viri augurati sunt, 1 Reg. 20, 33. pro, More augurũ diligenter obseruarunt.

AVIS.

Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituum Ierusalaim, Iesa.31,5. id est, Summa celeritate Dominus Ierusalem erit præsidio.

AVRIS.

Ad auditum auris audiui te, Iob 42, 5. pro, Accepi de te, ac tuis operibus.

Ad auditum auris congregabunt se mihi, Psal. 18,45. pro, Ad solam famam nominis mei.

Aures suas aggrauauerunt ne audirent, Zachar. 7, 11. pro, Simulauerunt surditatem.

Aures fodisti mihi, Psal.40,7. id est, Aures excauatas dedisti mihi vt apertiùs audirem.

In auribus meis sunt: dicit Dominus exercituum, Iesa.5,9. pro, Audio quæ etiam clam dicitis.

Inclinabo ad patabolam aurem meam, Psal. 49, 5. pro, Ego hîc disseram de rebus magnis, quibus ipse etiam aures præbebo.

Legit in auribus populi, Exod.24,7. pro, Audiente populo. & sic de similibus.

Qui obthurat aurem suã ne audiat sanguinem, Iesa. 33, 15. id est, Qui non vult audire eos qui loquuntur de patranda cæde.

Reuelabo aurem tuam, Ruth 4,4. id est, Admonebo te, indicabo.

AVRORA.

In aurora succidendo succisus est rex Israel, Oseæ 10,15. hoc est, Initio regni Oseæ filij Ela.

AVXILIVM.

Cùm viderem in porta auxilium meũ, Iob 31, 21. id est, Quum in promptu homines præstò auxiliaturos mihi aspicerem.

B.

BACVLVS.

In baculo meo trãsiui Iarden hunc, Genes.32,10, id est, Solus & incomitatus cum solo scipione.

Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt, Psal. 23.4. Virga & baculus pastoris curam & studium significant. q.d. Studium tuum erga me, solatio mihi est.

Dum confr gero vobis baculum panis, Leuit. 26, 26. pro, Vbi panis auxilio vos priuauero, cui tanquam scipioni innitimini, & quo confortantur vires.

Contriuit Dominus baculum impiorũ, Iesa. 14, 5. id est, Imperium.

In ore stulti est baculus superbię, Prouerb. 14, 3. id est, Lingua loquens superba. vel, Ob verba superba quæ loquitur stultus cædetur magnis plagis.

BALTHEVS.

Dedit sanguines belli in baltheo qui erat in lumbis suis, 1 Reg.2,5. pro, Ense quo facta fuit ea cædes in bello, accinxit se de industria.

BEATIFICO.

Et erunt beatificantes populum istum, errare facientes, Iesa. 9, 16. pro, Qui beatum dicunt populum istum, seducunt eum.

BENEDICO.

Benedixerunt Domino, & populo eius Israeli, 2 Par. 31, 8. pro, Gratias egerunt Domino, & omnia felicia populo precati sunt.

Benedicere sacrificio, 1 Sam. 9, 13. est, Hostię pacificæ nomine gratias agere.

Misit Tohi Ioram filiũ suum ad regem Dauid vt salutaret eũ pacificè, & benediceret ei, 2 Sam.8,10. pro, Vt congratularetur ei. vel, Vt congratulatus, ei offerret amplissima munera.

Benedixit Dominus Obed-Edom, & vniuersæ domui eius, 2 Sam.6,11. id est, Eo tempore, vt omnia prosperè cederent illis, effecit Dominus.

Benedicere sibi in corde suo, 29, 19. pro, Beatum seipsum dicere & prædicare.

Benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi cubantis subtus, Gen.49,25. id est, Habitare faciet in terra fertili ob frequẽtes pluuias & rores & agros irriguos. Item ibidem. Benedictionibus vberum & vuluæ. pro, Felicem te faciet gregum & liberorum copia.

Anima quæ benedicit, impinguabitur, Prou. 11, 25. id est, Anima benefica auctior reddetur.

Pones eum benedictiones in sæculum, Psal.21,7. id est, In eum locum constitues ipsum, vt omni genere bonorum perpetuò affluat.

Benedictio perituri super me veniebat, Iob 29,13. pro, Commendabar ab ijs, qui perijssent, nisi succurrissem.

Cape, quæso, meam benedictionem, Gen. 33, 11. id est, Munus meum.

BENEFACIO.

Benefaciat Deus nomini Selomoh magis quàm nomini tuo, 1 Reg. 1, 47. pro, Illustriorem tua reddat famam Salomonis.

BENEPLACITVM.

Et erit supra frontem eius iugiter ad beneplacitum eis corã Domino, Exod. 28, 38. id est, Vt conciliet ei gratiam & fauorem Dei. vel, Vt illos gratos reddat cum muneribus suis.

Holocautomata vestra non sunt ad beneplacitum, Iere. 6, 20. id est, Non sunt mihi grata.

BIBO.

Bibens sicut aquam iniquitatem, Iob 15, 16. pro, Plenus malignitate, & à puero propensus ad mala.

Ecce quorum non erat iudicium vt biberent calicem, bibendo bibent, Ier. 49, 12. id est, Affligentur; calamitate afficientur.

BIS.

Semel locutus est Deus, bis hoc audiui, Psal.62,12. pro, Bis, id est, Sæpius legi in Scripturis sacris quod semel dixit.

BONVM.

Scribite Iudæis sicut bonum est in oculis vestris. Esther 8,8. id est, Prout vobis placet.

Cui ego laboro, & deficere facio animã meam à bono? Eccl. 4,8. pro, defraudo animam meam bonis?

Si bonas faciendo bonas feceritis vias vestras, Ierem.7,5. id est, Si corrigendo correxeritis.

Iucundos corde super bono quod fecit Dominus Dauidi, 2 Par. 7, 10. id est, Propter beneficia quæ cõtulerat Dominus Dauidi.

Si fueris in bono populo huic, 2 Par. 10, 7. id est, Si comem populo te præstiteris.

Quia bonum est ei tecum, Deut.15,16. id est, Quoniam gratum illi est habitare tecum.

Vide bonum, Eccl. 2, 1. id est, Fruere bonis.

In die bono esto in bono, Eccl.7,15. pro, Tempore læto esto lætus.

Mulier bona intellectu, 1 Sam.25,3. pro, Sapiens, prudens.

Omne bonum domini sui erat in manu eius, Gen. 24, 10. pro, Pretiosa & optima quæque.

BRACHIVM.

Vnusquisque carnem brachij sui comedet. pro, Priuabit opibus fratrem & proximum suum.

Non obtinebit fortitudinem brachij, Dan.11,6. id est, Non diu valebit auctoritate.

Brachia inundatione inundabuntur à facie eius, Dan. 11, 22. id est, Magni exercitus vel potentes duces, opponent se illi, sed nihil proficient.

BVTYRVM.

Quando lauabam vias meas butyro, Iob 29, 6. id est, Dum ingens copia bonorum erat mihi.

C.

CADO.

Cadere feci deprecationem meam coram rege, Ierem. 38, 26. pro, Obnixè precatus sum regem.

Neque cadere fecit ex omnibus verbis eius in terram, 1 Sam.3,19. pro, Deus non permisit, vt vllum verbum Samuelis irritum esset.

CÆLVM.

Dare aliquid sicut dies cælorum super terram, Deut. 11, 21. id est, Quandiu cælum terræ imminet, hoc est, perpetuò.

Exaudiam cælos, & ipsi exaudient terram, Oseæ 2, 21. id est, Tamquam id petat cælum, permittam vt fundat pluuiam super terram, quæ etiam ab eo humorem expetit.

Similitudinẽ omnis auis alatæ quæ volat in cælis, Deut.4,17. id est, Per aëra.

CALAMVS.

Disperde congregationem calami, Psal. 68,31. id est, Gentem armatam longis fustibus instar arundinis, lancearios.

CALCEAMENTVM.

Dedit sanguines belli in calceamento suo, 1 Reg.2,5. pro, Occidit eos in ipso loco, ita vt corruerent ad pedes eius.

CALCATIO.

Non dabo vobis de terra eorum vsque ad calcationem plantæ pedis, Deut. 2,5. pro, Ne tantillum quidem quantum planta pedis occupat.

CALIX.

Dabo calicem sororis tuæ in manu tua, Ezech. 23,31. id est, Eodem supplicio afficiam te quo affeci sororem tuam.

Ecce ego pono Ierusalaim calicem ebrietatis omnibus populis per circuitum,

tum, Zach. 12, 2. q. d. Malè perituri sunt qui fideles meos affligent.

CALX.

Erunt populi vt incendia calcis, Esa. 33, 12. pro, Similes lapidibus qui vt vertantur in calcem, excoquuntur in for (nace.

CANIS.

Quid est seruus tuus canis, vt faciat rem magnam hanc? 2 Reg. 8, 13. pro, Non pluris faciendus quàm canis.

CANITIES.

Descendere facietis canitiem meam cũ dolore ad sepulchrum, Gen. 42, 38. pro, Mori me cogetis.

CANTICVM.

Vt audire facerent instrumentis cantici Dei, 1 Par. 16, 42. id est, Concẽtum facerent instrumentis quibus cãtica diuina personabant.

Nunc canticum eorum sum, Iob 30, 9. pro, De me nunc ridiculè cantitant.

Et nocte canticum eius mecum, Psal. 42, 9 pro, Noctu de illo canam carmina.

CAPIO.

Vt capiam domum Israel in corde suo, Ezech. 14, 5. id est, Vt reuelem cogitationes ipsorum.

Duxisti captiuam captiuitatem, Psal. 68, 19. id est, Captiuos hostes cepisti qui grassati fuerant in populum tuum.

CAPVT.

Condemnabitis caput meum regi, Dan. 1, 10. id est, efficietis vt rex curet caput meum tollendum.

Ecce viam tuã in caput dedi, Ezech. 16, 43. id est, Puniui te pro ratione scelerum tuorum.

Ad omne caput viæ ædificasti excelsum tuum, Ezech. 16, 25. id est, In initio viarum. q. d. in omnibus triuijs aut quadriuijs & compitis.

Non erit Ægypto opus quod fecerit caput & cauda, Iesa. 19, 15. pro, Neque magnates neque plebeij agent quicquam quod sit illis vtile.

Et Iehosaphat in capite eorũ, 2 Par. 20. 27. id est, Primas tenebat inter eos.

Puella, duæ puellæ capiti viri, Iud. 5, 30. pro, Singulis viris dabuntur vna aut duæ puellæ.

Eleuabit Parhoh caput tuum, Gen. 40, 13. id est, Meminerit tui & restituet te in priorem statũ.

Egressus est vastator è castris cum tribus capitibus, 1 Sam. 13, 17. id est, Tribus agminibus vel turmis.

CARBVNCVLVS.

Ecce ego colloco in carbunculo lapides tuos, Iesa. 54, 11. pro, Faciam vt lapides fundamẽti tui sint lapides carbũculi.

CARO.

Consumetur caro eius à visu, Iob 33, 21. pro, Desinet caro eius videri, id est, Reddetur macilentus.

Præter Deos quorum habitatio cũ carne nõ est, Dan. 2, 11. i. Cũ hominibus.

Omnis caro rotarum & dorsa earũ plena erant oculis, Ezech. 10, 12. q. d. totum corpus.

CASTIGATIO.

Castigatio pro pace nostra super eum, Iesa. 53, 5. pro, Fuit castigatus vt haberemus pacem.

CAVSA.

Causa viduæ non ingredietur ad eos, Iesa. 1, 23. pro, Non admittunt viduas ad ius persequendum.

CERVA.

Ponens pedes meos sicut ceruarum, Psal. 18, 34. pro, Pedibus meis dat celeritatem ceruarum.

CERVIX.

Ceruicem & non faciem ostendam eis, Ierem. 18, 17. i. Obuertam illis dorsum & nõ faciem quò minus eos liberem.

Manus tua erit in ceruice inimicorum tuorum, Gen. 49, 8. pro, Vertes inimicos in fugam, & expugnabis eos.

CESSO.

Cessare facite à facie nostra sanctum Israelis, Iesa. 30, 11. Nolite posthac nobis verba facere de sancto Israelis.

CHARITAS.

Recordatus sum charitatis desponsationis tuæ, Ierem. 2, 2. id est, Amoris quo te prosequebar quum te accepi veluti in vxorem.

CINGVLVM.

Congregauerunt se ab omni accincto cingulo, 2 Reg. 3, 21. id est, Ab ea ætate in qua primũ gestare solent ensem.

CISTERNA.

Ascendere fecit me è cisterna sonitus, Psal. 40, 3. id est, In quam aquæ decidentes magno cum impetu maximũ edebant strepitum.

CLAMO.

Clamare pacem ad ciuitatem, Deut. 20, 10. id est, Sublata voce compellare & inuitare eam verbis pacificis ad deditionem.

Si aduersum me terra mea clamet, Iob 31, 38. id est, Si non iure possideo terram quam habeo.

Sicut vnguentum quod est in dextera sua clamabit, Prou. 27, 16. i. Sicut aroma odore suo, velut edito clamore, se prodet.

CLAVDO.

Et hi sunt qui venerunt ad Dauid in Siclagh adhuc clausum à facie Saul, 1 Par. 12, 1. pro, Continentem se in Siclag, tamquam clausum, metu Saulis.

Clausit orationem meam, Thren. 3, 8. pro, Clausit aures ad orationem meã, id est, Noluit exaudire.

CLYPEVS.

Clypeus si cõspectus est, & lancea in XL. millibus in Israel, Iud. 5, 8. q. d. Dispeream si inter quadraginta hominum millia quispiam illorum ausus fuisset assumere arma.

Dispositi ad clypeũ & lanceã, 1 Par. 12, 8. pro, In acie vtentes clypeis & lanceis.

COGITO.

Et cogitabit cogitationes, vt non expellat à se expulsum, 2 Sam. 14, 14. pro, Sanxit legem quòd expulsum & exulem non repellet à se.

Contra munitiones cogitabit cogitationibus suis, Dan. 11, 24. id est, Statuet breui se inuasurum loca munita, vel machinabitur technas & stratagemata.

Ad cogitandum omnem cogitationem, quæ dabitur ei, 2 Par. 2, 14. id est, Ad ingeniose excogitandum omnis generis opus ingeniosum & industrium quod proponetur ei.

Non fecisti cogitationem super omnibus abominationibus tuis, Ezech. 16, 43. id est, Non recogitasti qua ratione resipisceres.

COGNOSCO.

Et Semuel antequam cognosceret Dominum, 1 Sam. 3, 7. id est, Nondũ erat assuetus audire Dominum vocãtem.

COLLECTA.

Fecerunt in die octauo collectam, Nechem. 8, 18. sup. populi, id est, Concionem, hoc est, Festiuitatem celeberrimam.

COLLVM.

Ne loquamini in collo pingui, Psal. 75, 6. id est, Cum fastu & superbè.

COMBVRO.

Agite laterificemus lateres, & comburamus ad combustionem, Gen. 11, 3. pro, Igni coquamus.

COMEDO.

Et Mephiboseth comedet super mensam meam veluti vnus de filijs regis, 2 Sam. 9, 11. id est, Vescetur regio apparatu vt solent filij regum.

Nunquid comedendo comedimus aliquid ex rege? 2 Sam. 19, 42. pro, Num cibos à rege propterea accepimus, vt illum reduceremus?

COMMOTIO.

Dabo eos in commotionem, in malum omnibus regnis, Ierem. 24, 9. pro, Omnes reges externarum regionum concutientur metu cùm audierint quæ illis acciderint.

COMPLACEO.

Et erit si nõ complacueris in ea, Deut. 21, 14. pro, Si non ames illam.

Electus meus complacuit animæ meæ, Iesa. 42, 1. pro, Est mihi gratissimus & charissimus: siue, eum vnicè & ex ani- (mo diligo.

COMPLEO.

Vidit quòd completum esset in se malũ à rege, Esther. 7, 7. pro, Animaduertit certò regem statuisse eum perdere.

CONCVPISCIBILE.

Omne cõcupiscibile oculorum tuorum ponent in manibus suis, 1 Reg. 20, 7. pro, Quicquid est tibi gratum & charum, arripientes auferent.

CONFITEOR.

Matthaniah filius Micha filij Zabdi filij Asaph princeps principalis confitebatur in oratione, Nechem. 11, 17. id est, Musicorum princeps & præcentor laudare solebat Dominum tempore orationis publicæ.

CONFORTO.

Cõfortauerunt manus malorum, Ierem. 23, 14. id est, Fauent facinorosis.

CONGREGO.

Diues dormiet, & non congregabitur, Iob 27, 19. pro, Non deferetur ad sepulchrum.

CONSECRO.

Et dixit Moseh: Consecrastis manum vestram hodie Domino, Exod. 32, 29. pro, Reputatur vobis occisio filiorum & fratrum, perinde ac si obtulissetis manus vestras Deo. vel diuinę iustitiæ executores & ministros vos prębuistis.

CONSOLOR.

Heu consolabor de hostibus meis, Esa. 1,24. pro, O gentem miseram: ego sumam pœnas de vobis hostibus meis, & ita summa afficiar consolatione.

CONSPECTVS.

Non excidetur vir de Ionadab filio Rechab stans in conspectu meo, Ierem. 35, 19. pro, Posteros Ionadab fauore sum prosecuturus quamdiu vixerint. quos amamus, non sinimus à conspectu nostro abesse.

CONSVETVDO.

Desierat esse ipsi Sarah cõsuetudo vt mulierum, Gen. 18, 11. pro, Cessauerant menstrua Saræ.

CONSVMMATIO.

Videbo, an secundum clamorem eius qui venit ad me, fecerint consummationem, Gen. 18,21. pro, Perfecerint.

CONTESTOR.

Contestando contestatus est in nos vir dicendo, Gen. 43,3. pro, Denuntiauit nobis, adhibito iuramento.

CONVERTO.

Lex Dñi perfecta conuertens animam, Psal. 19,8. pro, Restituens, id est, Hilaritatem animo pariens.

COR.

Dedit Deus Selomoh latitudinem cordis secundum arenam quæ est iuxta littus maris, 1 Reg. 4,29. pro, Mentẽ multarum rerum capacem quemadmodum arena longè lateque occupat in littore maris.

Nam Leuitę erant recti corde vt sanctificarent se præ sacerdotibus, 2 Par. 29, 34. pro, Erant sacerdotibus alacriores & proniores.

Nũquid est cor tuum rectum quemadmodum cor meum cum corde tuo? 2 Reg. 10,15. pro, Nunquid diligis me ex animo, sicut ego diligo te ex animo?

Ad disponendum in nõ corde & corde, 1 Par. 12, 33. pro, Non duplici corde, sed candido & puro.

Si pacificè venistis ad me, vt auxiliemini mihi, sit mihi super vos cor pariter, 1 Par. 12, 17. pro, Volo vobiscum esse eiusdem animi & voluntatis.

Et pro asinabus pereuntibus tibi tertio ab hinc die ne ponas cor tuũ, 1 Sam. 10, 20. pro, Ne sis sollicitus de asinis quas velut perditas requiris.

Et cogitauit cor meum in me, & increpaui optimates, Nechem. 5, 7. pro, Capto apud memetipsum consilio contendi cum optimatibus.

Et furabatur Absalom cor virorum Israel, 2 Sam. 15,6. pro, His dolis & artibus inibat gratiam à populo Israel.

Et dilexit puellam, & locutus est ad cor puellæ, Gen. 35,3. pro, Locutus est cũ ea grata & placentia.

Et percussit cor Dauid eum, 2 Sam. 24, 10. i. Cõfestim cœpit angi ob factum.

Cor eius cum bestijs positum est, Dan. 5,21. id est, Fecit Deus vt ille cuperet versari cum bestijs: hoc est, Priuatus est mente, & intellectu.

Quis est hic, & qualis est hic qui repleuit cor suum vt faceret sic? Esther. 7,5. pro, Qui sibi psuasit vt venderet vos?

CORAM.

Nonne omnis terra est coram te, Gen. 13,9. pro, Licet tibi eam terræ partem eligere quam voles.

Quãdo veniam & videbor coram Deo, Psal. 42,3. pro, In tẽplo corã arca Dei.

Thronus Dauid sit stabilis coram Dño, 1 Reg. 2,45. pro, Fauente & aspirante Domino.

Beati serui tui, ij, qui stant corã te semper, 1 Reg. 10,8. pro, Qui adstant tibi, & assidui sunt apud te, familiares, domestici.

Benedicam tibi coram Domino antequam moriar, Gen. 27,7. Domino inspectante. vel, Vt omnia felicia imprecer tibi dari à Deo.

CORNV.

Omnes isti filij Heman videntis regis in verbis Dei ad exaltandum cornu, 1 Par. 25,5. id est, Ad exaltandam dignitatem & potentiam regiam.

CORONA.

Quoniam descendit corona gloriæ vestræ, Ierem. 13,18. pro, Magnificentia, regiaq; vestra dignitas.

CORPVS.

Si cum corpore suo ingressus fuerit, cum corpore suo egredietur, Exod. 21,3. id est, Si solus sine vxore venerit in domum tuam, sine vxore exibit.

CORTINA.

Mouerunt se cortinæ terræ Midiam, Chabach. 3,7. id est, Tabernacula quæ fiebant ex pellibus.

CVM.

Quia cum Deo fecit die hac, 1 Sam. 14, 45. pro, Adiutus à Deo, vel fretus ope Dei, fecit hanc magnam salutem.

Non dormies cum pignore eius, Deut. 24,12. pro, Non dormies quin prius reddideris pignus eius.

CVRRO.

Et currere fecerunt ad vniuersos filios populi, 2 Par. 35,13. id est, Perrexerunt cum celeritate.

Æthiopia currere faciet manus suas Deo Psal. 68,32. pro, Celeriter & promptè offeret munera Deo, testando obedientiam suam.

CVRRVS.

Pater mi, pater mi, currus Israël, & equites eius, 2 Reg. 2,12. id est, Qui plus iuuabat Israëlem oratione, quàm currus falcati & equites.

CVSTODIO.

Dominum dereliquerunt vt custodirẽt, Hos. 4, 10. pro, Desierunt custodire vias Domini.

CVSTODIA.

Custodia filiorum Gherson in tabernaculo Ecclesiæ erit, Num. 3, 25. pro, Munus eorum erit custodire tabernaculum.

Seruastis custodiam præcepti Dñi Dei vestri, Ios. 3. pro, Præceptum Domini quod vobis erat obseruandum conseruastis.

Ipsa nox est Domino, custodia omnibus filijs Israel in generationes suas, Exod. 12,42. pro, Nox in qua custodiuit Dominus Israëlitas ne læderentur à vastatore. vel, Nox quam obseruare debẽt Israëlitæ in honorem Domini.

Custodia contra custodiam, Nechem. 12 24. pro, Vicissim, siue per vices.

D.

DECLINO.

Ne declines à lege ad dexteram & ad sinistram, Ios. 1,7. pro, Neque addendo neque detrahendo legi.

Quia Ioab declinauerat post Adonijah, 1 Reg. 2,28. pro, Secutus fuerat partes Adoniæ.

DECOR.

Et egressus est à filia Syon omnis decor eius, Thren. 1,6. pro, Regnum à Ierusalem ad Chaldæos translatum est.

DECRETVM.

Antequam pariat decretum diei in quo eritis vt gluma, Sophon. 2,2. id est, Antequam Dominus sententia sua efficiat, vt veniat dies in quo pereatis.

DELICIÆ.

Decalua teipsam & tonde temetipsam super filios deliciarum tuarum, Mich. 1,16. q. d. Habebis iustam causam lugendi calamitatem quæ imminet ciuibus tuis delicatis & charissimis.

DELICTVM.

Si non fuerit viro propinquus vt restituat delictum ei, delictum restituitur Domino, Num. 5, 8. pro, Damnum illatum.

DEPRECOR.

Filia Tyri cum munere, vultum tuum deprecabuntur diuites populi, Psal. 45, 13. id est, Tyrij alienigenæ allatis muneribus cupient tecum inire amicitiam.

DESCENDO.

Descendit Dominus vt videret ciuitatem & turrim, Gen. 11,5. pro, Reipsa patefecit, sibi non esse ignotum quid Babylonij tentarent.

Et descendent equi, & ascensores eorum vnusquisque gladio fratris sui, Chagg. 3, 23. sup. in sepulchrum vel in terram, id est, Concident & occidentur.

DESIDERO.

Desiderauit anima Dauid regis egredi propter Absalom, 2 Sam. 13,39. id est, Rex cœpit teneri maximo desiderio Absalonis absentis, ac subinde suspirabat quum meminerat filij.

Et desiderium Selomoh, quod desiderauit ædificare in Ierusalaim, 1 Reg. 9, 19. pro, Omnia ædificia quæ optauerat ædificare: vel, quicquid habebat in votis ædificare.

Totus ipse desideria, Cant. 5, 16. pro, Quantus quantus est, res sunt desiderabiles, siue totus est desiderabilis.

Et cui omne desiderabile Israel, nonne tibi? 1 Sam. 9, 20. pro, Ad quem spectant optima quæque, certè ad te: quoniam futurus es rex Israelis.

Polluo sanctuarium meum desiderabile oculorum vestrorum, Ezech. 24,21. id est, Quod lubentissimè aspicitis, tanquam rem vobis gratissimam.

DESVPER.

Si negaui Deum desuper, Iob 31, 28. id est, Qui habitat in excelsis.

DEVS.

Ascendit Moseh ad Deum, Exod. 19, 3. pro, Ad

pro, Ad montem in quo Deus se manifestauit, & legem dedit.

Princeps Dei es in medio nostri, Gen. 23, 6. id est, Te habemus pro præstanti & excellenti principe. Dei nomine vocant Hebræi quicquid excellit.

DEXTERA.

Cor sapientis ad dexteram eius, Eccl. 10, 2. id est, Præparatum habet cor ad omnia recta, vt dextera apta est rebus bene gerendis.

Qui nesciunt inter dexteram suam & sinistram suam, Ionæ 4, 11. id est, Qui nesciunt differentiam: vult dicere, Qui non creuerunt ad annos discretionis.

Redire fecit retrorsum dexteram suam a facie inimici, Thren. 2, . pro, Negauit & subduxit ab eis auxilium suum, quum ventum esset ad hostes.

DICO.

Non dixerunt vt ascenderent ad eos, Ios. 22, 33. pro, Nequaquam cogitauerunt vt à ascendere.

Et ego dixi, Reuelabo aurem tuam, Ruth 4, 4. pro, Statui apud me huius te admonere: siue id tibi indicare.

Dictum præuaricationis impio est: In medio cordis mei, Psal. 36. pro, Sic cogito apud me, nempe præuaricationem suggerere & dictare impio, nihil esse timendum.

DIES.

Nunc ponite quæso cor vestrum à die hac & supra, antequam, &c. Chag. 2, 16. id est, Cogitate diligenter quæ antehac vobis acciderunt, & quæ posthac accident.

Vt darem eis terram fluentem lacte & melle, secundum diem hanc, Ierem. 11, 5. id est, Qualis adhuc hodie est, siue qualem videtis hodie.

Recordare diei Ierusalaim, Psal. 137, 7. Diei in quo vastabatur Ierusalem.

Defectionem facientes fuerunt in medio eius à diebus sæculi, Ezr. 4, 15. pro, Ab omni æuo.

Et fuit in fine dierum, adduxit Cain &c. Gen. 4, 3. id est, Post aliquot annos.

Dies loquentur, & multitudo annorum scire faciet sapientiam, Iob 32, 7. pro, Senes different de re proposita, & prouecti ætate notam reddent sapientiã.

Ecce dies Domini venit crudelis, Iesa. 13, 9. pro, In qua ostendet se maximè iratum esse.

DIIVDICO.

Stetit Pinechas & diiudicauit, Psal. 106, 30. id est, præbuit se vindicem, nõ exspectata iudicum sententia.

DILATO.

Viam mãdatorum tuorum curram, cùm dilataueris cor meum, Psal. 119, 32. id est, Vbi voluntatem dederis vt aperto corde studeam me tibi in obsequium tradere.

DILECTIO.

Dedi dilectionem animæ meæ in manu inimicorum eius, Ierem. 12, 7. i. Vrbem cum templo atque vniuerso populo, quem vnice & ex animo diligebam.

DIMINVO.

Pauper non diminuet de dimidio siclo, Exod. 30, 15. Pro, Non minus dabit quàm dimidium siclum.

DISCOOPERIO.

Maledictus qui discooperuerit oram patris sui, Deut. 27, 20. pro, Qui rem habuerit cum nouerca.

DIVIDO

Quamuis diuiserit Achaz domum Domini, & domum regis & principum, 2 Par. 28, 20. pro, Tulerit maiorem partem, vt partem pecuniæ quę erat in domo Domini.

Statuit Iechizchiahu diuisiones sacerdotum & Leuitarum in diuisionibus suis, 2 Par. 31, 2. pro, Ordines, classes.

DO.

Dabo te in cœtum populorum, Gen. 48, 4. id est, Faciam vt relinquas quamplurimos nepotes in terra.

Inimicorum meorum dedisti ceruicem, Psal. 18, 41. pro, Vertisti eos in fugam.

Vir cùm dederit maculam in proximũ suum, Leuit. 24, 19. pro, Læserit, fregerit brachium.

Dedit nos tamquam exploratores terrę, Gen. 42, 30 id est, Habuit siue reputauit tamquam exploratores.

Dedi tibi annos iniquitatis eorum secũdum numerum dierum, Ezech. 4, 5. pro, Vertitibi annos quibus illi peccauerunt. in dies. i. tot diebus decumbes, quot annis illi peccauerunt.

Quis det de carne eius vt comedamus, Iob 31, 31. pro, Vtinam liceret nobis vesci carne eius.

DOCEO.

Docuit eum Dominus lignum, Exod. 15, 25 pro, Ostendit illi, vel mõstrauit.

DOMINOR.

Dominabitur de Iahacob, Num. 24, 19. pro, Orietur de Iahacob qui rerum potietur.

DOMVS.

Ædificabo tibi domum firmam, 1 Reg. 11, 38. pro, Familiam superstitem quæ longo tẽpore permaneat. hoc est, Nepotes qui sufficientur in locum tuum succedentq; tibi in regno.

Deus facit habitare vnicos in domo, Psal. 68, 7. pro, Efficit vt qui liberis carebant, habeant amplam familiam.

Interior eorum domus eorum in sæculum, Psal. 49, 12. pro, In animo cogitant quòd mansuri sint perpetuò in domibus suis.

DORMIO.

Si dormieritis inter tripodes, eritis sicut pennæ columbæ quæ tecta est argento, Psal. 68, 14. pro, Etiamsi iacueritis inter vasa plena fuliginis, hoc est, etiasi oppressi fueritis magna calamitate, eritis cãdidi veluti tecti pennis columbæ quæ ob candorem videtur operta argento, hoc est, læti & candidi reddemini ob liberationem.

Et erit cùm dormierit dominus meus rex, 1 Reg. 1, 21. id est, Cum vita functus fuerit.

DVLCESCO.

Qui simul dulcescere faciebamus secretum, Psal. 55, 15. id est, Cum summa animi voluptate de rebus nostris consilium inibamus.

DVRVS.

Si non fleui super habentem durum diem, Iob 30, 25. id est, Infelicem hominem. q.d. grauatum ęrumnis huius calamitosæ vitæ.

Et durius fuit verbum viri Iehudah verbo viri Israel, 2 Sem. 19, 43. pro, Arrogantius & insolentius loquuti sunt viri tribus Iudæ, quàm cæteri qui erant ex alijs tribubus.

E.

EBRIA.

Et benedixerit sibi in corde suo, vt addat ebriam cum sitiente, Deut. 29, 19. id est, Ita adulationibus conetur sopire synceresim & sibi imponere, vt malum putet iudicrũ esse. veluti si quis vehementi siti accensus sese inebriaret vino ne amplius tangeretur sensu: quũ potius sitim illam restinguere sobrietate & abstinentia deberet.

EDVCO.

Tum heri, tum nudiustertius cùm esset Saul rex super nos, educebas & introducebas Israel, 2 Sem. 5, 2. pro, Imperatorem agebas, educebas ad bellum, & reducebas à bello parta victoria.

EFFVNDO.

Sed effudi animam meam coram Domino, 1 Sam. 1, 15. pro, Deprompsi quicquid habebam in animo.

EGREDIOR.

Præficiat Dominus Deus virum super congregationem, qui egrediatur ante eos, & ingrediatur ante eos, Num. 27, 17. pro, Qui educat eos ad bellum & reducat.

Ego sum puer paruus, nec scio egredi, & ingredi, 1 Reg. 3, 7. pro, Nescio quomodo me debeam gerere in administratione tanti regni.

Et omne quod egrediebatur super domum ad munieadum, 2 Reg. 12, 12. pro, Omnia quæ insumebantur in domum ad eam reficiendam.

Et egredietur verbum reginæ ad omnes mulieres, Esther. 1, 17. pro, Diuulgabitur facinus reginæ, peruenietq; ad aures aliarum mulierum.

Quod egreditur è labijs tuis, custodies, Deut. 23, 23. pro, Quod semel pollicitus fueris, præstabis.

ELEVO.

Nũquid eleuabis ad nubem vocẽ tuam, vt multitudo aquarum operiat te? Iob 38, 34. pro, Nunquid imperio tuo descendet ad te pluuia?

ELOQVIVM.

Relinquam aduersum me eloquium meum, Iob 10, 1. pro, Laxis ori meo habenis, pleno ore conquerar.

EO.

Ibat manus filiorum Israel eundo, & dura erat contra Iabin, Iud. 4, 24. pro, Vsque adeo cœperunt augescere vires filiorum Israel.

EQVITO.

Equitare fecisti hominem super caput nostrum, Psal. 66, 12. pro, Fecisti vt homo potiretur imperio supra nos, & insultaret nobis vt tyrannus.

ERVO.

Rixati sunt ambo ipsi in agro, & non

erat qui erueret eos : 2 Sem. 14,6.pro, Qui litem inter eos ortam cõponeret.

EVACVO.

Euacuauerunt eos euacuantes, Nach.2, 3.pro,Spoliauerũt & priuarunt suis bonis.

EVASIO.

Et ecce remanebit in ea euasio, Ezech. 14,22.pro,Attamen remanebunt ex ea aliquot qui euadent.

EVAGINO.

Tulit secum septingentos viros euaginantes gladium, 2 Reg.3,26. pro, Magnanimos & bellicosos.

EXALTATIO.

Exaltationes Dei in gutture eorũ, Psal. 149, 6. q. d. De magnificis factis Dei semper loquuntur,pleno gutture cantant laudes Dei.

EXCELSVS.

Ambulat super excelsa maris, Iob 9, 8. pro, Super altos fluctus marinos, vel excelsa maris: cælũ & aërem intelligit.

Excelsiores stulto sunt sapientiæ, Prou. 24,7.pro,Iuxta sententiã stulti, sapientia est in loco edito ad quem pertingere non potest.q.d. desperat se posse assequi sapientiam.

EXITVS.

Venit vt sciret exitum tuum & introitũ tuum, 2 Sam.3, 25. pro, Vt exploraret quomodo te gerias.

EXSPECTO.

Elihu exspectauit ipsum Iob in verbis, Iob 32,4.pro,Sustinuit loquentem.q.d. Hactenus tacuit, quòd iunior esset.

EXPVLSIO.

Si fuerit expulsio vestra in extremũ cæli, Nechem.1,9. pro, Siqui à patria vestra expulsi fuerint in regionem remotissimã.

EXVLTATIO.

Ad Deũ lætitiæ exultationis meæ, Psal. 43,4.i. Ad Deũ auctorem summæ meæ lætitiæ.

F.

FACIES.

Non surrexit prophcta vltra in Israel sicut Moseh quem nosset Dominus facie ad faciem,Deut.34,10,pro, Qui sic familiariter conuersaretur & loqueretur cum Domino,qui talem consuetudinem haberet cum Deo.

Derelinquetur terra quam tu detestaris à facie duorum regum,Iesa.7,16. pro, A qua tu abhorres propter duos reges suos.

Vt verterem faciem verbi, fecit seruus tuus Ioab, 2 Sam.14, 20. pro, Vt tibi proponerem sermonem figuratum.

Nunquid faciem eius accipietis, Iob 13, 8. pro, An debetis habere respectum personæ eius?

Et orauerint & exquisierint faciem meã 2 Par.7,14. pro, Implorauerint opem meam.

Et super me posuerunt omnis Israel facies suas vt regnarem, 1 Reg.2, 15. pro, In me cõiecerant oculos, sperantes me regnaturum.

Multi quærunt faciem principis, Prou. 29, 26. pro, Ambiunt familiaritatem principis.

Video faciem patris mei, quia non est erga me sicut heri, & nudiustertius, Gen.31,5.pro, Quòd non tam hilari ac læto vultu me intuetur atque antea.

Veni videamus nos facie, 2 Reg. 14, 8. pro,Descendamus in locũ certaminis.

FACIO.

Ad populum congregatum è gentibus, facientem pecudes & opes, Ezech.38, 12.pro, Qui parat sibi peculiũ & opes.

FÆX.

Visitabo viros stantes in fęcibus suis,Sophon. 1, 12. id est, Qui instar rerum coagulatarum stant immobiles super fæces suas: hoc est, Qui magna tranquillitate cõquiescunt in diuitijs suis.

FERRVM.

Ferrum ingressum est animã eius, Psal. 105, 18. id est, In corpus. q.d. corpus eius vinctum fuit catenis.

FICVS.

Veluti primitiua in ficu,in cacumine eius vidi patres vestros, Hos. 9, 10. i. Tam libenter vidi patres Israëlitarũ, quàm libenter videt homo primos fructus in ficus cacumine.

FIDES.

Dominus reddat vnicuique iustitiam suam & fidem suam, 1 Sam. 26, 23. pro,Rationem habeat quàm quisq; vixerit iustè, & fidem seruauerit suam.

FIGVLVS.

Subuersio vestri verè sicut lutum figuli reputabitur, Iesa. 29,16.pro, Equidem tam facilè potest Deus mutare sortem vestram, quàm potest figulus ex vno vase facere quod vult.

FILIVS.

Acquisiui seruos & ancillas, & filij domus erant mihi,Eccl.2,7. pro, Familia fuit mihi aut vernæ.

State in sanctuario secũdum diuisionem domus patrum fratrum vestrorum filiorum populi,2 Par.35,5. Filios populi vocat plebem, vel plebeios aliarum tribuum pręter tribum Leuitarum.

Et egressi sunt filij prophetarum,2 Reg. 2,3.id est, Discipuli.

Tritura mea & filij areæ meæ, Iesa. 21, 10. id est, Frumentum vel palea quæ atteritur in area.

Isti sunt duo filij olei, &c. Zachar.4,14. id est, Duo vncti. q.d. Hæc significant duos summos magistratus, regem Iosue,& summũ sacerdotem Zorobabel.

FINIS.

Finis omnis carnis venit ad conspectum meũ, Gen. 6,13. pro, Decreui perdere.

Et non est finis thesauris eius, Iesa. 2,7. pro, Non possunt numero cõprehẽdi.

Non finies angulum agri tui metendo, Leuit. 19, 9. pro, Non exactè metes terminos agri tui, sed illius in angulis relinques spicas pauperibus.

FLAMMA.

Vox Domini succidens flammas ignis, Psal. 28,7. Vult dicere: vnà cum tonitru emicat fulgetrum.

FLATVS.

Si poneret super eum cor suum; spiritum eius, & flatum eius ad se congregaret,Iob 34, 14. pro, Priuaret eũ vita.

FOEDVS.

Arcæ in qua est fœdus Domini,1 Reg.8, 21.id est, Tabulæ in quibus erant præcepta & conditiones fœderis.

Fœdus pepigi cum oculis meis,Iob 31,1. pro, Fuit magna cõcordia carni meæ cum spiritu meo.

FOETEO.

Turbastis me vt fœtere faceretis me habitatoribus terræ, Gen. 34, 30. pro, Adeo, vt apud terræ incolas, veluti rem putidam,abominabilem & odiosum me reddideritis.

FORMIDO.

Et vocabunt super eos formidinem vndique, Ierem.49,30. id est, Homines terribiles & formidabiles milites qui illis vndique terrorem incutient.

FORNICOR.

Et fornicari fecit habitatores Ierusalaim 2 Par.21,11.pro,Fuit causa idololatriæ habitatoribus Ierusalem.

FORTIS.

Tantummodo esto mihi filius fortis, & præliare bella Domini, 1 Sam. 18,17. pro, Ea lege, vt sis dux & imperator mei exercitus.

Fortitudo mea, & principium roboris mei, Gen. 49,3.pro, Quem genui in robore meo.

A fortitudine sua pudore affecti sunt, Ezech.32,30.id est,Dum terrerent mortales, interim puduit eos virium suarum : nam in medio conatu destituti sunt viribus.

FRACTVRA.

Sicut fractura aquarum lata venerunt aduersum me, Iob 30,14. id est, Magno impetu, vt ingens flumen ruptis aggeribus, inuadunt me.

FRATER.

Perrexit Abimelech filius Ierubbahal in Sechem ad fratres matris suæ, Iud.9, 1. pro, Vt alloqueretur omnes cognatos suos ex parte matris suæ.

Quoniam apprehendet vir fratrem suũ familiæ patris sui, Iesa.3,6. id est, De eadem familia. Fratrẽ de eadem familia, vocant Hebræi fratrem germanum, siue qui est eiusdem gentis & sanguinis.

FVMO.

Vsquequo fumabis in oratione populi tui?Psal.80,5. id est, Velut iratus, repudiabis orationem nostram?

FVNDARE.

Ex ore paruulorum & lactentium fundasti fortitudinem,Psal. 8,3. pro, Stabilem esse declarasti gloriam fortitudinis tuæ, & eam confirmasti contra inimicos tuos.

FVNES.

Væ ijs qui trahunt iniquitatem in funibus mendacij, & veluti funibus plaustri trahunt peccatum, Iesa. 5, 18. id est, Rationibus illicitis, prætextibus, siue illecebris addũt peccata peccatis.

Quia funem meum soluit, & afflixit me, Iob 30,11.pro, Vinculum timoris mei quo illi reuerebantur me, dissoluit,siue abstulit ex animis illorum.

FVROR.

Quia in furore meo & in ira mea fuit mihi ciuitas hæc à die qua ædificauerunt eam,Ierem.32,31.pro,Iratus sum vehementer isti vrbi.

Proiecit & reliquit Dominus generationem

tionem furoris sui, Ierem.7,29. id est, Contra quam indignatus est.

FVRARI.

Propterea ecce ego ad prophetas,ait Dominus, Qui furãtur verba mea vnusquisque ab amico suo, Ierem. 23, 30. id est, Qui vtuntur aliena prophetia, quam audierunt ab alijs, cui tamen affingunt sua somnia.

G.

GENERATIO.

Istæ generationes cæli & terræ,Gen.2,4. id est,Natales, aut ortus siue origines. vel, actiuè, quæ generauerunt cælum & terram.

Intelligite annos generationis & generationis, Deut.32,7. pro, Annos multarum generationum præteritarum, hoc est,Priscos.

Noach vir iustus, perfectus fuit in generationibus suis,Gen.6,9. id est, Ætate illa qua vixit, siue inter homines sui seculi.

GERMEN.

Quia adduco seruum meum Germen, Zachar.3,8.id est,Christum,cuius aduentum prædixerunt alij prophetæ, vocaueruntq; eum Germen.

GENVA.

Genua curuata roborasti,Iob 4,4.vel labantia.pro,Deficiẽtes in afflictionib⁹.

GLADIVS.

Inducam super vos gladium vltorem vltionis fœderis, Leuit.26,25. pro, Immittam homines armatos, qui fractũ à vobis & violatum fœdus quod pepigeratis, vlciscantur.

Gladij sunt in labijs eorum, Psal. 59, 8. pro,Loquuntur meras cædes: singula eorum verba totidem sunt gladij ad iugulandos homines.

GLORIA.

Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem bouis comedentis herbam, Psal.106,20. id est, Relicto vero Deo, qui erat gloria & decus eorum,seruierunt Idolis.

Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriæ? Ierem.48,17.id est,Qua ratione factum est, vt regnum Moab tam potens & gloriosum,deletum sit.

Faciet illud secundum imaginem viri, secundum gloriam hominis. Iesa.44, 13. pro, Dabit illi effigiem humanam elegantissimam.

Et de his quæ erant patri nostro fecit omnem gloriam hanc,Gen.31,1. id est, Omnes istas diuitias quibus gloriam sibi comparauit.

GRANDIS.

Ecce non faciet pater meus rem grandem, vel rem paruam quam non reuelet auri meæ,1 Sam.20,2.id est,Nihil facere solet, siue paruum sit, siue magnum,quin indicet mihi.

GRATIA.

Et suscepit gratiam in oculis omnium videntium eam,Esther. 2,15. pro, Cõciliauit sibi fauorem.

Si quæso inueni gratiam in oculis tuis, 1 Sam. 27, 5. pro, Si tibi gratus sum. vel, si tibi gratum fuerit.

GRESSVS.

Dilatabis gressum meũ subtus me, Psal. 18,37.pro,Effecisti vt quocũque irem, lato & amplo gressu ingrederer, hoc est, liberè & sine metu. aut, pateret mihi iter expeditum & inoffensum.

GVTTVR.

Exaltationes Dei in gutture eorum,Psal. 149, 6. q.d. De magnificis factis Dei semper loquuntur. Pleno gutture cantant laudes Dei.

H.

HABITATIO.

Omnis habitatio domus Siba, serui erãt Mephiboseth,2 Sam.9,13.pro, Quotquot habitabant in domo Siba,&c.

HIRCVS.

Recedite de medio Babel, & estote tanquam hirci ante gregem, Ierem.50,8. id est, Alieni à metu tanquam hirci gregem præcedentes.

HONORIFICO.

Leuabit te cor tuum ad honorificandũ, 2 Par.25,19. pro, Cœpisti magno esse animo, vt maximo honore dignum te putares.

HVMILIOR.

Humiliatus est Moab in die illa sub manu Israel,Iud. 3,30. pro, Moabitæ venerunt in potestatem Israëlitarum.

I.

IGNIS.

Qui facit ministros suos ignem vrẽtem, Psal.104,4 id est, Qui fulmine vtitur tanquam ministris.

Laborabunt populi in igne, Chabb. 2, 13.id est, Videbuntur frustra laborare circa extructionem talium vrbiũ quæ tandem incendio absumentur.

ILLVMINO.

Illuminati sunt oculi eius,1 Sam. 14,27. pro, Clariores redditi sunt postquam comedit mel.

INCISIO.

Incisionẽ pro anima non dabitis in carne vestra,Leuit.19,28.pro, Non incidetis carnem vestrã propter mortuũ.

INCIRCVNCISVS.

Et ego sum incircuncisus labijs,Exod.6, 13.p, In loquẽdo rusticus & inelegãs.

INDVLGENTIA.

Polluo sanctuarium meum,& indulgentiam animæ vestræ, Ezech. 24, 21. id est, rem quam tantum amatis quantum indulgentes patres liberos suos. siue rem quam miro affectu prosequitur animus vester.

INDVO.

Et spiritus Dei induit Zechariah, 2 Par. 24,20.pro, Egit eum spiritus Dei.

INGREDIOR.

Num fratres vestri ingredientur ad bellum, & vos manebitis? Num. 32, 6. pro, Pugnabunt?

Et ingressa es in ornamento ornamentorum,Ezech.16,7.pro, Ornasti te ornamento vario, pulcherrimo & elegantissimo,vel apto,disposito.facta es studiosa mundi muliebris.

INIQVITAS.

Sed si ad decipiendum me pro aduersarijs meis absq; iniquitate in manibus meis,1 Par. 12,17. p, Quum nihil vos læserim, quum nihil iniquum admiserim in vos.

INSVLSVS.

Nec tribuit aliquid insulsum Deo, Iob 1,22.pro,Non dixit Deum quicquam fecisse sine ratione.

INTELLIGO.

Intelligere fecit manus suas,Gen.48,14. pro, Doctè & scite imposuit illis manus suas.

Et de filijs Issaschar scientes intelligentiam in temporibus vt scirent quid faceret Israel, 1 Par. 12,32. pro, Periti temporum & occasionũ,id est,Scientes quo tempore quidque esset agendum Israeli captatis occasionibus.

INTERFECTIO.

Et super populum interfectionis meę ad iudicium, Iesa.34,5. pro, Quos interfectur⁹ sum vt iudiciũ exerceã in eos.

Auxiliati sunt vnusquisque proximo suo ad interfectionem, 2 Par. 20, 23. pro, Confoderunt se mutuis vulneribus.

INVENIO.

Scitote peccatum vestrũ quod inueniet vos,Num.32,23.pro, Quale sit peccatum vestrum pro quo luetis pœnas.

Quemadmodum inuenit manus mea regna idoli, Esa.10,10.pro, Quemadmodum superaui & vici alia regna in quibus colebantur idola.

INVESTIGATIO.

Num inuestigatione Deũ inuenies? Psal. 11,7. pro, Nunquid perucstigando assequêris omnia Dei consilia?

INVOCO.

Tantũ inuocetur nomen tuũ super nos, Iesa.4,1.pro, Dicamur vxores tuæ.

IRA.

Propterea quòd non audisti voci Domini,nec fecisti iram furoris eius contra Hamaleck,1 Sem.28,18.i. Quod præceperat iratus valde cõtra Hamaleck.

Quoniam ira hominis cõfitebitur tibi, Psal.26,11. p, Qui prius erãt tibi irati laudabunt te, vel cedet tandẽ in laudẽ tuã hostiũ furor cũ illos deuiceris.

Iram Dñi ferã,quoniã peccaui ei, Mich. 7,9.i.Pœnam mihi à Dño illatam.

IVBEO.

Iubebo pro te,2 Sem. 14, 8. i. Iubebo & præcipiam vt filio tuo nihil mali fiat.

IVDICIVM.

Iudicia tua Abyssus multa,Psal. 36, 7.id est, Quocunq; vertamus oculos, sursum,ac deorsum, iusto Dei iudicio omnia disponuntur.

Et docuit eum in semita iudicium, Iesa. 40,14.id est, Quis docuit Deum hanc mirabilem dispositionem, & ordinẽ quem in creatione mundi seruauit.

Et apprehenderit iudicium manus mea, Deut.32,41.pro, Et cœpero facere iudicium.

Ad faciẽdum in eis iudicium scriptum, Psal. 149,9. id est, Vt sumant de illis pœnas iuxta scriptum legis, in qua vt delerent gentes,mandatum erat illis.

Nesciunt iudicium Dei terræ,2 Reg.17, 26. pro, Morem, id est, Quo cultu,& religione, velit coli Deus eius terræ.

IVDICO.

Dan iudicabit populum suum,Gen.49, 16. pro, Reget, & moderabitur.

Nunciabo regi, quòd iudicauerit eum

Dominus de manu inimicorum suorum,2 Sem.18,19. pro, Eripuerit eum, siue iudicio suo liberauerit.

IVGVM.

Remouebitur ab eis iugum eius,& onus illius ab humero eius remouebitur,Iesa.14,25.q.d.Populus meus postea non pendet tributa Assyrijs.

IVRO.

Ad terram quam iurauit Abraham, Genes. 50,24. pro, Quam interposito iuramento pollicitus est ipsi Abraham.

IVSIVRANDVM.

Quare non custodisti iusiurandum Domini, 1 Reg. 2,43. pro, Quod iurasti mihi per Dominum.

IVSTIFICO.

Iustificauit animam suam rebellis Israel magis quàm præuaricatrix Iehudah, Iere.3,11. pro, Iustiorem præstitit sese, quá sit soror eius, si cóferatur cum eá.

IVSTITIA.

Peccauerunt Domino habitaculo iustitiæ,& exspectationi patrum eorũ Domino,Ierem.50,7. id est,In quo erant semper tuti,vt sub tutela legum & iusto iudicio,si qui eos afflixissent,quem admodum antea fuerat spes & columen patrum suorum.

Propterea elõgauit se iudicium à nobis, & non apprehendit nos iustitia,Iesa.59, 9. id est, Deus non vlciscitur iniurias illatas nobis,nec tuetur nos.q.d. Deus abiecit curam populi sui, ac destituit auxilio & ope sua.

Non ingrediantur iustitiam tuam,Psal. 69,28.pro, Nunquam resipiscant. vel, nunquam eos iustifices,aut absoluas.

Præcepisti nobis iustitiá,testimonia tua, & veritatem valde, Psal. 119, 138. pro, Tu studiosè admodum præcepisti obseruari leges tuas quæ sunt æquissimæ & verissimæ.

Et vobis non est iustitia in Ierusalaim, Nech.2,20.pro, Meritum vllum. hoc est,Nunquam estis bene meriti de Ierusalem.

L.

LABIVM.

Labium blanditiarum in corde & corde loquentur,Psal.12,3.pro, Sermone blãdo duplici corde loquuntur.

Quia balbutientibus labijs, & in lingua altera loquetur propheta ad populum istum, Iesa. 28,11. pro, Videbitur illis loqui lingua balbutiente & peregrina, ignotáue, adeo alienus erit à Deo populus.

Et erat omnis terra labij vnius, Gen. 11, 1.id est, Omnes homines vnico idiomate vtebantur.

Quod egreditur è labijs tuis custodies, Deut.24,24. pro, Quod semel pollicitus fueris, præstabis.

LABOR.

Labor Ægypti, & negotiatio Chus, super te transibant,Iesa.45,14. pro, Opes Ægyptiorum labore partæ, & merces Æthiopum peruenient ad te.

Laborare fecisti me propter iniquitates tuas,Iesa. 43, 24. id est,Varia tædia deuorare fecisti me, vel, molestus admodum mihi fuisti propter &c.

LAC.

Nõ coques hœdum in lacte matris suæ, Exod.23,14.pro, Dum matris lac sugit. vel, cum matre lactante.

LAMENTVM.

Assume super Sor lamentum,Ezech.27 2.pro,Deplora sortem ac calamitatem Tyri.

LAPIS.

Mortuũ est cor eius in medio eiº;& fuit vt lapis. p, Versum est in lapidem: hoc est, Obstupuit instar lapidis præ metu.

Lapidem depictum nõ ponetis in terra vestra,Leuit.26,1.i.Effigiem lapideam.

LAQVEVS.

Et capias laqueum animæ tuæ.Prou.22 25. pro, Ne tandem malè pereas, & ab alijs interficiaris.

Neq; coles deos eorũ, quia laqueus sunt tibi,Deut.7,16.i. Auertit te à Deo tuo cultus ille idolorum.

LAVS.

Et tu sanctus permanens laudes Israëlis, Psal.22,4.pro,Qui laudis materiá continuo gratiarum tenore suppeditas, & tuis assiduis beneficijs. vel, Sanctè permanẽs,& laudes Israëlis. id est,Auctor vt multi laudent Israëlem.

LEO.

Fuit mihi hęreditas mea tanquam leo in sylua,Iere.12,8.i.Ita fugio vt fugere solent qui iter agũt,audito leonis rugitu.

LEVIS.

Leuis sicut aquæ,non habebis excellentiam, Gen. 49,4.pro, Leui ingenio es, & procliui ad libidinem.

LEVO.

Ad terram super quam eleuaui manum meam, vt habitare facerem vos in ea, Num.14,30.pro,Quam iuraui me traditurum vobis habitandam.

LIBERTAS.

Ego prędico vobis libertatem ad gladiũ, ad pestem,& ad famẽ, Ier.34,17.i. Denũtiaturus sum in perniciem vestram, liberam facultatem inuadendi vos,gladio hostili,pesti & fami, vt perdãt vos.

LIGATA.

Indicatio problematum, & solutio ligatorum inuenta sit in eo,Dan.5,12. hoc est, Nodorum ænigmatum.

LIGNVM.

Suspendit eos in quinque lignis, Ios. 10, 26.pro,patibulis,vel crucibus.

LINEA.

Extendam super Ierusalaim lineam Someron,2 Reg.21,13.pro,Designabo velut linea quadá id quod volo perdi, & deijci. & quemadmodum curaui euertendam Samariam, ita curabo euertẽdam Ierusalem.

Nam est eis præceptũ post præceptum, præceptum post pręceptum, linea post lineam,linea post lineam,parum ibi,parũ ibi,Iesa.28,10. vult dicere,Paulatim sunt docendi pueri, vt discant legere versum post versum.

LINGVA.

Posuerunt in cælos os suum, & lingua eorum graditur in terra,Psal.73,9.pro, Etiam de hominibus malè loquuntur, vt de Deo.

LINGO.

Inimici eius terrã lingent,Psal.72,9.pro, Osculabũtur terrã in signũ reuerentię.

LOQVOR.

Sicut locutus est Dns super filios Dauid, 2 Par. 23, 3. pro, Sicut promisit Deus nepotibus Dauidis.

Locutus est ad cor eorum, Gen. 50, 21. pro, Verbis blandis leniuit mœstitiam eorum.

LVCERNA.

Filio eius dabo tribũ vnam vt sit lucerna seruo meo omnibus diebus coram me, 1 Reg.11,36.id est,Regnum,vt semper habeat aliquem ex nepotibus suis, qui regnet in Ierusalẽ me cõspiciente.

Dum splendescere faciebat lucernam suam super caput meum,Iob 29,3.pro, Dum ipse summo fauore prosequeretur me.

LVMBVS.

Accinxit fortitudine lumbos suos,Prou. 31,17.id est, Exactè, diligenter & accuratè se pręparact ad opus,vel agit omnia strenuè & virili animo, assiduaq; est in negotijs domi & foris agendis.

LVMEN.

Ad lumen eius ambulabam in tenebris, Iob 29, 3. pro, Quãdo propitium Deũ sentiebã in cũctis huiº vitæ incõmodis.

LVNA.

Sicut luna stabilietur in seculũ, & testis in cælo fidelis,Psal.89, 38. id est, Quæ testis est durationis illius regni. q. d. Quandiu sol & luna in cælo fulgebũt, erũt mihi testes quòd solium hoc Dauidis nunquam concidet.

LVX.

Expellent eum de luce ad tenebras, Iob 18,18.pro,Afflictiones & morbi propellent eum à lumine felicitatis & gaudij ad tenebras intolerabilium ęrũnarum.

M.

MAGNIFICO.

Ecce sicut magnificata est anima tua die hac in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, 1 Sam. 26,24.pro, Quemadmodũ in magno pretio habui vitam tuam, ita vt te non occiderim;sic Dominus conseruet me in vita, ne me occidas.

Magnificans Deus salutes regis sui & faciens misericordiã Christo suo Dauid, Psal.18,51.pro, Magnam salutem afferens mihi regi suo. vel, magnificè me regem suum iuuit.

MALEDICO.

Vidi virum stultum radicantem, & maledixi habitaculo eius statim, Iob 5, 3. pro, Mox reputaui habitaculum eius esse maledictum, i. mox reputaui fore vt domui ac familiæ eiº malè cederet.

MALITIA.

Ficus malas valde quæ non poterant comedi propter malitiam, Ierem.24,2.i. Acerbas quę præ ĩsuauitate & inamœnitate palato & gustui erant ingratæ.

MALVM.

Iratus sum parum, & ipsi auxiliati sunt in malum,Zach.1,15.i.In afflictionem. hoc est,Afflixerunt eos suprà quàm volebam. q. d. grauissimè afflixerunt.

Parum abfuit quin fuerim in omni malo, Prou. 5,14. Quin obrutus fuerim omnimoda afflictione.

MANSIO.

Manete quęso,ecce mansio est diei,Iud. 29,9.

29,9. pro, Tempus est quo dies conuertet se ad hospitium, id est, occidet. q. d. Non procul abest occasus solis, quo tempore solent homines diuertere ad hospitium.

MANVS.

Vnusquisque secundum donum manus suæ Deut.16,17.pro, Quisque offeret iuxta quod conferre poterit.

Et dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonam super me, Nechem.2,8. pro, Fauore & gratia Dei mei erga me.

Et si non attigerit manus eius sufficiens pecus, Leuit.5,7. pro, Si tam pauper sit, vt non suppetat ouis quam offerat.

Confortauerunt manus malorum, vt nõ conuertãtur vnusquisq; à malitia sua, Ier.23,14.i.Fauent facinorosis.

Ægypto dedimus manum, Assyrio vt saturaremur pane, Thren.5,6. pro, Pepigimus fœdus cum Ægypto & Assyria. vel, Supplices illis facti sumus vt pane saturaremur.

Et defixisti alieno manum tuam, Prou. 6,1. i. Attactu manus stipulatus sis, & fide iusseris, siue manu tua stipulatus fueris pro alieno.

Et dixit, quia manus super thronum Domini, bellum Domini in Hamalec, Exod.17,16.pro, Dixit Dominum iurasse per solium suum, sibi futurum bellum cum Hamalecitis.

MARE.

Quia affluentiam marium sugent, Deu. 33,19.pro, Mercibus marinis abundabunt.

MEDIVM.

Quia nomen meũ in medio eius, Exod. 23,21. pro, Legatus meus est; & quæ dicet, nomine meo dicet.

MEMORO.

In omni loco quo memorare faciã nomen meum, veniam ad te, Exod. 20, 24.pro, In quocunque loco insti tuero cultum nominis mei.

MENDAX.

Eris mihi velut vena mẽdax, veluti aquæ quæ non fideles sunt, Ierem. 15,18. id est, Non perpetuò fluens. q. d. Cùm sperabo te mihi laturũ auxilium, tunc deseres me.

MENTIOR.

Mustũ mentietur eis, Hos.9,2.pro, Non respondebit votis eorum.

MERCES.

Ante dies hos merces hominis non fuit, & merces animalis non fuit, Zach. 8, 10.i. Labor tam hominum quàm iumentorum erat inutilis, irritus & inanis. hoc est, maledictus à Deo.

METIOR.

Et mensus est duos funiculos ad mortificandum, & plenum funiculum ad viuificandum, 2 Sam. 8,2. pro, Duas partes interfecit, & tertiæ parti pepercit.

MINOR.

Minor sum cunctis misericordijs tuis, Gen.32,10. pro, Inferior, vel indignus sum misericordijs tuis.

MIRABILIS.

Mirabilior fuit amor tuus mihi amore mulierum, 2 Sam.1,26.pro, Te magis diligebam quàm vllam mulierem.

MISCEO.

Et quomodo misces te cum equis? Iere. 12,5.id est, Quomodo cum equis cursu certare poteris?

MISERICORDIA.

Misericordiã & veritatem præpara quæ conseruant te, Psal.61,8.pro, In seruãdo rege tuo ostende te esse misericordem & veracem in tuis promissionibus. Aut, Fac vt semper sequatur rectitudinem & clementiam. quia istæ virtutes sunt fideles regni custodes.

Ista est misericordia tua ad amicũ tuũ? 2 Sam.16,17.pro, Hæc rependis amico tuo pro beneficijs acceptis?

Dedit Deus Danielem in misericordiã, & misericordias coram principe Eunuchorum, Dan.1,9. pro, Effecerat Deus, vt esset gratiosissimus & charissimus illi principi valde.

MONS.

Potens præ mõtibus rapacibus, Psal.76, 5.id est, Prædatoribus. Montes rapaces vocat regna violenta, per vim & multas cædes acquisita.

Contriti sunt mõtes longi temporis, incuruauerunt se colles æterni, Chabb. 3,6. id est, Reges ac principes, siue nobiles, qui multo tempore imperauerant in regione illa.

MORS.

Et Domino Deo ad mortem sunt exitus, Psal.68,21.pro, Domini est mors, & animarum exitus. vel, Dominus potest hostes suos tradere ad mortem quum vult.

Non est puellæ peccatum mortis, Deut. 22,26. pro, Non admisit facinus dignum morte.

Percussimus fœdus cum morte, & cum sepulchro fecimus pactum, Iesa. 28, 15. pro, Non veniet super nos mors, non moriemur.

Ecce mortuus es, Gen.20,3.pro, Actum est de vita tua.

MVLTIPLICO.

Qui multiplicauit occisos nostros, Iud. 16, 24. pro, Qui plurimos ex nostris occidit.

Et cùm multiplicata esset res ista, 2 Par. 31,5.id est, Cũ hoc esset diuulgatum.

MVLTITVDO.

Ego Dominus respondebo ei in multitudine idolorum suorum, Ezech. 14, 4, id est, Tametsi fuerit maximus idololatra.

MVNDO.

Mundando non mundabit, Num.14,18. pro, Non absoluere solet eum qui nõ agnoscit peccatum, sed punire.

MVTO.

Surge nunc, & muta te, 1 Reg.14,2. pro, Muta vestem tuam, & ornamenta tua, ne agnoscaris.

MVTVS.

Aperi os tuum muto, Prou.31,8.pro, Patrocinare silenti in sua causa.

N.

NIDVS.

Vt aquila quæ excitat nidũ suum, Deut. 32,11. pro, Ad volandum excitat pullos suos.

In nido meo moriar, Iob 29, 18. pro, In medio liberorum meorum. hoc est, Liberis meis superstitibus.

NOBILIS.

Beata tu terra, cùm rex tuus filius est nobilium, Eccl. 10,17. pro, Cuius rex generosus est.

NOMEN.

Ad ædificandum domũ, vt esset nomen meũ ibi, 1 Reg.8,16.pro, Quæ dicaretur nomini meo, & in qua inuocarer.

Omnes populi ambulabunt vnusquisq; in nomine Dei sui: & nos ambulabimus in nomine Domini Dei nostri, Mich.4,5.i. Colent Deum suum, siue idola. nos autem colemus Deum nostrum Dominum.

Fecisti tibi nomen secundum diem hãc, Ierem. 32,20. pro, Peperisti tibi famã insignem & celebrem.

Vt non ponam viro meo nomen, 2 Sam. 14,7.pro, Vt non relinquam vllum filium qui nomen patris referat. vel, vt deleatur prorsus memoria viri mei, quæ seruabitur in pruna illa filij mei, si tibi eum seruare placuerit.

Ne fortè capiam ego ciuitatem, & vocetur nomen meum super eam, 2 Sam. 12, 28. pro, Si cepero eam, tribuatur mihi victoria.

NOVACVLA.

Sicut nouacula acuta faciens dolũ, Psal. 52,4 sub. tu es. pro, Tu dolose agis mecum, velut nouacula quæ aberrans petit iugulum: vel, quã si leuiter contingas, sua acutie vulnerat grauissimè.

NOX.

Qui non fuerit mũdus ob accidens noctis, Deut.23,10. id est, Propter pollutionem quæ noctu acciderit.

NVMERVS.

Quãdo erat nubes diebus numeri super tabernaculum. Num.9,20.i. Diebus paucis, qui facilè numerari possunt.

NVNTIVM.

Vir bonus est hic, & cũ nuncio bono venit, 2 Sam.18,27.pro, Boni nũcij causa venire solet.

O.

OBSIDIO.

Venit ciuitas in obsidionem, Iere. 52,5. pro, Obsidio venit in ciuitatem, id est, Obsessa est ciuitas.

OCCASIO.

Et imposuerit ei occasiones verborum, Deut.22,13. pro, Effecerit vt alij malè de illa loquantur.

OCCISIO.

Pasce pecora occisionis, Zach. 11,4. hoc est, Populũ Iudaicum iam destinatũ cædi & occisioni, decreto ac sententia Dei.

OCVLVS.

Terra quã Dominus Deus tuus quærit, semper sunt oculi Domini Dei tui in ea, Deut. 11,12. pro, Curam illius habet, nequid ei desit.

Vnusquisq; abominationes oculorũ vestrorum proijcite, Ezech.20,7.i. Idola ad quæ oculos conuertitis. vel, quæ diligitis & colitis: quòd oculi alliciant & adducant homines.

Et malignetur oculus tuus cõtra fratrẽ tuũ, Deut.15,9. pro, Ne parcus, inuidus, immisericors sis in fratrem. Animi habitus, oculis se maximè prodit.

Malignus oculus significat parcum, inuidentem, immisericordem, qui non libenter miseretur pauperum. Contrà, Oculus bonus pro animo liberali & benefico accipitur. Prou. 22,9.

Num honorat Dauid patrem tuum in oculis tuis, 2 Sam. 10,3. pro, Tua sententia & opinione. q. d. putas quòd vt honore afficeret Dauid patrẽ tuũ, &c.

Et fuit sicut ludẽs in oculis generorũ suorũ, Gen.19,14.pro, Visus est illis iocari.

Quia eripuisti oculum meum à lachryma, Psal.116,8.pro, Sustulisti à me omnem tristitiam & mœrorem.

Sapientis oculi sunt in capite eius, Eccl. 2,14.hoc est, Circumspectus est sapiẽs, diligenter videt quid agendum sit.

ODOROR.

Odoratus est Dominus odorem quietis, Gen. 8,21. pro, Suscepit cũ beneplacito oblationem, siue placatus est Deus.

OLEA.

Relinquentur in eo racemi, sicut excussio oleæ duorum, vel trium granorum in summitate rami, Iesa.17,6.id est, Remanebunt habitatores Ierusalem pauci, sicut racemi vindemia facta, & vt paucæ oleæ remanent excussa olea.

OLEI.

Corrumpetur iugũ à facie olei, Iesa.10, 27.id est, Propter oleum, hoc est, In gratiã Ezeciæ vncti Dei, siue potius Messiæ promissi.

OLLA.

Moab olla lotionis meæ, Psal.68,10.pro, Moabitæ mihi seruiliter subditi erunt. vel, Moab mihi subdita erit ceu lebes in quo lauem pedes.

OPERIO.

Os impiorum operiet iniquitatem, Prouerb.10,6.id est, Semper cogitat malũ. celat iniuriã quã s. meditatur in corde suo.

OPVS.

Et tulit omne vas operis, Num. 31, 51. pro, Vasa opere, siue industria facta.

Mentiebatur opus oliuæ, Chabb.3,17.id est, Oleæ non producebant fructũ suũ, non respondebant votis agricolæ.

OPPRESSVS.

Dirigite oppressum, Ies.1,17.id est, Emẽdate sententiam, vel accusationem iniquè latam contra oppressum.

ORATIO.

Clausit orationem meã, Thren.3,8. pro, Clausit aures ad orationẽ meã ne pueniret ante illum, i. Non exaudiuit me.

Et oratio mea ad sinum meum reuertebatur, Psal.35,13.id est, Tacitè mecum, & tanquã in sinu, remotis arbitris orabam pro ipsis.

ORIOR.

Orietur vobis timentibus nomen meũ, Mala.4,2.i. Apparebit vobis Christus.

OS ORIS.

Si eduxeris preciosum à vili, tãquam os meum eris, Ierem.15,19.id est, Accidet tibi vt prædixero tibi.

Veruntamen iuxta os Domini fuit hoc contra Iehudah, 2 Reg.24,3.pro, Iuxta sententiam, id est, Lata sententia de ore Domini. q.d. Ore suo tulerat sententiam, se abducturum Iudam in captiuitatem.

Ne remoueas de ore meo verbum veritatis, Psal.119,43.pro, Cupio mihi eam dari fortitudinem vt celebrẽ promissiones tuas quicquid mihi acciderit.

Ponet in puluere os suum, Thren. 3,29. pro, Submissè loquetur, de se submisse sentiet, quasi terram deosculaturus.

Quoniã in ore Absalom erat positum, 2 Sam.13,32.pro, Semper narrabat amicis se occisurum Amnonem.

OSCVLOR.

Osculamini filiũ ne fortè irascatur, Psal. 2,12. pro, Osculo manuum testamini vos filium Dei habere pro rege. Osculum manuũ in Palæstina, signum subiectionis erat.

OS ossis.

Mementote quòd os vestrum, & caro vestra sum, Iud.9,2. pro, Propinquus vester siue cognatus.

P.

PACTVM.

Et ingressus sum in pactum tecũ, Ezech. 16,8.pro, Inij fœdus tecum.

PALATVM.

Et nõ dedi ad peccandũ palatum meũ, vt expeterem maledictionem animæ illius, Iob 31,30. pro, Quum ne verbo quidem offenderim eum, vt ei dira imprecarer.

PALLIVM.

Et non induentur pallio piloso, vt mentiantur, Zach.13,4.i. Posthac non vtentur pallio quod induere solebant veri Prophetæ, vt habitu mentirentur prophetiam veram.

PANIS.

Panem pigritiæ non comedit, Prou.31, 27.id est, Non viuit sine labore.

Quia veluti panis noster sunt, Num.14, 9.pro, Deuorabimus eos tanquã panẽ.

PARIES.

Parietes cordis mei doleo, Ierem.4,19.id est, Præcordia quæ sunt tamquam parietes cordis.

PARTVRIO.

Propterea dabit eos vsq; ad tempus quo parturiens pepererit, Mich.5,2. id est, Tradet eos vsque in summas angustias. siue, Sinet suos affligi nõ aliter quã affligi solet mulier in ipso puerperio, siue partu.

PARVVLVS.

Si non traxerint eos paruuli gregis, Iere. 49,20.id est, Raptauerint cadauera eorum per terrã vilissimi exercitus Chaldæorum.

PATER.

Omnis generatio illa congregata est ad patres suos, Iud.2,10.pro, Mortua est & cõdita cũ maioribus suis in sepulchris.

PAVOR.

Incipiam dare pauorem tuum super faciem populorum, qui sunt sub omni cælo, Deut.2,25. pro, Reddam omnes populos territos audito nomine tuo.

PAX.

Num est pax tibi? num est pax viro tuo? num est pax puero? & dixit: Pax. 2 Reg. 4,26. pro, Rectẽne vales? saluus est vir tuus? præclarẽne agitur cum puero? Respondit: Omnia sunt salua.

Castigatio pro pace nostra super eũ, Iesa. 53,5.pro, Fuit castigatus, vt haberemus pacem.

Quia erit pax, & veritas in diebus meis, Iesa.39,8.pro, Tantùm peto, vt viuam incolumis, & præstet Dominus quod est pollicitus.

Non quæres pacem eorum, & bonum eorum omnibus diebus tuis in seculũ, Deut. 23,6. pro, Numquam consules tranquillitati eorum & vtilitati.

Succisa sunt pascua pacifica, Ierem. 25, 37.i. Vbi scilicet pacificè, & sine incursione ferarũ greges antea pascebãtur.

PECCATVM.

Peccatum populi mei comederũt, Hos. 4,8. pro, Sacrificium siue hostiam oblatam pro peccato.

PERCVTIO.

Nunquid iuxta plagam percutientis eũ percussit eum, Iesa.27,7.id est, An afflixit Deus populum suum, vt Sennacherib & Pharao illum percusserant?

PEREGRINVS.

Quia peregrinus sum apud te, incola vt omnes patres mei, Psal. 39,13. pro, In terra patriam meam non agnosco, sed velut peregrinus in ea habito, exspectãs habitationem tuã cælestẽ, vt & patres mei.

PEREO.

Super ipsis perijt senium, Iob 30,2. pro, Miseriores fuerunt quàm vt senectutẽ attingere potuerint præ fame. vel, Perijt tempus super ipsos. pro, In vanum contriuerunt ætatem suam. hoc est, vixerunt inutiles.

PERFECTIO.

Dixit Saul ad Dominum Deum Israël: Da perfectionem, 1 Sam.14,41. id est, Decerne integritatem, hoc est, Sortem veram. fac venire sortem pro rei veritate. fac vt sors cadat super eum qui peccauit. Iudica vter peccauerit, ego, an Ionathan filius meus.

PES.

Radet Dominus in nouacula conducta mercede caput & pilos pedum, Iesa.7, 20.id est, Pubem & pudenda. Nã quicquid infra aluum est tribuitur pedib⁹.

Leuauit Iahacob pedes suos, & iuit, Ge. 29,1. q.d. pedes, nõ eques ꝓfectus est.

Quis suscitauit ab Oriente iustitiam, vocabit eum ad pedem suum? Iesa.41, 2.id est, Vt sequatur se quocunque voluerit eum ire, vt prompti & morigeri famuli solẽt, qui dominorum suorum vestigia sequuntur.

PETRA.

Et de petra melle saturaui te, Psal.81,17. Hyperbole incomparabilis felicitatis & fœcunditatis. q. d. Rem infœcundam feci potius abundare rebus omnibus ad vitam necessarijs quàm nõ saturassem. dictione enim mellis id significatur.

PHARETRA.

Beatus vir qui impleuit pharetram suam ipsis, Psal.127,5. sub. filijs. Pharetram vocat domum, quòd præcedenti versu filios dixisset esse velut sagittas: Vt sagittæ in manu potentis, ita filij iuuentutum.

PLATEA.

Plateas pones tibi in Dammasec, 1 Reg. 20, 34. ꝓ, Fora aut vicos rerũ venaliũ, cõstitues tibi, ex quib⁹ vectigalia recipies: & hac re superiorẽ te agnoscam.

PLE-

PLENVS.

In argento pleno da eum mihi, 1 Par.21, 22. pro, Pretio integro. vel, argento quantum valet, vende eum mihi.

Lapides plenitudinum, Exod.25,7. pro, Gemmæ quæ auro & argento includi solent in palis.

PLVVIA.

Exspectabant sicut pluuiam me, Iob 29, 23.pro, Tanto desiderio exspectabant verbum meũ quanto exspectatur pluuia in Autumno, irrigandæ sementi necessaria.

POENITET.

Et pœnituit eum secundum multitudinem miserationum suarum, Psal.106, 45, id est, Quasi mutasset sententiam, cœpit eos benignè tractare iuxta abuntantes suas misericordias. vel, ob multam suam bonitatem, siue sua ingenti misericordia commotus.

PONO.

Non posuerunt Deum coram se, Psal. 54,5. pro, Nullam Dei rationem habuerunt.

Et ponẽt fœditatem vestram super vos, Ezech. 23,49. pro, Sument pœnas de vobis propter flagitia & scelera quæ admisistis.

Ponam Ierusalaim lapidem onerosum omnibus populis, Zachar. 12,3. pro, Reddam Ierusalaim immobilem vt à nullis populis transferri possit.

Non pones sanguinem in domo tua, Deut. 22, 8. pro, Ne sis causa necis si corruerit aliquis de tecto tuo.

Pones verba in ore eius, Exod. 4,15. pro, Totum negotium ei mandabis, ac dices illi quid oporteat illum dicere.

POPVLVS.

Venient ad te secundum ingressum populi, Ezech.33,31. pro, Vt solet ingredi & irrumpere populus, confertim nempe & multi simul.

Congregatus est ad populos suos, Gen. 25,8.pro, Conditus est sepulchro cum maioribus suis.

PORTA.

Vt narrem omnes laudes tuas in portis filiæ Syon, Psal.9,15. pro, Locis in quibus conciones haberi solebant à populo Israëlitico, in conuentu frequentissimo in media Ecclesia.

PORTO.

Turpitudinem tuam & abominationes tuas tu portasti, Ezech. 16, 58. pro, Afflicta fuisti pro ratione scelerum tuorum.

POST.

Non respondebis in causa, vt declines post multos ad peruertendum, Exod. 23,2. pro, In lite ne sequaris plurium sentẽtiam, vt cuiusquã peruertas ius.

POTATOR.

Neque stabunt vlni eorum in sublimitate sua, omnes potatores aquarum, Ezech.31,14.id est, Arbores quæ gaudent magno humore.

PRÆCIPIO.

Præcepit ei super Mordechai, Esther. 4, 5. pro, Dedit ei mandata de Mardechæo.

Omni exercitui eorum præcepi, Iesa. 45, 12. id est, Totum illum cælorum exercitum mandato feci, siue solo verbo & iussu.

PRETIVM.

Dedi pretium tuum Ægyptum, Iesa.43, 3. id est, pretium redemptionis tuæ. pro, Quasi permutatione facta, cladem quæ tibi impendebat à Sennacherib conuerti in Ægyptios.

Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, 1 Sam. 3,1. pro, Tunc erant rari Prophetæ qui voluntatem Domini populo annuntiarent.

PROBRVM.

Vt non capiatis vltrà probrum famis in Gentibus, Ezech. 36, 30. id est, Ne posthac malè audiatis apud Gentes propter penuriam panis.

PROFICISCOR.

Proficisci fecerũt lapides grãdes, 1 Reg. 5, 17. pro, Præcepit vt adueherent lapides.

PROFVNDVS.

Et profundas aquas biberitis, Ezech.34, 18. id est, Limpidas ac puriores; quòd aquæ profundæ sint limpidę ac puræ.

PROHIBEO.

Ecce prohibuit Dominus meus Nahaman Aramæum hunc vt non acciperet de manu eius quæ attulit, 2 Reg. 5, 20. pro, Pepercit Dominus meus rebus Naaman istius, id est, Noluit accipere de muneribus quæ attulit Naaman.

Et nunc loquere obsecro ad regem, quia non prohibebit me à te, 2 Sam. 13,13. pro, Non denegabit me tibi.

PROLONGO.

Prolongabuntur dies, & deficiet omnis visio, Ezech. 12, 22. id est, Longi ac prolixi erunt.q.d. Non euenient ante multos annos, & interim irrita erit omnis visio diuturnitate temporis.

PROPINQVVS.

Nunquid Deus de propinquo ego sum, dixit Dominus, & non Deus de longinquo? Ierem.23,23. id est, Deus nouus & recens, & non potius æternus?

PVDOR.

In omni terra pudoris eorum, Sophon. 3,19.pro, In terra in qua probris affecti fuerunt.

PVLVIS.

In puluerem mortis me pones, Psal. 22, 16.pro, In terram sepulchri, siue in sepulchrum. q. d. Ex hac tribulatione nihil aliud exspecto quàm mortem.

Q.

QVÆRO.

Omnes reges terræ quærebant faciem Selomoh, 2 Par. 9,23. pro, Inuisebant Salomonem, vel magno desiderio tenebantur inuisendi eum.

QVIES.

Odoratus est Dominus odorem quietis, Gen. 8, 21. pro, Suscepit cum beneplacito oblationem, siue placatus est.

QVIESCO.

Viderunt populũ qui erat in medio eius habitantem cõfidenter, iuxta consuetudinem Sidoniorum, quiescentem & confidentem, Iud. 18, 7. pro, Otiosum & nihil timentem.

R.

RADIX.

Radix mea aperta erit iuxta aquas, Iob 29, 19. pro, Benedictionem Domini experior in omnibus, & prosperitatem adesse sentio.

RAMVS.

Ramum eius tenerum siccabit flamma, Iob 15,30. pro, Liberos eius absumet miseria ac tribulatio.

RECTVS.

Et rectum fuit verbum in oculis Absalom, 2 Sam. 17,4. pro, Placuit consilium ipsi Absalom.

REDIMO.

Fratrem non redimendo redimet quispiam, Psal. 49,8. pro, Nemo fratrem suũ vlla ratione redimere potest quin moriatur, & impetrare vitam longiorem pecunijs.

Et si non fuerit viro redemptor, Leuit. 25,26.id est, Propinquus, cui sit ius redimendi quæ ille vendiderit.

REGNVM.

Et prosperata es in regnum, Ezech.16,13. i.Prosperè tibi cessit vsq; ad regnum. vel, facta es apta, & idonea regno suscipiendo.

RENES.

Etiã noctibus erudierunt me renes mei, Psal. 16, 7. pro, Interni mei affectus procliues alioqui ad malum, incitauerunt me ad pietatem etiam noctu.

REQVIES.

Et requiem prouincijs fecit & dedit dona secundũ potentiã regiam, Esther.2, 18.pro, Prouinciarum tributa minuit.

REQVIESCO.

Requieuit Aram cum Ephraim, Iesa.6,2. id est, Societatem inijt. vel, copiæ Syrorum iunctæ sunt copijs regis Israël ad obsidendam Ierusalem.

RETRIBVO.

Retribue seruo tuo vt viuam, Psal. 119,17 pro, Hoc beneficium cõfer, id est, hoc beneficio me dignare, vt viuendo, me totum addicam in obsequium tuum. Alij, præsta te seruo tuo beneficum siue liberalem: tunc viuam, id est, tum demum me felicem existimabo, tũc etiam custodiã sermones tuos si mihi fueris fauorabilis, vt vulgo loquuntur.

REVELO.

Turpitudinem patris tui non reuelabis, Leuit. 18, 7. pro, Non concumbes cum matre tua.

REVERTOR.

Reuertetur ad dies adolescentię suę, Iob 34,25.pro, Erit eo corporis habitu quo erat in adolescentia sua.

REX.

Obliuioni tradetur Sor septuaginta annis sicut dies regis vnius, Iesa. 23, 15. pro, Tandiu quandiu homo viuere solet, etiã rex qui delicatè viuit, & optimè alitur.

RIXA.

Vir rixæ fui ego, & populus meus, Iud. 12, 2. pro, Controuersia magna orta est inter me & populares meos.

ROBVR.

Principium roboris mei, Gen.49,3. pro, Quẽ genui quũ adhuc essem fortis & valens robore. i. Primogenitus meus.

Robur mihi erũt habitatores Ierusalaim in Domino, Zachar. 12,5. id est, Adiuuabunt nos.

ROS.

Ex vtero ab aurora fuit tibi ros natiuitatis tuæ, Psal. 110,3. pro, Gratiæ illæ quæ tibi datæ sunt à patre, contigerũt tibi iam inde ab vtero natiuitatis: quemadmodum quotidie ab aurora nascitur ros.

S.

SAGENA.

Propterea sacrificabit sagenæ suæ, & suffiet reti suo, Chabb. 1,16. id est, Omnia tribuet propriæ virtuti, industriæ ac viribus.

SAGITTA.

Ad lucem sagittarum tuarum iuerunt, Chabb. 3,11. id est, Grandinis permixtæ fulguri, quam tu è cælo demittebas in Ægyptios, nocte illa qua insecuti sunt Israëlem.

SAL.

Pactum salis sæculi est coram Domino tibi, Num. 18,19. pro, Incorruptum, firmum & perpetuum. Pactum salitũ vocat quod Deus externo symbolo sanciuit, ne vnquam euanescat, sed semper vigeat.

SALVVS.

Vnde saluam te faciam? num de area, vel de torculari: 2 Reg. 6,27. pro, Vnde tibi feram opem, dando tibi cibum aut potum? at nihil habeo.

SALVS.

Sagitta salutis Domini, 2 Reg. 13,17. pro, Sagitta quæ signum est futuræ salutis quam Dñs dabit Israëli contra Arã.

Domini est salus super populum tuum benedictio tua, Psal. 3,9. pro, Domini est ferre auxilium, & cumulare populum omnibus beneficijs.

SANO.

Parcam peccato eorum, & sanabo terrã eorum, 2 Par. 7, 14. pro, Condonatis illorum peccatis dabo pluuiam tempore suo, auferam locustas, &c.

SANCTVS.

Cõtaminauit Iehudah sanctum Domini quod dilexit, Malach. 2, 11. id est, Matrimoniũ quod sanctificauit Dñs.

In die illa erit super tintinnabula equorum sanctitas Domino, Zachar. 14,20. id est, Tintinnabula ipsa equorum consecrabuntur Domino: nam ex eis fient lebetes ad coquendum in domo sanctuarij.

Et intulit Selomoh sanctitates Dauid patris sui, 1 Reg. 7,51. pro, Quæ consecrauerat Dauid.

SANCTIFICO.

Quicquid tetigerit ea sanctificabitur, Exod. 30,29, id est, Erit sacrum, nec eo vti licebit in rebus priuatis, sed tantùm in sacris.

Mittebat Iob & sanctificabat eos, Iob 1, 5. pro, Missis nuntijs iubebat eos ad rem diuinam præparari.

SANGVIS.

Qui obturat aurem suam, ne audiat sanguinem, Iesa. 33,15, id est, Qui non vult audire eos qui loquuntur de patranda cæde.

Et posuit sanguines belli in pace, 1 Reg. 2,5. id est, Occidit eos incautos, & dũ nihil tale suspicarentur: non minus sibi licere eos occidere existimauit, quã si occidisset in bello. vel, non minore studio mortem fratris occisi in cõflictu vindicauit, quàm si occisus fuisset tempore pacis.

Expiabuntur à sanguine, Deut. 21,8. id est, Pœna homicidij illius condonabitur eis. sequenti versu dicit: Tu auferes sanguinẽ innocentẽ è medio tui. pro, Non imputabitur tibi cædes illa.

Omnis qui egressus fuerit ex ostijs domus tuæ foras, sanguis eius erit in caput eius, & nos innoxij: & omnis qui fuerit tecum in domo, sanguis illius in caput nostrum, Ios. 2,19. pro, Cædes illius imputabitur ei. alias, cædes illius nobis imputabitur, si quis manum in eum iniecerit.

SCEPTRVM.

Sceptrum exactoris in eo, confregisti, Iesa. 9,4. id est, Vires eorum qui tyrannidem exercebant in eos.

SCINDO.

Ascendamus in Iehudah, & obsideamus eam, & scindamus eam nobis, Ies. 7,6. id est, Irrumpamus in eam vi armorum, ita vt hac ratione veniat in ditionem nostram.

SCRIPTVRA.

In cœtu populi mei non erũt, & in scriptura domus Israël non scribentur, Ezech. 13,9. id est, In catalogo seu in libro vitæ in quo descripti sunt omnes veri Prophetæ.

SECRETVM.

In secretum eorum non veniat anima mea, Gen. 49,6. pro, Animus meus maxime abhorret ab eorum consilio.

SECVLVM.

A tempore quo cõstitui mihi populum seculi, Iesa. 44,7. id est, Ab eo tempore quo creaui hominem in terra. q. d. Post homines natos.

Vsque in seculum non videbũt lumen, Psal. 49, 20. pro, Non sunt perpetuò victuri. Non potientur hac luce, nisi ad breue tempus.

SEDEO.

Dominus in diluuio sedit: & sedit Dominus rex in seculum, Psal. 29, 10. id est, Vt Dominus fuit auctor diluuij tãquam Rex, ita penes eum semper erit summa potestas.

Et erit quando sedes extra, & fodies in eo, Deut. 23,13. id est, Leuas onus vẽtris.

SEMEN.

Seminabo domum Israël, & domum Iehudah semine hominis & semine animalis, Ierem. 31,27. pro, Implebo Iudam & Israëlem hominibus & opibus quæ olim erãt in gregibus & pecoribꝰ.

SEMITA.

Sic semitæ omnium obliuiscẽtium Dei, Iob 8,13. i. Talia sunt instituta & rationes vitæ omniũ qui Dei obliuiscũtur.

SEPTEMPLICITER, SEPTVAGESIES SEPTIES.

Quia septempliciter vindicabitur Cain, & Lemech septuagesies septies, Ge. 4, 24. Sicut septenarius numerus in Scriptura multitudinem designat, ita septuplicatio pro ingenti incremento capitur. sic Matth. 18, 22. Non dico tibi vsque septies, sed vsq; septuagesies septies.

SEPVLCRVM.

Sepulcrum patens guttur eorum, Psal. 5,10. id est, Vt sepulcrum apertum exspectat cadauer quod conficiat & exedat; Ita hostes mei sua blandiloquentia eò tendunt, vt me ad se pellectum perdant & subuertant.

Qui descendunt ad lapides sepulcri, Iesa. 14, 19. pro, Qui coniecti fuerunt in sepulcrũ stratum lapide, vel lapidibus factũ.

SERMO.

Quia non est sermo in lingua mea: ecce Domine tu nosti totũ ipsum, Psal. 139, 4. pro, Antequam loquar, nosti quid dicturus sim. vel, Etiamsi non loquar, tu tamen nosti, &c.

SERVIO.

Non seruire feci te in oblatione, nec laborare feci te in suffimento, Iesa. 43,23. pro, Non oppressi te multitudine oblationum. vel, Non exegi à te multas oblationes. Nam à seruis multũ opens exigi solet. sequitur. Verùm seruire fecisti me propter peccata tua, laborare fecisti me propter iniquitates tuas, id est, Quin potius tuis peccatis molestũ onus subire me fecisti, cùm reuerenter te mihi subijcere debuisses.

SEX.

In sex angustijs te eruet, & in septima non tanget te malum, Iob 5,19. pro, Quum acciderit vna ex multis tribulationibus, seruabit te Deus incolumẽ: imò in plurimis non attinget te vllum malum. Numerus finitus pro infinito.

SIGNVM.

Fac mecum signum in bonitate, Psal. 86, 17. pro, Declara signo aliquo te mihi velle fauere, & te esse mihi propitium. Quidam, Ede signum aliquod bonitatis tuæ erga me.

Posuerunt signa sua signa, Psal. 74,4. Repetitio certitudinem rei denotat. Nã certa signa habebant, quibus sibi persuadebant se capturos templum. Alij, Posuerunt sua signa pro signis, vel trophæis, in signum victoriæ. q. d. Domine triumphos suos agunt, ita vt prorsus deijciant signa maiestatis tuæ.

SILEO.

Tibi silet laus Deus in Syon, Psal. 65, 2. pro, Tanta sunt beneficia tua, vt te nemo dignè laudare possit.

SIMILITVDO.

Et ecce tamquam similitudo filij hominis tangebat labia mea, Daniel. 10, 16. pro, Rursum tetigit me Angelus ille qui apparuit mihi in specie humana.

SINISTRA.

Cor stulti ad sinistram ipsius, Eccl. 10,2. i. Res suas sinistrè & præposterè administrat: vt manus sinistra ad res agendas est inepta.

SOL.

Diligentes eum erũt secundum exitum solis in fortitudine sua, Iud. 5,31. pro, Sumant vires ac proficiant, veluti sol quũ exoritur, subinde lucidior euadit.

Et orietur vobis timentibus nomẽ meũ, Sol iustitiæ, Malach. 4,2. i. Christus qui est vera lux, & per quem iustificamur.

SORS.

Quia nõ requiescet virga impietatis super sortem iustorum, Psal. 125,3. pro, Hæreditatem. q. d. Nullus tyrannus diu iustis imperabit.

Tu sustentas sortem meam, Psal. 16,5. sub. Ita vt nemo eam mihi auferat. ita te mihi in hæreditatem dedisti, vt tua sola virtute, salua mihi maneat fruitio, & tibi semper adhæream.

SPINA.

Ardebit, & deuorabit spinam eius, & veprem eius in die vna, Iesa. 10,17. Sic vocat militem gregarium, quod infinitis molestijs afficiat.

SPIRITVS.

Si spiritus irę dominantis ascenderit cõtra te, locum tuum ne deseras, Eccl. 10, 4. pro, Si ira dominantis sæuiat aduersum te, ne commouearis. vel, Si spiritus dominantis descenderit super te, id est, Si adipiscaris regiam dignitatem, statum pristinum ne deseras.

STATVTVM.

Hoc statutum Pesach, Exod. 12,43. pro, Talis esse debet ritus siue obseruantia edẽdi agni Paschalis, & hoc more celebrandus.

Et erit filijs Israël in statutum iudicij, Num. 21,11. pro, In iura & leges. q.d. Secundum hanc legem, de huiusmodi iudicabunt filij Israël, eritq; inuiolabile decretum quod nemo iudicum immutare audebit.

STIPVLA.

In stipulam versi sunt ei lapides fundæ, Iob 41, 19. pro, Non plus læditur lapidibus missis funda, quàm læderetur palea.

STO.

Ioseph erat vir triginta annorum quando stetit coram Parhoh rege Ægypti, Gen. 41,46. pro, Cùm præesset Ægypto. vel, Cùm potentiam istam acciperet ab ipso Pharaone.

Et in quibus essent vires ad standum in palatio regis, Dan. 1,4. id est, Qui per ætatem apti essent ministerio Regis.

STYLVS.

Et de Zebulun trahentes stylo scribæ, Iud. 5,14, id est, Qui scribere solebant. q.d. Etiam ipsi scribæ dediti studijs, arma sumpserunt.

SVLCVS.

Si aduersum me terra mea clamet, & pariter sulci eius defleant, Iob 31, 38. pro, Si coegi arare terram meam sine mercede agricolarum.

SVPERBIA.

Ne veniat mihi pes superbiæ, Psal. 36,12. pro, Superborum. hoc est, Ne inuadant me superbi.

SVSCIPIO.

Non suscipies auditionem mendacij, Exod. 23,1. pro, Non eris auctor falsi rumoris aduersus proximum tuum.

SVSPENDO.

Et suspendetur super illum omnis gloria domus patris sui, Iesa. 21,24. pro, Inferetur ab illo nobilitas in domum paternam, illiq́ue acceptum referent omnem suum splendorem & claritatem.

T.

TABERNACVLVM.

Si non dixerunt viri tabernaculi mei, Iob 31,31. p, Domestici ac familiares.

TEMPVS.

A tempore vsque ad tempus comedes illum, Ezech. 4,10. pro, A tempore determinato vnius diei vsque ad tempus determinatum alterius. q.d. Toto die naturali comedes tantummodo xx. siclos panis.

Reuertendo reuertar ad te secundum tempus vitæ, Gen. 18,10. pro, Tempore quo fœtus vitalis erit.

Et cum bestijs agri sit pars eius donec septem tempora mutentur super eũ, Dan. 4, 20. id est, Sit cum bestijs septem annis.

TERRA.

Oculi stulti erunt in extremo terræ, Prou. 17, 24. pro, Vagi erunt, id est, Quæret sapientiam & non inueniet.

Ambulabo coram Domino in terris viuentium, Psal. 116, 9. pro, Tutus degam inter viuos sub fauore Domini.

Terra erit impia propter habitatores eiꝰ, Iesa. 24,5. id est, Impia esse videbitur erga incolas suos: nam desinet illis producere fructus necessarios. vel, Impiè aget propter habitatores suos. id est, Pœnas luet, ac si impiè egisset: nam erit desolata.

Transfixit caput super terram multam, Psal. 110, 6. id est, Capita siue principes qui præsunt regionibus amplis.

TESTIFICOR.

Quid testificari faciam tibi, quid assimilabo tibi, ô filia Ierusalaim? Thren. 2,13. i. Quid testibus probabo, quemquã accepisse tantã cladẽ quantã accepisti? aut quẽ populũ adducã, qui tam duro affectus sit supplicio vt tu?

THESAVRVS.

Nunquid ingressus es in thesauros niuis, & thesauros grandinis vidisti? Iob 38, 22. pro, An ascendisti in sublime vbi hyeme nix, & æstate grando generatur & reconditur?

Et nunc si regi bonum est, quæratur in domo thesaurorum, Ezr. 5, 17. pro, In Bibliotheca in qua erant libri rationum nummariarum, non libri sapientiæ & philosophiæ. nam duplices erant Bibliothecæ.

TIMOR.

Nonne timor tuus fuit ob spem tuam, & propter exspectationem tuam perfectio viarum tuarum? Iob 4, 6. pro, Nonne sperabas, ob rectam tuam viuendi rationem, in timore Dei, te aliquid emolumẽti assecuturum à Deo ipso, & interim nihil incommodi experturũ?

TORCVLAR.

Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iehudah, Thren. 1,15. id est, Tradidit populum suum hostibus, vt interficiant eum, torqueant & cõculcent, haud secus quàm vuæ in torculari calcantur.

TORRENS.

Torrentes impietatis terrebant me, Psal. 18, 5. Sic ipse vocat multitudinem tribulationum, quæ ab impijs infliguntur. Alij, Iniurias grauissimas & crebras interpretantur. vel potius, multitudinem hostiũ improborũ ac peruersorũ qui in eũ conspirauerant.

TRANSEO.

Fleuit & orauit eum vt transire faceret malitiam Haman Agagitæ, Esther. 8, 3. pro, Irritam faceret, depelleret, abigeret à se & à populo suo.

Stillauerũt digiti mei myrrhã trãseuntẽ, Cant. 5,5. i. Interlabentẽ, inter digitos perfluentem. vel, Probatam.

TRIBVTVM.

Ascẽdere fecit Rex Selomoh tributũ ex omni Israël, 1 Reg. 5, 13. pro, Indixit tributum omni Israëli.

V.

VACVVS.

Mercede cõduxit Abimelech viros vacuos & vagos, Iud. 9.4. id est, Otiosos, nihili, & inutiles.

VANESCO.

Et propter quid vanitate vanescitis? Iob 27,12. pro, Opinionẽ vanã conamini tueri?

VAS.

Requieuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit ipse in fecibus suis, & non euacuatus fuit de vase in vas, Ierem. 48, 11. id est, Vsque ad hanc diem similis fuit vino intra dolium quieto, & nõ agitato: nunquã fuit eiectus suis sedibus.

VENENVM.

Germinabit sicut venenum iudicium super omnes sulcos agri, Hos. 10, 4. Prædicit fore vt citò iudicẽtur à Domino: imo dicit iam latam esse sententiam. Comparat autem iudicium illud herbæ venenatæ quæ citò crescit in terra culta. q.d. Breui accepturi sunt sententiam suam à Domino suo, imò iam lata est sententia.

VENOR.

Qui faciunt velamina super caput omnis staturæ ad venandũ animas. Nunquid animas venabimini populi mei, & animas quæ sunt vobis viuificabitis? Ezech. 13,18. pro, Vt perdant. q.d. Nunquid animas perdetis? Nunquid permittam vt perdatis, hoc est, vt imponatis populo meo, prædicendo illi omnia aduersa & infelicia?

Non aduret vir dolosus venationem suam, Prou. 12,27. pro, Non est habiturus quod sibi parauerit vt edat.

VENTVS.

Quia ventum seminauerunt, & turbinem metent, Hos. 8,7. id est, Quia opera eorum sunt vana & inutilia, nulla erit illis merces.

VERBVM.

Et imposuerit ei occasiones verborum, Deut. 22,14. pro, Effecerit vt alij malè de illa loquantur.

Sic adducet Dominus super vos omne verbum malum, Ios. 23, 15. id est, Quicquid malorum comminatus est.

Egredietur verbũ reginæ ad omnes mulieres, Esther. 1,17. pro, Facinus istud reginę veniet ad aures omniũ mulierũ.

Et nõ fuit verbum meum primum mihi vt reducerem regem meũ, 2 Sam. 19, 43. id est, Quare priores de reducendo rege verba non fecimus?

VERITAS.

Dabis veritatem Iahacob, misericordiã Abraham, Mich.7,20. pro, Præstabis quod pollicitus es sanctis Patriarchis tuis. Promissiones vocat veritatem quòd certò præstentur, quãtum est ex parte Dei: Misericordiam autem, quòd ex gratia factæ sint.

VESPERA.

Immolabũt eum omnis cœtus Synagogæ Israël inter duas vesperas, Exod. 12, 6. Nempe vesperam inclinantis solis, & vesperam occasus solis.

VESTIGIA.

Quod probris affecerint vestigia Christi tui, Psal.89,52. id est, Aduentum. vel, Exprobrauerunt calcibus Christi tui, id est, Deluserunt Christi aduentum. aut, Vt Chald. paraphr. exprobrauerũt tarditatem vestigiorũ Messiæ tui, quasi nunquam venturi. Videbãt enim Iudæos magis ac magis opprimi, & non illis succurrere suum Christum & Messiam quẽ iactabant.

VIA.

Vado hodie per viam vniuersæ terræ, Ies.23,14. pro, Moriturus sum, quemadmodum constitutum est omnibus hominibus.

Si inuenerit quispiã inimicũ suũ, num mittet eũ in via bona? 1 Sam. 24,20. pro, Sinet eũ abire saluũ & incolumẽ?

Quia oculi eius sunt super vias viri, & omnes gressus eius videt, Iob 34, 21. pro, Deus contemplatur ac discutit consilia & opera hominum.

Viam eorũ in caput eorũ dedi, Ezech. 9, 10. id est, Decreui sumere pœnas de illis pro meritis.

Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via pedes suos, Psal. 85, 14. pro, Cursum suum habebit, vt vulgò loquuntur. Conspicua erit, & præualebit, id est, Tempore Christi homines dabũt operam iustitiæ & æquitati.

VIDEO.

Videre fecisti populum tuũ dura, Psal. 60, 5. pro, Experiri fecisti populum tuum dura. vel, Duriter & asperè illum tractasti.

Vide vitã cũ vxore quã dilexisti omnib⁹ diebus vitæ, &c. Eccl.9,9. pro, Fruere vita siue commodis huius vitæ.

Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, Prou. 22, 29. pro, Certè vir velox & festinus, qui summa diligentia fungitur suo munere, euocabitur ad regium ministerium.

VINCVLVM.

Dirumpamus vincula eorum, Psal. 2, 3. pro, Leges, quibus quasi vinciri solent subditi. Metaphora ab ijs qui vincti coguntur facere opus. q. d. Legibus eorum ne pareamus. Verba sunt hostium Dei & Christi eius.

VENENVM.

Venenum draconum, vinum eorum; & venenum aspidum crudele, Deut. 32, 33. pro, Citò enecans. Peruersa eorum opera intelligit, propter quæ pereunt.

VIR.

Quia sicut vir fortitudo eius, Iud. 8, 21. pro, Iuxta ætatem respondet robur hominis: ideoque habet satis roboris vt possit nos interficere.

Et si mori feceris populũ istum tãquam virũ vnum, Num.14,15. pro, Omnes (ad vnum.

VIRGA.

Virgam fortitudinis tuæ mittet Dominus ex Syon, Psal.110.2. i. Robur quo roboraberis. aut, robur regni tui, quod est fortitudo tua. q. d. Non regnabis tantùm in Iudæa, sed extendet Deus Pater potentiam regni tui vsq; ad extremos fines terræ.

VISIO.

Melior est visio oculorũ, quàm quod eat anima, Eccl.6,9. i. Melius est esse contentũ præsenti fortuna, quàm multa desiderare.

VISITO.

Visitans iniquitatem patrum super filios super tertios & super quartos, Num. 14,18. pro, Puniens patres & filios, nepotes ac pnepotes ppter iniquitates.

Et visitatio tua custodiuit spiritũ meũ, Iob 10,12. pro, Lex naturæ quã cõstituisti, me hactenus seruauit in vita. vel, prouidentia tua conseruat me in vita.

VITA.

Et erit anima domini mei colligata in fasciculo vitæ cũ Domino, 1 Sam.25, 29. pro, Dominus meus diutissimè viuet, colendo Dominum Deum.

VITIS.

Quia ex vite Sedom est vitis eorum, Deut.32,32. pro, Nati sunt parentibus iniquis, quales erant Sodomitæ. vel, Sodomitarum studia imitantur.

VITVLVS.

Reddemus vitulos labiorum nostrorum, Hos.14,3. i. Offerem⁹ tibi precationes & laudes, atque gratiarum actiones.

VIVO.

Obsecro dñe mi; viuit anima tua dñe mi: ego mulier sum, &c. 1 Sam. 1,26. pro, Tam vera sunt quæ dictura sum, quàm verum est te viuere. vel, quàm verum est quòd opto vitam tuam.

VIVIFICO.

Viuificemus de patre nostro semẽ, Gen. 19,32. p, Seruem⁹ semẽ, vel suscitem⁹.

Nunquid viuificabunt lapides de aceruis pulueris? Neh.4,2. pro, Nunquid restituẽt in pristinum statum lapides illos muri iam redactos in cinerem?

VMBILICVS.

Ecce populus descendunt de vmbilico terræ, Iud.9,37. pro, De loco eminentiore terræ, i. De summis montibus.

VMBRA.

In palpebris meis apparet vmbra mortis, Iob 16,16. hoc est, Oculi mei cœpe- (runt caligare.

VNICVS.

Deus facit habitare vnicos ĩ domo, Psal. 68,7. pro, Efficit vt qui liberis carebãt, habeãt amplam familiã. Vnicos vocat solitarios & desertos in familia.

VNVS.

Quia vno modo loquitur Deus, & duobus ei qui non videt eũ, Iob 33,14. pro, Multis modis cõsulit Deus nostræ saluti: vno modo per reuelationem nocturnam, altero verò p castigationes.

VOCO.

Vocabũt super eos formidinem vndiq;, Ierem.49,29. pro, Aduocabunt sibi in auxilium contra eos homines terribiles & formidabiles milites qui illis terrorem maximum incutient.

Vocabis salutem muros tuos, & portas tuas laudem, Iesa.60,18. pro, In muris tuis erit summa pax, & in portis tuis canentur laudes.

VOTVM.

Quid fili votorum meorum, Prou. 31,2. i. Pro quo feci vota. vel, Fili gratissime, amantissime & exoptatissime; pro quo vota mea omnia emitto.

VOX.

Transire fecerũt vocem in castris, Exod. 36,6. pro, In castris proclamauerunt.

VRBS.

Labor stultorum laborare faciet eum, qui nescit pergere ad ciuitatem, Eccl. 10, 15. Prou. Nescire viam ad vrbẽ, pro, Ignorare rem maximè notã. q.d. Cũ stulti vulgaria ignorent, (se circa difficilia. terquent

VVA.

Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, Ierem. 31,29. Prouerbiũ: pro, Filij luũt pœnas propter peccata parentum. Sequitur, Omnis hominis qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes.

VVLVA.

Et vulua eius conceptio perpetua, Iere. 20,17. id est, Quæ nunquam edit fœtum. q.d. Quare non perij?

VXOR.

Ab vxore quæ dormit in sinu tuo, custodi ostia oris tui, Mich. 7,5. q.d. Caue ne secreta tua illi reueles.

Z.

ZELVS.

Requiescere faciam iram meam in te, & recedet Zelus meus à te, Ezech.16,42. id est, Desinam te prosequi amore illo quo antea te prosequebar ob zelotypiam tui.

ZELOR.

Zelando zelatus sum pro Domino Deo exercituum, 1 Reg.19,10. pro, Cruciaui meipsum veluti zelotypia pro honore Dei.

Hi Idiotismi Hebraici linguæ Latinæ ex varijs auctoribus selecti, dignissimi sunt qui imprimantur; quia sine illis cognitis difficillimè aliquis ex sacra Scriptura compendium faciet. quod attestor

Sebastianus Baer Delphius, insig. Cathed. Ecclesiæ S. Mariæ Antuerpiensis Plebanus & Canonicus.

LIBER IOSEPH,

SIVE,

DE ARCANO SERMONE,

AD SACRI APPARATVS INSTRVCTIONEM, A BENEDICTO ARIA MONTANO HISPALENSI CONCINNATVS.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Habes in hoc opere, studiose Lector, præter plenam totius argumenti suscepti disputationem, vltra vndecim mille sacræ scripturæ loca apertè explicata, ad quæ cætera quæcunque eiusdem generis fuerint, referre certissimè possis. quod si hoc volumen cum proximo de Actione coniungas, perpetuum sacrorum librorum commentarium tibi paraueris.



ANTVERPIÆ
Excudebat Christophorus Plantinus
Prototypographus Regius.
Anno M. D. LXXI.

BENEDICTVS ARIAS MONTANVS

SACRARVM LITERARVM

STVDIOSO LECTORI S.

NEMO est qui ignoret ad sacræ Scripturæ intelligentiam non parum lucis & adiumenti allatum esse ab iis, à quibus tum Grammaticæ præcepta, quibus linguæ Hebraicæ peritia cõparari potest, exactissimè tradita sunt, tum etiam eius idiomatis proprietas diligentissimè est obseruata: vt qua in re illa à cæteris linguis differat, à quouis facilè dignosci posit. Eorum quippe labores iis qui Latinè sciunt, ad cõparandam sibi Hebraici idiomatis proprietatem plurimùm conferre constat. Verùm enimuero cùm in omni linguarum genere, tum verò maximè in Hebraico, atque illo quidem, quo sacri libri sunt conscripti, non solùm verba ipsa ex ipsius sententiæ ratione enunciantur; verùm etiam ex diligenti atque accurata naturæ obseruatione nomina rebus ipsis imposita esse constet: cumque hic posterior significationis modus priore illo multò præstantior, atque excellentior sit, meritò eius quoque ratio inter cætera haberi debuit: vt hoc modo non tam iis qui simplicium vocabulorum interpretationes quæritant, quàm iis qui germanam diuinorum oraculorum sententiam, quæ in significantissimis iis verbis continetur, assequi cupiunt, consultum sit: iis enim res ipsæ, rerumque naturæ, ac proprietates quàm significantissimè indicantur, & quasi ob oculos repræsentantur. Atque huius quidem generis opera ad infinitorum locorum alioqui difficilium explicationem, tum à veteribus, tum à recentioribus, in cæteris antiquis linguis edita sunt. Scripsit enim ex Græcis, præter Plutarchum, & alios qui Pythagorea symbola explicarunt, auctor quidam sub Ori Apolli nomine opus non ineruditum, quod de Ægyptiorum imaginibus inscripsit. Multa quoque in hoc genere ab iis tradita sunt, qui de somniorum interpretatione disseruerunt &: paucis ab hinc annis prodiit HENRICI GLAREANI amplum volumen, cuius inscriptio est HIEROGLYPHICA; opus certè non indoctum, & multiplici, eaque non vulgari doctrina refertum, atque ex diuersorum auctorum, studiorum, plurimarumque artium obseruatione conflatum: ex cuius prudenti, & cum delectu instituta lectione non paruam vtilitatem capient ij, qui administram quodammodo materiam ex variis locis collectam, ad sacræ Scripturæ explicationem comportant. Sed cùm iis, quos recensuimus auctoribus id propositum non fuerit, vt sacrarum scripturarum interpretationi potissimùm inseruirent, in eorum scriptis nulla, aut certè pauca admodum loca ab ipsis adnotata reperiuntur, quæ ex vtili aliqua ipsorum obseruatione, ad sacrorum librorum interpretationem conferre possint. Qua de causa cùm nos maius quoddam opus aggrediamur, in quo de vniuersa rerum natura (siquidem nostris conatibus fauebit Deus) ex sacris literis disseremus; quæ ad eam rem, viam munire possunt, vt ea Regiis Bibliis adderentur, maturare coacti fuimus. Liber itaque à nobis est conscriptus, in quo non tam verborum interpretationes, quàm rerum ipsarum proprietates, naturam ac vim, qua potuimus & breuitate, & facilitate indicauimus. Earundem verò rerum arcanam & latentem significationem, aptis & opportunis exemplis comprobatam explicauimus. Quo quidem in opere, nullius priuati auctoris opinionem & sententiam secuti sumus, sed solùm ex diligenti sacrorum librorum lectione, atque attenta rerum obseruatione, omnium ferè nominum, & verborum significationem, quæ ad huiusmodi rerum, & actionum obseruationem pertinet, apertissimis locorum collationibus, & clara & manifesta sententiæ demonstratione comprobatã, naturæ ordine obseruato, in suas classes distribuimus. Quamplures etiam adnotationes ex singularium rerum obseruatione collectas suo ordine distinximus, ad quas quidquid ferè de huiusmodi rerum significatione in sacris literis obseruari potest, à docto Lectore referri poterit: exempli gratia, Si leonis nomen occurrat, neque loci, sententiæque ratio ferat, vt de leone animali intelligatur, illicò ad aliud significationis genus recurrendum est: quod cùm ex nostris obseruationibus multiplex esse constet, id Lector, pro suo iudicio eligere debet, quod loci de quo agitur, sententiæ maximè conueniat: quod quidem si tum præcedentia, tum ea quæ sequuntur, attentè considerentur, facilè cognosci poterit. Atque hac ratione non solùm eorum, quæ in nostro hoc opere continentur, verùm etiam omnium quæ iis similia sunt, explicatio facilè haberi potest. Ita vt communis ac perpetui cuiusdam in sacros libros commentarij vice omnibus esse possit. Hunc autem librum inscripsimus IOSEPH, ex eo quòd sanctus ille vir in eiusmodi rerum tractatione omniũ celeberrimus ac propè diuinus habitus est, tum ob ea somnia quæ in patris ac fratrum cœtu iam inde à puero explicauit; tum etiam propter singularem ac diuinam eorum interpretationem, quam exteris etiam patefecit. Prius quàm verò interpretationis opus aggredimur, rei ipsius paulò altiùs repetitæ summam quandam exponendam esse duximus. Vale, & ad sacrarum literarum studia promouenda nostris hisce laboribus fruere. ANTVERPIAE. iij Non. Octob. 1571.

DE DIVISIONE RERVM EX QVIBVS ARCANVS INSTITVITVR SERMO, AC SYMBOLA PETVNTVR.

QVICQVID in toto orbe aut est, aut esse potest, duobus in vniuersum generibus consideratur, atque humanæ mentis ingenio, quoad contingere id potest, concipitur. Vnum genus res; alterum verò actiones appellamus. Atque ei parti nomen indidimus rerum, quarum natura siue sua sponte, & nullo auctore, per se existit & constat; siue ab alio effecta vel producta editaque est; tamen suum nomen, suamque rationem ac definitionem tuetur. Prioris formæ vnica tantùm natura est diuina: Posterioris verò cætera omnia, quæcunque vel intra vel extra mundum sunt, aut esse possunt. Quidquid enim ea omnia sunt secundùm naturam, id totum à Deo habent conditore. Ex hac posteriori forma altera nascitur distinctio. Quædam enim res sunt; quædam verò insunt. Ea esse dicimus, quæcunque propriam definitionem sortita fuerint, siue per se existere possint, siue vt existant, alia re, quasi subiecto & sede egeant. Alterius partis exempla sunt, mundus, spiritus, animal, homo. Alterius verò, lux, magnitudo, rotunditas, cognitio, sensus, ratiocinatio & loquendi facultas. hæc enim omnia, & quæ his similia sunt, proprias definitiones habent, propriasq. sui descriptiones indicant: hoc tamen existunt discrimine, quòd alia per se & sibi sunt: alia verò non per se nec sibi existunt; sed aliis sunt, in quibus existunt, quorumque informandorum aut ornandorum causa producta sunt. Per se enim & sibi sunt, mundus, spiritus, homo; At verò magnitudo & rotunditas, non per se nec sibi, sed mundo & mundi partibus inest & est: cognitio non per se & sibi, sed spiritui est & inest; loquendi facultas homini est & inest. Atque esse sibi vel esse alij, hoc loco non vt in finem quam ob rem condita omnia sunt, sed in vsum, cui condita sunt, exponimus. Namque vt in finem omnia ad Deum referuntur, vt verò in vsum & commodum, nulla ad Deum referuntur; vtpote nullius extra se indigentem rei. Verùm hoc modo alias res in alias referimus. Alia enim aliis & commodo sunt & vsui, scilicet ea, quæ insunt iis, quibus insunt, si secundùm naturam rectè insint. Alias autem, si præter aut contra naturam insint, non propriè inesse, sed inferri dicuntur: vt violentia, morbus, imminutio, mors, & quæcunque ad deformationem vel corruptionem tendunt.

Est etiam altera eorum quæ insunt partitio: quædam enim ei, cui insunt, efficacitatem addunt; quædam verò affectum afferunt, non ad agendum, sed ad excipiendum vel subeundum aliarum rerum efficientias: vt scientia, fortitudo, audacia, efficacitatem adhibent ei rei cui inest. Ignoratio verò, imbecillitas, & metus excipiendis aliarũ rerum efficientiis & viribus molliores & magis peruios reddunt.

Itaque quidquid ad rei, cui inest, informationem & ornamentum, incrementum, perfectionemque facit, id ad efficacitatem referendum est, siue ea perfectio agendo, siue patiendo addatur. Quanquam enim sentire & intelligere pati sit; quia tamen perfectius est sentire & intelligere, quàm sensus & intellectus esse expertem, efficacitatis potius quàm affectus rationem & definitionem hæc merentur.

Voluntas autem & dilectio, atque huiusmodi alia, propriè efficacitates sunt, officijque potius quàm affectus nomen & rationem sibi vendicant. Ex harum igitur tum quæ sibi, tum quæ aliis sunt rerum & existentia & coniunctione, alterum illud summum genus oritur; quod in principio actiones diximus. Namque ex spiritu cognoscendi facultate prædito, oritur cognitio: atque ex homine ad ratiocinandum idoneo & ad eloquendum apto nascitur ratiocinatio & sermo: ex igne etiam calefaciendi viribus præstanti nascitur calefactio, vstio & diuersarum rerum separatio, vt humoris à terra, & scoriarum ab auro. Igitur quidquid est, vel res est, vel actio rei.

Porrò actionem & passionem in vnam naturam referimus. idem enim est actio & passio natura sua; differt autem termino, vnde proficiscitur & in quem incumbit. Namque ex eo, vnde prodit actio, ex eo verò cui incumbit, passio appellatur.

At verò quidquid in mundo est, atque etiam quidquid agitur, in loco est, & in loco agitur; vno Deo excepto, qui quanquam in loco agat, non tamen in loco propriè est, cùm omnis loci ambitum infinito superet excessu: neque etiam vt agat loco indiget; potest enim & optimè & commodissimè in loco, vltra, præterque & extra locum agere.

Præter Deum verò cætera omnia in loco sunt & fiunt: vt Qui fecit prodigia magna in Ægypto, & mirabilia in campo Taneos. Et sanctis qui sunt in terra eius, mirificaui omnes voluntates meas in eis. Et probauit eos apud aquas contradictionis. Et adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius. Et memor ero tui de terra Iordanis & Hermonij, à monte modico. Præter locum autẽ tempus & duratio sunt, quæ vniuersa rerum genera comitantur. Atq. tempus dicimus spatium illud, quod ab orbis initio, ad finem vsque pertinet. Habet autem certos limites tum totum, tum eius partes. Duratio autem est rerum omnium quæcunque sunt vita & existentia, secundùm propria genera. Hæc secundùm totum, & principio & fine caret: pertinet enim & ad Deum, & ad futuri sæculi æternitatem. At verò secundùm partes, & initium & finem habet; sed non variatur. Eodem enim modo est duratio, quamdiu est. Rerum autem variationes tempori asscribuntur mutationis opifici, quod & ipsum mutatione constat.

Psal. 15. Psalm. 131. Psal. 41.

Ex his autem quinque generibus sacrorum sermonum rationes significationesque ducuntur, atque omnium eiusmodi interpretationum sumuntur argumenta. Quorum generum partitiones ad faciliorem inuentionis vsum substituere commodum opportunumque duximus.

DIVISIO EARVM RERVM, QVÆ SVNT.

EA, quæ sunt, aut spiritus aut corpus sunt. Et spiritus aut supremus est & infinitus, definitioneque carens, qui Deus dicitur: aut post supremum, supremo tamen nulla proportione comparandus. Variæ verò naturæ inter se compara-

comparabiles duæ sunt in spirituum horum genere: alteri angeli, alteri animæ humanæ nomen est inditum: quæ nomina, non tam naturam quàm efficacitatem officiúmue significant; penuria enim definitionum in naturis cognoscendis verborum penuriam in appellandis efficit.

Corpus verò aut cæleste est, aut aquaticum, aut expansio, aut terrestre, aut medium. Cælestia corpora sunt, cælum ipsum, luminaria & stellæ. Aquaticum corpus, sunt aquæ, quæ super cælos sunt, & aquæ quæ sub cælis sunt. Corpus.

Expansio est aër, & quidquid inter terram, aquam, & stellarum locum extenditur. Et quæ in hac expansione fiunt, ignis, grando, nix, glacies & spiritus procellarum, partim ex aquæ natura, partim ex expansionis ipsius leui agilique constant materia. Atque hæc expansio cælum quoque dicitur; hinc enim volucres cæli appellantur. Expansio.

Terrestre autem corpus multiplex est natura, & definitione, perfectioneque distinctum varia. Corpus terrestre.

Infimum in terrestrium corporum natura gradum terra obtinet ea ratione, qua יבשה Hebraicè, Latinè arida dicitur, quæ eius nomen simplicissimum est. Aliis autem rationibus vocatur ADAMAH & ARETS, hoc est, humus & terra; non quatenus corpus est, sed quatenus virtus gignendo excipiendoque apta prædita est. Terra.

Ex terræ corpore alia corpora varia gignuntur; partim inanimata, partim verò anima & vita aucta.

Inanimatorum varia etiam genera & naturæ & perfectionis gradibus distincta; in quibus postrema sunt, quæ tertio die sunt condita, atque vnà cum ipsa terra, ARETZ appellata, exstitere: cuiusmodi sunt, arena, puluis, lapides, gemmæ, atque fossilium metallorumque formæ omnes. Inanimata.

Toto hoc genere, maiora, digniora atque specie ipsa pulchriora sunt, quæcunque quarta die sunt edita, duplici etiam naturæ gradu distincta: quorum altera pars duobus etiam terminis distinguitur; herbam enim virentem & herbam facientem semen exhibuit illa dies.

Altera verò pars, in tres formas abijt: quarum illæ descriptiones habentur; Lignum pomiferum, & lignum faciens fructum iuxta genus suum: & lignum, cuius semen in semetipso, super terram est.

Deinde verò alia corpora multo superioribus digniora sunt, vt quæ animam vitamque habeant; variis tamen inter se naturæ & excellentiæ gradibus distincta; magis adeò ex agendi ratione atque vsu, quàm ex materia, ex qua constant: facta enim sunt omnia, partim ex aqua, partim ex terra. In quibusdam autem maior aquæ ratio, in aliis terræ maior habetur. Viuentia.

Alterum genus eorum, quæ ex aquis prodiere, fuit reptile animæ viuentis, in quo sunt cete grandia & omnis anima viuens atque motabilis, quam produxerunt aquæ in species suas: habet enim varias species hoc genus, & forma & magnitudine differentes: Animalia pusilla cum magnis, & reptilia, quorum non est numerus. Aquatica.

Alterum verò genus volatilium est, non minori ferè naturæ discrimine quàm reptilia. Pennatorum enim, ab insectis ad supremam aquilæ speciem, multæ formæ sunt, variisque distinctæ ingeniis. Volatilia.

Sunt prætereà alia animatorum corpora, quæ sexta creationis die è terra prodiere. Vno nomine anima viuens dicuntur; eaque in tres formas diuisa iumentorum & reptilium, & bestiarum terræ secundùm species suas, numero quidem definitas, sed à paucissimis hominum definitione & notitia comprehensas. Anima viuens.

Horum trium generum primum mitissimum est, videlicet iumenta, siue bruta potius dicere velimus, ea quæ sacra lingua בהמה BEHEMAH appellantur. Brutum.

Secundum verò magis ferum & immitius, tardius tamen & corporis magnitudine tertio inferius. Bestia enim terræ, siue viuax terræ id dicatur, quod Hebraicè חיה ארץ dicitur, acrioris naturæ ac celerioris sunt, acutioris quoque ingenij, quàm בהמה. Mediam quandam tum stupiditatis, tum feritatis partem sortiuntur reptilia, ex vtriusque generis materiæ recrementis, vt videntur producta. Feta. Reptile.

Postremum optimum ac præstantissimum denique in animatorum corporũ genere locum homo habet, & vt optima ex elementi parte, maiorique quàm cætera artificio, maiori dignitate & sublimiori consilio effectum, anima quoque præditum sublimi & immortali: constat enim ex limo terræ, siue puluere subtilissimo, singularique Dei voluntate & verbo effectum est hoc corpus animatum; factum enim dicitur in animam viuentem, spiritum vitæ Dei insufflantis virtute obtinens. Atque hactenus ea quæ sunt in genere, partiti sumus. Homo.

EORVM, QVÆ INSVNT VEL ADSVNT, SVMMA PARTITIO.

EORVM quæ insunt, quædam insunt vt partes; quædam vt instrumenta: alia vt ornamenta. Atque hæ partes vel naturæ sunt, vt anima & corpus in animali; vel integritatis & perfectionis, vt membra in animali; tres & quatuor in numero septenario. Partes.

Instrumenta insunt vel ex natura, vt dentes ori, vngues & cornua quibusdam animantibus ad vitæ & salutis vsum vel tutelam; vel ex studio & necessitate, vt baculus seni, gladius magistratui. Instrumẽta.

Quæ verò vt ornamenta insunt, triplici in genere sunt; aut enim ad magnitudinem, aut ad formam, aut ad habitudinem faciunt. In magnitudinis genere numerantur breuitas, longitudo, altitudo & profunditas. Et quæ ad hæc referuntur, mensuræ & numeri, ac proportiones, grauitas & leuitas. Ornamẽta.

Formæ definitiones ad corporis terminũ referuntur, & in hoc genere sunt figuræ, trigona, tetragona, rotũda, &c. Forma.

Habitudinis autem rationes ad corpus partim, partim verò ad spiritum pertinent. In corpore insunt habitudines, vel ad temperamentum, vt calor, frigiditas, humiditas, sanitas, ætas, durities, mollities, leuitas, asperitas, dulcedo, acerbitas, Vel ad formæ ornatum, vt pulchritudo, color. Habitudo.

Et quæcunque de iis rebus dicuntur, quæ ad perfectionem & ornamentum faciunt, eadem opposito rationis vsu, ac modo, intelliguntur de iis, quæ ad contrarium finem tendunt: Morbus enim modo opposito quàm sanitas & inest & agit. Item deformitas & turpitudo aliter quàm forma & decor.

DE LOCO.

LOCORVM *differentia vel sumitur ex natura rei ipsius, vel ex mensura & proportione. Mensura & ratio huiusmodi gignunt species, amplum, capax, latum, spaciosum, commodum, opportunum, angustum, breue, strictum, iniquum, incommodum, importunum, excelsum, humile: primum, medium, extremum, patentè, planum, salebrosum.*

Locus autem ex natura rerum obseruatus, in plura genera diducitur; aut enim publicus est, aut priuatus. Publicus aut communis omnium est, ceu aër, aqua. Aut communis quorundam, vt cælum, infernus. Aut cuidam generi communis, vt regnum, vrbs, ciuitas.

Priuatus autem dicitur locus, vt domus, hortus, vinea, sepulchrum, turris, puteus.

Sunt autem ex his quædam ita communia, vt propria esse etiam possint; vel contrà, ita propria, vt communia quorundam esse aliâs in eodem genere possint, vt ciuitas, fluuius, pons, fons, platea.

Atque locorum etiam quorundam partes inter loca recensentur, vt murus, tectum, cubiculum, solarium, columna, porta, fenestra, fastigium, pinnaculum.

Sunt præterea alia loca singulari aliqua ratione illustria; vt inter mõtes, Gilghad & Libanus; inter agros, Bassan: & in fluuiis Iordanis; in vrbibus Ierusalem, & Sion ciuitas Dauid; quæ à nobis certa loca dicuntur.

DE TEMPORE ET DVRATIONE.

TEMPORIS *duplex est obseruatio: aut enim opportunitas aut tempestiuitas adnotatur, aut vtraque simul obseruantur. Tempestiuitatis exempla sunt, nox, dies, summo mane, meridies, vesper, prima vigilia, secunda vigilia, gallicantus: & illa etiam; ver, æstas, autumnus, hyems, pluuium tempus, serenum, obscurum, turbidum.*

Opportunitatis verò eiusmodi sunt exempla, in prandio, in cœna, inter agendum iter, in somnuis, inter colloquendum, in salutatione, in dimissione, in discessu, in præsentia, in absentia, in colloquio, eundo, redeundo. Quorum omnium singularis & elegans, atque ad sententias explicandas diligenter consideranda ratio est.

Durationis autem non tam genera sunt, quàm partes, vt hora, dies, septimana siue sabbathum, mensis, annus, sæculum, sæculum sæculi, & sæcula sæculorum, quæ eadem æternitas dicitur, sed non propriè: est enim in sæculis mutatio & varietas, qua æternitas caret: sæculorum præterea finis aliquis habetur, etiam multorũ, æternitatis verò nullus.

DE SYMBOLORVM SIVE ARCANI SERMONIS TRACTATIONE ET VSV, BREVIS OBSERVATIO.

IN *arcani sermonis vsu, genus est prius considerandum, deinde species. Natura enim rerum, ex genere, primùm cognoscitur; earum verò differentias species indicat & exponit; vt leonum natura omnis & fera & fortis est: At verò כְּפִיר & לָבִיא & fortitudine & industria quadam atque etiam generositate differunt. Similiter montes omnes alti sunt: differunt tamen multis partibus, collis, iugum, & is, qui propriè הר dicitur.*

A Genere. Psalm. 103. Psal. 67. Psalm. 113. A Specie. Ierem. 22. 1. Cor. 9.

Ducuntur enim argumenta & significationes interdũ à genere ipso. vt, Ascendunt montes, & descendunt campi. Interdum à specie. vt, Dominus in Sinai in sancto. Nonnunquam à duabus speciebus. vt, Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium. A specie ad genus etiã refertur sermo: vt cùm Libanus pro quocunq. monte excelso & insigni appellatur. vt, Ascende libanũ, & clama: & in Bassan da vocem tuam, & clama ad transeuntes. Ab vna specie minore ad aliam digniorem, ita Paulus interpretatur: Non alligabis os boui trituranti.

Ab Efficiente. Ierem. 41.

Ab efficiente non rarò petitur argumentum & significatio: vt Aquæ pro fœcunditate & commoditate magnarum facultatum. vt, Quæ habitas super aquas multas locuples in thesauris.

Ab Effectu Psal. 17.

Ab effectu causa & efficiens indicatur. vt, Commota est, & contremuit terra; & fundamenta montium conturbata sunt, quoniam iratus est eis.

Ex Consequentibus. Isai. 17.

Ex consequentibus & euentis etiam antecedentium significatio petitur: vt Ouium pastus vrbium desolationem arguit. vt, Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt, & requiescent ibi, & non erit qui exterreat.

Ex Antecedentibus & coniunctis. Matth. 16.

Sunt etiam rerum signa, antecedentia, coniuncta & consequentia, ex quibus etiam res ipsæ indicantur. Ex antecedente. vt, Facto vespere dicitis, serenum erit, rubicundum enim est cælum.

Ezech. 23. Cantic. 2.

Ex coniuncto autem signo. vt Vbera integra virginitatem significant; eadem verò compressa, virginitatis amissionem arguunt. vt, Et fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt, ibi subacta sunt vbera earum, & tractæ sunt mammæ pubertatis earum. Ex flores apparuerunt in terra nostra, signum est veris aduentum ex consequenti indicans.

Ex Instrumento. Iudic. 2.

Instrumenta autem causam rei, remque ipsam, effectúmue indicant. vt, Gladius Domini & gladius Gedeonis.

Ab insigni. Rom. 13.

Sumimus etiam argumentum ab insigni & notatione; ita enim gladius magistratum significat.

A Loco. Isai. 48. Amos. 5.

Locus præterea notatur, & quæ circa locum sunt aut fiunt, significat; vt frons verecundiam, quia ea pars præcipuè afficitur, vbi verecundiæ rubor extat. vt, Frons tua ærea, hoc est, pudoris & ruboris expers. Et porta pro iudicio aut consessu iudicum. vt, Non confundetur, cùm loquetur inimicis suis in porta. &, Pauperes deprimentes in porta.

A Situ. Ezech. 25.

Ex situs etiam notatione interpretatio instituitur: Sic enim littus maris Palæstinam, & Septentrio Babylonem indicat.

A Comparatione. Amos. 3.

Figuræ etiam bonam, in arcano sermone, partem sibi vendicant: maximè autem omnium comparationes, similitudines & exempla, & quæ in hoc genere locupletissimæ sunt Metaphora & Allegoria.

Comparationis illa exempla sunt: Leo rugiet, & quis non timebit? Dominus locutus est, & quis non prophetabit?

Et quæ

Et quæ innumeræ parabolæ in Euangelicis scriptis sunt, vt de iudice iniquo vlciscente vicem viduæ iniuria affectæ. Et de patre bona data dante filio suo petenti.

Similitudinum verò illa. Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino. A Similitudine. Psal. 77.

Exemplorum etiam frequentissimus vsus: vt, Fac illis sicut Madian, & Sisaræ, sicut Iabin in torrente Cyson. Pone principes eorum sicut Oreb & Salmana. Ab Exemplo. Psalm. 82.

Atque in exemplorum genere locum habet Typus, hoc est supremum in re proposita exemplum. Sic Salomon humanæ gloriæ & regij splendoris typus est. atque ita scriptum est: Neque Salomon in omni gloria sua coopertus fuit, vt vnum ex his. A Typo. Matth. 6.

Translationis siue Metaphoræ, quæ vno verbo ex alia in aliam naturam per similitudinem translato fit, frequentissimus est etiam vsus. vt, Dura ceruice & incircuncisio corde. Et fiant viæ illorum tenebræ & lubricum. &, Nisi araßetis in vitula mea, nesciretis ænigma meum. A Translatione. Actor. 7. Psalm. 34. Iudic. 14.

Allegoriarum ferè infinitus est numerus; dicimus autē Allegoriam perpetuā Metaphoram. vt, Dominus regit me, & nihil mihi deerit; in loco pascuæ me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, & animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum. Nam si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam, aduersus omnes, qui tribulant me, &c. &, Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne fortè satiatus euomas illud. Ex Allegoria. Psal. 22. Proverb. 25.

Ex Metonymia quoque interpretationes petimus, vt Plagam pro lepra aut pro peste. Palatium pro rege. & Græcia pro omni gente idolorum cultibus dedita. Ex Metonymia. Amos. 3. Zach. 10.

Similiter ex Synecdoche aliam pro alia exponimus rem: vt Tentoria pro pascuis. &, Turbabuntur pelles Madian. Ex Synecdoche. Habac. 3.

Per Periphrasim multa indicantur. Sic, Vir Dalilæ, Samson dicitur. & Cis filius Iemini, Saul. Et Isai filius, Dauid. & Bartholomæus, id est filius Tolomæi, qui idem Nathanael propriè dictus est. Et Ciuitas palmarum, Iericho. Ex Periphrasi.

ANIMADVERSIONES QVÆDAM, AD ARCANI SERMONIS RATIONEM TRACTANDAM, OPPORTVNÆ.

PRINCIPIO *naturam ipsam rerum, quarum verba in arcano sermone interpretationem postulant, explorare cognoscereque oportuerit, vt ad naturæ siue partes, siue virtutem & efficientiam, siue actiones ipsas singula verba opportunè in loco referantur, apteque explicentur: aliàs enim vel contraria veræ sententiæ, vel omnino inepta proferetur explicatio.*

Naturæ autem rerum cognitio ex Philosophicis libris & ex vsu experimentoque petitur, sed multò certius ex sacra scriptura, in qua nihil desideratur, quod ad ipsius exponenda argumenta facere possit, modò diligens & assiduum studium cum animi modestia accedat, diuinumque ad eam rem numen constanter & piè inuocetur.

Certam autem significationem certis rebus secundùm naturam reddere adscribereque conueniet; neque à naturæ ratione atque vsu discedere; constans enim, in hac parte, scriptura est & certa, abhorretque ab omni ingenij humani temeritate, aut incertitudine, aut etiam in cognoscendo ac iudicando priuatæ cognitionis abusu, S. S. E. *Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.* Isai. 5.

Quædam res in vnam partem perpetuò accipiūtur, vt Lac in bonum semper vsurpatur argumentū. Quædam verò in alterutram partem pro vario effectu proponuntur. vt Vinum nunc in bonam, interdum verò in malam sumitur partem. Item leo & plurima alia. legimus enim, Meliores sunt amores tui vino. &, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. &, Vinum lætificat cor hominis. &, Qui amat vinum & pinguia, non ditabitur. Cantic. 1. Ephes. 5. Psal. 103. Proverb. 21.

Quædam symbola apud omnes significant; quæcunque videlicet natura, non institutione constant. vt, Vox gaudij & vox lætitiæ: vox sponsi & vox sponsæ. Quæ verò ex institutione sunt, illis tantùm significant, quibus in vsu sunt, siue publicè siue priuatè; vt gladius Magistratum indicat quibusdam in regionibus. Et osculum Iudæ Christum indicauit priuatè tantùm iis, quibus tesseræ nomine constitutum erat. Ierem. 33.

Sæpè autem contingit, vt duo vel plura verba, ex symbolorum genere, iungantur, atque ex omnibus sententiæ significatio sit explicanda: vt senex baculum gestans, longæuam vitam significat. Atque huiusmodi coniunctio sententiam eandem, amplificatam tamen, habet. Et arborum incrementa, aquarum copia, & affluentia, fructuum quoque amplificatio, hæc simul omnia, magnam significant abundantiam.

Est & alia plurium symbolorum coniunctio, quæ vltra amplificationem distinctionem quoque habet obseruandam, atque ex singulis partibus cognoscendam: vt Vincula captiuitatem, obscuritatem peccatum interpretamur; ex quo fit, vt vincula & obscuritatem simul peccati captiuitatem exponamus.

BENEDICTI ARIAE MONTANI
HISPALENSIS IN LIB. IOSEPH, SIVE
DE ARCANI SERMONIS INTERPRETATIONE PRÆFATIO.

ERVM omnium, quæ ſub cælo factæ ſunt quæque fiunt, naturas, cauſas, efficientiam, motus, actiones, fines denique ipſos, vni, præter cætera animantia, homini cognoſcenda, & ad ſuum vſum vtilitatémque transferenda, ſingulari quadam Dei benignitate & prouidentiæ beneficio conceſſa fuiſſe, ſacrorum oraculorum vſu & experimento cognouimus. Namque homo ea cauſa conditus eſt, vt ad conditoris ſui perpetuum cum aſſiduis laudibus cultum, præeſſet piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis, vniuerſæque terræ. Atque hoc idem beneficium ad omnes primi illius hominum parentis poſteros ex diuino etiam decreto pertinebat: Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. Ad hæc: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, &c. Genes. 1.

Qua in re & diuinam erga homines benignitatem ſatis prædicare, & hominis tot tantarúmque rerum domini, moderatoris, ac principis dignitatem admirari, atque eiuſdem de gradu illo deturbati, caſum & iacturam dolere ac deplorare ſatis nemo queat: quem hoc ſibi diuinitus delato munere verè & re ipſa functum fuiſſe, cognitionis ac deſtinationis rerum periculum factum cum primis declarat. Namque formatis Dominus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea. Omne enim, quod vocauit Adam animæ viuētis, ipſum eſt nomē eius. Appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia & vniuerſa volatilia cæli & omnes beſtias terræ. Neque verò hoc antiquo tantùm argumento, ſed perpetuo etiam ſuccedētis ætatis vſu, rerum omniū cognitionem, quamuis non ita apertam & facilem, tamen ad ſuam vtilitatem ſatis opportunam hominum generi conceſſam, quaſdámque illius antiqui, & primi ſplendoris, non obſcuras ſcintillas relictas fuiſſe, tum aliis multis, tum illo præcipuè illuſtriſſimo exemplo docemur. Ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis, bina induces in arcam, vt viuant tecum, maſculini ſexus & feminini; de volucribus iuxta genus ſuum, & de iumentis in genere ſuo. Ex omni reptili ſuo iuxta genus ſuum, bina de omnibus ingredientur tecum, vt poſſint viuere. His etiam & illud accedit: Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & comparabis apud te: & erunt tam tibi, quàm illis in eſcam. Nullius verò naturæ cognitionem & contemplationem fugiſſe eum oportuit, qui ſingularum animantium genera notare, appetitus obſeruare, opportuna tempora & loca animaduertere, eſcas, cibos, cetéraque commoda diſtinguere atque ſuppeditare deberet. Fecit autem Noe omnia, quæ mandauerat Dominus. Ex quibus rebus illud effectum intelligimus, vt omnia, quæ in mundo ſunt naturæ rerum genera, hominem, ſi non perpetua ad vſum copia, at ipſa tamen ſui contemplatione, ad ſapientiæ, prudentiæ, ſermonisque rationes conſolidandas, iuuent. ſicut ſcriptum eſt: Omnia opera Domini bona, & omne opus hora ſua ſubminiſtrauit. Non eſt dicere, hoc illo nequius eſt; omnia enim in tempore ſuo comprobabuntur. Homini verò poſt primum illud & maximum ex hoſtili defraudatione acceptum detrimentum ac damnum, nullus aut melior vſus, aut commodior & iucundior fructus ex rerum omnium natura optari haberique poteſt, quàm vt harum genera, ingeniáque omnia cognita & perſpecta ad componendas vitæ ſuæ rationes, virtutisque ſtudia celebranda, vehementiusque exercenda, proponantur: cui omnium generum (quibus natura omnino præſtantior ipſe eſt) vel virtutis cognitæ imitatio ad officium, vel vitij declinatio ad continentiam temperantiamque, plurimum exempli & momenti afferre valet, ſicut ſcriptum eſt: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, &c. & illud, Vade ad formicam o piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam. Hinc illæ tam frequentes de rerum natura, & vſu in omni opportuno diſcendi argumento vel exactè deſcriptæ, vel ſapienter & propriè adumbratæ imagines, non in diuinis modò ſpectantur chartis, ſed in aliis antiquiſſimorum ſcriptorum libris, non ſine magna admiratione, & cognoſcentium voluptate notantur. Namque ea grauiſſima dicendi ratio illis ætatibus & viris præcipuè placebat, quibus rerum & cognitionis, & ſententiarum, quàm linguæ expolitæ, & fluentis verborum lenocinio orationis, cura potior ac maior fuerat; primoque mundi initio magis propinquis vel paterna diſciplina, vel propria obſeruatione auctior cognitionis & exploratarum rerum contingebat facultas. Hoc verò languente & remittente ſtudio, orationis & verborum luxuries quædam ſuborta, maiori cum voluptate, quàm vtilitate hominum, coli, augerique mirum in modum cœpta eſt: eaque nimium excreſcens rariſſimas rerū notitias & obſcuriſſimè internaſcentes penè vſque ad cæcam quandā inſcientiam obruerat & ſuffocauerat; niſi illa antiquā ſacrorum & aliorum voluminum rariora etiam monumenta, ſapientiæ huius reliquias aliquot conſeruaſſent: quæ tamen non mediocre ſtudium, neque vulgarem attendentium operam, diligentiamque ad cognoſcendum exigant. Vt autem in aliorum auctorum de hac re locis obſeruandis honeſtum vtilemque laborem à quibuſdam eruditis & antiquis, & noſtri ſæculi viris ſuſceptum, vehementer probamus; ita cuiuſpiam docti & pij ſcriptoris, quò huiuſmodi argumentum diuinis libris tractetur, opus extare maximè cupimus; vnde omnis hæc ratio conſecta, atque ad quadrantem conſolidata, ſubducatur. Quoad verò id contingat, nos interim ea, quæ ad noſtram vtilitatem, poſito in ſacris voluminibus ſtudio, obiter obſeruauimus; breuius fortaſſis, quàm rei magnitudo ferat; tamen ad Chriſtianæ Eccleſiæ (cui noſtram ſedulitatem probari perpetuò optamus) publicum vſum ſacrarum diſciplinarum ſtudioſis non ingratè communicando, operæ pretium facturi videmur. Genes. 6. Eccleſ. 39. Pſal. 31. Prouer. 6

IGITVR perfecti ſunt cæli & terra, & omnis militia eorum: temporisque rationes conſtitutæ omnes, certisque numeris & terminis definitæ ſunt. Compleuit enim Dominus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat; & requieuit die ſe- Gen. 2.

ptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat; benedixitque diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, omniumque temporum atque numerorum rationis præcipua dignitate illuſtrem voluit: Quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit, vt faceret. Atque conditarum multarum rerum ratio & ordo ſic habet. Iſtæ ſunt generationes cæli & terræ quando creatæ ſunt. His namque creatis dixit Dominus, Fiat Lux. Lucis verò vſum expanſio in medium aquarum, diuiſio, atque interualla ſubiere. Interuallum autem termini definitionesque conſecutæ ſunt, locorum rationibus præſcriptis: Fecit enim Dominus firmamentum; diuiſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab ijs, quæ erant ſuper firmamentum; atque aquæ quidem, quæ ſub cælo ſunt, in vnum locum congregatæ Maris nomen obtinuerunt; cætera verò ſub firmamento relicta, à marique libera, ſed contigua; arida primò, deinde verò eadem variis viribus & naturis à ſe prædita atque diſtincta, Terra ſiue Areſz à Deo dicta eſt. Hæc rurſus earum, quibus aucta iam erat, virium efficientia & partu ornata, omnium generum herbis primùm veſtita, arboribus deinde innumeris ac variis tum pomiferis, tum ſterilibus, pulchris tamen & vtilibus, alijsque plantis, vt arbuſtis, inſtructa eſt. Idque vno die paratum atque præſtitum adeò eleganter eſt, vt conditori ſuo gratum probatumque fuerit. Vidit enim Deus, quòd eſſet bonum. atque integri operis dignitate illuſtrauit: Et factum eſt veſperè & manè dies tertius. At verò quòd hæc omnia ad eam, quam obtinebant, naturam conſeruandam, & ad eorum, quibus parabantur, opportunum vſum, vtilitatemque certo & cõmodo lumine atque calore illuſtrari fouerique conueniret: Dixit Deus, Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna & tempora & dies & annos, vt luceant in firmamento cæli & illuminent terram. id quod perinde ac cætera factum perfectumque diei vnius integra aſcriptione probatur. Vidit enim Deus, quòd eſſet bonum: & factum eſt veſperè & manè dies quartus. Denique rerum harum omnium vſus aliquis haberi quinto die cœptus eſt, addita aquis ſterilibus atque importunis, ad multorum maximorumque monſtrorum, & piſcium auiumque omnia genera procreanda, eximia ac præſtantiſſima virtute. dixit namque Deus etiam: Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli. Porrò autem noua fœcunditate auctior terra, præter plantas atque herbas, quas antea protulerat, animantium tria genera multiplici ſpecie diſtincta, quibus & mater & nutrix altrixque ipſa eſſet, effudit. Cuius admirabiles partus vnum tantùm Dei imperium ſine vllo alio ſeminis conceptu, neque grauiditatis tædio fecit: Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta & reptilia, & beſtias terræ. Vltimus tandem omnium homo admirando Dei beneficio effictus prodijt, tantò cæteris ſanctius præſtantiusque animal, quantò maiori ſtudio, ſublimiori conſilio, digniori exemplari, diligentiori opificio, præſtantioribus naturæ partibus ornatus præditusque eſt. Faciamus, ait Deus, hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, qui præſit piſcibus maris & volatilibus cæli & beſtijs vniuerſæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Huic autem idem ipſe, de tenuiſſimo terræ limo formato, vitæ ſpiraculum inſpirauit, & factus eſt homo in animam viuentem; non, vt aliæ animantes, terrenam, ſed præcipua quadam ſorte principem, vitæque conſeruandæ idoneam. Atque adeò hæc rerum ratio, hic ordo atque generum ſeries omnibus numeris abſoluta, diuino conditoris iudicio probata, perfectique operis definito tempore confirmata eſt. Vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona: & factum eſt veſperè & manè dies ſextus. Cui ſeptimus ſucceſſit, nulli operi, ſed Dei quieti aſcriptus, diuinarumque rerum contemplationi ob eam rem dedicatus: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere, quod patrauerat Deus, vt faceret. Ab ipſo igitur ſeptimo die, in quo ſeſe nobis Deus, non vt condentem aut creantem, ſed quietum, ſuaque ipſius natura feliciſſimum, imò felicitatis & quietis omnis fontem cogitandum præbet, primùm inchoantes cæterorum dierum rationes, eundem principio precati repetemus.

Summe Deus, qui ſemper eras æternus & [illegible]
Maximus immenſa ſimplicitate boni;
Qui notus ſatis ipſe tibi, felixq; nec vlla,
Quæ ſit ab immenſo numine, parte minor;
Idem etiam, rebus mundi iam extantibus iſto
Diſpoſitis nutu, qui Deus antè manes:
Da facilem nobis ô te propiusq; colendum,
Quæq; eſt fas, de te dicere certa, ſine.

DE

DE DEO.

CAPVT I.

DEi notitiam tantam homini mortali haberi posse, quantam ex illius vel dictis vel factis aperiri contigerit, neque vlterius certa animi cogitatione percurrere aut per naturam fas esse, aut per religionis leges licere, ipsius de hac re docemur oraculis. Non poteris, inquit, videre faciem meam; nõ enim
Exod. 33. videbit me homo, & viuet. Ecce est locus apud me, & stabis supra petram. cumque trãsibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam; tollamque manum meam & videbis posteriora meã; faciem autem meam videre non poteris. Posteriora itaque obseruantibus illa immensæ æternæque bonitatis atque benignitatis gloria prima occurrit, quæ orbem atque res eas, quæ apparent, quæque non videntur, condendi voluntatem cõsiliumque declarat. In princi-
Genes. 1. pio enim Deus creasse cælum & terram dicitur, cuius maximum in creatione atque nunquam satis admirandum artificium, præter summam sapientiam, summam etiam virtutem probat & commendat; sicut scriptum est: Domine Deus meus magnificatus es vehementer;
Psal. 103 confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento, &c. Iam deinde quędam, in eis, quæ conditæ fuerint, rebus conseruãdis, maxima prouidentia, summè verò obseruanda in dictis promissisq; præstandis constantia & veritas, primorum hominum exitu demonstratur: qui, quantum diuina dicta decretaque valeant,
Genes. 2. suo grauissimo periculo didicerunt. In quacunque, inquit, die ex ea comederis, morte morieris. comedentes
Genes. 3. enim certissimam & constantissimam Dei sententiam experti sunt: Et aperti sunt oculi eorum. cumq; cognouissent se esse nudos, &c. Quis autem indicauit illis, quòd nudi essent, nisi quod ex ligno, de quo præceperat Deus ne comederẽt, comederunt? Cum hac autem dictorum conuentorumque diuina constantia propensam quandam ad salutem atque beneficium vltro conferendum naturam atque volũtatem, illa decreta perditi hominis restitutio, rerumque per diluuium penè abolitarum instauratio manifestat. Inimicitias, inquit, ponam
Genes. 3. inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius; &
Genes. 6. ipsum conteret caput tuum, & illud: Ponamque fœdus meum tecum, & ingredieris arcam tu & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum; & ex cunctis animantibus vniuersæ carnis bina induces tecum in arcam, vt viuant tecum. sed iustitiæ etiam & iudicij seueri certam exercitationem Deo esse, non ita, vt misericordiæ voluntatem, atque beneficentiæ studium, antiquum, certum tamẽ, & magis ab iis, qui pœnas tulerint, irritatum atque solicitatum, quàm ab ipso vltro procuratum, illud præter multa alia testimonium apertè docet. Videns autem Deus quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore; pænituit eum, quòd hominem fecisset in terra: & præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus sententiam illam pronuntiauit: Delebo hominem, quem creaui, à facie terræ, &c. Tactum dolore ait, quòd nõ vltro cupientem, sed scelerum importunitate prouocatum, iudicem agere seuerum oportuerit: quem, quo minus dignitatem, sententiam, auctoritatem suam tueatur, nulla hominum potentia, nulla consilia, nulli conatus retinere retardareq; valent.
Genes. 11. Ecce, inquit, vnus est populus, & vnum est labium omnibus: cœperuntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite igitur, & descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt ædificare ciuitatem. At verò Deus quanquam dispersis gentibus, & in varias factiones, linguas, partes, studiaque diuisis, proprio nomine atque magnitudinis suæ descriptione ignotus fuerit; tamen supremi rerum principis & mundi gubernatoris titulo non ijs tantùm, quibus responsa relata sunt, sed ijs etiam, quorum naturæ rerum facilè exposita contemplatio oculos ad se conuerterit, notissimus esse potuit: vt Salem regi sacerdotique Melchisedech & notus & prędicatus fuit.
Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cælum Genes. 14.
& terram, & benedictus Deus excelsus &c. Idem etiam sese colentibus omnipotẽtem atque ad beneficium conferendum propensum professus, Ego, inquit, Dominus Genes. 17.
omnipotens; ambula coram me, & esto perfectus; ponamq. fœdus meum inter me & te. Quin & opportunè ac purè exoratus plus etiam, quàm petatur aut opte- Genes. 17.
tur, concedere, immò donare etiam consueuit. Dixit enim Abraham ad Deum, Vtinam Ismael viuat coram te. & ait Deus ad Abraham, Sara vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Isaac, & constituam pactũ meum illi in fœdus sempiternum, & semini eius post eum. Super Ismael quoque exaudiui te: Ecce benedicam eum, & augebo, & multiplicabo eum valdè, &c.
Illum præterea neque humana facta, neque cogitata etiam fugere valent, vtpote quem neque ridentis occultè Saræ mens oratioque latuerit: adeò benignum atque familiarem sese cultoribus exhibere suis accepimus, vt consilia sua altissima, summęque sapientiæ & prouidentiæ plena, omnem aliâs humanam intelligẽtiam longè superãtia, cum ipsis vltrò libenterque communicans, ad admirandæ æquitatis vel clementiæ potius misericordiæque rationes accommodet. Neque enim suam de Genes. 17.
Sodomorum & Ghomorræorum supplicio sententiam prius pronuntiat, quàm Abrahamo cultori suo expositam omnibus integritatis nominibus affirmet & probet. Et abijt Dominus, postquã cessauit loqui ad Abraham: & ille reuersus est ad locum suum. Neque verò quicquam eorum, quæ sub cælo accidant, ab illius voluntate vel prouidentia, vel cognitione, vel demum permissu, ad casum aliquem, vel communem, vel singularem cursum rerum reuocari debere, animantium omnium & hominum, perpaucis, quibus sufficiet soboles posset, superstitibus, communis illa clades extinctioq; manifestat. Ecce, inquit, ego pluam super terram quadraginta diebus & Gen. 7.
quadraginta noctibus; & delebo omnem substantiam quam feci, de superficie terræ. Idem autem maiestatem auctoritatemque illam suam, qua habitare in altis dicitur, tamen ita temperat, vt pijs atque modestis hominibus facilem, benignum, amicumq; sese, amicitiæ atque familiaritatis cognomento etiam delectatus, vltrò præbeat. Ego, inquit, sum Deus patris tui, Deus Abraham Exod. 3.d.
& Deus Isaac, & Deus Iacob, sed qui tamen impijs, impuris atque prophanis grauissimus horrendusque sit, vltraque præscriptum mortalibus terminum in sui suarumq; rerum tractatione vel temerarijs vel curiosis impunè progredi licere nolit; modestis verò atque pijs, vt est captus hominum, se cernendum exhibeat. Cauete Exod. 19.
ne ascendatis montem, nec tangatis finem illius. omnis, qui tetigerit montem, morte morietur; siue iumentum fuerit, siue homo. Ascendesque tu & Aaron tecum, sacerdotes autem & populus ne transeant terminos, neq; ascendant ad Dominum, ne fortè interficiam illos. ille etiam nominis numinisque sui auctoritatem atque maiestatem, commentitiorum vanorumque deorum accessione aut opinione ab ijs, quibus notus fuerit, imminutam indignè ferens, grauiter tandem vlcisci solet. Noli, Exod. 34.
inquit, adorare Deum alienum: Dominus zelotes nomen eius, Deus est æmulator. Idem omnium mortalium, maximè verò eorum, à quibus purè sanctèque colitur, rebus sapientissimè commodissimeque prouidet.
Noluit Dominus tuus audire Balaam, vertitq; maledi- Deut. 23.
ctionem eius in benedictionem tuam, eò quòd diligeret te Deus tuus in medio tui est, Deus magnus & terribilis, & ipse consumet nationes has in conspectu tuo pau- Deut. 7.

latim atque per partes. non poteris eas delere pariter, ne forte multiplicentur contra te bestiæ terræ. Neque verò mortalis vitæ huius rebus modò, sed multo etiam magis alterius æternæ atque felicissimæ, cuius auctor idem
Deut 30. etiam est, prospicit. Testes hodie, inquit, inuoco cælum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem: elige ergo vitam, vt & tu viuas & semen tuum, & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas; ipse enim vita tua & longitudo dierum tuorum. cuius cùm infinita & summa in homines beneficia constent, aliquod aut obliuione & negligentia conteri, aut ingrato animo accipi, nefas est. Memento quòd seruieris in Ægypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde: iccirco præcipio tibi, vt facias hanc rem. Quando messueris segetem in agro tuo &c. Denique huius tanti numinis non modò rationis particeps natura, vt angelus atque homo, sed omnia etiam muta atque inanima, & virtutem experiuntur, & verba audiunt, præceptaque singulis data
Iosue 24. atque accepta fidelissimè tenent. En lapis iste erit vobis in testimonium, quòd audieritis omnia verba Domini, quæ locutus est vobis, ne fortè postea negare velitis & mentiri Domino Deo vestro.

ARCANORVM NOMINVM INTERPRETATIO.

CAPVT II.

PLuribus Dei nominibus, vel cognominibus potius, sacri scriptores vtuntur, ex illius efficientia magis, quàm ex naturæ cognitione inuentis: in quibus si quod ad nominis rationem accedere dicendum sit, id maximè dici posse videtur, quod ab eodem ipso singulariter appellatum frequentissimè in sacris libris auditur, quo sese à cæteris naturis rerum, vel quæ pro diis falso colerentur, vel quæ ab ipso conditæ sunt, separat. Namque alia cognomina ipse cum angelis hominibusque communicat: vnum verò illud præstantissimum sibi vendicat, quatuor elementis constans; cuius hactenus ex librorum lectione ignota pronuntiatio fuit, quòd propriis vocalibus siue punctis, quibus proferendum sit, scriptum nõ extet. Est autem illud יהוה sublime atq; sanctissimum nomen, magna hominibus religione obseruandum, pro quo sæpe ADONAI, interdum ELOHIM dicimus, quòd vel alterius horũ nominum punctis ascriptis legatur יְהוָה יֱהוִה Nam quum solum est, vocales scheua, cholem, & kametz habet: cùm verò cum prenomine Adonai coniungitur, vocales ְ֫, cholem, & hirik admittit. Nostri huius rationis ignari IEHOVAH pronuntiant, cùm tamen neque hæc propria pronuntiatio, neque etiam ex alienis vocalibus perpetua sit; nonnunquam enim IEHOVIH pronuntiare oportuerit. Si verò certam quandam ex aliorum similium nominum ratione indicare pronuntiationem fas est, IEHVEH dicendum est, atque ita existimo veteres illos pronuntiasse, tum Israelitas, tum ex aliis gẽtibus homines, ad quos nominis huius & Dei ipsius notitia pertinuit. cuius pronuntiationis certam rationem nos loco suo aliâs, ipso Deo annuente, reddemus. Huius autem nominis ædificatio, quamquam maxima, arcana & veneranda magis, quàm explicanda sit; tamen, quantum nobis assidua obseruatione cognoscere contigit, ad constantiam firmitudinemque naturæ, & misericordiæ promittendæ atque tribuendæ notationem spectat, ita vt Deum eius naturæ esse indicet, quæ æterna, constantissima, omnisque mutationis & varietatis expers sit; eademque perpetuò misericors, atque ad misericordiam tribuendam, salutemque afferendam voluntate atque actione inexhausta, infinitaque. Quam rem Moses, experimento, obseruatione, & Dei ipsius indicatione edoctus, perpetuò cogitandam posteritati reliquit; cui nominis huius rationem indicatam, atque prout humanus captus ferebat, expositam fuisse
Exod. 3. legimus. Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis; Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi, quod est nomen eius? quid dicam eis? Dixit Dominus ad Mosem, אהיה אשר אהיה: & dixit, Sic dices filiis Israel, ERO misit me ad vos. & aliâs, Ego, inquit, Domi- Exod. 6.
nus, qui apparui Abraham, Isaac & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meũ יהוה non indicaui eis. Indicauit autem Mosi ipsi non ipsam nominis atque significationis plenam definitionem ac faciem, sed consequentes ex efficientia notationes, quas rei magnitudine incitatus vates prædicauit: יהוה יהוה, Deus misericors & cle- Exod. 34.
mens, patiens, multæ miserationis ac verax, qui custodis misericordiam in millia; qui aufers iniquitatem & scelera atque peccata; nullusque apud te per se innocens est: qui reddis iniquitatem patrum in filiis ac nepotibus, in tertiam & quartam progeniem. Hæc omnis mysteriorum amplitudo illo nomine יהוה continetur. cuius cùm vim explicare neque consilij neque facultatis nostræ modò sit; vsum tamen obseruandum ad virtutis & misericordiæ rationem perpetuam & constantem referimus. Namque hoc nomen cùm sine adiuncto in oratione vsurpatur, Deum, Israeli responsis, oraculis, promissis atque beneficiis ad salutem, felicitatemque præcipuè spectantibus cognitum, interpretari conueniet. vt, Domi- Psalm. 26.
nus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Domi- Psalm. 15.
nus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Dominus Psalm. 4.
pars hæreditatis meæ & calicis mei. Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Miserere mei Psalm. 51.
Deus secundum magnam misericordiam tuam. & innumera alia loca, quæ ad hanc rationem relata certam habent interpretationem.

אל

IDEM verò, qui propter naturæ misericordiæque constantiam יהוה dicitur, propter infinitæ etiam fortitudinis atque efficacitatis excellentiam אל appellatur: id quod ad multorum locorum explicationem ex quibusdam certissimis atque notissimis obseruasse operæ pretium fuerit; atque, vt res ipsa cõparatione melius explicetur, hoc nomine אל eam vim fortitudinemque Deo sacri auctores tribuunt, quam homini Adam appellando inesse negant. sic Isaias cùm de humana fortitudine diuinæ collata ageret, Et Ægyptus, inquit, homo est, & non Isaia. 31.
Deus; Adam, & non EL. & apud Oseam, Deus ipse, non faciam, ait, furorem iræ meæ: nõ conuertar, vt disper- Os. 11.
dam Ephraim: Quoniam Deus ego, & non homo, in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem. Hunc eundem Deum, cognomento Excelsum, appellabat Abraham. Leuo manum meam ad EL excelsum possessorem cæli & terræ &c. Ex qua re in Hebraici sermonis vsu & consuetudine positum est, vt cùm integra ad aliquid efficiendum facultas & vis cuipiam inesse significetur, hoc nomen etiam cum manu coniunctum vsurpẽtur. vt Laban apud Iacob generum plenam sibi ad nocendum potestatem, nisi aliâs à Deo prohibitus fuisset, Genes. 31.
iactabat. Est, inquit, manus mea לאל, vt tibi reddam malum &c. Huic autem nomini consecratam aram, ob partam sibi ex multis & maximis periculis salutem Iacob dicasse scribitur. Et erecto ibi altari, inuocauit super il- Genes. 33.
lud לאל Israel; pro quo Interpres noster Fortissimũ Deũ Israel reddidit. Veram autem Dei naturam à vanorum numinum mendaci & falso genere hoc nomen, vt fortitudinem, potentiam, & efficacitatem ab imbecillitate, inopia, defectu re ipsa distinguit: Ipsi, inquit, me prouo- Deut. 32.
cauerunt in eo, qui non erat EL, & irritauerunt in vanitatibus suis.

שדי

HVIC, quod iam interpretati sumus, nomini אל aliud frequenter adiunctum legimus שדי ad diuinam potentiam & facultatem ad res agendas significandam, quod adiectiui cognomenti rationem formamque obtinet. Est autem, vt significationis obseruatio indicat, ex duabus partibus cõpositum nomẽ, relatiua voce ש & די, pro qua sufficientiam, copiam, facultatẽ atque abundantiã reddimus. namque hæc omnia hoc verbo nominantur. Illa igitur integri nominis explicatio est: Qui sufficientia,

tia;siue qui copia,abundantia,& plenitudo. Itaq; superiori nomini adiunctũ pręter fortitudinem & efficacitatem,quam Deus,vt Dominus,auctorque,sibi vendicat, rerum omnium copiam,& facultatem in se ipso constantem,certam,affluentemque confirmat. Namque naturalis ad efficiendum vis cogitatione quidem & ratione à facultate & copia separatur, cùm hæc materiæ & instrumentorum vim quandam; illa formæ virtutem adnotet: vt in artifice potentia quidem ex artis peritia sine facultate agendi esse nonnunquam potest; quòd facultas materiam, circa quam ars versetur,exigere videatur; & instrumenta etiam alia, quæ ad opus idonea sunt, postulet. Cùm igitur hęc ratione & notatione seiuncta esse videantur,alteraque pars ipsi artifici adiuncta, altera exterius petenda existimetur; in Dei tamen simplicissima atque immensa natura re ipsa coniuncta inseparataque sunt. Etenim Deus,vt ad agendum virtutem, efficacitatem in se ipso integerrimam, sic & facultatem plenissimam semper habet, neque materia vlla præcedenti in rebus recenter edendis indiget, neque instrumento aliquo ad perficiendum adiuuari postulat: sed ipse dixit,& facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt. Et verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Distat itaque hoc etiam præter cætera ab omni alia naturæ vel artis efficacitate & virtute, quòd vltra infinitam perfectionem ad quascumq; efficiendas & perficiendas res, summam etiam,nulliusque adiumenti indigentem virtutem in se habeat; siue, vt rectiùs eloquamur,ipse summa virtus & fortitudo,summaque facultas & sufficientia sit. Summum autem, cùm de Deo loquimur, idem esse volumus, quod aliis verbis immensum, inexhaustum,infinitumque dicitur. Quamquam autem ad efficiendi facultatem diuinam hoc nomen semper referatur;rarò tamen in alia,quàm fausta feliciqué significatione à sacris scriptoribus est vsurpatum. Neq; enim tam ad vlciscendi animaduertendique vim & facultatem, quàm ad prospiciendi atq; iuuandi copiam huiusmodi orationis exempla ponuntur. Ego Dominus omnipotens: ambula coram me & esto perfectus; & multiplicabo te vehementer nimis. &: Deus autem omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat atque multiplicet, vt sis in turbas populorum. & illud: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza,quæ est in terra Chanaan, benedixitque mihi,& ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum. Illud autem Balaami responsum,hoc nomen SADAI, ad felicitatẽ spectare,manifestè docet: siquidem omnia, quæ ille fausta & felicia de Israelitico populo futura caneret, à Deo SADAI sibi suggeri professus est. Dixit auditor sermonum Dei, qui visionem OMNIPOTENTIS intuitus est: Quàm pulchra tabernacula tua Iacob,& tentoria tua Israel! &c.

Genes. 17. *Genes. 27.* *Genes. 47.* *Nume. 24.*

אלהים

EST etiam aliud Deo cum alijs naturis officij causa commune,quod primò in sacris libris appellatum & cognitum est: grauissimum profectò magnæque auctoritatis cognomen ab Hebraicis Elohim dictum: sub qua voce efficiendi, gubernandi, regendi, ducendi & iudicandi ratio & sententia perpetuò subijcitur. Namque in prima; quam de mundi rerumque omnium origine expositam habemus; ratione,Dei conditoris notitia hoc cognomento primùm aperta est. In principio creauit Elohim cęlum & terram: atque in omni deinde conditæ & constitutę rerum naturæ demonstratione idem cognomen est perpetuò appellatum. Et vidit Elohim quòd esset bonum.& fecit Elohim,&c. Cùm autem diluuium, terras hominum scelere contaminatas expiaturum, ex diuino decreto inducendum esset, huius auctoritate cognominis sententia lata est. Et dixit Elohim Noe, Finis omnis carnis venit coram me, quia repleta est terra iniquitate à facie eorum; & ecce ego perdam eos cum terra, &c. Deinde etiam terrarum hominumque rebus restituendis eiusdem cognomenti auspicio salus allata est. Et recordatus est Elohim Noah cunctorumque animantium & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca, &c. Quibus ex locis omnibus obseruatur,cognomentum hoc Elohim eam vim,auctoritatem,atque efficientiam significare, quam nobis Latina illa nomina, *Conditor,Rector, Gubernator, Iudex, Princeps*, & quæcunque huius generis verba sunt, significant; quas omnes ad publicam vtilitatem spectantes munerum rationes, cum certis ex angelorum hominumque natura personis communicatas, tamen Deus proprias & æternas atque perfectissimas continet: sicut scriptum est, *El-Elohim* Dominus locutus est,& vocauit terram, id est, fortissimus eorum, qui Elohim cognominantur. Et alibi etiam. Elohim stetit in Synagoga El: in medio autem Elohim iudicat.atque huius cognominis auctoritate & virtute non solùm Israelitis,& ijs, qui peculiari beneficio diuinarum rerum notitiam edocti sunt, sed cunctis vniuersi terrarũ orbis partibus Deus non præesse modò,verùm cognosci etiam dicitur. Quoniam rex omnis terræ Elohim: psallite sapienter, regnauit Elohim super gentes, Elohim sedet super sedem sanctam suam. Atque Deum hoc cognomento notum esse & ijs,qui singulari disciplinæ munere præditi essent,& ijs, qui ex naturæ tantùm contemplatione,& rerum conditarum spectaculo, atque obseruatione, vitæ religionisque rationem instituerent, vtriusque partis testimonijs confirmatur. Namque Abimelech Geraræ rex de Saræ Abrahami vxoris causa ab Elohim correptus fuisse scribitur. Et de Abraham Deus ipse prædicauit: Cognoui quòd times Deum tu. Illud etiã & Hethæi, huius orationis nõ ignari, de Abrahamo testati sunt. Audi nos domine, princeps Elohim es apud nos: ita vt quamquam non omnibus gentibus Deum olim illius maximi & singularis nominis notum fuisse fortasse concedamus, huius tamen cognomenti auctoritate & maiestate nullis incognitũ esse oportuisse asseueramus. Namque scriptum est: Secundùm nomen tuũm Elohim, sic & laus tua in fines terræ; iustitia plena est dextera tua. adeò vt quisquis huiusmodi cognomento significatam naturam mundo præesse negauerit, is ob deprauatam atque monstrosam,& brutis persimilem cogitationem,impius stultissimusque dicatur. Dixit stultus in corde suo, Non est Elohim. Plusquam bis mille & quadringenta in veteri testamento loca enumerauimus, quorum sententia sine huius cognomenti expositione commodè teneri nõ possit;quorum nos partem in Commentarijs nostris indicamus.

Psal. 50. *Psal. 81.* *Psal. 96.* *Genes. 20.* *Genes. 22.* *Genes. 23.* *Psal. 47.* *Psal. 14.*

צבאות

ILLVD præterea restat ad indicandam de diuinis rebus sermonis rationem, quòd nomini illi maximo יהוה ab Hanna Samuelis matre primùm adiunctum, ab omnibus ferè prophetis fuit deinde sæpissimè vsurpatum. idque est, צבאות,quod diuinam potentiam significat, copiasque indicat maximas, per quas quæcunq; res gerenda decernatur, expediri facillimè possit. Atque huiusmodi cognomine appellando auditores admonentur, neminem esse,qui diuinam potentiam aut impedire,aut fugere valeat. Neque enim vno tantùm exercitu, sed pluribus ijsdemque fortissimis, atque ad rem gerendam promptissimis, Deus ad nutum vti potest. Atque adeò huius dictionis figura tunc vates alijque sacri auctores vtuntur, cùm de diuino iudicio,de supplicio sumendo,de sceleribus iniurijsque vlciscendis agitur; & quod ad certam rationem propiùs accedit, hac exercituum adiunctione sese Deus appellat, vbi cum principibus, cum tyrannis, cum potentia elatis hominibus; cum superbis denique, & contumacibus populis illi sermo est: vt apud Isaiam. Hæc dicit Dominus Deus exercituum fortis Israel. Heu ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Habet autẽ Deus varia & instructissima exercituum genera. Nam præter Angelorum & spirituum acies, de quibus frequentissima in sacris mentio est, militiam quoque cæli,astrorum, syderumque virtutes, & ad publicas & ad priuatas res

Genes. 7. *Isai. 1.*

Exercitus Dei. gerendas mouere excitareque solet, sicut scriptum est: Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis
Psal. 146. nomina vocat. Illi verò tres exercitus plærunque in expeditionem ad vlciscenda publica scelera ducuntur, gladius, fames & pestis, sicut scriptum est: Et relinquam ex
Ezech. 12. eis viros paucos à gladio, fame & pestilentia. Atque gladium quidem hominibus armatis exercere solet Deus.
Gladius. Fames. Famis verò afferendæ complures acies sunt, in quibus vnum genus locusta est, cuius ducem se ipsum Deus ap-
Ioel. 2. pellat, sicut scriptum est: Et Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia verbum eius, &c. De quo genere nos aliâs commodè suo loco scripsimus. Sunt & alij etiam innumeri inuisibiles exercitus, exercituumq; duces, diuino dicto ad eam, quam diximus, rem audientes; inter quos spiritus, hoc est, venti & vanitatis ad reges & principes turbandos populosque perdendos efficacissimam atque prasentissimam naturam Micheas vates
2. Paral. 17. sibi visam testatur: Vidi Dominum sedentem in solio suo, & omnem exercitum eius assidentem ei à dextris & à sinistris. Et dixit Dominus: Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascendat & corruat in Ramath Galaad? Cumque diceret vnus hoc modo & alter alio: processit spiritus & stetit coram Domino, & ait, Ego decipiam eũ. Cui dixit Dominus, In quo decipies? At ille respondit, Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius, &c. Igitur huius coniunctionis, Deus exercituum, figura diuina, fortitudo, potentia, & summa ad res gerendas, maximè ad iniurias & scelera vlciscenda facultas, significatur. Neque hoc in vatum veterumque scriptorum sermonibus tantùm, sed in Euãgelicis etiam & Apostolicis libris obseruatur. Siquidem in hanc sententiam D. Iacobus diuitibus & potentibus iniuriarum accusatis minatur. Ecce merces operariorum, qui messuerũt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat; & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.

יה

EXTAT & in sacris carminibus nomen יה celeberrimis laudum gratiarum que actionibus frequentissimè decantatum. Cuius ea, quæ à nobis obseruata ratio est, essentiæ, veritatis, firmitudinisque verbis est explicanda. Ferè enim hoc nomen in ijs locis & argumentis appellatur, quæ vel admirandæ naturæ rerum, vel manifesti & accepti iam hominibus beneficij adnotationem habent. Itaque nomen illud arcanum יהוה cuius primo loco rationes indicauimus, tum ad promissam, tum ad præstitam & præstandam misericordiam præcipuè pertinet; atque hominum generi, vt tessera quædam salutis & felicitatis à Deo obtinendæ, traditum est, ijs præcipuè, qui sacræ religionis & diuinorum mysteriorum arcanique verbi conscij participesque sunt. At verò יה præcipuè ad res iam ipso euentu spectatas & confirmatas, atque ad exhibita diuinitus beneficia ostendenda, est vsurpatum; neque hominibus modò ipsis vel certæ religionis & sacrarum scripturarum cognitione præditis, sed omni, quæ vel super cælos, vel sub cælis est, naturæ, omnique virtuti ad cognoscendum, pronuntiandum, celebrandumque proponitur: vt, Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quo-
Psal. 102. niam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum. Et illud. Quoniã ædificabit Dominus Sion & videbitur in gloria sua. Respexit ad orationẽ humilium, & non spreuit preces eorũ. Scri-
Psal. 106. bentur hæc in generationem posteram, & populus creatus laudabit יה. Item *Halelu-iah*. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sęculum misericordia eius. Quis loquetur potentias Domini, auditam faciet omnem laudem eius? &c. Atque idem psalmus post enarrata diuina beneficia huiusmodi versu clauditur. Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo & vsque in sęculum: & dicat omnis populus, amen, *halelu-iah*. Item etiã. *Hale-*
Psal. 111. *lu-iah*. Confitebor Domino in toto corde, in consilio iustorum & congregatione. Magna opera Domini, exquisita in omnes volũtates eius &c. Illud quoque *Halelu-iah*. Beatus vir, qui timet Dominum; in mandatis eius volet Psal. 112.
nimis. Potens in terra erit semen eius &c. Nec non illud *Halelu-iah*. Laudate serui Dominum, laudate nomẽ Do- Psal. 113.
mini. Cuius psalmi ille epilogus est. Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem, *halelu-iah*. Nec non & illa grauissima & mysteriis refertissima sententia huius nominis rationibus explicanda est. Non mortui laudabunt IAH; neque omnes, qui descendunt Psal. 115.
in infernum. Sed nos, qui viuimus, benedicimus IAH ex hoc & vsque in sæculum. *Halelu-iah*. Ad hæc etiam illud refertur *Halelu-iah*: Laudate nomẽ Domini, lauda- Psal. 135.
te serui Domini, qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. Laudate IAH quoniam bonus Dominus; psallite nomen eius, quoniam suaue; quoniam Iacob elegit sibi IAH, Israel in possessionem sibi. Quia ego cognoui, quòd magnus Dominus, & Dominus noster præ omnibus diis. Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit. Qui producit ventos de thesauris suis. & cætera omnia, quæ vel hoc, vel aliis in psalmis, hymnis, laudibusque celebrantur; quibus magna ad explicandũ lux ex huius nominis adnotatione afferri potest. Huius autem nominis יה Latinam significationẽ cùm reddere omnino nequeamus, quadam tamen velut nota delineabimus, si ENS à verbo Latino ESSE interpretemur; de qua significatione plura & exactiùs aliâs eodem donante dis- קדוש
seremus. Vnum nobis præterea adiunctum siue cognomẽtum superest; cuius, quòd latissima pateat, ratio cum explicari modò non possit, breuiter tamen indicanda est. Atq; id est quod Hebraicè קדוש. Græcè ἅγιος. Latinè verò SANCTVS dicitur. Sed de verbis Græco & Latino, in cum Hebraico קדוש quadrent, aliâs disputandi lo- Sanctus
cus à Deo nobis dabitur. Nunc verò ipsum Hebræum verbum indicabimus. Igitur id propriè apud Hebræos KADOS dicitur, quod à vulgari vsu & cõsuetudine propter singularem aliquam vel virtutis vel vitij notationem semotum & seiunctum est, ita vt naturæ vel muneris, vel officij vel exercitij vel vsus insigni quadam obseruatione atque nota distinguatur. Atq; adeo naturam vel rationem ipsam considerare prius oportuerit, eamdemque adiuncto verbo KADAS vel KADOS in eo genere præexcellere, cæterisque eiusdem generis partibus anteire atque maiestate quadam pręponi existimandum est. Atque ita cùm Deus sanctus appellatur, ab illa communi & vulgari, qua dij falso dicuntur, ratione sepositus esse putandus est: vt cùm Dei nomen virtutem perfectionemque maximam significet, adiunctum KADOS ipsi præcipuam eminentemque ascribat, atque ab omni alia imperfectione separet, quæ vel creatis aliqua ex parte insit, vel ijs etiam, qui falsò pro dijs habentur, humana attribuerit cogitatio; cuiusmodi multa monstrosa vitia dijs suis delusa olim antiquitas effinxit. Atq; adeò hanc maiestatem præstantiamque suam certis & manifestis exemplis in priuata aliqua gente vel persona, aut beneficijs collocandis, aut iudicijs edendis Deus ostendit. Ex quo fit, vt hoc nomen Sanctus cum adiuncto alio personæ vel populi nomine appellari plerumque soleat; vt Sanctus Israel, hoc est, qui manifestis in Israele amplificando editis exemplis sese verum, optimum & maximum, atque incomparabilem Deum orbi probauerit, atquè id tum hostibus vlciscendis, iudicijsque in illos illorumque deos exercendis, tum Israele liberando, ornando & amplificando effecerit. Atque huius sententiæ illud est: In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de Psal. 114.
populo barbaro. Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius, &c. & illud. Non est sanctus, vt est Domi- 1. Sam. 2.
nus; & non est Deus, sicut Deus noster. Illud etiam: Et dixerunt viri Bethsamitæ, Quis poterit stare in conspe- 1. Sam. 6.
ctu Dei sancti huius? Illud quoque, Cui exprobrasti? & 2. Reg. 19.
quem blasphemasti? contra quem leuasti oculos tuos? contra sanctum Israel? Et apud Psaltem. Confitemini

memorię

Psal. 30. memorię ſanctificationis eius. & illud apertiſſimè de hac ratione: Deus in ſancto vita tua, quis Deus magnus ſicut Psal. 77. Deus noſter? tu es Deus qui facis mirabilia. Notam feciſti in populis virtutem tuam; redemiſti in brachio tuo populum tuũ, filios Iacob & Ioſeph. Plura etiam, quàm ſexcenta in ſacris libris loca ſunt, quæ ad huiuſmodi ſententiam relata faciliores habebunt explicatus. Sed de ipſa ſanctitate Dei, deque hominum etiam aliarumq; naturarum ſanctitudine, atque de contraria huic rationi ſignificatione, qua meretrices atque aliæ vitioſæ, & diræ perſonæ & res ſanctæ etiam vocantur, explicandi commodior ſeſe nobis, Deo auſpice, dabitur occaſio. Neque enim hoc in loco tam de rebus ipſis, quàm de ſermonibus arcanis agere conſilium fuit. Igitur huius verbi KADOS adiunctio ſingularem ac præcipuam quandam maieſtatis notationem ſignificat, cuicunque rerum rationúmue generi ea addatur. Latini autem huius verbi vim illis præcipuè *ſacer*, *& ſacrare*, vtcunque expreſſerunt. Atque hactenus frequentiſſima & celeberrima, quæ ad Deum ſpectant, verba & nomina ſunt à nobis breuiter indicata. Neque verò de ſacris & arcanis Trinitatis rationibus, neque de cæteris diuinæ naturæ conſiderationibus hoc loco diſſerere cogitauimus; quoniam id huius loci & inſtituti non fuerat.

DE SPIRITV.

CAP. III.

PRoximum Deo locum non tam natura & dignitate, quàm appellandi & diſſerẽdi ordine Spiritus nanciſcitur. Spiritum autem hoc loco dicimus, non ventum aut huiuſmodi aliquid tenuiſſimum, qualia ſub cælo multa fiunt & gignuntur, quoniam & hæc corporea ſunt, de quibus opportuno loco diſſeremus: ſed naturam cognitione & intellectione valentem, virtutis aut vitij ex vi & origine ſua capacem, incorpoream autem & quę neque corpus animalibus ſimile, neque craſſius etiam duriúſue habeat, neque imitatione aut ſimulatione admittat, quanquam ſpecie quidem eiuſmodi figuram & Luc. 22. formam obijcere poſſit. ſicut ſcriptũ eſt. Palpate, quoniam ſpiritus carnem & oſſa non habet. Itaque huius breuiſſima deſcriptio illa erit, vt naturam corporis expertem, intellectus participem, actionisque compotem definiamus: huius autem naturæ cùm vnum genus ſit, varij tamen ſunt ordines ac diſtinctiones. Atque prima ordinum diſcrimina cognoſcendi atque efficiendi viribus diuerſis ponuntur, eademque miniſteriorum & munerũ, aut dignitatum nominibus obſeruari ſolent, quòd alij Seraphim, alij Cherubim, alij principatus, quidam poteſtates dicantur, & ſit inter eos aliquis, cui ex obtẽta olim amplitudine & gloria Luciferi nomen inditum fuerit, quanquàm nomine tantùm ad æternum infamiæ & doloris monimẽtum relicto, dignitatis poſſeſſio grauiſſimæ culpæ meritò fuerit adempta. Atque huiuſmodi ordinum ratio eſt, quam alias fuſiùs & exactiùs, Deo nobis annuente, indicabimus. Diſtinctionum verò nomina non ex ipſorum ſpirituum natura, neque ex præſcriptis muneribus & officiis, ſed ex proprio ſingulorum conſilio & ſtudio facta ſunt, vt alij boni, alij mali ſpiritus cognominentur, & ex iis rationibus, quæ in bonorum & malorum diuiſionem veniunt, alij atque alij alias ſibi vendicent, ita vt hi lucidi, illi obſcuri, hi fortitudinis, illi infirmitatis, quidam veritatis & virtutis, quidam verò erroris & mendacij; atque ob varia militię & infeſtationis genera multi ſpiritus immundi cognominentur. Omnium tamen ea parte qua ſpiritus & ſunt & dicuntur, eadem omnino ratio eſt, atque vna & conſimilis ad ſacrorum ſermonum vſum appellatio, qua agendi vis, promptitudo & celeritas annotatur: atque vt eius rei ſummam vno exemplo ſubducamus, id ſpiritui diuina philoſophia tribuit, quòd carni ob imbecillem, infirmam, mollem, fatigabilem atque corruptibilem naturam detrahit. atque vt nomen Dei EL, hoc eſt, fortis, nomini Adam propter infirmitatem, ſic etiã

Thomas lib. de ente & eſſentia.

ſpiritus celeritatis & efficacitatis comparatione carni op poni ſolet, vt apud Iſaiam: Et Aegyptij homo, & non Iſai. 31. Deus: & equi eorum caro, & non ſpiritus.

VERBORVM VSVS.

ITAQVE celeritatem atq; efficiendi promptiſſimã expeditiſſimamque vim ſpiritus nomen indicat, vt ex eo, quod modò protulimus, exemplo obſeruatur. quam etiam rationẽ illud ſpectat: Qui facis angelos tuos ſpiri- Pſal. 103. tus. Et apud Ezechielem: Et ſpiritus leuauit me, adduxitque in Chaldæam ad tranſmigrationem &c. Ezech. 11.

SPIRITVS AD HOMINEM RELATVS.

SPIRITVS aliquando pro diuina iuſtificatione & Iuſtificatio. ſanctificatione ponitur: vt, Ex operibus legis ſpiritũ accepiſtis, an ex auditu fidei? Spiritualia dicũtur omnia miniſteria ad pietatem ſpectantia: vt, Si nos vobis ſpiritua- 1. cor. 9. lia ſeminamus, magnum ſi nos carnalia metamus? Vſur- Miniſteria ſacra. patur etiam non rarò hoc nomen ſpiritus ad præſentem humani animi motum ſignificandum, ſiue ea vis naturalis inſitaque hominibus, ſiue extrinſecus à Deo aut ab Angelo vel Dæmone, vel aliunde oblata fuerit. quocumque modo id accidat, præſentem atque efficacem vim id nomen ſignificat, ſiue bonum ſiue malum ſit, quod efficitur: id autem ex adiuncto nomine vel ver- Impulſus animi. bo dignoſci planè poterit; vt ſpiritus triſtis, vehementem triſtitiæ affectionem; ſpiritus lætitiæ, lætitiam iucunditatemque maximam; ſpiritus fortitudinis, magnum robur; ſpiritus labiorum, efficacem orationem; ſpiritus iræ, terribilem indignationem; atque hoc modo alias & alias mentium impulſiones huiuſmodi adiuncta ſignificent. quæ quoniam multa ac varia ſunt, hîc recenſere longum & ſuperuacaneum foret · hac annotatione ſummatim annotare ſit ſatis: vno tantùm exemplo addito, quod nonnihil variare ab hac ratione videtur, cùm tamen re ipſa non longè diſtet, ſed eleganti tropo deductum videatur. Atq; id eſt illud, quod in prouerbiis Hebraicè legimus. Qui patiens eſt, multa gubernatur prudẽtia: qui Prouerb. 14. autem ſpiritu anguſto eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. Spiritus autem anguſtus iracundiam, hoc eſt, impotentem iraſcendi vim acerbamque rabiem ſignificat. Huiuſmodi animorum affectiones variæ à Latinis dicuntur; nunc motus, nunc perturbatio, interdum impulſiones; ſed & ipſum Latinum nomen ſpiritus in eadem ſignificatione aliquando vſurpatur, vt aliâs docebimus. Hebræi expoſitores vulgari occidentalium linguarum vocabulo *Talante* interpretari ſolent.

DE ANGELIS.

CAP. IIII.

ANgeli Græcum nomen, quod Hebraico מלאך reſpõdet, muneris & officij potius, quàm naturæ rationibus definitur. quamquam interdum apud nonnullos auctores Angelus pro ſpiritu vſurpatur. Sed tamen in veteris teſtamenti libris atque in euangelica lectione etiam perpetua nominis huius obſeruatio muneris potius, quàm ſubſtantię, rationem adnotandam eſſe docet. Euenit autem, vt, quoniam primi & nobiliſſimi Dei miniſtri ex ſpirituum genere eſſe cognoſcuntur, angeli mentione facta ſpiritus ab auditoribus cogitaretur. Verùm non omnes, qui à Deo miſſi aut præfecti alicui negotio vacãt, ex ſpirituum ſimplicium natura ſunt. Nonnunquã enim & hominibus hic titulus aſcribitur: vt, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem meã, qui præparabit viam Malach. 2. tuam ante te. Item & Haggæus Angelus Domini de nuntiis Domini appellatus eſt. Haggai. 1. Itaque non omnes Angeli ſpiritus eſſe dicuntur; tamen omnis ea ſpiritualis natura, quæ neque Deus, neque homo eſt, ad angelorum cognomen ac miniſterium pertinet. Nullus namque ex illo eſt genere quin Dei miniſter dictus fuerit, quamquam non exigua illius generis pars, vitio, ſuperbia & inſolentia ſua, excellenti illo miniſterio fuerit abdicata, ſicut ſcri-

ptum est: Nonne omnes administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt
Heb. 1. salutis? Omnes ait Paulus administratorios spiritus esse. Neque ab hoc cognomento quemquam ex illa natura excipit, cùm de tribus naturarum rationibus differat; de diuina prorsus in patre Deo, de diuina & humana in Christo, deque spirituali natura, cui Christus, vt Deus, dignitate longè præstare; vt homo verò, qui pati moriq; posset, nonnihil inferior fuisse dicitur. Neque verò illi etiam spiritus, qui sese à Deo sua ipsorum arrogantia abalienarunt, nomine & munere angelorum caruere, si-
Iude cut scriptum est: Angelos verò, qui non seruauerunt suum principatum, sed reliquerunt suum domiciliũ, &c. Illud itaque hoc nomine angeli appellando semper cogitare conueniet, non naturam ipsam, sed ministerium & ministrationem significari, atque ad hanc significationem orationis ac sententiæ rationem esse referendam. In hoc autem munerum genere discrimina primùm sunt, quæ vel personarum vel euẽtuum annotatione dignoscuntur: quidam enim angeli boni, alij verò mali angeli dicuntur. boni, quorum certa semper & constans in diuinis mandatis mens & cura fideſque fuit, ipsaq; muneris & officij ratio ad hominum vtilitatem & salutem omnino relata est; de quibus scriptum est; In ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Mali verò, quorum perfidia & improbitas iam olim cognita, damnataque à Deo est; opera verò vel ad piorum exercitationem, vel ad nocentum & improborum
Psal 77. castigationem est dicata. de aliis quidẽ canebat Assaph: Panem angelorum manducauit homo. de aliis verò in eodem psalmo, Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, iram & tribulationem, immissiones per angelos malos. Est & aliud discriminis genus, quo angeli vt sic appellantur, discerni solent. Idque munerum ratione spectatur, quam variam multiplicemque esse, per omnes ferè sacros libros obseruauimus. Neque enim angelicum officium legatione obeunda tantùm consumitur, vt Græcum nomen sonare & indicare videtur; sed multa in vtroque & bonorum & malorum collegio munia sunt, multæ partes; ex quibus vel singula singulis, vel plura vni, vel pluribus etiam plura communiter pro imperantis Dei consilio & arbitrio sustinentur. Angelum
1. Paral. 21. percutientem Dauid videt. huic etiam alius simili operæ intentus ab Arnon Iebusæo visus est. alius Israelis dux
Iudic. 6. viæ & itinerum præscriptor est. alius etiam Gedeoni præsidio fore pollicetur. quidam verò vrbis ædificandæ situm metatur & describit. nonnulli vatibus difficilium visionum interpretes adsunt. Micheas quoque Deum cum exercitibus suis cælestibus deliberantem prospicit: & innumera alia varij generis munera inuenimus, quæ nunc recensere nimis longum foret. Itaque angelus non modò nuntium in sacris, sed omnis in vniuersum muneris & officij ministrum significat, idque apertè Hebraicum verbum MALACH docet, pro quo operantem & industrium simul reddere possumus; cuius verbi vim Latinũ, ministri, vel administratoris; & Græcũ ὑπηρέτης nomen refert. Quam rem sapientissimè Paulus cognitam expressit; administratorios enim spiritus vocauit. Omnibus autem angelis, maximè autẽ spiritibus, commune ac perpetuum est, atque ad ministeriorum ipsorum cogitandum successum pertinet, quicquid ad industriam, celeritatem, curam, studium, sedulitatem; denique ad rem fideliter, diligenter, expediteque gerendam
Psal. 103. spectat: sicut scriptum est. Benedicite Domino omnes angeli eius, potentes virtute, qui facitis voluntatem eius ad audiendam vocem verbi eius. Atque de angelis quidem, quatenus ad sermonum interpretationem nobis institutam spectat, hæc dixisse satis fuerit: plura verò aliâs & exactius, quæ ad illorum, tum naturam, tum officia pertineant, Deo annuente dicemus.

SERAPHIM.

SERAPHIM puritatem ab omni labe, sorde & grauitate alienam significant, qualis purissimus ignis est, ideoque illi Dei ministri, quos Isaias vidit, purgatoriam Puritas
& purificatricem vim, ad Dei ministerium, ad hominũ Purificatio
vtilitatem obtinent, s. s. E. Et, Seraphim stabant super Isai. 6
illud &c. Et paulo pòst, Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. &c.

SPIRITVS MALVS DÆMON.

CAPVT V.

NAturæ ratio & communitas ipsa monet, vt ea etiam indicemus, quæ illam alteram perfidorum spirituum partem spectant. Quos variis nominibus pro varia rerum ratione sacer sermo appellat. Atque de ipsis ipsorumque differentiis & ordinibus (si tamen hoc modo loqui possumus de tam inordinato & incomposito regno) de variis munerum & studiorum gradibus & differentiis, de multiplici genere nocendi, opportuno & idoneo magis loco ex diuinæ prouidentiæ beneficio disseremus. Nunc autem ea tantùm breuiter exponimus, quæ ad arcani sermonis vsum interpretationemque faciunt. Atque ita quæ hoc loco de vnoquouis ex illis exponentur, ad singulos, atq; adeò ad totum genus, referri nihil prohibebit. Nam tametsi variis inter se gradibus gens illa discernatur, omnium tamen in his nominibus communis ratio est. Ac primùm quidem dicitur malus spiritus, non tam naturæ quàm efficientiæ ostendendæ significatione & vsu. Etenim spiritui efficacitatem, celeritatem & vehementiam in præcedentibus capitibus adscripsimus cui si malitiæ adnotatio accedat, efficacem & vehementem nocendi indicat vim; siue ea exteriùs vel rem vel personã aliquam petat & infestet; siue cominus angat; siue etiam præsens occupet & agat. Huiusmodi nequam spiritum recedenti à Saule Dei spiritui successisse legimus. Spiritus autem Domini recessit à Saul, & exagi- 1. Sam. 16.
tabat eum spiritus nequam à Domino. & spiritus mendax decepit omnes prophetas Achab regis. Hoc genus 3. Reg. 22.
spiritus malos & spiritus immundos diuina scripta dicunt. sed hac differẽtia, vt malus spiritus eum, cui ascribitur, ad agendum & aliis etiam nocendum impellat: vt in Saulis & Achabi prophetas decipiente spiritu, & in aliis, obseruauimus; atque in illo etiam dæmonio pessimo, quod cùm filij Scæuæ Iudæorũ sacerdotis apud E- Actor. 19.
phesum adiuarẽt, nocentissimum & grauissimum in se experti fuere. Huiusmodi spiritũ bestiæ illius mõstrosæ imagini dandum esse Iohannes præuidebat. Vt loquatur Apocal. 13.
imago bestiæ, & faciat, inquit, vt quicunq; nõ adorauerit imaginem bestiæ, occidatur. At verò spiritus immundus eum, quem obsidet, non tam agere, quàm pati cogit, & vel videndi vel audiendi, vel omnino sensus vel mentis facultate & vsu priuat, vel aliâs graui morbo aut infirmitate impotentissima afficit, atque denique ab illa naturæ puritate alienat, & cum animi cogitatione & contaminatione corpus ipsum quoque inficit. Huiusmodi homo in spiritu immundo Christo in Gerasenorum regionem transmisso ex monumentis occurrit; qui Marc. 5. Luc. 7.
domicilium habebat in monumentis; & neque catenis iam quisquam poterat eum ligare, quoniam sæpè compedibus & catenis vinctus, dirupisset catenas, & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare: & semper die ac nocte in montibus & in monumẽtis erat clamans & concidens se lapidibus. Illi autem ijdem immũdi spiritus ex illo homine eiecti, porcos à se, Christi permissu, occupatos, in præcipitium egerunt. Huius Luc. 9.
generis immundum spiritum filio suo infestissimum pater ille Christo medico vero & potentissimo describebat. Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum; qui vbicunque illum apprehenderit, allidit eum & spumat, & stridet dentibus & arescit: & frequenter eum in ignem & in aquas misit, vt eum perderet. & cùm videret Iesus concurrentem turbam, cõminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, &c. Hanc immundi spiritus annotationem apertè significat verbum vexare,

quod

quod cum immundis ſpiritibus frequenter vſurpatur. vt: Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur. Ad Apoſtolos etiam concurrebat multitudo vicinarum ciuitatum Ieruſalem afferentes ægros, & vexatos à ſpiritibus immundis. qui curabantur omnes. etiam curatio ipſa morbum arguit.

Luc. 6.
Actor. 5.

DÆMONIVM.

EADEM ferè ſignificatione, qua ſpiritus immundus, Dæmonium etiam dicitur, cui & immundi adiunctum aſcribi ſolet: niſi quantum Dæmonium naturam ipſam ac genus propriè & apertè indicat, diſtinctam à bonis ſpiritibus, & à naturalibus morbis, atque à vehementi aliqua affectione & perturbatione vel corporis vel animi, quæ ſpiritus etiam aliquando dicitur. itaque dæmonium nequiſſimi ſpiritus naturam ipſam expreſſius oſtendit; cum quadam tamen principatus & poteſtatis atque poſſeſſionis, vt ità explicemus, annotatione; quæ non ſolùm actionem & paſſionem vt ſpiritus, ſed auctoritatem neſcio quam vſurpatam ſibi in hominũ opinionibus oſtẽdat. Itaque Spiritus naturam ipſam cùm efficacitate & vi; Dæmonium verò factionẽ illam Luciferi à Deo abalienatã, & à cæteris ſpiritibus diuiſam ſignificat; quæ qua ratione dæmoniũ eſt, eadẽ Deo aduerſari & hominibus nocere ſtudeat. prius ergo ratione & cogitatione eſt dæmonium, quàm malus ſpiritus; quamquã ſpiritus naturâ priùs dicitur, quàm dæmonium. Sed malus aut immundus ſpiritus actionem ipſam & exercitationem; dæmonium auctoritatem atque principium actionis adnotat. Atque ità propriè dæmonij nomen diuinis nominibus opponitur. Immolauerunt dæmoniis & non Deo; diis, quos ignorabant. Quoniam omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit. ita adeò ſi propriè, quãquam non adeò Latinè, loquamur, illam factionem & principatum infernum, quæ aduerſus diuinam gloriam & maieſtatem rebellauit, Dæmonitatem dicemus. iuxta quam rationem ſcriptum eſt: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Atque hanc poteſtatis & execrandæ auctoritatis rationem obtinet dæmonij nomen, cùm ad certas etiam perſonas refertur: vt in iis, qui à Chriſto & Apoſtolis Chriſti virtute ſanati liberatique fuerint, facilè & apertè obſeruatur. quibus omnibus verbum *habere* additur; & cùm ſanantur, *eijcere* verbum vſurpatur. Et eos, qui dæmonia habebant, adducebant ad eum, & dæmonia multa eiiciebat. Itaque auctoritatem, & occupationem, ac tyrannicam quandam poſſeſſionem, adnotat hoc nomen: Spiritus autem actionem agitationemq; ipſam; quamquam hæc diſtinctio obſcurior aliquando ſit. Atque adeo hæc nominum & verborum annotata obſeruatio magnam lucem afferet iis, qui diſputationem illam celeberrimam & ſapientiſſimam explicare velint, quam Chriſtus cum aduerſariis inſtituit de ſua & Beelzebub omnino aduerſa & diſſentiente auctoritate.

Deut. 3.
Luc. 11.
Matth. 4.
Marc. 1.

SATAN ET DIABOLVS.

IDEM verò ſpiritus alia certa quadam ratione Satan, alia verò Diabolus dicitur. Vtrumque autem nomen actionis & ſtudij, non naturæ eſt. Nam quatenus dæmon apertum Dei & diuinarum partium aduerſarium agit, & ſeſe conſilium que ſuum palàm aperit, ac manifeſtis rationibus exequitur, ac denique Deum diuinaque conſilia, vel piorum hominum ſtudia palàm oppugnat, Satan dicitur. Vt verò idem agens quidem, tamen calliditate, dolo, fraude, & aſtutia vtitur, Diabolus appellatur: cuius cognomenti ratio conſilij & calliditatis rationibus explicatur. Ita illud à Chriſto eiuſq; Apoſtolis plerumq; obſeruatur: vt cùm de dolo, fraude, mẽdacio, perſuaſione, aſtuta & callida inductione ſermo eſt, Diabolus: cùm verò de aperta & manifeſta aduerſus Deum, aut Dei gẽtem profeſſione & pugna aut aggreſſione oratio inſtituitur, Satan appellatur. ſic enim in celeberrima illa tentatione, quam hoſtis ille aduerſus Chriſtum molitus eſt, dum res callida & excogitata diſputatione, diſſimulataque oratione agitur, diaboli cognomento aſcribitur. Ductus eſt Ieſus à ſpiritu in deſertum, vt tentaretur à Diabolo. & dixit illi, Si filius Dei es &c. & iterum: Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculũ templi; & dixit illi, Si filius Dei es, mitte te deorſum: ſcriptum eſt enim &c. Hactenus diſputationes, calliditas, conſilia, diſſimulationes & cætera machinamenta, quæ ad ipſius Chriſti vtilitatem vel gloriam pertinere mẽtita & diſſimulata ſpecie videbantur. Cùm verò ſeſe apertè prodidit, ſuamque rem aduerſus diuinam gloriam agere impudenter cœpit, Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me. audiit continuò, Vade Satana. atq; adeò hęc obſeruatio, ferè ſacris omnibus ſcriptoribus perpetua, faciliores multorum locorum explicatus reddet. Sic Iobi patientia, quòd nõ calliditate & aſtu, ſed aperta vi & impetu facto tentaretur, à Satan tẽtata ſæpè dicitur. Sic Iudas Iſcariotes, in cuius cor diabolus iam diu ſe immiſerat, vt præceptorem ſuum traderet, ipſe etiam ob auaritiam & fraudem, malitioſamque cogitationem, diabolus à Chriſto fuerat appellatus. Vbi apertè iam tradere ſtatuit, remque ipſam impudenter & palàm exequi cœpit, à ſatana actus fuiſſe dicitur. Et poſt buccellam, tũc introiuit in eum Satanas. & dicit ei Ieſus, Quod facis, fac citiùs. & illud: Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticũ. Et datus eſt mihi ſtimulus carnis angelus Satanæ, qui me colaphizet. &, Voluimus venire ad vos, ego quidẽ Paulus, & ſemel & iterum; ſed impediuit nos Satanas. Quæ verò eundem, vt diabolus dicitur, ſpectant, huiuſmodi multa exempla ſunt. Inuidia diaboli mors introiuit in mundum. &, Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere: ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo. cùm loquitur, mendacium ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater eius. illud etiam. O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli! Et, Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. & innumera alia vtriuſque nominis exempla, quorum diſtinctam ſignificationem Iohannes apertè indicauit: Et apprehendit draconem ſerpentem antiquum, qui eſt Diabolus & Satanas, & ligauit eum &c.

Matth. 4.
Iohan. 6.
Iohan. 13.
Luc. 22.
2. Cor. 12.
1. Theſ. 2.
Sapient. 2.
Iohan. 7.
Actor. 13.
Epheſ. 6.
Apocal. 20.

DE MVNDO.

CAP. VI.

POST ſpiritualem naturam corporeæ ratio explicanda ſubſequitur, quam vniuerſam mundus hic continet, quamque cælum ambit ſupremum. Quod enim diuina ſapientia nobis primum cognoſcendum proponit, principium & Deus eſt, à quo & in quo rerum generationes, & ſecula creata aptataque fuiſſe docet. In primis autem, quæ creatæ ſunt, rebus, Angelos etiam extitiſſe, hoc eſt, ante cæli creationem ipſis temporis primis initiis: vt ſcriptum eſt. Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris? Deinde cælum & terra prima omnium corpora verbo Domini conſtitere. horum creationem lux ſecuta eſt, quæ primum orbis effecit diem, cælum autem ipſum primum emicuit, corpus natura ſua cęteris purius & elegantius; cui poſtea luminaria & ſtellæ additæ ſunt, clariora & lucidiora corpora, maioriſque adeò ad res alias quæ in orbe ſunt, conſeruandas, ornandas & diſtinguendas efficacitatis. Cælum autem ipſum Deus, qui nullo loco aut indiget, aut circumſcribitur, tamen in præcipuam ſibi maieſtatis ſedem delegit; vt ab iis, quos ex terra productus erat, hominibus tantæ etiam ſedis & loci dignitate & excellentia cognita, commodius & diligentius obſeruaretur, ſicut ſcriptum eſt: Benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & terram: Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum. &, Domine Deus meus magnificatus es vehementer; confeſſionem & decorem induiſti, amictus lumine ſicut veſtimento. Qui tendis cælum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius, &c. Et Dominus in cælo parauit ſedem ſuam, & regnum ipſius omnibus dominabitur. Sed de cælo cæliq; partibus, natura & vſu aliâs nobis agere auctor ipſe dabit, ſpe-

Iſai. 14
Pſal. 113.
Pſal. 103.
Pſal. 102.

bit, spero. Nunc verò quæ sermonis rationem spectant, exponamus. Igitur, quæ ad cælum referuntur, orationes vel ipsam corporis illius naturam, vt certis quibusdam modis perfectam, vel loci rationem certam significant. Prioris generis duplex etiam ratio est: altera ad cælum ipsum, altera verò ad conditorem Deum refertur. Cæli naturam simplicem, puram, cõstantem, diuturnam, perpetuis & cõcinnis motibus ad orbis vtilitatem exercitatam, atque eandem omnibus in rebus conditoris sui nutui parentem, ac denique omni ex parte admirandam, huiusmodi multa loca ostendunt. Nunquid nosti ordinem cæli, & pones rationes eius in terra? Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet? Firmitudinem verò illa significant. Dominus stabiliuit cælos prudentia. & illud ad cõtentionem ab Isaia pronuntiatum. Leuate in cælum oculos vestros, & videte sub terra deorsum. Quia cæli sicut fumus liquescent; & terra sicut vestimentum atteretur: salus autem mea in sempiternum erit. quo loco firmissima res cum firmis etiam confertur, quas tamen firmitudine vincit. Puritatem autem, & naturæ cęlorum elegantiam, illud Christi dictum indicat. Si ergo vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris; quanto magis pater vester, qui in cęlis est, dabit bona petentibus se? Ipsam cęlorum naturam mali expertem, atque ideò à Deo sedem delectam significat: vnde quidquid à Deo detur, purum, bonum & suaue sit. Atque huic rationi addita etiam efficientia, beneficentia, benignitas & prouidentia nomine cælorum adnotari solet. Vt apud Isaiam. Quomodo descendit imber & ros de cęlo, & illuc vltrà non reuertitur, sed dat semen serenti & panem comedenti. Et apud eundem. Attende de cęlo, & vide de habitaculo sancto tuo & de solio gloriæ tuæ: vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? & apud Psaltem: Exaudiet illum de cęlo sancto suo. Vt verò cæli nomen ad Dei cognitionem contemplationemque in sacris sermonibus vsurpatur; primùm sapientiam, virtutem & efficientiam diuinam agnoscendam cõmendat: vt, In principio creauit Deus cęlum & terram. & apud Iob: Qui extendit cælos solus, & spiritus eius ornauit cælos. Et ego cognoui quòd magnus est Dominus, & Deus noster, prę omnibus dijs. Quia omnes dij gentium, dæmonia: Dominus autem cælos fecit. & opera manuum tuarum sunt cæli. Hæc dicit Dominus creans cælos & extendens eos. atque huius capitis breuem, sed arcanam & grauem, summam illud carmen subducit: Cæli enarrant gloriam Dei, &c. SED vt cælum in locorum genere ponitur, altissimam imprimis, & editissimã sedem, atq. totius orbis regi summo iudici, & gubernatori prę cęteris locis opportunã, intelligimus: vnde omnia, quę inferius posita sunt, prospici & cognosci, regi, moueri, agiq. pro nutu possint: vbi etiam ipse Deus gubernator, auxiliator, tutor, testis, iudex ac vindex ab omnibus qui in terra sunt, cognosci, quęri, oratiq; possit. Nulla enim orbis terræ, nulla maris pars est, vnde cælũ non videatur, ipsaq; diuinæ maiestatis clarissima & notissima, præcipuaque in corporeo mundo aula non ostendatur. His etiam illud accedit; quòd nullus ex ijs, qui in terra sunt, mortalibus, eius, qui in cælis, principis, iudicis, aut vindicis vim effugere, aut vitare, aut impedire potest: neque etiam vllo consilio, vllo studio, conatu & opera lædere, aut alio modo impugnare valet. Nulla namque deorsum tanta profunditas est, quò ea, quæ ex alto demittuntur, non perueniant. Est autem certa sursum celsitudo & distantia, quò nihil ex inferiore loco iactum, quantouis ingenio, quantauis machina & mole iaciatur, tamen contendere possit. Vnde in mutuis contentionibus & pugnis, superioris, quàm inferioris loci, melior secundum naturam conditio est. Omnium autem locorum supremus est cælum, atque ideò ab omni mortalium etiam Giganteo conatu longè liberrimus. Multa autẽ sacrorum librorũ loca hanc à nobis descriptã rationem sequuntur, atque ad sui explicationem animaduerti postulant: vt, De cælo prospexit Dominus, vidit omnes filios hominum, de præparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant terram. & illud, Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Et misit de cælo, & liberauit me; assumpsit me de aquis multis. Et intonuit de cælo Dominus, & altissimus dedit vocem suam. Et, Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat? & , Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Et apud Danielem: Sed est Deus in cælo reuelans mysteria. Quod verò ad humanorum conatuum aduersus Deum contemptionem attinet, multis quoque locis declaratur. vt, Qui habitat in cælis, irridebit eos. &, Posuerunt in cælum os suum. & quod Daniel inquit, Tu quoque filius eius Balsasar non humiliasti cor tuum, cùm scires hæc omnia, sed aduersum dominatorem cæli eleuatus es. Alio etiam modo cæli nomen ad longissimam mensuram vel remotissimam distantiam indicandam affertur. vt, Cęlum sursum & terra deorsum: &, Secundùm altitudinem cæli à terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se. item, Quia sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Porrò quæ de cælis dicuntur, eorumque affectionem aliquam siue faustam, siue grauem, & infaustam significant; ad eiusmodi euentus hominibus expectandos referenda sunt: vt cælorum & terræ motus pressuram & turbationem magnam hominibus portendunt. vt, quod de hostili manu Ioël concinebat: A facie eius contremuit terra, & moti sunt cæli. Cæli etiam aliquando testes à Deo appellari solent, auctoritatis, integritatis & certitudinis causa. Nulla enim ex iis, quæ in terra fiunt, rebus, cæli conspectum latere possit, quod motu suo omnia quotidie perlustrat. viuit autem cælum, sentit, audit & videt Deo, cui omnia viuunt. Ex hoc genere illa sunt: Audite cæli, quæ loquor. & apud Esaiam: Audite cæli. & apud psaltem, Aduocabit cælum desursum, & terram, discernere populum suum. & annuntiabunt cæli iustitiam eius, quoniam Dominus iudex est. Quoniam autem cælum Dei sedes illustrissima est, atque diuinæ in homines prouidentiæ & animaduersionis atque iudicij index certissimus; solet hominũ in cęlos aspectus, vel Dei misericordiam inuocare, vel fidem & iudiciũ implorare: vt, Attenuati sunt oculi mei suspicientes in cęlum. Susanna flens suspexit in cælum. erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Contrà vero qui cæli aspectum refugiunt; diuinum iudicium aduersari sese hoc habitu ostẽdunt: vt in eodem libro. Et declinauerunt oculos suos, ne viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. Porro illisione aut demissione de cælo, grauissimus casus describi solet. vt, Proiecit è cælo in terram inclytam Israel. &, Videbam satanam tanquam fulgur de cælo cadentem.

Iob. 37. Prouerb. 3. Isai. 51. Puritas. Matth. 7. Efficientia. Isai. 55. Isai. 63. Psal. 19. Genes. 1. Iob. 9. Iob. 26. Psal. 95. Psal. 101. Isai. 42. Psal. 18. Maiestas. Facultas. Præstantia.

Psal. 32. Psal. 90. Psal. 5. Psal. 17. Psal. 112. Psal. 122. Daniel. 18. & 30. Psal. 2. Daniel. 5. Distantia Prouerb. 25. Psal. 102. Isai. 55. Affectiones cælorũ. Ioel. 2. Auctoritas. Deut. 32. Isai. 1. Psal. 69. Inuocatio. Daniel. 13. Ibidem. Casus grauissimus. Thren. 2. Luc. 10.

CÆLI PARTES.

CÆLI partes quatuor præcipuè numerantur, quatuor ventis distinctæ; de quibus aliâs disseremus. Deinde vniuersus orbis cælorum ambitu contentus, summi & vltimi nominibus significatur. vt: A summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. & illud, Et congregabit electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum.

Psal. 18. Matth. 24.

SEPTENTRIO.

SEPTENTRIO Assyriam Chaldęam regionẽ significat, & ipsam regiam vrbem Babylonem, quòd ea pars Israelitis Septentrionẽ versus ad ortum sita est. s. s. E. Leuate oculos vestros, qui venitis ab Aquilone, vbi est grex, qui datus est tibi. &, Ecce aquę ascendunt ab Aquilone; & erunt quasi torrens inundans, &c. Et, Extendet manum suam super Aquilonem & perdet Assur. Septentrio Mediam etiam significat, ratione ad Babel relata. S S. E. Quoniam ascendet contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terram eius in solitudinem.

Chaldæa. Ierem. 13. Ierem. 47. Sophon. 2. Media. Ierem. 50.

DE

DE TERRA.

CAP. VII.

TErra cum aquis secundo loco à Deo creata, tertia in ordine apparuit. Nam cùm primùm fieret, aquis cum ipsa simul creatis operiebatur, sicut scriptum est: Abyssus sicut vestimentum amictus eius, super montes stabunt aquæ; ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt &c. Hæc mundi infima & solidissima pars cùm primùm ab aquis illis libera Dei dicto extitit, atque multiplicem gignendarum alendarumque rerum vim & aptitudinem ex Dei efficientia obtinuit, אֶרֶץ nomen Deo auctore accepit. Est autem אֶרֶץ terræ natura montibus & vallibus, campis littoribusque distincta & firmata, fontibus fluuiisque ornata, lapidibus, arenis, puluerum, argillarum, mineraliumq; multiplici genere aucta, calore & frigiditate variè aliis atq; aliis in locis affecta, multo & vario succorum numero abũdans, perpetua fouendi & agendi atque mutandi vi, & occulto ac permeabili spiritu prædita, magna cum cælorum efficacitate consonantia & societate conueniens. Ex quibus omnibus partibus ac viribus ad gignendas, producendas, alendasque res, commoda & idonea euasit, sicut scriptum est. Ascendunt montes & descendunt campi
Psal. 103. in locum, quem fundasti eis. Qui emittis fontes in conuallibus; inter medium montium pertransibunt aquæ; super ea volucres cæli habitabunt, de medio petrarum dabunt voces. Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra: producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum. Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis; vt exhilaret faciem in oleo & panis cor hominis confirmet. Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plãtauit: illic passeres nidificabunt. Herodij domus dux est eorum, montes excelsi ceruis, petra refugium erinaciis. Huius autem situs & habitationis commoditas à mari vsque ad mare, & à flumine vsq; ad terminos ter-
Zach. 9. ræ à Zacharia indicantur. quæ vt simul cum aquis creata dicitur, sic etiam harum vsu & societate ad habitationis suæ commoditatem, rerumq; à se gignendarum
Prouerb. 30. & alẽdarum vtilitatẽ indiget; nũquam enim, vt Sapiens tradit, terra satiatur aqua. Quam ob rem ipse super
Psal. 24. maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum, terrarum orbem. Hæc autẽ vnum cum mari ambiente & subeunte corpus constituit, siue globum dicere maluerimus. Vnde aliquando pro omni animantium loco, siue humido, siue arido, terræ nomen vsurpatur. vt: Laudate Dominum de terra dracones & omnes abyssi. Ter-
Psal. 147. ræ autem totius dominium, ius & gubernatio Dei creatoris propriè est; vsus verò hominum; maximè autem
Psal. 24. piorum & iustorum, iniustorum autem atque improborum vsurpatio & abusus, sicut scriptum est: Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi, qui habitant in eo. Cælum cæli Domino, terram autem de-
Isai. 45. dit filiis hominum. Et apud Isaiam. Ipse Dominus formans terram & faciens eam, ipse plastes eius, non in vanum creauit eam: vt habitaretur, formauit eam. & apud Psaltem: Iniusti punientur, & semen impiorum
Psal. 36. peribit: iusti autem hæreditabũt terram, & habitabunt in seculum seculi super eam. Retinet autem in ea Deus perpetuò ius suum & potestatem: nam quanquã in cælo sedeat, terram tamen omnem pedibus vt subsellium
Isai. 66. occupat. Cælum, inquit, est sedes mea, & terra scabellum pedum meorum. atque hoc nomine sancta est, neque cuiquam temerè aut prophanè, vel verbo vsurpanda. Neque per terram iurabitis, inquit Christus: quia
Matth. 5. scabellum pedum Dei est. Hanc autem plurimarum rerum genitricem, & sua natura fœcundissimam, habitatorum malitia & sceleribus effętari, sterilemque reddi
Psal. 106. accepimus. Posuit flumina in desertum, exitus aquarum in sitim; terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea. Eandem verò ab innato fortasse aut contracto sterilitatis vitio ad summam fertilitatem piorum hominum causa restitui, idem Psaltes confirmat. Posuit desertum in stagna aquarum, terram sine Psal. 106.
aqua in exitus aquarum: & collocauit illic esurientes, & constituerunt ciuitatem habitationis. Porrò hæc, non solùm quòd omnes alat & foueat, sed quòd extinctos
tandem recipiat, omnium mater dicitur. Iugum gra- Eccles. 40.
ue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsq; ad diem sepulturæ in matrem omnium. Atq; hæc de terra ipsa ad omnem habitationis commoditatem אֶרֶץ dicta; quæ eadem, cùm ad culturam agrique exercendi rationem refertur, אדמה dicitur, atque ita ADAMA.
KAIN & NOE ab ea exercitatione Viri terrę dicti sunt. cùm verò elementum ipsum purum omnique fæcundo succo semoto consideratur, cuius rationes tantùm ex pondere & grauitate atque inertia petuntur, appellari solet עָפָר puluis. Nunc verò deinceps sermonum ratio
breuiter nobis indicanda est, ac primò terram, vt mundi GHAPHAR
pars est, hoc est, iuxta naturã suam, deinde iuxta situm considerabimus. Terra ob naturæ suæ soliditatem atq; ob innatam situs immobiliter obseruandi vim, ad firmi- Firmitudo.
tudinis & constantiæ significandas rationes appellatur: vt, Generatio prętcrit, & generatio aduenit; terra autẽ Eccles. 1.
in æternum stat. Quam ob rem & firmitatis in contentionibus & comparationibus, terræ etiam nomen vsurpari solet: vt, Quia cæli sicut fumus liquescent, & terra Isai. 51.
sicut vestimentũ atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt. salus autem mea in sempiternum erit. Terra etiam ex metonymia figura, hominum genus in ipsa ortos & nutritos significat: vt, Benedicat nos Deus, & Psal. 107.
metuant eum omnes fines terræ. Et, Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. Etenim Humana
Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fru- natura.
ctum suum. Significat autem antonomaticè hominem, vtpote quem ex limo siue puluere terræ fabricatum sacræ literæ docent, idque per similitudinem frequenter vsurpatur. vt, Terra enim sæpè venientem super se bi- Hebr. 6.
bens imbrem, & generans herbam, &c. Maximè autẽ hac ratione cor ipsum humanũ totius corporis cẽtrum, Cor homi-
atque sapientum vel stultarum cogitationum affectio- nis.
numque officina arcano sermone indicatur: vt, Aliud cecidit in terram bonam, aliud inter spinas, aliud secus Matth. 12.
viam, &c. Illud autem longè reconditioris mysterij est, quòd Christus sese in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus futurum, atque ex ea re magnum & extremum generationi peruersæ auctoritatis & efficacitatis signum daturum dixerat. quod cùm admirabiles explicatus habeat, proprium locum & tempus ad exponendum postulat; sed tamen illo loco terræ nomine naturam humanam arcanè significari admonemus.
Terra igni cõbusta & cremata, quòd omnem iam suc- Inutilitas.
cum amiserit, inutilis ad omne opus est, vt scriptum est: Nunquid ædificare poterunt lapides de aceruis pulue- Num. 4.
ris qui combusti sunt? Per terram maledictam facere Fuga.
iter, fugientium est & eorum, qui obseruari sua vesti- Iob. 24.
gia, seque deprehendi nolint. Sic Iob Maledicta sit pars
eius in terra, ne ambulet per viam vinearum. Terra autem, vt idem cum habitabili orbe est, partibus distin- Terræ
guitur & plagis, Oriente, Occidente, Meridie siue Au- partes.
stro, & Septentrione. Septentrionalis & Australis partes, in sermonem inductæ, tribulationem aliquando si- Tribulatio.
gnificant, propter frigidum & vehemẽtem alterius partis ventum, alterius verò calorem nimium. Sic Isaias Deum spem à Septentrione, vmbraculum à Meridie
vocat, & subiungit: Spiritus enim robustorum quasi Isai. 25.
turbo impellens parietem, & sicut æstus in siti. Vtrobiq; Septentrionem & Meridem Vates nominat. Præterea Terra Iuda
Meridies terram Iuda in loco indicat, vt apud Ieremiam: Ciuitates Austri clausæ sunt, & non est qui ape- Ierem. 13.
riat: translata est omnis Iuda transmigratione perfecta.
Aquilo autem, siue Aquilonaris plaga, Babylonem apud Babylon.
eundem significat. Leuate oculos vestros & videte omnes qui venitis ab Aquilone. Ezechiel etiam cladem Iu Ezech. 21.
dæis futuram Austri nomine indicauit. Idcircò egredietur gladius meus de vagina ad omnem carnem ab

Austro

Auſtro vſque ad Aquilonem. Erat enim vati Babylone commoranti Iudæa regio Auſtralis. Littus autem maris Palæſtinam ſignificat. vt: Et perdam reliquias maritimæ regionis, faciamque in eis vltionem magnam. Porrò quatuor terræ alæ ſiue plagæ omnem terminum atque inferiores etiam regiones eius terræ, de qua ſermo eſt, continent & indicant. vt: Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus terræ Iſrael, Venit finis, finis venit ſuper quatuor plagas terræ. Quæ verò accidunt terræ extrinſecus, huiuſmodi ſunt; tremor, motus, cultura: atque hæc ſignificationem habent certiſſimam. Terræ namque tremor prædictus terrorem, afflictionem, preſſuram & calamitatem obnuntiat: ſicut ſcriptum eſt. Et commouebitur terra & conturbabitur, quia euigilabit contra Babylonem cogitatio Domini. Terra autem culta pacis & tranquillitatis eſt index. Sic in Machabæorum libris legitur. Et vnuſquiſque colebat terram ſuam cum pace; & terra Iuda dabat fructus ſuos, & ligna camporum fructum ſuum. Demùm terra, quæ fructifera non eſt, ſed pulueris tantùm rationibus definitur, rem vilem & contemptibilem ſignificat; vt apud Sapientem: Cinis eſt enim cor eius, & terra ſuperuacua ſpes illius.

Palæſtina. Ezech. 25.
Ezech. 7.
Terræ accidentia.
Terror.
Ierem. 51.
1. Mach. 14.
Puluis.
Vilitas.
Sapient. 15

PVLVIS.

Infima conditio. 3. Reg. 16.
Extrema clades. 3. Reg. 13.
Pſal. 17. Belli impetus & equitatus. Ezech. 26. Homo mortuus. Pſal. 29.
Innumerabilitas. Pſal. 77.

PVLVIS minutiſſima & viliſſima terræ pars, in ſermonum ratione infimam hominum ſortem & conditionem ſignificat s. s. e. Pro eo, quòd exaltaui te de puluere; & poſui te ducem ſuper populum meum Iſrael. Extremam internecionem & vaſtationem hac ſimilitudine indicant ſacra ſcripta, s. s. e. Interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quaſi puluerem in tritura areæ. Et comminuam eos vt puluerem ante faciē venti. Bellum, & curſus equeſtris celeritatem & frequentiam maximam, puluis indicat: vt, Inundatione equorum eius operiet te puluis eorum. Hominis mortui & cadaueris conſumpti ſymbolum etiam eſt: vt, Nunquid confitebitur tibi puluis? Innumerabilem & menſura carentem rem etiam indicat puluis: vt, Pluit ſuper eos, ſicut puluerem, carnes.

LVTVM.

Vilitas cōtemptus. Moleſtia. Sapient. 7. Iob. 13.
Abiectio. Pœnæ ſine clementia vaſtatio. Iſai. 10. Mich 7. Pſal. 17.
Moleſtia. Importunitas. Habac 3. Pſal 68. Pſal 39.

LVTVM viliſſimæ rei, aliâs autem moleſtæ, ideoque ſine clementia de medio tollendæ, ſignificationem in ſimilitudinibus oſtendit, s. s. e. Tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius. Et Memoria veſtra comparabitur cineri. &, redigentur in lutum cineres veſtri. Subiectio, ſubplantatio & pœnarum repetitio, ſine clementia, hac etiam ſimilitudine indicatur; vt, Ponat illum in conculcationem quaſi lutum platearum. Et oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculcationem quaſi lutum platearum. &, Vt lutum platearum delebo eos. Aliquando moleſtiam non facilè expuendam & incommoditatem animo grauem ſignificat: vt, Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum: &, Eripe me de luto, vt non infigar: &, Eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fecis.

ARENA.

Immēſitas. Genes. 22. Genes. 41. Pſal. 138.
Pondus. Moleſtia. Prouerb. 27.
Infirmitudo. Matth. 7. Ierem. 5.

ARENA cùm abſolutè ad quantitatem refertur, & maris nomini coniungitur, immenſitatem ſignificat: vt, Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli: & velut arenam, quæ eſt in littore maris: &, Tanta fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia menſuram excederet: &, Dinumerabo, & ſuper arenā multiplicabūtur. Ponderis & moleſtiæ ſignificationē indicat arenæ nomē, ad ſimilitudinē inductū: vt, Graue eſt ſaxum & ponderoſa arena: ſed ira ſtulti vtroque grauior. Infirmitudinem & virium tenuitatem arena aliquando ſignificat: vt, Similis eſt homini ſtulto qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, &c. Huc illud pertinet: Qui poſui arenam terminum maris, præceptum ſempiternum. ad admirationem prouidentiæ hoc ſpectat exemplum.

DE AQVA.

CAP. VIII.

AQVA poſt cælum creata eſt, ſed diſtinctione & loco tertia, materiam terræ dedit, ſicut ſcriptū eſt. Latet enim eos hoc volentes, quòd cæli erant priùs, & terra de aqua, & per aquam conſiſtens Dei verbo. ea quoque admirabili ad res gerendas & alendas virtute, tum ſeorſum, tum etiam cum terra commixta, diuinitus prædita fuit: priùs enim tenebris obtecta abyſſi tantùm nomen obtinebat, obſcurum & humidum, ac frigidum corpus terram contegens & premens, nulla alia quàm profunditatis & oppreſſionis poteſtate valens, atque terram etiam à ſe preſſam & obductam informem inutilemque efficiens. Terra enim erat inanis & vacua, & tenebræ ſuper faciem abyſſi, donec Dei ſpiritu & virtute fota, gignendi vim, verbo autem iuſſa, locum proprium obtinuit. Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Dixit autem Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, & congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum, & appareat arida. Hinc iam quæ priùs abyſſus fuerant, ſpiritu Domini fotæ, aquæ dicūtur: vbi verò locum ſuum ſortitæ ſunt, maria appellantur; vnum locum tantùm in toto orbe obtinentes, quanquam variis terræ ſinubus & promontorijs intermiſſum, non tamen interruptum aut diuiſum, vt in ſacra Geographia docebimus. Ex eadem autem natura aquæ omnes ſiue maris, ſiue fontium, ſiue fluuiorum, vel pluuiarum ſint, fœcunditatem gignendi alendique vim ab illo Domini ſpiritu obtinent: variam & colorum & ſaporum atque efficientiarum virtutem ex locis atque temporibus ſortitæ; vt aqua Bethlehemitis & guſtu ſuauis, & ſalubris habebatur; cuius deſyderio Dauid actum legimus. Aquæ verò Iericho inſalubres & pueris nimium infenſæ fuiſſe dictæ ſunt. Eſt autem hæc natura frigiditati & calori excipiendo idonea: frigiditatem tamen aptiùs, quàm calorem excipit atque diutiùs conſeruat. & quia ea poteſtate vna cum humiditate valet; igni, qui calidus natura & ſiccus eſt, aduerſatur, atque vt contrarium contrario opponitur: ſicut ſcriptum eſt; Tranſiuimus per ignem & aquam. Præterea aquæ ex illius, à quo primùm motæ ſunt, ſpiritus virtute & efficientia hoc etiā habēt, vt res alias ab alijs ſeparando & ſecernēdo mundent, abluant, atque purgent: ſicut ſcriptum eſt, Dedit aquam ad lauandos pedes camelorum & virorum, qui venerant cum eo. Eodem etiam ſpiritu efficiente & ſitim ſedante & commodum ac facilem potum animantibus præbent; & ad laſſitudinees aliasque corporis affectiones curandas adhibentur: vt ſcriptum eſt, Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Harum igitur trium conſtitutionum rationes illa natura ſemper & re ipſa & in ſermone arcano obtinet, videlicet, Abyſſi, aquarum & maris: quas cognoſcere, & pro inductæ orationis opportunitate in promptu habere, operæpretium fuerit. Nam quæ grauiora & moleſta de aquis dicuntur, ad abyſſi; quæ verò vel mitiora, vel vtilia & proſpera, ad aquarum rationem, ſunt referenda. Atque hæc de aqua in vtroq; hoc genere, & mari autem ſuo loco agemus. Iam verò arcani ſermonis proferamus exempla. Aquam miniſtrare, familiaris miniſtri officio fungi, eſt vt, Eſt hic Eliſeus filius Saphat, qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ. Aquæ etiam regnū ſignificant, hoc eſt ipſum regum munus & miniſterium, quod aquarum ſimilitudine rerum publicarum cultum præſtat: vt ſi legitimum temperatumque ſit, foueat & felicitet; ſi verò tyrannicum & immoderatum, perdat: ſicut ſcriptum eſt, Vt riui aquarum cor regis in manu Domini, &c. Ex hac ſimilitudine illud ab Iſaia dictum interpretamur. Pro eo quòd abiecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilētio. Aquę ex bonis fontibus & venis, pacis & felicitatis vſum copiamque inſcribunt: vt, Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Chaldæi

2. Pa. 1.
Gen. 1.
4. Reg. 3. Miniſteria.
Pro 21.
Iſai. 7.
Iſai 12.

ſapientiam

ſapientiam, hoc loco nos omnem felicitatem intelligimus: Nimia aquarum inundatio magnum exercitũ, cuius impetum & vim nemo cohibere poſſit, exponitur: vt, Sonabunt populi, ſicut ſonitus aquarum inundantium. & apud Ieremiam, Ecce aquæ aſcendunt ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans; & operient terram & plenitudinẽ eius, vrbem & habitatores eius. Ex eadem ratione aquæ multæ validiſſimarum calamitatum oppreſſionẽ referunt, quæ, velut vnda ſuperuenit vndam, ſeſe perpetuo contingant: vt, In aquis multis adduxerunt te remiges tui. & paulò inferiùs. Nunc contrita es mari, & in profundis aquarum opes tuæ. Ex quo genere illud etiam eſt: Abyſſus abyſſum aduocat à voce cataractarũ tuarũ. omnia excelſa tua & fluctus tui ſuper me tranſierunt. Et, Cùm dedero te deſolatam, & adduxero ſuper te abyſſum, & operuerint te aquæ multæ. Itaque abyſſus naturæ ſuæ ratione, magnitudinem & copiam hominibus inſuperabilem, & impenetrabilem ſignificat; ſiue eam rem fauſtam, ſiue infauſtam, adiunctorum & ſententiæ ratio exponat: vt, Aquæ nutrierũt illum, abyſſus exaltauit illum: flumina eius manabant in circuitu eius, & riuos ſuos emiſit ad vniuerſa ligna regionis. & apud Pſaltem, Iudicia tua abyſſus multa. Ad hoc genus quoque aquarum vox pertinet, quæ fragorem, minas, & inſtans periculum oſtendit. vt, Vox illius tanquam vox aquarum multarum, & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem; & de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat. Aliquando autem, vt exercitus & turmæ, ſic populi, aquarum nomine, vel angelo interprete, ſignificantur. Aquæ, inquit, quas vidiſti, vbi meretrix ſedet, populi ſunt, & gentes, & linguæ. Porrò aqua igni coniuncta, anceps & graue diſcrimen, vehementemque preſſuram efficit: vt, Tranſiuimus per ignem & aquam. & illud, Cùm tranſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Multa in Lege, Prophetis & Pſalmis, atque in nouo Teſtamento loca, ex huius generis adnotatione explicantur. Ad hoc genus aquæ currentes pertinent, quæ gentem aut perſonam ſignificant, à quo nulla ſtabilis vtilitas expectanda putetur, quæ tamen aliquando contingat: vt, Mitte panem tuum ſuper trãſeuntes aquas, quia poſt tempora multa inuenies illum. His proxima eſt debilitatio & membrorum corporis ex timore & imbecillitate labefactatio, qualem Ezechiel aquarum ſimilitudine indicabat: Omnes manus diſſoluentur, & omnia genua fluent aquis. Porrò aquarum vſu ex diuini ſpiritus efficientia, felicia quadam & ſalutaria ſignificantur; vt refrigeratio & recreatio feſſorum atque afflictorum. Et erit vir ſicut qui abſconditur à vento, ſicut riui aquarum in ſiti. Adde his puram, ſuauem & efficacem doctrinam, quæ ſimul animos erudiat, & recreet ſpiritus ſancti virtute: vt, Omnes ſitientes venite ad aquas. de quibus aquis Chriſtus etiam. Qui autem bibet ex aqua, quam ego dabo, non ſitiet iterum, ſed fiet in eo fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam. Et qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. hoc autem dicebat (ſubiungit Euangeliſta) de ſpiritu ſancto, quem erant accepturi credentes in eum. Huc etiam illud pertinet, quòd vſum & vtilitatem aquę nomine, vt ignis nocumẽtum, ſacri auctores depingunt: vt, Appoſuit tibi aquam & ignem; ad quod volueris, porrige manum. Ex eadem etiam ratione aqua viua certam atque perpetuam felicitatem ſignificat: vt, Me dereliquerunt fontem aquæ viuę. Significat etiam auxiliũ & ſubſidium: quod quale ſit, an commodum an incommodum, ex adiunctis epithetis explicatur. Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis? Simplicem præterea victum, facilem atque parabilem & certum, aquæ pani coniunctæ præbent. Sic apud Iſaiam: Iſte in excelſis habitabit; munimenta ſaxorum ſublimitas eius: panis ei datus eſt, aquæ eius fideles ſunt. Aquarum deniq; tum natura, tum abundãtia & perpetua vbertas, ſobolem, prolem ac poſteritatem indicat: vt, Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Iſrael, & de aquis Iuda exiſtitis. Ac de aquis in vniuerſum hactenus diximus; de quibus aliâs ex varia locorum notatione per certa genera dicturi ſumus.

Iſai. 17. *Ierem. 47.* *Ezech. 27.* *Pſalm. 41.* *Ezech. 26.* *Ezech. 31.* *Pſalm. 36.* *Apocal. 1.* *Apocal. 17.* *Pſal. 65.* *Iſai. 42.* *Eccl. 11.* *Ezech. 7.* *Iſai. 32.* *Iſai. 55.* *Iohan. 7.* *Eccleſ. 15.* *Ierem. 2.* *Ierem. 2.* *Iſai. 33.* *Iſai. 47.*

INVNDATIO.

INVNDATIO vel diluuium vaſtationem ſignificat, quam efficere ſolet, S.S.E. vt, In diluuio prætereunte conſummationem faciet loci eius, & inimicos eius perſequentur tenebræ. Vaſtatio. *Nahum. 1.*

DE LVCE.

CAP. IX.

CÆLORVM, terræ, & aquarum naturam obſcuram penitus & latentem, inertemq; fore, niſi proxima Lux Dei iuſſu exiſtens conſequeretur, ipſa ratio atque ſacræ philoſophiæ contemplatio aperte docet. Quam ob rem in eodem principio, quo cælum & terra antè etiam, quàm vel dies, vel vllum aliud tempus eſſet, Lux orta eſt prima omnium, quæ Dei dicto effecta eſſe dicantur. Cætera enim ante lucem creata; lux verò Deo dicente fuiſſe ſcribitur. Et dixit Deus, Sit lux, & fuit lux. Eſt autem creatio obſcurior & ignotior hominibus; quippe quam quemadmodum Deus expedierit, neque ſacri libri exponant, neque eorum, qui cognoſcere voluerunt, quiſquam ſatis aperte indicarit: nam de ea, præterquam quòd præcedens materia excluditur, nihil explicatiùs à Theologis ſtatuitur. Primum autem creationis fundamentum ſapientiam & voluntatem diuinam fuiſſe arbitramur & tenemus. Id enim vox, in principio, arcanè ſignificat, quam Hieroſolymitana Paraphraſis, in ſapientia, interpretatur ſapientiſſime. ſed quomodo quáue ratione id effectum ſit, non planè indicatur. Verùm enimuerò lucis ratio eò cæteris ante ipſam rebus præſtat, quo diuini dicti annotatione, & diuini etiam iudicij probatione, prima gaudet. Et vidit Deus lucem, quòd eſſet bona. Atqui cæli quidem locum, ſitum, officiumque ſuum ex diuino dicto poſtea obtinuere, ſed naturam ex creatione habuerunt. Idque Vates aliquando ſignificans canebat. Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Lux igitur prima diuinum verbum in mundo exiſtens audit, exiſtereque iuſſa firmat, prima ſeſe videndam, iudicandam & probandam præbet; prima diſtinctioni & ſeparationi rerum initium & opportunitatem affert: prima partium, numerorum, temporum, ordinum, & rationum vſum præbet; prima nomen certum & proprium in rerum natura ſortitur: prima aptandis ſæculis accommodatur; denique cognoſcendis, diſtinguendis, appellandisque rebus omnibus prima fundamenta ſubſternit. Eſt autem duplex in ſacris libris nominata Lux: altera diuina omnino & inacceſſibilis, quam Deus habitat, quæ & ſpiritualis Lux dicitur; in qua nullæ nec ſocietate, nec ſucceſſione aut viciſſitudine tenebræ ſunt. Namque apud Deum nulla eſt tranſmutatio, neque viciſſitudinis obumbratio. de qua ſcriptum eſt. Quoniam Deus Lux eſt, & in eo tenebræ non ſunt vllę. Ex hac autem Luce omnia, quę ad beatorum ſpirituum & humanarum mentium illuſtrationem pertinẽt, emanant; ſicut ſcriptum eſt. Omne datum bonum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum. qua de re nos aliâs plura & exactiùs, eodem lumen adhibente, indicabimus. Altera verò Lux ea eſt, qua naturæ rerum varietas, pulchritudo, & ſpecies omnis conſpicienda præbetur. Hæc verò ex illa priori diuina Luce, non naturæ & dignitatis æqualitate, ſed efficacitatis & commoditatis certa quadam ſimilitudine, & arcana repræſentatione producta eſt. Prior illa ſemper fuit; poſterior hæc temporum & ſæculorũ omnium initio, magnum rebus omnibus, atque vniuerſo mundo commodum, magnum decus, & vſum magnum

Genes. 1. בראשית *Pſal. 32.* *Iacob. 1.* *Iohan. 1.* *Iacob. 1.*

afferens extitit: de qua etiam nos aliâs pleniùs ex diuino beneficio philosophari cogitamus. Nunc verò sermonum rationem vsumque docebimus: ad cuius explicationem operæpretium fuerit ea adnotare, quæ existentem in mundo lucem consecuta fuere, videlicet existentiam primùm ipsam, hoc est, singularem existendi modum & à creatione diuersum, inspectionem, probationem, distinctionem, separationem, partitionem, numerum, ordinem, tempus, rationem, & denique nomen. Namque ex hac rerum obseruatione omnis de luce & lumine sermo ducitur, qui vel publicas vel priuatas res, vtriusque autem partis ratio vel animum vel corpus respicit. Animaduertendum est, aliam rationem lucis, aliam luminis in Hebraica lingua esse. quamtamen quia Latinę versiones non perpetuò obseruant; nos ita, vt inueniemus, explicabimus. Lux Israel apud Isaiam Deum significat, à quo Israel ex illa Iacobi humilitate & obscuritate ad admirabilem illam & arcanã dignitatem atque gloriam, quæ Israelis nomine indicatur, eductus fuit. Et erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma. Apud eundem autem vatem lux Dei legem & veram doctrinam verbo Dei propositam significat. Domus Iacob, venite & ambulemus in lumine Domini. Et, Lucerna pedibus meis, verbum tuum; & lumen semitis meis. Lux facierum vel illuminatio vultus Dei, curam, prouidentiam, & gratiam diuinam indicat. Dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis. De eadem quoq; gratia & prouidentia, præterea etiam misericordia, illud scriptum est. Emitte lucem tuam & veritatem tuam. Sapientia vera & doctrinæ ac scientiæ veritas Lux dicitur. Et vidi quòd tantùm præcederet sapientia stultitiam, quantùm differt lux à tenebris. &, Dulce lumen & delectabile est oculis videre Solem. Et, Illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti, &c. Veritas quoq; & virtus lucis nomine celebratur; vt contrà falsitas & vanitas, tenebrarum appellatione notatur. Ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Adhuc modicum lumen in vobis est, ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat; dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. & filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Felicitas, beatitudo, beatio ipsa & prosperitas, siue vt accepta, siue vt effecta & præstita, frequenti lucis imagine ostenditur. Et erit lux Lunæ sicut lux Solis, & lux Solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui. & apud eundem Isaiam. Expectauimus lucem, & ecce tenebræ. splendorem, & in tenebris ambulauimus. Et Dominus lux mea est. Et educit quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum sicut meridiem. & lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. & apud Esther Iudæis noua lux oriri visa est, gaudium, honor & tripudium. Et Sapiẽs ait, Lux iustorum lætificat; lucerna autem impiorum extinguetur. Ad hoc etiam genus euentus boni successusq. referuntur: vt, Nónne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma eius? Et illud, Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Ieremias etiam lamẽtatus ait: Me minauit & adduxit in tenebras & non in lucem. & Iob post tenebras lucem sperare se ait. Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit vsque ad perfectum diem, quo loco prosperitatis commodum successum significat lux. Iis autem, qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, & lucis desiderium maximum, & vsus, cùm contigerit, gratissimus est, sicut scriptum est. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Quamobrem lux lætitiam gaudiumque significat præcipuum: vt illud. Lux orta est iusto, & lux iustorum lætificat; lucerna autem impiorum extinguetur. Et apud Ieremiam. Perdam, inquit Deus, ex eis vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ, vocem molæ & lumen lucernæ. quo in loco lumen siue lux, tranquillitatis, & pacis comes lætitia est. & Amos: Nunquid non tenebræ dies Domini & non lux? vbi quietem & securitatem significat lux. Deus etiam apertè pacem significari lucis nomine indicauit. Ego Dominus formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. Liberatio autem à periculis & difficillimis miserrimisque rebus lucis verbis explicatur. vt, Illustra faciem tuam supra seruum tuum: saluum me fac in misericordia tua. Et exortum est in tenebris lumen rectis; misericors, miserator & iustus. Præterea admiranda illa nouatio & sublimitas, atque illustrissima conditio, quæ diuini verbi Iesu Christi filij Dei virtute & efficientia hominum rebus allata fuit, lucis nomine celebratur: vt contrà locus ille secundus, in quem homines ex primo originalis iustitiæ & gratiæ statu migrauerant, noctis, caliginis tenebrarumque verbis notatur. Surge, illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos; super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur: & ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore oris tui. Et quod Iohannes exponit, In ipso vita erat, & vita erat lux hominum; & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Et apud eundem Christus: Ego sum lux mundi. qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Hæc autem admiranda & arcana ratio, quæ plurimis aliâs nominibus exponi solet, vt iustitiæ, sanctitatis, virtutis & veritatis, sæpissimè vno lucis verbo indicatur: vt, Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Ad hæc etiam illud consequitur, quòd felicitas illa mortalibus optanda & expetenda magis, quàm disputanda, inaccessibilis atque immensæ cuiusdam lucis nomine & imagine depingitur. cuius non integram formam, sed breue quoddam specimen in virtute Apostolis ostensum est, Christo in mõte Thabor transfigurato, cuius facies resplenduit, sicut Sol, & vestimenta facta sunt alba, sicut nix. Lucis filij, veritatis gnari & pietatis studiosi dicũtur: vt, Omnes enim vos filij lucis estis & filij diei, non sumus noctis neque tenebrarum. Lux admirabilis Christiana sanctificatio est, s. s. e. Vt virtutes annuntietis eius, qui vocauit vos de tenebris, in admirabile lumẽ suum. Lux veritatem, rationem, æquitatem iusque omne significat, s. s. e. Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Si dixerimus, Quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus; mentimur & veritatem non facimus.

Isai. 10. Isai. 2. Psalm. 117. Psal. 43. Psalm. 42. Eccles. 2. Eccles. 12. Ephes. 3. Isai. 5. Iohan. 12. Luc. 16. Isai. 30. Isai. 59. Miche. 7. Psalm. 36. Esther. 7. Prouer. 13. Iob. 17. Iob. 29. Thren. 3. Iob 17. Isai. 9. Psalm. 36. Ierem. 25. Amos 5. Isai. 45. Psalm. 30. Psalm. 111 Isai 60. Iohan. 1. Iohan. 7. Ephes. 5. Matth. 17. Veritatis gnari. Thessal. 4. Sanctificatio. 1. Pet. 2. Ius, veritas, ratio. Aequitas 1. Ioan. 1.

LVMEN, LVX.

Lvx doctrinæ & veritatis copia dicitur, & optimũ exemplum: vt, Vos estis lux mundi. &, Vt conuertantur à tenebris ad lucem. Euangelij illuminatio lux appellatur, s. s. e. Quòd si etiam opertum est Euangelium nostrum, in ijs, qui pereunt: est opertum, in quibus Deus huius sęculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi. Lumen super candelabrum, virtutis & doctrinæ communicationem significat s. s. e. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super cãdelabrum; & sic luceat lux vestra coram hominibus.

Doctrina. Matth. 5. Veritas. Acto. 26. Euangelij illuminatio. 2. Cor. 4. Communicatio doctrinæ. Matth 5.

COLOR.

Candor puritatem & integritatem simplicitatemque significat: vt, Antiquus dierum sedit; vestimentum eius candidum quasi nix. Albedo gloriam & iucunditatem atque lætitiam summam cum summa virtute & puritate. hoc indicabant Christi vestimenta facta, sicut nix alba. Color purpureus terrorem admirationemque incutit, s. s. e. Aspectus eorum quasi lampades; quasi fulgura discurrentia. ad colorem vestium & armorum hæc referuntur. Ruffi equi Babyloniorum, nigri verò Persarum regnum significabant, s. s. e. In quadriga prima equi ruffi. In quadriga secunda equi nigri. In quadriga tertia, equi albi.

Puritas Integritas Daniel. 7. Gloria. Puritas. Matth 7 Terror. Nahum. 2. Babylonis Persæ. Græci.

ALBEDO.

Natio. ALBEDO albúsue color nonnunquam certarum gentium symbolum est, quæ eiusmodi coloris vestibus vtuntur. Sic Græcorum regnum alborum equorũ imagine significauit. Nonnunquam lepram significat, & arguit in cute albor: vt in Leuitici libro frequenter legimus, Si color albus in cute fuerit, &c. In capillis senectutem & antiquitatem significat albedo. vt: Caput autem eius, & capilli erant cani tanquam lana alba. Frequenter verò albus vestium color puritatem & simplicitatem, candoremque mentis significat, atque ab omni labe & nota semotam vitæ conditionem, quali cęlestes spiritus vtuntur: vt; Si fuerint peccata vestra rubra sicut coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint vt vermiculus, quasi lana alba erunt. Et Christi vestitus albus & refulgens factus fuisse dicitur. Sic etiam angeli in vestibus albis visi sunt. Et habes pauca nomina in Sardis, quæ non inquinauerunt vestimẽta sua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.

Zach. 1. Lepra. Leuit. 13. Antiquitas Apocal. 1. Puritas. Isai. 1. Luc. 9. Iohan. 20. Apocal. 3.

TENEBRÆ.

CAP. X.

QVANQVAM tenebræ in mundi huius creatione & fabrica lucem antecesserint, à nobis tamen post lucem collocantur; quòd certam sui cognoscendi rationem non ex se (vtpote quæ obscuræ, horribiles, & inuisibiles atque sensibus importunæ sunt) sed ex lucis cõtentione conficiant. Quidquid enim de luce dicitur, idem de tenebris opponitur, quas diuina philosophia non formatas vt lucem, sed aut seorsum, aut simul cum cælo & terra atque abyssis creatas docet; sicut scriptum est: Ego Dominus formans lucem & creans tenebras. Earum verò natura & vis ea est, vt omnium rerum pulchritudinem & nitorem cælent, distinctionem & separationem, terminum atque definitionem confundant, permisceant & perturbent. quæ res ad mali potius quàm boni rationem pertinet, sicut scriptum est. Et tenebræ erant super facies abyssi. Et dixit Deus, Fiat lux: & vidit Deus lucem, quòd esset bona. Id quod de tenebris non dicitur. Nam tenebræ obscuritate sua neque videri, neque in bonorum numero seponi sese patiuntur: quatenus enim priuatio sunt, nihil habent laudabile: quatenus verò luci opponũtur & obsistunt, mali magis, quàm boni rationem sequuntur: sicut scriptum est. Formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. Quanquam autem nulla rerum natura, vt natura est, mala sit; nonnullæ tamen sunt res, quæ, vt bonis aliis opponuntur, malæ esse dicuntur. Ex quo genere tenebrę sunt, quæ hoc vtilitatis habere videntur, vt his, quos aliquando oppresserint, lucis vsuram commendabiliorem, gratioremque reddant; quanquam ne id ipsum tenebræ, sed animi attendentis & cognoscentis ratio, & cogitatio efficiat. sicut scriptum est: Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, &c. Vt verò, quæ de tenebrarum natura dici possunt, nulla apparent, nisi lucis naturam & virtutem cognoscentibus; ita etiam, quæ de tenebris ad sermonis vsum proferuntur, ex lucis contentione examinari debent. contraria enim sibique opposita vtriusque rei exempla sunt. Tenebrarum igitur offensio & ad intellectiuam animi partem, & ad eam, in qua appetitus & voluntas est, pertinet, atque illi errorem, huic horrorem doloremque affert. Ex quo fit, vt, quæ de tenebris efferuntur, orationes ad alterutrum genus pertineant. Prioris autẽ multa exempla afferri cùm possent, illustria quædam tantùm exponere placuit. Mendacium & falsitas, & id, quod veritati ac sapientiæ opponitur, tenebrarum nomine significatur; vt contrà, veritas & simplicitas lucis appellatione indicatur. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Et illud: Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Et vidi (inquit Sapiens) quòd tantùm præcederet sapientia stultitiam, quantùm differt lux à tenebris. Stultitiam hoc loco veritatis ignorationem & carentiam definimus, quam tenebris simillimam Sapiens esse ait. Quidquid autem vitiorum ex errore & veritatis ignorantia proficiscitur, tenebræ à spiritu diuino dicitur: cuiusmodi est superbia, ambitio, inuidia, ira, contentio, cupiditas & auaritia, & reliquæ eiusdem notæ artes; quibus homines aduersus veritatem, virtutem & sanctitudinem contendunt: sicut scriptum est, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem; sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Interdum etiam ipsam religionis & veritatis ab hominibus affectatam negligentiam, & sæculi huius sapientiam, tenebras luci oppositas interpretamur. Vt, Filij huius sæculi prudentiores sunt in generatione sua, quàm filij lucis. Ignorantiam etiam veræ atque vtilis doctrinæ apud Paulum tenebræ significant. vt: Quæ societas luci ad tenebras? Atqui ex inscitia & ignorantia perturbatio quoque non minùs, quàm cetera, tenebris affinis oritur: sicut scriptum est, Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. Postremum autem ignorationis locum ij tenent, qui Christum Dei filium, orbisq. redemptorem, vel non audierint, vel auditum agnoscere noluerint. Eum autem locum tenebræ omnino occupant, & suo nomine significant: de quibus Christus ait, Adhuc modicum lumen in vobis est, ambulate dum lucem habetis, & non vos tenebræ comprehendant. Et quia dum hæc ignoratio manet, peccati regnum à Dei luce alienũ viget & perseuerat: ob eam rem is status tenebrarũ nomine fuit etiam à Christo Saulo Tharsensi descriptus. Eripiens te de populis & gentibus, in quas nunc ego mitto te, aperire oculos eorum; vt conuertantur de tenebris ad lucem; & de potestate Satanæ ad Deum: qui (vt idem Apostolus affirmat) eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. De hac autem re sæpè Iohannes disserit. Quia tenebræ transierunt, & verum lumen iam lucet: Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est adhuc. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est; & in tenebris ambulat, & nescit quò vadat; quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Alterius verò generis, hoc est, mali & damni, quo appetitiua animi portio offendi solet, quædã nos exempla adnotauimus: plura, quòd ad hæc referri possent, prætermisimus. Igitur malum in genere tenebras significare Isaias docuit. Ego Dominus creans tenebras & formans lucem, faciẽs pacem & creans malum. In specie verò metum & tribulationem, præsentemque angustiam, apud eundem Isaiam significari docemur. Aspiciemus in terram; & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius. & rursum: Et ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebræ, dissolutio & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua. Et apud Micheam, Nõ læteris inimica mea super me, quia cecidi; consurgam cùm sedero in tenebris: Dominus lux mea est. & Diem tenebrarum & caliginis calamitosum tempus appellat Ioel: quem etiam secuti Amos & Nahum, angustiam & pressuram eodem modo enuntiant. Nunquid non tenebræ dies Domini & non lux? & caligo, & non splendor in ea? Et inimicos Domini persequentur tenebræ. Me minauit & adduxit in tenebras, & non in lucem. Periculum grauissimum & formidandũ tenebrarũ nomine indicatur, præcipuè verò cùm ignoratio & consilij incertitudo accedit: sicut scriptum est, Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant. Et, Fiat via illorum tenebræ & lubricum, & angelus Domini persequens eos. Illud autem; Date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos. Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis & in caliginem.

Isai. 45. Isai. 5. Matth. 6. Eccles. 11. Eccl. 2. Ephes. 6. Luc. 16. 2. Cor. 6. Ioh. 5. Iohan. 12. Actor. 26. Coloss. 1. 1. Iohan. 2. Isai. 45. Isai. 5. Isai. 7. Miche. 7. Ioel. 2. Amos. 5. Nahum. 1. Thren. 3. Prouer. 4. Psal. 34. Ierem. 13.

ginem, & quæ ad hanc rationem pertinent orationes aliæ miserrimum & grauissimum statum significant eorum, qui ob propriâ culpam reprobati & reiecti à Deo, sunsque erroribus permissi, obcæcati induratique euadunt. Ad quam rationem illa spectant. Expectauimus lucem, & ecce tenebræ; splendorem, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris, & in caliginosis quasi mortui. Et apud Iob Baldad Suites aiebat Nonne lux impij extinguetur, neque splendebit flamma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius; & lucerna, quæ super eum est, extinguetur. vnde in tenebris labi, grauissimi periculi functionem significat, cuius euitandi vel depellendi incertitudo magna consequatur: sicut scriptum est. Iccircò via illorum erit quasi lubricum in tenebris; impellentur enim & corruent in ea. Et quia lucis vsuram omnem mors adimit, eandemque sepulchrum impedit, solet interdum mors tenebrarum nomen occupare: vt apud Ieremiam. In tenebris collocauit me quasi mortuos sempiternos. Obseruauimus etiam nonnunquà vtramque partem, hoc est, veritatis ignorationem & periculorum consequentiam atque experientiam simul tenebrarum nomine indicari: vt, Populus qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam; & sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Tenebræ autem exteriores dictæ, conditionem eorum significant, qui regni cælestis cõmunione atque vsu indigni iudicati, & reiecti sunt; apud quos nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, perpetuusque fletus & stridor dentium auditur. Huius autem conditionis initium ab illo induratorum loco & statu duci arbitramur. Illa verò minus arcana quidem, sed adnotanda tamen, obseruatio est, vt tenebræ secretum & cum paucis communicatum, aut non omnibus pernoscendum, vel negotium, vel consilium significent: vt, Quod dico vobis in tenebris, prædicate in tectis. Et illud, quo diuinitatis ratio mortalibus incognita esse indicatur. Et posuit tenebras latibulum suum, tabernaculum eius in circuitu eius: tenebrosa aqua in nubibus aëris. Tenebrarum quoque vsus ijs optari solet, qui nocendi aut aliâs peccandi commoditatem quærunt; ijs maximè hominibus, quorum vel audaciæ metus, vel simulationi pudor obstare potest. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. & illud: Quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circunspicit me: quem vereor? Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autẽ redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.

Isaie. 59. *Iob. 18.* *Ierem. 23.* *Thren. 3.* *Isai 9.* *Matth. 7.* *Matth. 10.* *Psal. 17.* *Psal. 10.* *Eccles. 23.* *Ephes. 5.*

OBSCVRITAS.

Humilitas. Ignobilitas. OBSCVRITAS ignobilitatem significat & conditionem humillimam vel seruilem, s. s. E. Sede tacens & intra in tenebras filia Chaldæorum, quia non vocaberis vltrà domina regnorum. Peccatum etiam & peccati captiuitas huiusmodi translatione significatur, s. s. E. Vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas; & dicères his qui in tenebris sunt, exite. Eadem translatione D. Paulus ait, Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis enim redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.

Isai. 47. *Peccatum.* *Isai. 49.* *Ephes. 5.*

VESPER.

Quies. VESPER tempus est, quo diurni labores operæque soluuntur, in rusticatione præcipuè, s. s. E. Exibit homo ad opus suum & operationem suam vsque ad vesperam. Et redeunti ad vesperam Iacob de agro, egressa est in occursum Lia. & allegoricos, diurnę immunditiæ periodus est, vsque ad vesperam: vt sæpè in Leuitico legimus. Et, Ad vesperum durabit fletus, & ad matutinum lætitia. Est etiam ferarum tempus, ad rapinam commodum. s. s. E. Lupus ad vesperam vastauit eos: & iudices eius lupi vespere. Intempestiuum tempus quoque vesperi nomine significatur: vt, Mane semina semen tuum: & vespere ne cesset manus tua; hoc est, opportunè & importunè.

Isai. 103. *Genes. 30.* *Leuit. 11.* *Psal. 29.* Impuritatis terminus. Intempestiuitas. *Ierem. 5.* *Sapion. 5.* *Eccles. 11.*

MANE.

MANE & diluculum accuratum studium & rem diligenter maturatam significat, s. s. E. Hæc dicit Dominus, Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppressum &c. &, Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speraui.

Studium. Diligẽtia. *Ierem. 21.* *Psal. 144.*

NOX.

NOX periculum & metum & tristia omnia significat, s. s. E. Vbi pernoctaueris, pernoctabo, id est, omniũ periculorum tuorum sociam me præbebo. Est & nox tempus luctibus & fletibus aptum, afflictionisque index s. s. E. Plorans plorauit in nocte. Furibus & nocẽtibus etiam opportunum tempus, sicut s. E. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte. &, Surgite & ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius. Vsurpatur etiam noctis nomen pro statu & conditione gratiæ diuinæ contraria, qualis est peccatorum & impiorum, s. s. E. Vos autem fratres non estis in tenebris; vt vos dies illa, tanquam fur, comprehendat: omnes enim vos filij lucis estis & filij diei: non sumus noctis neque tenebrarum. Ebrietatis & vitiorum studiosa vita, nox quoque dicitur, s. s. E. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. &, Abijciamus ergo opera tenebrarum; & induamur arma lucis; sicut in die, honestè ambulemus. Nox cogitationum mater, opportunaque occasio, propter silentium; & secretorum consiliorum tempus, s. s. E. Insuper & vsque ad noctem increpuerunt mihi renes mei. &, Probasti cor meum & visitasti nocte. &, In lectulo meo quæsiui per noctem, quem diligit anima mea. Vanitatis, calamitatis & consilij inopiam huiusmodi verba significant, s. s. E. Propterea nox vobis pro visione erit; & tenebræ pro diuinatione.

Pericula. *Ruth 1.* Tribulatio luctus. *Thren. 1.* Furibus tempus. *Thessal. 5.* *Ierem. 6.* Status ira. *1. Thes. 5.* Vitia. *1. Thes. 5.* *Rom. 13.* Cogitationes secretę. *Psal. 15.* *Psalm. 16.* *Cantic. 3.* Calamitas consilij inopia. *Mich. 3.*

DE DIE.

CAP. XI.

APPELLAVIT autem Dominus lucem diem, quo temporum, ætatum & sæculorum rationem constare & continuari voluit: sicut scriptum est. Et factum est vesperè & manè dies vnus; & factum est vesperè & manè dies secundus, &c. Atque dierũ ratio omnis sic à Deo nõ solùm cognosci, sed requiri & examinari sigillatim dicitur; singulorumque dierum officia ad Dei laudem præstari docemur: Dies diei eructat verbum. Præterea & Iob cùm diem, in qua natus fuerat, à Deo non requiri optauerit, omnes dies requiri solere ostendit. Dierum autem & noctium ratio in rerum cõceptibus, genituris atq. productionibus spectari, argumento sunt animantes, atque in his homo præcipuè, qui certum & conceptus & natalis sui diem habet: sicut scriptum est. Pereat dies in qua natus sum, & nox, in qua dictũ est, cõceptus est vir. Constat autẽ dies totus nocte & luce: sicut scriptum est, Et factum est vesperè & manè dies vnus. sed dies propriè illa est, quam lucis vsus occupat ab ascensu auroræ vsque ad vespertinum stellarum ortum, quam mercenariorum diem sacer sermo appellat: sicut scriptum est: Et nos ipsi faciamus opus, & media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu auroræ, donec egrediantur astra. Dicitur autem hoc totum tempus diei pondus: atque huiusmodi diei vesper à Solis occasu incipit: sicut scriptum est, Vesperè autem facto cùm occidisset Sol. Est autem vtrique diei parti auroræ & vesperi magna ad temporum & cæli mutationes indicandas opportunitas & commoditas, hominibus diuinitus concessa. quam qui rectè tenuerint, de proxima cæli aërisque temperie & constitutione secundùm naturæ obseruationẽ differere possint: sicut scriptum est. Facto vespere dicitis, serenum erit, rubicundum enim est cælum: & manè, Hodie tempestas, rutilat enim triste cælum: faciem ergo cæli dijudicare nostis, &c. Dierum diuersita-

Genes. 1. *Psal. 19.* *Iob. 3.* *Nehem. 4.* *Matth. 20.* *Mar. 1.* *Matth. 16.*

uersitatem & successionem Sol efficit Deo auctore, à quo non solùm luce & magnitudine, sed celebritate quoq; varij instituti sunt dies: qua de re sic Sapiens dis-
Eccles. 35. serebat. Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annũ à Sole? A Domini scientia separati sunt, facto Sole, & præceptũ custodiente. Et immutauit tempora & dies festos ipsorum, & in illis dies festos celebrauerunt ad horam. Ex ipsis exaltauit & magnificauit Dominus. Et ex ipsis posuit in numero dierum. Constat autem dies artificialis, qualis in Scriptura accipi solet, siue breuis, siue longa fuerit, duodecim diurnis horis, quibus res omnes suum secundùm naturã munus exer-
cere possunt. Nónne duodecim sunt horæ diei? &, Si
Ioan. 11. quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem diei videt. Atque hæc de diei natura & partibus à nobis descripta sermonis ratio indicata consequetur. Solet autem diei nomen, vel absolutum, vel adiuncto notatum in orationem induci. Prioris formulæ exempla illa sunt, quibus dies vel virtutem, vel opportunum tempus ad virtutis exercitationem significat: vt, Sicut in die hone-
Rom. 13. stè ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, &c. Item etiam illa, quibus gratiæ tempus atque ipse vsus hominibus diuinitus concessus, diei nomine indicatur. Sic apud Paulum pientissimi & probatissimi quique ex Christianis, filij diei dicuntur. Omnes enim vos
Thes. 1. filij lucis estis, & filij diei. & paulo inferiùs. Nos autem qui diei sumus, sobrij sumus, induti lorica fidei & charitate. Posterioris verò formulæ huiusmodi multa exempla habemus. Dies pauoris, pauorem ipsum, metum,
Ezech. 7. perturbationemq; significat. Propè est dies occisionis, & non gloriæ mõtium. Et ecce dies, ecce venit: egressa est contritio, floruit virga. Sic dies nubis, triste, obscurũ & calamitosum tempus apud vates & sacros auctores
Ezech. 30. alios significat. Væ diei, quia iuxtà est dies, & appropinquat dies Domini, dies nubis, tempus gentium erit. Et veniet gladius in Ægyptum, & erit pauor in Æthiopia. & paulo inferiùs eadem figura. Et in Taphnis nigrescet dies, cùm contriuero ibi sceptra Aegypti, & defecerit in ea superbia potentiæ eius, ipsam nubes operiet. Ex eodem autem genere est alicui cuipiam adscriptus dies, quem calamitatis & pænarum atque adeò vltionis erga
Psal. 37. illum ipsum rectè interpretabimur: vt, Dominus autem irridebit eum; quoniam prospicit, quòd veniet dies eius. Verùm enimuerò dies Domini vltionis & iudicij exer-
Isai. 2. cendi dies est. Quia dies Domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. Eiusdem ferè argu-
1. cor. 1. menti est dies aduentus Christi: extremi enim iudicij tempus indicat. Expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi (qui & cõfirmabit vos vsque in finem sine crimine) in die aduentus Domini nostri Iesu Christi. Atque diei illustrissima & potentissima pars est Me-
Meridies. ridies, qui & luce pollet clariori, & grauiori æstus vi feruet. Ex altera autem parte iucunditatis & prosperitatis gradum summum. ex altera verò pressuræ & afflictio-
Iob. 11. nis vehementiam sacri auctores arcano sermone describunt. Alterius partis huiusmodi exempla sunt. Et quasi Meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam: & cùm te cõsumptum putaueris, orieris vt lucifer. & illud, De-
Psal. 37. ducet quasi lumen iustitiam tuam, iudicium tuum tanquam Meridiem. Alterius verò illud partis est exem-
Cantic. 1. plum. Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in Meridie. Porrò dies nocti in oratione cõiunctus, continuationis,
Thren. 2. atque perpetuitatis rationem obtinet. Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem, & non des re-
Psal. 1. quiem tibi. Et in Lege Domini voluntas eius, & in Lege eius meditabitur die ac nocte. Die & nocte circundabit eam super muros eius iniquitas & dolus.

HORA.

CERTE etiam dierum partes horæ sunt, admirabili & illustri diuinæ sapientiæ ordine constitutæ, quibus tum lucis, tum tenebrarum ratio distinguitur, tum rerum omnium duratio, successus & opportunitas adnotatur & arguitur. Sic enim Petrus obiectam sibi & condiscipulis ab aduersariis Christi malitiosa quadam interpretatione ebrietatem horarum adnotatione redarguit. Non enim (sicut vos æstimatis) hi ebrij sunt, cùm Actor. 2.
sit hora diei tertia. sic à mane summo vsque ad sacrificij horam, opportunum & idoneum tempus ad vatici- 3. Reg. 17.
nandum existimabatur sacrificulis illis, & populo spectanti, dum, quid miraculi falsa numina facere possent, obseruaretur. Sic etiam certæ in sacris libris horæ indicatæ sunt, quibus vel angeli vatibus & sanctis viris visi, vel miracula alia edita fuerint. Hora MINHHAH Ga- Daniel. 9.
briel Danieli. idemque Zachariæ THYMIAMATIS Luc. 1.
hora apparet. Et Petrus sexta hora esurit, atque admi- Actor. 10.
rando illo spectro diuinum de gentium vocatione consilium docetur. Nona etiam eiusdem diei hora Cornelius angelum de gratia ac salute diuina sibi conferenda lætissimum nuntium accipit. Magnum verò ad miraculorum examinandam certitudinem momentũ horarum obseruatio habet. Atque horarum ratio vel temporis decursu, vel agendarũ rerum adnotationibus putatur. Temporis decursu horæ duodecim numerantur. sicut scriptũ est: Nónne duodecim horæ sunt diei? quæ numerorum nominibus ordinantur hoc modo. Prima hora vel primum mane à Solis ortu dicitur, qua Matth. 20.
familiæ pater operarios primùm conduxit, & egressus est circa horam tertiam. iterum autem exiuit circa sextam & nonam horam: circa vndecimam verò exijt, & inuenit alios stantes, & dixit; Quid statis hic tota die otiosi? tota die dixit, quòd proximus esset vesper diei finis dictus, qui vndecima hora conspicitur: vt illi primi operarij indicabant: Hi nouissimi vna hora fecerunt. Ea autem hora Vespera dicitur: vt scriptum est. Cùm iam Marc. 11.
vespera esset hora, exijt in Bethaniam cum duodecim. Clauditur autem dies altera ex parte manè, altera verò vespera. Exitus matutini & vesperæ delectaberis. Ex his autem, quæ commemorauimus, ceterarum horarum nomina ordinis ratione arguuntur, vt secunda, quarta, quinta, septima, octaua, decima. Sic enim hora septima Iohan. 4.
filium suum melius habuisse, à seruis cognouit. & hora quasi decima Andreas & alij Ioannis discipuli ad Iesum Iohan. 1.
venerunt. Horas autem noctis ijsdem ordinis nominibus dici, manifesto scripturarum loco docemur. Nam Paulus à tertia hora noctis Ierosolymis Cæsaream tra- Acto. 23.
duci iussus est. Atque hoc modo per horas dies partiri solet. Idem etiam ex initij, medij & finis notatione, in manè, vesperam & meridiem diuiditur: vt, Vespere & Psal. 55.
manè, & meridie narrabo & annuntiabo. Est autem altera horarum (vt diximus) adnotatio ex agendarum rerum opportunitatibus obseruata: sicut scriptũ est. Om- Eccli. 39.
ne opus hora sua subministrauit. Atque hæc ratio tum in sacris, tum in aliis rebus agendis initur. Sic Baalim sacrificuli vsque ad horã Minhha, quæ ZZAHHARAIM 3. Reg. 17.
erat, prophetasse scribuntur, & manè etiam cùm offer- 4. Reg. 3.
retur Minhha. & Zacharias erat orans hora incensi. & Petrus horam orationis nonam indicat. sic hora pran- Acto. 3.
dij inter ZZAHHARAIM Ioseph cum fratribus cœ- Genes. 43.
nasse dicitur. & in Susannæ historia hora prandij duo Daniel. 13.
senes domum repetunt. Et discipuli ad Christum, De- Matth. 14.
sertus est, inquiunt, locus, & hora iam præterijt. &, Ho- Eccl. 32.
ra surgendi non te trices, dicebat Sapiens. Quæ verò arcanum sermonem spectant, illa sunt. Hora cùm ex Hebraico verbo עת Latinè redditur, opportunũ & idoneum secundum naturam alicui rei tempus significat; vt in conceptibus & partubus feminarum sæpè obseruatur; & in arborum & aliarum rerũ fructibus opportunis etiam Hebraicè adnotauimus: vt, In tempore isto in hora habebis in vtero filium. Posterius nomen, in hora, 4. Reg. 4.
filium suo tempore maturè pariendum indicat; vt tandem factum Scriptura narrat: Et concepit mulier & peperit filium in tempore, & in hora eadem qua dixerat Helisæus. Præterea singularem quandam, & decretam rei alicuius agendæ opportunitatem, horæ nomine indicat sacer sermo. De die illa & hora nemo scit. Nescitis Matth. 24.

qua hora Dominus venturus est. Huic illa ratio proxima est, vt hora grauissimum aliquod discrimen, & durissimum periculum, imò etiam certissimum laborem significet. De hac autem hora Christus Dominus Patrem orabat, vt transiret ab eo hora, quam tandem subiturus discipulis indicauit: Sufficit, venit hora: Ecce filius hominis tradetur in manus peccatorũ. &, Mulier cùm parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: &, Venit hora iudicij eius, & hora, vt timeat. Opportunitatem quoque vel studiorum, vel optatæ rei agendæ aut adipiscendæ pro vario personarum genere, horæ nomine interpretamur. in bonum quidem hoc modo. Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea. &, Venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate: &, Pater, venit hora, clarifica me. in malum verò sic. Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. Præterea breue spacium & facilè superabile tempus; cuius vel sensus, si durum ac difficile; vel vsus, si gratum ac iucundum fuerit, exiguæ durationis futurus sit, horæ vel absoluto, vel cum vnitate coniuncto nomine significatur: vt, Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius: & illud, Non potuistis vna hora vigilare mecum? &, Si ad horam vos contristauit, nunc gaudeo. &, Forsitan ideò recessit ad horam à te, vt æternum illum reciperes. In miraculorum autem ratione examinanda plurimum momenti ad faciendam fidem habet horarum obseruatio exacta, maximè in eo rerum genere, quæ aliâs secundùm naturam edi spectariq́ue solent; vt in pluuiis, tonitruis, grandine, ventis, morborum curationibus: quæ si cum prædicto antè temporis articulo conueniant, miraculorum & signorum vim habere probantur: vt, Pluam cras hac ipsa hora grandinem. &, Hac ipsa hora, quæ nunc est, cras mittam ad te virum de terra Beniamin. Vnde in cognoscendis Christi miraculis diligentem horarum examinationem adhibitam legimus: Et sanatus est puer in illa hora. &, Salua facta est mulier in illa hora. Et regulus ille cùm interrogata hora, in qua filius melius habuisset, audiret, quòd heri hora tertia reliquisset eum febris, cognouit, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit. Porrò nouissima hora testamenti noui tempus ad extremum vsque mundi huius diem significat. Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis, quòd antè Christus venit, &c. In illis etiã partibus & horis, quibus dies vtrumque clauditur manè & vespere, arcani etiam sermonis ratio spectatur. Namque manè opportunum & commodum tempus ac maturitatem præcipuam ad aliquid agendum; vesper autem minus opportunum, non tamen prætermittendum, tempus significat. & præterea eadem ferè ratione humanæ vitæ spectandæ & obseruandæ initium, vt adolescentiã, itemq́ue eiusdem finem, manè & vesper indicat. Vtriusque autem significationis exemplum illud satis illustre est. Manè semina semen tuum, & vesperè ne cesset manus tua, quia nescis, quid magis oriatur, hoc aut illud; & si vtrumque simul, melius erit. Ad hanc autem rationem illud pertinet, Lucifer, qui manè oriebaris. Illud autem posterioris generis exemplum est. Manè floreat & transeat, vespere autem induret & arescat. In quibus verò orationibus manè absolutè vsurpatur, diligentiæ, sedulitatis, sollicitudinis interpretatio commodè adhibetur: vt, Domine manè exaudies vocem meam, manè astabo tibi & videbo, manè oratio mea præueniet te. Et quod à Sapientia dictum est: Ego diligentes me diligo; & qui manè vigilant ad me, inuenient me. Et in tribulatione sua mane consurgent ad me. Prosperi etiam status initium manè primùm lucenti adsimilari in sacro sermone solet: vt, Erumpet quasi manè lumen tuum. Sed quoniam breuissimè matutinum tempus transit, solet etiam breuem & inconstantem prosperitatem indicare. Sicut manè transit, pertransijt rex Israel. Vim præterea subitam & vndequaque diffusam, atque ob ipsum, quod vndequaque diffusa est, ineuitabilem atque insuperabilem manè in loco significat: vt, Propè est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis, quasi manè expansum super montes, populus multus & fortis. Ad hæc manè tenebris oppositum felicioris conditionis imaginem exprimit: Conuertentem in manè tenebras, & noctem in diem mutantem. Vesper, vesperum & vespera (namque omnibus generibus eadem res à Latinis ex Hebraico redditur) postrema diei pars est, & cuiuscunque diurni negotij finem significat: quidquid enim per diem agi, exerceri, aut obseruari debet, vespertini temporis terminum non excedit. Hinc illa frequens in ritibus & ceremoniis Vesperi adnotatio: vt, Et erit immundus vsque ad vesperum, & polluetur vsque ad vesperum. &, Suspensi fuerunt vsque ad vesperum. Diurnæ etiam operæ finem Vesperus imponit: vt, Redeunti ad vesperam Iacob. &, Collegit ergo in agro vsque ad vesperam. Illa verò rarior, sed exquisitior adnotatio est, quòd vespera vt diei terminum alteriusq́ue temporis initium & mutationem habet, sic laborum præsentium finem ægris animis allatura esse videtur: id quod aliquando vsu venire solet, non tamen perpetuò. Sic Iob lamentabatur: Si dormiero, dicam, quando consurgam? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras. Et in prædictionibus Moyses, Manè, inquit, dices, Quis mihi det vesperum? & vesperè, quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, & propter ea, quæ tuis videbis oculis. Ad hanc rationem illud pertinet, Ad vesperũ demorabitur fletus, & ad matutinũ lætitia. & illud, Exitus matutini & vesperæ delectabis. & Sapiens, A manè, inquit, vsque ad vesperam immutabitur tempus. Præterea vesperè & manè, quæ diem vnum conficiunt, integram operam & pensum diurnum sæpè indicant: vt, Commissum est prælium à manè vsque ad vesperum. &, Suadensq́ue eis de Iesu ex Lege Mosi & prophetis à manè vsque ad vesperam: & illud, Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Accidit autem non rarò, vt hæc eadem oratio angustos breuissimi temporis terminos adnotet: vt, De manè vsque ad vesperam succidẽtur. &, De manè vsque ad vesperam finies me. Illa verò simul coniuncta, vesperè, manè, & Meridies, assiduam curam, perpetuumq́ue studium atque indeficientem operam significat: vt, Vesperè & manè, & meridie clamabo. Porrò quarundam rerum natura fit; vt vesper commodissimum ad nocendum tempus esse videatur; id quod lupis & rapacibus feris vsu venit: sicut scriptum est. Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ. Catuli leonũ rugientes vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi. Hinc illæ orationes apud vates: Lupus ad vesperam vastauit eam: &, Iudices eius lupi vesperè non relinquebant in manè.

Mare 14. Iohan. 16. Apocal. 14. Iohan. 2. Iohan. 4. Ioan. 17. Luc. 22. Ioan. 5. Matth. 26. 2 Cor. 7. Philemon. Exod. 9. 1. Reg 9. Matth. 7. Ioan. 4. 1. Iohan. 2. Eccl. 11. Isai. 14 Psal. 79. Psal. 5. Prouer. 7. Ose. 6. Isai 57. Ose. 11. Ioel. 2. Amos. 5. Leuit. 11. Iosue 10. Gen. 30. Ruth. 2. Iob. 7. Deut. 27. Psalm. 29. Psal. 64. Eccles. 17. 1. Mach. 9. Actor. 27. Psal. 103. Iob. 4. Isai. 57. Psalm. 54. Psalm. 103. Ierem. 5. Sophon. 3.

TEMPESTATES.

VINDEMIA messis & æstas lætitiæ tempora, commoditatum opportunitatumq́ue bonarum symbola continent, S. S. E: Transijt messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus. Subitò aduerbium temporis repentini, improuisam rem significat, & ideò grauiorem: vt, Misi super ciuitates repentè terrorem. Diluculum manè negotium accuratum & maturatum indicat: vt, Iudicate manè iudicium, &c. Neque heri neque nudiustertius, rem omnino ante actam negat. Sic apud Ruth, Quòd reliqueris parentes & terram, in qua nata es: & veneris ad populum, quem nec heri neque nudiustertius noueras. Temporis mutationem optare, angustiam magnam, & miserrimum statum arguit, S. S. E. Manè dices, Quis mihi det vesperum? & vesperè, Quis mihi det manè, propter cordis tui formidinem.

Lætitia. Ierem. 9. Res grauis & molesta. Ierem. 25. Maturitas. Ierem. 21. Nunquam antea. Ruth. 2. Angustia. Afflictio. Deut. 28.

HIEMS.

HIEMS tempus durum & vitæ conditionem miseram & laboribus implicitam, allegoricè interpretamur: vt, Iam enim hiems transijt. Simplici significatione

Misera conditio. Cant. 2.

tione hiems tempus impeditum atque ad iter faciendum, & ad fugam maximè importunum habetur, S. S. E. Festina ante hiemem venire: &, Orate vt non fiat fuga vestra in hieme.

Tempus importunũ 2. Timoth. 4. Matth. 24.

DE TEMPORE.

CAP. XII.

PRIMAM mundi diem tempori initium fecisse legimus. Et fuit vesperè & fuit manè dies primus. Antè enim, quàm mundus fieret, nullum tempus fuerat; sed angusta quædam Dei comes æternitas, atque sibi constans, eademque permanentia: sicut scriptum est. Quis hæc operatus est & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus primus & nouissimus ego sum. &, Initio tu Domine terrã fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut operorium mutabis eos & mutabũtur; tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Est itaque tempus mundo congenita, & comes durationis ratio: quæ cùm perpetua & partibus omnibus æquabilis atque sui similis per se sit; magnas tamen rebus aliis multiplicesque varietates, opportunitates, atque importunitates adfert, sicut scriptum est: Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse consyderat, lapidem quoque caliginis & vmbram mortis. Diuidit torrens à populo peregrinante, eos, quos oblitus est pes egentis hominis, & inuios. Terra, de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est. Omnia autem, quæ mundi ambitu continentur, atque adeò cælum ipsum, quod cetera continet, temporis rationem sequi, atque vim mutatione experiri, legimus. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & mutabuntur; tu autem idem ipse es. Nulla itaque sui parte temporis vis Deum attingere potest, cùm tamen alias res nunc longitudine, nunc breuitate & semper varietate maxima vel iuuet, vel angat, vel premat, vel liberet, vel denique multis modis afficiat. Nam & tempus quoddã ad humanæ vitę breuitatem relatum, longum dicitur; vt mille anni. quoddam verò breue, vt dies vnus. aliud breuissimum & irrecuperabile hominibus, vt dies hesterna. aliud verò ferè nullius momenti atque æstimationis habetur, vt hora, nocturna custodia. quarum omnium rationum vel vsu & sensu, vel expectatione & metu, vel denique cogitatione euenit, vt homines vehementer moueantur & sollicitentur: vt, Nolite solliciti esse de crastino. &, Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. &, Complebuntur dies luctus tui &, Expectauit Noe vltrà septem diebus alios. &, Impleti sunt omnes dies eius nongentorũ & quinquaginta annorum, & mortuus est. Quàm verò libera, quàm ab his sollicitudinibus & angustiis aliena, diuina natura felicissima sit, cum multis aliâs, tum illo illustri carmine apertè indicatur. Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna, quæ præteriit, & custodia in nocte: Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. &, Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te, in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Breuissima igitur apud Deum, ea etiam longissima apud homines temporis ratio est: cùm tamen quæ lõgissima hominibus vita est, exiguo tempore eoq. multis incommoditatibus pleno subducatur: sicut scriptum est, Dies annorum nostrorũ in ipsis, septuaginta anni. si autem in robustis, octoginta; & amplius eorũ, labor & dolor. Affert autem, vt diximus, tempus varias & multiplices rebus mutationes & commoditates atq. incõmoditates, etiam, vt in ætatibus cum aliarũ rerum, tum animalium est manifestum, conceptum, natiuitatem, incrementum, decrementum, senectam & finem, exitum atque euentus alios. Ex qua ratione illa præceptoris nostri sententia est; Sufficit diei malitia sua: & illud etiam quod à Sapiente obseruatum, atque ad nostram eruditionem est adnotatum. Omnia tempus habent, & suis spaciis transeunt vniuersa sub cælo: Tempus nascendi & tempus moriendi, tempus plantandi & tempus euellendi, quod plantatum est. Tempus occidendi & tempus sanandi, tempus destruendi & tempus ædificandi, tempus flendi & tempus ridendi, tempus plangendi & tempus saltandi, tempus spargendi lapides & tempus colligendi, tempus amplexandi & tempus longè fieri ab amplexibus, tempus acquirendi & tempus perdendi, tempus custodiendi & tempus abijciendi, tempus scindendi & tempus consuendi, tempus tacendi & tempus loquendi, tempus dilectionis & tempus odij, tempus belli & tempus pacis. Quid amplius habet homo de labore suo? vidi afflictionem, quã dedit Deus filiis hominum vt distendantur in ea. Constat autem tempus præcipuè diebus & noctibus. dies verò & noctes horis, vt iam dictum fuerat, metiri solemus: atque horæ non partes, sed articuli potius temporis sunt. Ex his autem temporis rationibus omnis orationum explicatio petenda est: vt tempus dicere vel vocare, est opportunitatem ad aliquid exequendum statutam vrgere: vt, Vocauit aduersum me tempus, vt contereret electos meos. Et fructum suum dabit in tempore suo: &, Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. Et tempus faciendi Domine. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. Miluus in cælo cognouit tempus suum: turtur & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Et vidi te, & ecce tempus tuum. Illa verò manifesta per se sunt, ita vt expositionis nostræ diligentiã minimè desiderent, quæ longi aut breuis, vel magni aut exigui, vel totius, vel nullius temporis rationem indicant: vt Iacob filium suum multo tempore luxisse, & inter primum & secundum filiorum eius in Ægyptum iter, aliquantum temporis fluxisse scribitur. At verò obseruatione dignum videtur, quòd quæ breui & certo temporis articulo fiant, longiori spatio facta esse, idque non impropriè, pronuntiantur. Vt Ionæ KIKAION herba vna nocte nata esse, & vna nocte periisse dicitur, quæ tamen exiguo momento ascensu diluculi à vermè corrosa interierat. Porrò breuis temporis mẽtio vsum consuetudinemque breuem, atque ideo rem ignotam, contrà verò longioris temporis adnotatio, familiaritatem & consuetudinem diuturniorem significat, vt apud Ruth. Quòd reliqueris parentes tuos & terram, in qua nata es; & veneris ad populum, quem nesciebas ab heri & nudiustertius.

Genes. 1. Isaia. 41. Psal. 101. Iob. 28. Psal. 101. Matth. 6. Iob. 14. Isai. 60. Genes. 7. Genes. 9. Psal. 89. Isai. 54. Psal. 89. Matth. 6. Eccles. 3. Thren. 1. Psal. 1. Psal. 31. Psal. 101. Psal. 117. Proner. 25. Ierem. 7. Ezech. 6. Genes. 37. Genes. 40. Ionæ 4. Ruth. 2.

SECVLVM.

SECVLVM, & mundum significat propter eius instabilitatem, & fluxum perpetuum atque rerum mutationem omnium, quæ sub cælo sunt. Estq; verbum cælorum & diuinarum rerum æternitati, maiestati & dignitati oppositum, humanamque sapientiam & carnis arguit prudentiam, à diuini spiritus sapientia alienam. Atque hæc obseruatio magnam adfert lucem ad multa sacrorum librorum loca cognoscenda; vt, Filij huius seculi prudentiores sunt in generatione sua, quàm filij lucis. Et sollicitudo seculi istius, &c. suffocat verbum. Hinc seculare adiectiuum, & secularia in eadem significatione à Paulo vsurpantur. Seculum etiam, quanquam certum temporis spacium sit, nempe quinquaginta annorum & maius cẽtum annorum, S. S. E. Et erit illi seruus in seculum. tamen frequenter pro longissimo tempore vsurpatur. Et si duo secula vel plura coniungantur, perpetuitatem omnis humani ingenij mensura maiorem significant, proximeque æternitatem indicant; eamque aliquando indicant: vt ex variorum exemplorum sentẽtia & diligenti obseruatione constabit. vt, Sedes tua Deus in seculũ seculi: &, Beati, qui habitãt in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. &, Sit gloria Domini in secula. &, Sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula.

Mundus. Res humanæ & terrenæ. Luc. 16. Marc. 4. 1. Cor. 6. Longum tempus certum. Exod. 21. Longissimum tempus. Perpetuitas. Aeternitas. Psal. 44. Psal. 83. Psal. 103. Luc. 1.

merum dierum meorum quis est, vt sciam, quid desit mihi. Cæterùm aliud mensuræ & ponderis genus, quod certis legibus ad humanæ societatis & vitæ vsum traditum est, quanquam ad huius alterius imitationem fuerit institutum, non tamen huic disputationi est opportunum. Dabitur autem aliâs de illo differendi locus, quatenus certis nominibus & notis obseruari & cognosci id genus contigerit. Quæ verò ad sacri sermonis interpretationem attinent, mensuræ genere ipso magis, quàm certis quibusdam partibus & speciebus spectantur; vt quòd aliud magnum, aliud paruum, aliud exactè, aliud negligenter, aliud æquè, aliud iniquè mensuratum dicatur. In ijs enim generibus & generum accidentibus omnis arcanæ orationis obseruatio versatur. Ex hac igitur adnotatione mensura & pondus certam & exactam rerum naturam significat: vt apud Sapientem: Sed omnia in pondere, numero & mensura disposuisti. Sapient. 11 Iustitiam verò & æquitatem mensura & proportio indicat: In mensura contra mensuram, cùm abiecta fuerit, iudicabis eam: Isaia. 27. &, Virum vidit Ezechiel, & funiculus lineus in manu eius. Ezech. 40. & illud, Ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura. Certi quoque & decreti iudicij exercitatio mensuræ nomine indicatur. vt, Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Psal. 79. Varietas autem mensurarum iniquitatis & malè obseruatæ fidei signum esse solet: vt apud Micheam. Nunquid iustificabo stateram impiam, & saccelli pondera dolosa? in quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquuntur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Mich. 6. & quod Sapiens ait, Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumq; abominabile est apud Dominum. Prouer. 20. Certum autem pondus aliquando inducitur ad certam & exactam atque perpensam, non autem temerariam & inconsideratam iudicij indicandam rationem: vt, Et ecce talentum plumbi portabatur: &, Ecce mulier vna sedens in medio amphoræ: & dixit, Hæc est impietas. & proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius. Zach. 5.

DE NVMERO.

CAP. XIIII.

EADEM die, qua cælum, terra, lucis & tenebrarum vices, atque tempus & quantitas extiterunt, numeris initium factum legimus. Et factum est vesperè & manè dies vnus. atque ita Deus cùm primùm sese rebus productis manifestauit, simplicitatem suam indicasse visus est, eodem temporibus dato initio, atque mundo mundiq́ue rebus fuerat præstitum. Duo enim in vniuersum coæua sibi & consona sunt, mũdus & tempus, ab ijsdem principiis profecta, eundem porrò finem habitura. Mundo initium vnus Deus, tempori verò vna lux initium dedit: ab vno Deo deinde omnia & producta & conseruata sunt. Ex vna luce omnis temporis ratio deriuata est. Refert igitur lux Deum imagine quadam naturæ: sicut scriptum est, Deus lux est, & in eo tenebræ non sunt vllæ. Refert etiam & simplicitate sua. namque vna eademq́ue lux à mundi initio ad finem vsque perpetua est, præsentia absentiaq́ue diem à nocte distinguens. Vnus igitur Deus vnum mundum vna luce extare iussit, & factum est. Est igitur numerus lucis filius, alias ab aliis rebus, vt lux noctem à die, distinguens. Ex quo fit, vt solùm iis naturis, quæ mente vel ratione vtuntur, numerus percipi possit, cùm, quòd lucis filius est, qua brutorum animæ carent; tum quòd lucis officium præstat, hoc est, res à rebus distinguit. Neque verò homini numerandi facultas antè constat, quàm ratione vti incipiat: sicut scriptum est. Et reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur, & puer scribet eos. Isai. 10. Atque vt numerus lucis filius, sic & veritatis index est: primùm enim ad inuestigandam, probandam & conseruandam rerum ac temporum rationẽ numerus valet; ex quo fit, vt perpetuò à sacris auctoribus vsurpetur:

DE MENSVRA.

CAP. XIII.

EX lucis ac tenebrarum distinctione tempus, ex tempore mensuram, ex mensura verò numerorum rationem ortam fuisse legimus. Et fuit vesperè & fuit mane dies primus. Est autem mensura singularum rerum magnitudo & quantitas certis atque continentibus terminis notabilis. Mensuræ definitio. Id enim oratio illa significat: Et fuit mane & fuit vesperè dies vnus. His duobus limitibus vesperè & mane certis & constitutis, prima rerum omniũ diei mensuratio adnotata est, dies vnus; mox verò mensuratio proportionem peperisse scribitur. Namque inter ea, quæ vesperè & manè continentur, hoc est, inter lucem & tenebras, proportio spectatur insignis, altera parte interdum crescente, altera eadem proportione decrescente; vtpote cùm vtraque simul certis terminis & perpetuis cohibeatur; alterutra verò alteram varijs, sed notabilibus & certa ratione deductis mométis, nonnunquam vincat, aut sese vincere sinat. Iisdem namque spatiis nunc tenebræ lucem, nunc lux tenebras certis anni cursibus superat. Quanquam verò id nunc in diebus & noctibus Sol & Luna exactè efficiant: sicut scriptum est, Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa & tempora, dies & annos: tamen ex lucis ac tenebrarum, ex vesperæ & manè ratione proportio ipsa verè extiterat. Non enim vesper & manè esse poterant, nisi lucis & tenebrarum incremento ac decremento: atque hoc ipsum sine proportione non est. Igitur mensura vna ex mundi ac rerum partibus ac ornamentis est, eaq́ue nõ solùm hominibus, & iis, quæ ratione aut mente vtuntur, naturis; sed brutis quoque animantibus notabilis. Rerum namque magnitudines, & temporum locorumq́ue spatia, aliæ etiam præter hominem animantes obseruant & cognoscunt, ac sese actionesq́ue suas ad eiusmodi obseruationem & notitiam diuidunt atque componunt: sicut scriptum est. Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ. Psal. 103. Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi: ortus est Sol, & congregabuntur; & in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Quàm magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti. Mensuræ autem rationem pondus quoque consequitur. Etenim vt mensura magnitudinis, sic pondus grauitatis rationem & proportionem obtinet. Ex quo fit, vt iisdem ferè verbis de vtraque re orationes fiant: vt, Pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus. Matth. 20. Est autem quædam secundùm naturam mensurarum ac ponderum ratio: quædam verò ex hominum & legum institutione præscripta. Alterum genus modum omnibus rebus certum adhibet, quanquam hominibus aliquando ignotum, auctori tamen ipsi & exploratum & perspectum: sicut scriptum est. Quis mensus est pugillo aquas, & cælũ palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera? quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Neque verò in his maximis rebus tãtùm naturæ certa mensura & pondus, quanta esse oportuerit, cognosci & cogitari ab hominibus posse, sed neque arborum, animalium atque adeò sui ipsorum statura & mensura, quemnam ad modum peruentura sit, antequam tandem ad iustam ætatem perueniat, adnotari, neque cuiusque vitę certus terminus à quoquam sibi ipsi statui & præfiniri posse dicitur: sicut scriptum est. Quis vestrum cogitans poterit ad staturam suam vnum cubitum addere? Matth. 6. Et illud. Luc. 12. Stulte hac nocte repetent animam tuam à te. Quanquã enim breues sint hominis dies; numerum tamen mensium eius apud Deum esse Iob confirmat. Iob. 14. idq́ue sibi vt arcanam rationem à diuina sapientia indicari, vates postulabat. Psal. 37. Notum fac mihi Domine finem meum, & nu

Genes. 2. vsurpetur: vt, Hic liber generationis Adam in die qua creauit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum. Masculum & feminam creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam in die quo creati
Genes. 5. sunt. Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit filium ad imaginem & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth. Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octingenti anni: & genuit filios & filias: & fuit omne tempus, quod vixit Adam, anni nongenti triginta, &c. Ex quo apparet temporum & numerorum rationem ad hominem propriè pertinere: cuius tam exacta ratio iam inde à principio in sacris libris habetur, eademque perpetuò deinde obseruatur. In miraculis quoque describendis & examinandis diligens numerorum notatio est, quòd ad veritatem statuendam conferre plurimùm cognoscatur. Quanquàm verò numerus sine vnitate constare non potest; vnitas tamen ipsa simplex cùm sit & indiuidua, numerus nõ est. sicut & res omnes, quæ sine Deo aut constare aut esse nequeunt, tamen Deus non sunt: est quidem in rebus
Psal. 103. omnibus Deus: sicut scriptum est. Emitte spiritum tuũ
Sapient. 1. & creabũtur, & renouabis faciem terræ. &, Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc, quod continet omnia. tamen res ipsæ Deus non sunt. Sic vnitas in numeris est, numerus tamen vnitas propriè non est, nec vnitas numerus. Est autem propriè humanæ rationis numerare. Namque Deus, & quæ mente valent naturæ, numeris nec vtuntur, nec indigent, quippe quibus omnis rerum summa simul comprehensa apertè constet:
2. Petr. 3. sicut scriptum est. Vnum verò hoc non lateat vos charissimi, quòd vnus dies apud Dominum, sicut mille anni: & anni mille, sicut dies vnus. vbi non solùm nullum tempus, sed nullum etiam numerandi vsum Deo esse Apostolus confirmat. Hæc enim omnis ratio hominibus tantùm ad cognitionem, & vsum opportuna est. Quam ob rem, quæcunque numerari ab hominibus nequeunt, humani ingenij captum superare dicuntur, eademque diuinæ sapientiæ vt proprium opus tribui so-
Genes. 13. lent: sicut scriptum est, Si quis potest hominum nume-
Psal. 146. rare puluerem terræ: & alibi de Deo, Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Itaque æternarum & innumerabilium rerum ratio Deo vt notissima asseritur. Ex numerorum quoque rationibus & comparationibus agendarum rerum facultas æstimari aliquando solet, maximè in his, quæ ad humanam po
3. Reg. 20. tentiam spectant: vt, Instaura numerum militum, qui
2. Paral. 17. ceciderunt de tuis. &, Constituit militum numeros. Atque hactenus de numeri natura & vsu breuiter diximus. Nunc deinceps de sermonis interpretatione non nihil dicemus. ILLVD primùm ex numeri natura est, vt terminis contineatur, atque ideo infinitũ non sit. Ex quo fit, vt quæ numerari possunt, cum infinitudine collata, pauca esse arguantur. quantoque facilius ea numerentur, tantò pauciora & breuioribus terminis cohibita sunt; vnde numerus paucitatem, contra verò quæ numerari non possunt, maximam copiam significant. Alterius exemplum est. Illic reptilia, quorum non est
Psal. 103. numerus. &, Multiplicati sunt super numerũ, qui ode-
Psal. 39. Iob. 9. runt me gratis. Et qui facit magna & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus. Secundi
Psal. 104. verò exemplum est. Cùm essent numero breui, paucis-
Deut. 26. simi & incolæ eius. Vtriusque autem. Syrus persequebatur patrem meum qui descendit in Ægyptum, & ibi peregrinatus est in paucissimo numero: creuitque in gentem magnam ac robustam infinitæ multitudinis.
Deut. 27. &, Remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra cæli præ multitudine.

Numerus etiam distinctionis & notæ significationem habet, ac veluti ordinem & classem rebus aut per-
Esther 4. sonis cognoscendis indicat: vt, Erat autem de eo numero captiuorum, quos transtulerat rex Babylonis Nabu-
Iohan. 6. chodonosor, cum Iechonia rege Iuda. Comparationes etiam ex numeris persæpè cõstruuntur: vt, Discubuerũt ergo viri numero quasi quinque millia. Ex huius numeri comparatione cum quinque panibus miraculi magnitudo ostenditur. Atque hæc de numero in genere ad sermonis rationem indicandam, dixisse sat fuerit. Nunc verò quosdam celebres numeros perstringemus, quorum frequens in sacro sermone vsurpatio est. Significatione autem indicanda contenti, rationem ipsam in aliud tempus exponendã differemus. VNVM quanquam numerus non sit; tamen significationem habet arcanam singularis & præstantissimæ naturę cuiuspiam. quam ob rem & Deum ipsum vnicum, omniumque excellentissimum arcanè significat. Sic apud Ezechielem: Et facta est aquila vna grãdis, magnis alis, multisq.
Ezech. 17. plumis. Et ecce quasi statua vna grandis. &, Vna sapien-
Daniel. 2. tior ceteris vxoribus eius. Reconditiori etiam mysterio
Iudic. 6. corpus Christi mysticum, cuius caput Christus est, Christi autem caput Deus, vnius appellatione significatur:
Isai. 51 Vnum vocaui eum, & benedixi ei. Significat etiam concordiam, & commune studium multorum: vt, Hume-
Sopho. 3. ro vno seruient ei. Vnus etiam propter simplicitatem,
Iudic. 9. rem facilem & leuiter tolerandam indicat: vt, Nónne melius est, vt dominetur vobis vnus vir? &, Petitionem
1. Reg. 26. vnam precor à te. &, Vt quærat pulicem vnum. Rari-
1. Sam. 22. tatem quoque: vt, Euadens vnus de filiis Achimelech,
3. Reg. 2. &c. & qui vnum negat, omnia tollit: vt, Non est qui
Psalm. 15. faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Ternarius numerus præter sublime Trinitatis mysterium, quod sæpè indicat, rebus etiam consultò, diligenter, & perseueranter agendis adhibetur. Sic enim Elias
3. Reg. 17. puero à se diuina virtute suscitando ter incubans orabat, fidem suam illa repetitione testatus. Seraphim ter
Isai. 7. clamãtes, Sanctus, sanctus, sanctus, trinitatem indicant, & perfectionem summam, quæ tribus gradibus positiuo, comparatiuo, superlatiuo constat. Atque ex hac ratione in Salomonis parabolis ternarius numerus ad comparationes persæpè vsurpatur. Tribus autem diebus
1. Esdr. 7. Esdras ex Babylone reuersus cũ comitatu Ierosolymis quiescit, antequam opus aggrediatur. Tribus etiam
Nehem. 2. Nehemias & Petrus, visione sibi ter ostensa, rem certam
Actor. 10. esse cognouit & docuit. Hoc autem factum est per ter.

Septenarius, numeri propriè finis est, & repetitione sui numerum auget. Omnes enim mundi dies septenariis absoluuntur; quam ob rem pro pleno & absoluto numero, hoc est pro pluribus vsurpatur. atque ita no-
1. Sam. 2. ster Interpres locum illum vertit, Donec sterilis peperit
Ierem. 15. plurimos. quod Hebraicè septem legimus. Et apud Ieremiam, Infirmata est, quæ peperit septem. & Psaltes.
Psal. 119. Septies in die laudem dixi tibi. &, Sapiens est piger in
Prouer. 26. oculis suis, plusquam septem respondentes rationem. Est autem nomen Hebraicum שבע Sebagh, quod saturitatem sufficientiamque significat. Septenarius numerus Deo vero sacer à mundi principio eiusdem nomine & virtute edendis miraculis adhibetur; & quia certissimus est, rem non casu, sed consultò euenire confirmat. Atque hæc ratio est, quam ob rem Elias puerum suum ad obseruandam pluuiam septies mittat. Eliseus etiam
3. Reg. 17. Naaman Syrum septies in Iordane lauari iubeat. Est
4. Reg. 5. autem vt in simplici numero, sic etiam in multiplici se-
2. Paral. 27. ptenarius adnotatus. Namque septem vitulos, arietes septem, bidentes septem, hædos caprarum septem, sacrificasse Ezechias dicitur. Ecclesia autem Ezechię tempore post templi expiationem septuaginta boues mactauit. Asa verò septingentos boues, & pecudum septem
2. Paral. 15. millia vno festo aliquando immolauit. Ex quo illud fit; vt septies, numerus magnus; septuagesies septies, numerus sit maximus, & quem numerare non oporteat: vt,
Matth. 17. Non dico tibi septies, sed septuagesies septies. In exemplis autem & negotiis narrandis ad septenarium vsque numerum progressio est: in ipso verò quiescit narratio. vt, Primus vxore ducta defunctus est, & non habens
Matth. 22. semen reliquit vxorem suam fratri suo similiter secundus & tertius vsque ad septimum. Septem octo nume-
Eccl. 11. rum non incertum & indefinitum significat: vt, Da

partes

partes septem, necnon & octo, quia ignoras, quid futurum sit mali super terram.

Decimus numerus, minium aliquid, & ad fastidium vsque abundans aliquando notare solet: vt, En decies
Lib. 19. confunditis me, & non erubescitis opprimentes me.

Duodenarius, vel verbis vel rebus adnotatus, filios Iacob significat singulari prouidentiæ diuinæ beneficio editos, ornatos & amplificatos. Huius adnotationis ex-
3.Reg 17. emplum est. Et tulit duodecim lapides iuxta numerum filiorum Iacob; ad quem dictum erat, Israel erit nomen tuum.

Centum, numerum plenum & integrum, vtpote ex decem denariis constantem, atque ad rationum cognitionem satis commodum, significat. Ex hac autem adnotatione fructus centesimus agro perceptus, & pastoris peculium centum oues continens indicata sunt. Atque centesimi ad mille vsque repetitio amplificationem habet obseruandam: vt de Ezechia, qui centum
2.Paral.17. arietes & ducentos agnos mactasse refertur. Iam verò millesimus magnitudinem ac terminum conspicuum habet. Neque tamen supremus apud Hebræos numerus est, sed is decies repetitus supremum gradum in numerorum nominibus obtinet, diciturque Ribabah. vt,
Psal.91. Cadent à latere tuo mille; Ribabah à dexteris tuis. Neq. vlterius in numeris nomẽ aliud est. Atque numerorum termini illi obseruantur, tria, septem, decem, triginta, septuaginta, centum, mille Ribabah, tria Ribaboth, decem Ribaboth, centum Ribaboth, mille Ribaboth, qui summus numerandi finis est: sicut scriptum est,
Daniel.7. Millia millium ministrabant ei. Atque hoc, quem modò notauimus, termino, nullus vlterior in sacris libris obseruatus est. Sed quæ hanc rationẽ sequuntur omnia, rei alicuius hominibus innumeratæ appellato nomine dicuntur. huius generis, cæli stellæ, maris arenæ, vel flu-
Ierem.15. ctus potius, humani capitis capilli. vt, Multiplicatę sunt viduæ eius super arenam maris: & sicut numerari stellæ cæli non possunt, & metiri arena maris. & propterea
Ezech.26. hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit
Ose. 1. mare fluctuans. Et erit numerus filiorum Israel, quasi arena maris, quæ sine mensura est, & non numerabitur.
Psalm.69. Et multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Illud præterea ad multorum locorum explicationem adnotari commodum fuerit, numerum maiorem & integrum vnius rei singularis detractione non corrumpi, neque sententiæ veritatem ea causa labefactari. proximum enim est integro & absoluto id, quod minima parte tantùm abest: cuius obseruationis
Actor.7. illud exemplũ est; Et Iacob genuit duodecim patriarchas, & patriarchæ æmulantes Ioseph vendiderunt in
2.cor.11. Ægypto. Ex hoc genere illud apud D. Paulum est, A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi.

TERMINVS.

CAP. XV.

EX diuisione & separatione rerum terminus quoq.
Definitio Termini. est consecutus. Est autem Terminus vniuscuiusque rei siue loci certus finis: sicut scriptum est: Dixitq. Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas
Gen. 1. ab aquis. & fecit Deus firmamentum, diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Ex quo duplex mundi terminus constitutus est, inferior & superior, atque etiam medium est factum firmamentum, & locus præterea certus certisq. distinctus partibus extitit simul. Ad hæc rerum inter se distantiæ & propinquitates, quæ omnia ad cognitionem & ad orationem plurimum adiumenti afferunt, si rectè percipiantur. Ex hac enim ratione rerum cohærentiæ, dissidentiæ, proportiones & circunstantiæ oriuntur.

In sermonis ratione terminus certam & finitam iu-
Isai. 12. risdictionẽ significat. vt, Abstuli terminos populorum, & principes eorum deprædatus sum. Aliquando etiam terminus non ad eandem rem, cuius terminus est: sed ad aliam certò indicandam adnotatur. vt, Sunt quidam
Luc. 9. de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo. Neque enim hæc sententia ob id est confirmata; vt, postquam Filius hominis visus esset in regno venire, illi statim mortem gustarent: sed id significatur, non euenturum, vt illi gustarent mortem, antequam id, quod promittebatur, esset confectum. Item ex illo, Non cognouit illam,
Matth.16. donec peperit: non sequitur illam post partum fuisse cognitam, sed illam peperisse antequam ille eam cognosceret; atque ideò nullo pacto quod ex ea natũ esset, ab illo genitum fuisse dici posse, sed à Deo. neque ideò arguitur, eam postea fuisse cognitam. sicut etiam ex illo: Et Michol filia Saulis non peperit vsque ad diem
2.Reg.6. mortis suæ. argui non potest, Michol post diem mortis suæ peperisse.

DE LOCO.

CAP. XVI.

LOCVM prætereà diuisio ac separatio cum termino constituunt: sicut scriptum est, Dixitque Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab
Gen. 1. aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab iis, quæ erant super firmamentum. & fuit ita. Est autem huius orationis, Factum est ita, magna & illustris in Hebraica lingua approbationis significatio. Indicat namque vates, illam diuisionem ac rerum constitutionem rectè & sapienter factam fuisse, eamque vnam ex iis rebus esse, quæ luci & diei attribuantur, vtpote ratione & consilio magno constantem, atque ob eam causam diei vnius tempus lucem & commoditatem sibi vendicantem. Et factum est, inquit, vesperè & manè dies secundus. Ex ea autẽ re consequitur ad rerũ rationes tum cõponendas & confirmandas, tum cognoscendas ac differendas magnam esse locorum notationis commoditatem: multa enim quibusdam locis fiunt, quæ in aliis vel non omnino fieri, vel non commodè fieri possunt. Ex quo euenit, vt gestarum quoque rerum veritatem inuestigandam & inueniendam, locorum quoque non minus, quàm temporum, rationes expẽdantur. Atque ita videmus Eliam non sine certo consilio vltra Iordanem pergere iussum, inde è conspectu hominum igneo curru eripiendum. Christum nunc in campestribus locis, nunc in templo, & in porticu de diuinis rebus differentem, populos docuisse, idque ab eo iudicibus de doctrina inquirentibus fuisse responsum. Ex locorum prætereà ratione, magnam rebus aut actionibus vel honestatem & dignitatem, vel contrà infamiam & notam accedere solere, multis testimoniis est obseruatum. Sic enim Christus munus ab altari, non altare à munere sanctificari, ait. sic Zacharia inter templum & altare occiso, grauius ex loci sanctitudine facinus commissum fuisse confirmat. Sic Cathedrę Mosis auctoritatem populo commendat, sanctamque esse vult. neque eam ministrorum malitia eleuari aut imminui sinit. His accedit, quòd multæ res esse soleant, quarum vel ratio vel vsus ex loci tantùm vel descriptione vel annotatione cognoscatur: vt BHMA & prætorium, Iudicum consessum; Golgotha, supplicij locum indicant. Atque adeò tantum in huiusmodi annotationibus momenti ad cognoscendum est, vt vel ex sola locorum differentia, partes, studia, consilia & ordines tum rerum, tum personarum cognoscãtur. Etenim D. Paulus Christianæ Ecclesiæ societatem & sacrum collegium à prophanis Gentium cœtibus sola locorum intus & extrà distinctione indicauit. Quid enim mihi
2.Cor.5. de iis, qui foris sunt, iudicare? nonne de iis, qui intus sunt, vos iudicatis? Multum igitur ad iudicium, atque adeò ad omnem cognitionis partem locorum explorata ratio lucis affert. Cùm primis autem locorum discrimina cognosci operæ pretium fuerit, & quatenus vnaquæque res ad loci definitionem, quatenus rursum ad propriam

priam naturam ſpectet, peruidere. Namque loca vel in rebus, vel circa res, vel ſaltem non ſine rebus ipſis eſſe ſolent. Prima igitur locorum partitio in rerum naturam certam & in ſolam loci definitionem ſit. Loca enim, quę naturam certam indicant, præter loci rationem, aliud quippiam naturæ ipſi proprium, & ad eam ſententiam, de qua ſermo eſt, accommodatum connotare ſolent. Prioris generis ſunt; mundus, cælum, terra, aër, aqua, nebulæ, nubes, ignis, mare, littus, inſula, fluuius, ager, fons, puteus, ciſterna, lacus, fouea, ſpelunca, deſertum, mons, collis, planum, decliue, vallis, area, via, ſemita, petra, vrbs, platea, domus, & pleraque alia. Poſterioris verò ſunt, locus altus, excelſus, humilis, profundus, latus, anguſtus, primus, medius, extremus: & qui inter hos eſſe poſſunt plures ordine, vt primus, ſecundus. atque horum differentiæ, vt intra, ſupra, vltra, citra, circum, ante, retro. & quæ relationem inter ſe habent, vt dextrorſum, ſiniſtrorſum, anterior, poſterior, vlterior, citerior, inferior & ſuperior. quæque locis accidere poſſunt, vt frequentia, infrequentia, occultatio, apertio, concluſio. Eſt & alia quoq. locorum diuiſio ex rerum aut perſonarum proprietate vel vſu petita. Alia namque loca publica, priuata alia ſunt. Publicorum exempla ſunt: Mundus, cælum, terra, aër, ignis, infernus, aqua, nebulæ, nubes, mare, littus, inſula, fluuius, fons, puteus, ciſterna, fouea, ſpelunca, lacus, deſertum, ager, mons, collis, campus, decliue, vallis, area, via, ſemita, ſtrata, petra, vrbs, oppidum, vicus, platea, prætorium, forum, piſcina, templum, ſynagoga, murus, ſuburbanum. Priuatorum verò: Tentorium, domus, conclaue, cubiculum, lectus, harea, turris, ſolarium, tectum, pinnaculum. quæ partes domus, atque harum etiam partium certæ partes: vt, porta, oſtium, feneſtra, limen, murus, maceries, ſepes, horti quoque, piſcinæ, vineæ, villæ, prædia, naues: cathedra atque adeò menſa ad locorum rationem pertinent. Accidit autem non rarò, vt idem locus & publicus & priuatus ſit: vt vrbs, ager, domus & villa, atque huiuſmodi non pauca. Ex priuatis autem quædam incerta ſua natura ſunt, atque indicatione egent aliqua, vt cognoſcantur: ſicut vrbs, domus, cubiculum, angulus, faſtigium, pinnaculum, lectus, ſub arbore, ſub ficu, ſub vite. Quædam verò & priuata & certa ſunt: vt, Ciuitas Dauid, Sion, Melo, Moriah, Bethel, Carmel, Baſan, Gilghad, Libanus; & multa alia propriis nominibus ijſdemque ſimplicibus appellata. Atqui ſermonis, qui locorum indicationibus adnotatur, varia ex locorũ vel ſitu, vel deſcriptione, vel definitione, vel relatione, vel denique natura, obſeruatio & explicatio eſt. Imprimis enim locorum differentiæ huiuſmodi ſunt, antè & retrò, ſuperiùs & inferiùs, &c. quorum altera pars alteram ex oppoſita notatione exponit: vt Ante, proſperitatem, profectum & promotionem bonis vel rebus, vel ſtudiis; contrà verò Retro, infelicitatem, degenerationem & decrementum ſignificat. Et non audierunt, neque inclinauerunt aurẽ ſuam, ſed abierunt in voluntatibus & in prauitatibus cordis ſui mali, factique ſunt retrorſum & non antè. Et illud, Iam enim quædam conuerſæ ſunt retro. Item, Redire retro, inconſtantiam, fugam & debilitationem interpretamur. In conuertendo inimicum meum retrorſum, infirmabuntur & peribunt à facie tua. Huic proximum eſt reuerti, quod diſcedentium, & valedicẽtium motum indicat: vt, Reuerſa abijt in terram ſuam cum ſeruis ſuis. Longè ſtare, humilitatis modeſtiæque ſignum aliquando eſſe Chriſtus indicauit: vt, Publicanus à longè ſtans, nolebat nec oculos ad cælum eleuare. Aliquando etiam, Longè, obliuionem & deſpectionẽ ſignificat: vt, Quid Domine diſceſſiſti longè, deſpicis in tribulationibus? Illud autẽ oppoſitã huic ſignificationẽ habet. Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum: &, Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius. EXTRA autem eſſe dicuntur, qui à regni cæleſtis communione ſunt alieni: vt, Et calcatus eſt lacus extra ciuitatem. Inde tenebræ exteriores dictæ. Eſt enim extra, ſeparationis atque excommunicationis index pars; atque ita, extra ſynagogam fieri, eſt ſynagogæ ſocietate & iure abdicari. Intra verò, proximam atque præſentem omnino rem ſignificat: vt, Regnum Dei intra vos eſt. Præterea communicationem vel ciuitatis vel ſocietatis, & negotiorum: vt, Peregrinus, qui eſt intra portas tuas. SVPERIOR locus, maieſtatem, auctoritatem, efficacitatemque indicat: vt, Vidi Dominũ ſtantem ſuper altare. LATVS locus ſiue latitudo, captiuitatis & migrationis atque diſperſionis eſt ſignum. Quoniam ſicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael: nunc paſcet eos Dominus quaſi agnam in latitudine. Quanquam verò hæc omnia relationis notam ſequantur; tamen eadem relatio ſine locorum definitione explicari non poteſt. Locorum præterea communia alia accidentia ſunt, quæ propriis adnotationibus explicantur: vt locus non frequentatus, vaſtitatem & deſolationem oſtendit. ſic apud Iſaiam. Pro eo quòd fuiſti derelicta & odio habita, & non erat, qui pertranſiret. &, Viæ Sion lugent, eo quòd non ſit, qui veniat ad ſollennitatem. Locus anguſtus, quo quis concluditur, preſſuræ & conſilij inopiæ notam habet. Effunde frameam, & conclude aduerſus eos, qui tribulant me. Contrà verò ſpacioſum occupare locum, calamitatem & difficultatem euaſiſſe eſt. Nec concluſiſti me in manibus inimici: ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos. Aliquando locus amplior & latior gentium conuentum frequentiſſimum ſignificat: vt, Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ. ſic etiã Habacuk copioſum exercitum deſcribens, dixit Ambulantem in latitudine terræ. Porrò abditus obſcurusque locus, liberiorem commoditatem ad aliquid vel non probatum vel mæſtum & triſte agendũ afferre ſolet: vt, Ego in occulto locutus ſum nihil: &, Sedet in inſidiis in occultis, vt interficiat innocentem. &, Quòd ſi hoc non audieritis, in abſcondito plorabit anima mea à facie ſuperbiæ. Excelſus autem locus, tutum & periculorum contemnentem eum, qui inhabitet, indicat: vt, Qui ambulat in iuſtitiis, & loquitur veritatem: qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere; qui obturat aures ſuas & claudit oculos ſuos ne videat malum. Iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius. Significat etiam præter tutam habitationem, potentiã & maieſtatem, atque eximiam quãdam & manifeſtam αὐτάρκειαν: qua qui prẹditus eſt, nullius indiget rei: vt, Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo & in terra? Nunc verò quarundam rerum ſitus perluſtrabimus, quatenus ad locorum rationem pertinere cognouerimus. Namque eorum vel propriam naturam, vel aliâs quampiam definitionem etiam in hoc opere indicaturi ſumus. MVNDVS arcana loci ſignificatione quoddam quaſi theatrum eſt humanarum actionum, tum malis, tum bonis hominibus refertum; in quo vnuſquiſque ſuam perſonam agit; frequentioribus tamen mali & improbi, quàm boni argumenti ſpectaculis celebris. Huic theatro non iure aut natura, ſed tyrannide, & fraude Lucifer præeſt: qui princeps huius mundi dictus, quantùm poteſt, conatur, ne qua bonis & piis perſonam ſuam agendi facultas & copia ſit: aut ſi minus id efficere poſſit, hoc ſaltem ſtudet, vt rarior bonarum perſonarum numerus in ſcenam prodeat, iſq. ſtrepitu & negotio facto impediatur, vel ſibilis & irriſionibus explodatur, vel grauibus periculis & incommodis afficiatur. Atque ita mundus, hoc nomine ad hominum mores relatus, improborum magis, quàm bonorum generum locus eſt. Cuius rectores tenebrarum harum dicuntur rectores. Sic diuus Iohannes definit: Omne, quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ: &, Mundus totus in maligno eſt conſtitutus. Quàm verò leues huiuſmodi fabulæ, quàm inconſtans & verſatile theatrum hoc ſit, in quo boni vt peregrini, improbi verò, vt theatri poſſeſſores & domini ſeſe efferunt, idem

Ieremi. 7. 1.Tim. 5. Pſalm. 9. 2.Paral. 9. Luc. 17. Pſal. 10. Pſal. 144. Pſal. 74. Apocal. 14. Matth. 7. Ioan. 9. Luc. 17. Deut. 5. Amos. 9. Oſe. 4. Iſai. 60. Thren. 1. Pſalm. 34. Pſal. 31. Apocal. 20. Habac. 1. Iohan. 18. Pſalm. 10. Ierem. 13. Iſai. 33. Pſalm. 112. Ephef. 6. 1.Iohan. 2. 1.Iohan. 5.

Apoſtolus

Apostolus cum aliis persæpè declarant. &, Mundus
1. Iohan. 3. transit, & cõcupiscentia eius. Nolite diligere mundum,
neque ea, quæ in mundo sunt. & alibi: Charissimi, pro-
pter hoc mundus non nouit vos, quia non nouit Deum;
1. Iohan 4. &, Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si
ex Deo sunt: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt
in mundum, & hic est Antichristus, de quo audistis,
quoniam venit, & nunc iam in mundo est: & ipsi de
mundo sunt, ideò de mundo loquuntur, ideò mundus
eos audit. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quo-
niam filium suum vnigenitum misit Deus in mũdum,
Iohan. 1. vt viuamus per eum. Et illuminat omnem hominem
Luc. 12. venientem in hunc mundum. Et illud: Ostendit ei om-
nia regna mundi, & gloriam eorum. Et vos nolite quæ-
rere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sub-
lime tolli: hæc omnia agentes mundi quærunt. &, Ma-
Iohan. 7. nifesta te ipsum mundo. &, Tempus meum nõdum ad-
Ibidem. uenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Nõ
potest mundus odisse vos, me autem odit; quia ego te-
stimonium perhibeo de illo, quòd opera eius mala sunt.
Et vos deorsum estis, ego de supernis sum: vos de mun-
Iohan. 7. do hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Ego quæ au-
diui ab eo, hæc loquor in mundo. & quamdiu sum in
Iohan. 9. mundo, lux sum mundi Et in iudicium ego in hunc
mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vi-
Iohan. 12. dent cæci fiant. Qui odit animam suam in mundo,
Iohan. 13. in vitam æternam custodit eam. &, Cùm dilexisset
suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Compluru
alia exempla in sacris libris legũtur, quæ huius thea-
tri definitione & personarum differentia explicari pos-
Iacob. 2. sunt. Ex quibus illud: Nónne Deus elegit pauperes in
hoc mundo, diuites in fide & hæredes regni? & Petrus
2. Pet. 1. inquit, Fugientes eius, quæ in mundo est, concupiscen-
tiæ corruptionem. Et misit Deus diluuium mundo im-
piorum. &, Si enim refugientes inquinationes mundi
2. Petr. 2. in cognitione Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi,
2. Cor. 1. his rursus implicati superantur. & Paulus, Gloria, inquit,
nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in
simplicitate & sinceritate Dei, & nõ in sapiẽtia carnali,
sed in gratia Dei cõuersati sumus in hoc mundo; abun-
1. Cor. 4. dantius autem ad vos. &, Spectaculum facti sumus
1. Cor. 5. mundo. Et scripsi vobis in epistola: Ne commisceamini
fornicariis, non vtique fornicariis huius mundi, alioqui
debueratis de hoc mundo exijsse. Huc ea quoque pertinent, quæ Apostoli de mundi sapientia atque stultitia disserunt, & de elementis mundi etiam. satis abundeque exemplorum in hanc sententiam produximus. OBSERVAVIMVS etiam sæpissimè mundum ex metonymia homines, hoc est, ipsos theatri atque fabularum huiusmodi non boni argumenti actores significare: vt, Mundus eum non cognouit. &, Væ
Iohan. 1. Luc 7. mundo à scandalis. &, Ecce qui tollit peccata mundi:
Iohan. 1. &, Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum
Iohan. 3. daret. &, Non misit filium suum Deus in mundum,
Rom 3. vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per
Rom. 11. ipsum. &, Quomodo Deus iudicabit hunc mundum?
Et amissio eorum reconciliatio est mundi. &, Neque
Iohan. 21. ipsum arbitror mundum capere eos, qui scribendi sunt,
libros. Est vbi mundus diuitias, opes, potentiam & glo-
Matth. 16. riam humanam significet: vt, Quid prodest homini, si
vniuersum mundum lucretur? EST etiam vbi mundi nomen habitabilem terræ orbem interpretemur: vt,
Marc. 16. Ite in vniuersum mundum, & prædicate euangelium.
Matth. 26. &, Vbicunque prædicabitur euangelium hoc in toto
1. Cor. 14. mundo, dicetur & quòd hæc fecit. &, Tam multa vtputa genera linguarum sunt in mundo.

MVNDI partes certam quoque significandi rationem significant, tum ex loco & situ, tum ex accidẽti aliquo. Situs partes, quæ cardines vel venti dicuntur, quatuor sunt; Oriens, Occidens, Meridies & Septentrio: sicut scriptum est. Noli timere, quia ego tecum sum:
Isaia. 43. ab Oriente adducam semen tuum; & ab Occidente congregabo te: dicam Aquiloni, Da; & Austro, Noli prohibere. Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. Aliis etiam verbis mundi partes indicantur. Nam Orientem Longè Isaias appellauit: Ecce Isai. 49.
hi de longè venient. Dextrum præterea & læuum idem pro Meridie & Septentrione dixit. Ad dexteram enim Isai. 54.
& ad læuam penetrabis, & semen tuum gentes hæreditabit. Amos etiam Mari duplici & Septentrione atque Amos. 7.
Ortu mundum conclusit. Tota autem orbis habitatio ab ortu Solis vsque ad occasum significatur. sicut scriptum est. Ecce ego saluabo populum meum de terra Zach. 7.
Orientis, & de terra occasus Solis. &, Ab ortu Solis vsq. Malach. 1.
ad occasum, magnum nomen meum in gentibus. Præterea desertis montibus Septentrionalis plaga terminatur. Quia nec ab Oriente neque ab Occidente, neque Psal. 75.
à desertis montibus. Porrò antè, retrò, dextrorsum, & sinistrorsum quatuor mundi partes apud Iob dicuntur. Iob. 23.
Est & harum partium significatio alia, quæ ad rerum felicitatem & euentum refertur. Meridies enim, vt clarior & illustrior natura est, ita prosperum euentum significat: Septentrio autem calamitosum, & minus felicem exitum arguit: vt, Si ceciderit lignum ad Austrum, Eccles. 11.
aut ad Aquilonem; in quocunq. loco ceciderit, ibi erit.

ALTITVDO.

ALTITVDO è locorum differentiis est; quæ tamen ad arcanum sermonem translata, copiam, magnitudinem & immensitatem atque perfectionem etiam Copia.
significat; & rem aliquam vel personam in summo definitionis suæ gradu constitutam. Namque translatio sumitur à mari vel à cælo; vtrumque enim altum dicitur. Atque ita sicut est, Veni in altitudinem maris. Et, Psalm 68.
Secundùm altitudinem tuam multiplicasti filios homi- Psal. 11.
num. &, Secundùm altitudinem cæli à terra multipli- Psal. 102.
cauit misericordiam suam, super timentes se &, O al- Rom. 11.
titudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! Summus Superbia.
superbiæ & ambitionis gradus altitudo dicitur: vt, In- Ambitio.
cu.uabitur altitudo virorum. &, Visitabo super fructus Isai. 2. Isai. 10.
magnifici cordis regis Assur: & super gloriam altitudi- Ierem. 48.
nis oculorum eius. &, Visitabo superbiam Moab, & al- Ezech. 31.
titudinem cordis eius. &, Pro eo, quòd sublimatus est Amos. 1.
in altitudine: & eleuatum est cor eius, in altitudine sua. 2. Cor. 10.
&, Altitudo cedrorũ altitudo eius. &, Destruentẽ omnem altitudinem extollentẽ se aduersus sciẽtiam Dei.

CÆLVM.

EDITISSIMVS & supremus totius mundi locus, cælum est, atque ab omni calamitate & perturbatione alienus. Quam ob rem præter cætera loca omnia, Dei sedes illa esse dicitur: sicut scriptum est, Cælum sedes mea est. Ex eo autem consequitur, maie- Isai. 66.
statem, auctoritatem, dignitatem atque efficientiam omnem, in cælo tanquam in primo & præcipuo omniũ loco esse, indeque ad inferiora vsu atque efficacitate permanare: sicut scriptum est, Et mandauit nubibus Psal. 77.
desuper, & ianuas cæli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis. &, Catara- Genes. 7.
ctæ cæli apertæ sunt, & facta est pluuia super terram. Est præterea hic locus omnium pulcherrimus & elegantissimus, quique Dei maiestatem & gloriam apertissimè omnium indicet: sicut scriptum est, Altitudinis firma- Eccles. 43.
mentum pulchritudo eius est species cæli in visione glo- Psalm. 18.
riæ. & rursus, Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Quæ verò ad sermonis arcani interpretationem de cælesti loco spectant, eiusmodi sunt. Imprimis locus ipse, vt sublimis & excelsus habitatorem suum maximum, supremum ac potentissimum, necnon ab hominum infima conditione longissimè semotum indicat, neque cum vlla alia ex inferioribus rebus naturæ suæ dignitate comparabilem. Ex qua ratione illud est: Cælum cæli Domino, terrã autem Psal. 113.
dedit filiis hominum & illud: Hæc dices filiis Israel, Vos Exod. 20.
vidistis, quòd de cælo locutus sum vobis. Non facietis Deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. Illius etiam loci adnotatione potentia, virtus, atque efficientia habitantis ostenditur: vt, Deus autẽ noster in cælis, Psal. 113.

omnia

omnia, quæcunque voluit, fecit. Summam etiam erga mundum vniuersum prouidentiam cæli sedes vt altissima, ita prospiciendis rebus & summo consilio ac iudicio gubernandis opportunissima probat. Ex quo genere illa sunt. Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat, si est intelligens, aut requirẽs Deum. &, Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius: oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum. Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Pluet super peccatores laqueos ignis, & sulphur & spiritus procellarum. &, De cælo respexit Dominus super omnes, qui habitant terram. &, Dominus in cælo misericordia eius. &, Misit de cælo & liberauit me, & eripuit me de aquis multis. &, Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum. &, Iustitia de cælo prospexit. &, Exaudiam cælos, & illi exaudient terram; & terra exaudiet triticum & vinum & oleum. Hanc omnem rationem Christus vno sermone est complexus. Respicite volatilia cæli, quoniam nõ serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester cælestis pascit illa. Præterea etiam locus ipse cælestis appellatus summam potentiam & integram ad agendum virtutem omnino tutam, & certam, nulliq́ue impedimento expositam, nullis aliis viribus aut conatibus accessibilem indicat: vt, Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Qui habitat in cælis, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos. Porrò cælum cùm purum, simplex, incorruptum atque lucidum sit, possessorem habitatoremq́ue suum eiusmodi moribus, consiliis, studiis, actionibusq́ue delectari ostendit, eaq́. ab iis exigere, qui cæli ciues adscribi cupiant. Huius argumenti illa sententia est. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit volũtatẽ patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnũ cælorũ. Ex his autẽ quæ indicata breuiter sunt, quale regnum cælorum sit, & quali conditione, quibus moribus, quibus rebus vtantur ij, qui eius regni communicatione fruuntur, existimare licebit. Est enim sanctissimorum ciuium illustrissima frequentia Deo regi & Christo filio eius per Spiritum sanctum in regnum adscripta, qualis illum locum, hoc est, cælũ deceat. De quo nobis aliâs commodè, Rege ipso fauẽte, exactior instituetur sermo. Illa denique dicendi forma ex metonymia Deus ipse indicatur. Sicut autẽ fuerit voluntas in cælo, sic fiat, & clamauerunt voce magna in cælũ, dicentes: Quid faciemus istis, & quò eos ducemus? Et sancta tua cõculcata sunt & cõtaminata sunt, & sacerdotes tui facti sunt in luctum, &c. TERRA.

Prouidẽtia. Psalm. 13. Psalm. 10. Psal. 32. Psal. 35. Psalm. 56. Isai. 45. Psalm. 84. Ose. 2. Matth. 6. Potentia. Psal. 2. Puritas. Matth. 7. Deus. 1. Macha. 3. 1. Mach. 4.

TERRÆ locus qualis & qualium rerum sit, opposita cæli dignitati cõsideratio indicabit. Etenim infimo situ constituta, & crassissimis atq. grauissimis totius mundi retrimentis cõstans, persimiles amatores atq. possessores habitatoresq. cõtinet, eos videlicet, qui nihil prẽter terrena sapiunt, maximè verò postquàm à Deo hominum culpa maledicta fuit: sicut scriptũ est. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. Nam anteà felicior multo fuerat, quæ post peccatũ reddita est infelix, si cum illo priori rerum statu cõparetur. Ea verò duplex hominum cõditio est. Alterum genus est eorũ, qui filij Adam dicuntur, qui huius mundi & terræ vsu vehementer delectantur & afficiuntur. Alterum verò eorum qui filij Dei nominantur, qui non magis huius terræ amore tenentur, quàm hospites & peregrini eius loci, quem nec sibi proprium, neque commodum, nec idoneum arbitrantur: de quibus scriptum est. Charissimi, obsecro vos, tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos à vitiis & concupiscentiis, quæ militant aduersus animam. Sermonis autem ratio ex hac ratione fuerit facilè definienda, cuius multa exempla sunt: vt, Iste cõsolabitur nos à labore manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus. &, Gigantes erant super terram in diebus illis. Postquàm enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæq́ue genuerunt, isti potentes à sæculo viri famosi. Videẽs autem Dominus, quòd multa malitia hominum esset in terra, &c. Huius etiam loci illud est. Astiterunt reges terræ. &, Omnis caro corruperat viam suam super terra, & repleta est terra iniquitate. &, Ecce reges terræ congregati sunt: conuenerunt in vnum. Et iniquitatem operamini in terra. &, Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. &, Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. &, Non apponat vltrà magnificare se homo super terram. &, Oculos suos statuerunt declinare in terram. Et qui de terra est, de terra loquitur, & primus homo de terra terrenus. &, Quæ sursum sunt, sapite, & non quæ super terram. &, Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Et epulati estis super terram. Iohannes etiam genus hominũ prædicat, qui empti sunt de terra, hisq́. opponit negotiatores terræ & abominationes terræ. Huius sententiæ est: Reliquerunt nomina sua in terris suis, & oculos suos statuerunt declinare in terram.

Gnes. 2. 2. Pet. 2. Gnes. 5. Gnes. 6. Psal. 2. Apocal. 6. Gnes. 6. Psal. 47. Psal. 57. Mich. 7. Matth. 6. Psalm. 9. Psal. 16. 1. Cor. 15. Colos. 3. Psal. 9. Iohan. 3. Apocal. 17. Psalm. 16.

EST aliquando cùm terra sacer locus dicatur, ad Deum videlicet rerum omnium dominum, possessorem gubernatoremq́ue relata: vt, Cælum est sedes mea, & terra scabellum pedum meorũ. &, Nolite iurare per terram, quia scabellum est pedum eius.

Isai. 66. Sacrum.

Nonnunquam etiam terra, adiuncto viuentium nomine, vitæ & auræ huius vitalis vsum significat; reconditioriq́ue significatione ad alterius vitæ felicem statum refertur. Credo videre bona Domini in terra viuentium. &, Beati pacifici, quoniam ipsi possidebunt terram. Manifestè etiam huiusmodi status tum bonorum, tum improborum hominum illis orationibus indicatur. Quodcunque ligaueris super terram, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. &, Si consenserint super terram duo ex vobis de omni re, &c. &, Nolite vocare patrem vobis, nec magistrum super terram. &, In terra pax, hominibus bona voluntas. &, Nolite putare, quia pacem veni dare in terram, sed ignem veni mittere in terram. &, Ego te clarificaui super terram. Illud ad hoc genus refertur. Vniuersi homines & cuncta, in quibus spiraculum vitæ est, in terra mortua sunt. Et deleuit omnem substantiam, quæ erat super terram. Hæc enim animantium terræ genus omne significat. Est enim terra omnium animãtium locus communis, præterquam piscium: sicut scriptum est. Nec similitudinem omnium, quæ in cælo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra.

Vita beata. Psal. 27. Matth. 5. Matth. 16. Matth. 17. Matth. 23. Luc. 2. Luc. 12. Iohan. 17. Gnes. 7. Deut. 5.

OMNIS autem orbis, quacunque habitatur, terræ nomine nonnunquam dicitur: vt, Confitemini Domino omnes reges terræ. &, Qui emittit eloquium suum terræ. Plerunque autem hæc sententia vniuersalem vocem sui indicem affert: vt, In omnem terram exiuit sonus eorum. Accidit autem non rarò Israeliticam regionem solam terræ nomine appellari: vt, Fornicans fornicabitur terra à Domino. &, Iudicium Domino est cum habitatoribus terræ. &, Nunquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius?

Orbis. Psal. 137. Psal. 146. Psalm. 19. Israelitica regio. Ose. 1. Ose. 4. Amos. 7.

TERRA etiam pro regione & loco certo, cuius antea mentio facta sit: vt, Adorauit populum terræ. &, Negotiẽtur in terra & exerceant eam, quia spatiosa & lata cultoribus indiget. Præterea certo nomine adiuncto prouinciam, regionem vel locum aliquem describimus: vt, Terra Canaan, terra Babylonis, terra Ægypti, terra Zabulon, & terra Nepthali.

Regio certa. Gnes. 27. Gnes. 34. Amos. 2. Matth. 4.

PORRÒ terræ fines siue termini vniuersum terrarum orbem definiunt: vt, Conuertimini ad me omnes fines terræ. Et in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. &, Spes omnium finium terræ & in mari longè. & Metuant eum omnes fines terræ.

Orbis. Psalm. 19. Psalm. 69. Psalm. 64.

ILLVD autem, quod apud prophetas cum possessiuo adiuncto legi solet, affectum significationemq́ue habet suis locis adnotãdam vel commiserationis, vel laudis, vel horroris & terroris. vt, Terra

Isai. 1.

vestra desolata. Et propitiationis tempore in vniuersa terra vestra. &, Zelatus est Dominus terram suam. &, Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. & disperdam terram vestram. &, Peribitis inter gentes, & hostilis vos terra consumet. &, Terra Gigantum reputata est, & in ipsa habitauerunt gigantes.

Leuit. 25. Ioel 1. Leuit 25. Leuit. 26. Deut. 2.

Miseria.

QVÆ verò huiusmodi exempli sunt, extremam miseriam calamitatemque indicant. Humiliauit in pulueré vitá meam: cóglutinatus est in terra venter noster.

Psal. 7. Psal. 43.

Habitatores.

DEMVM metonymiæ genus non infrequens est; vt Terra vel pro habitatoribus ipsis, vel pro hominum natura accipiatur: vt, Erat autem terra labij vnius & verborum eorundem. &, Non est hoc tuum qui iudicas omnem terram. &, Iuxta morem vniuersæ terræ. &, Omnis terra adoret te & psallat tibi. &, Cantate Domino omnis terra. & Dominus regnauit, exultet terra. Atque ad hæc præcipua capita omnis de terræ loco sermo refertur.

Genes. 11. Genes. 17. Genes. 19. Psalm. 65 Psalm 95. Psalm. 96.

AER.

CAP. XVII.

MEDIVS inter cælum & terram aquasque locus, Aër est, siue hunc expansionem, siue firmamentum, siue cælum appellare libeat. Namque ob situs, naturę, atque figuræ firmitudinisque vim his omnibus nominibus dici in sacra philosophia obseruatur: sicut scriptum est. Et fecit Deus firmamentum, diuisitq. aquas, quæ erant sub firmamento, ab ijs quæ erant super firmamentum: & factum est ita. vocauitque Deus firmamentum cælum. Est autem ille locus omnium, quæ à terra spectantur, aut percipiuntur ex alto, rerum theatrum, estque auibus ad frequentandum peragrandumque concessus; sicut scriptum est. Dixit etiam Deus, Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cæli. Et qui præsit piscibus maris, volatilibus cæli, &c. Quæcunque verò ex illo loco vel prospici, vel in terras demitti solent, ea siue vtilitatem & commodum, siue detrimentum incommodumque adferant, diuinæ prouidentiæ semper, interdum etiam iudicij & animaduersionis aperta argumenta secum afferunt. Eorum autem genera hoc loco indicare operæ pretium fuerit. Primùm varij lucis aspectus & colores non sine tempestatum significatione in aëre fiunt: sicut scriptum est, Facto vespere dicitis, Serenum erit, rubicúdum est enim cælum. & manè: Hodie tempestas, rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli diiudicare nostis. Deinde etiam nubes fiunt, quæ & lucis vsum imminuere, & pluuias persępè afferre solent: sicut scriptum est. Cùm obduxero cælum nubibus. &, Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam. &, Tenebrosa aqua in nubibus aëris. Cataractæ cæli apertæ sunt, & facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Et clausæ sunt cataractæ cæli, & prohibitæ sunt pluuiæ de cælo. Et illud, Iratusq. Dominus claudat cælum, & pluuia non descendat. Et terra montuosa & campestris de cælo expectans pluuias. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, cælum, vt pluuiam tribuat terræ tuæ in tempore suo. Et, Domine cùm exires de Seir, & transires per regiones Edom: terra mota est, cælique ac nubes distillauerunt aquis. &, Si clauso cælo pluuia non fluxerit propter peccata populi, &c. Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ. Nunquid sunt in sculptilibus gentiũ, qui pluant, aut cæli possint dare imbres? Nónne tu es Dominus Deus noster, quem expectauimus? Tu enim fecisti omnia hæc. EX eodem etiam loco rorem descendere manifestis testimonijs docemur. Est autem roris duplex ratio: altera, qua agri plantarumque superficies vdæ redduntur: altera verò, qua virtus & fæcunditas, & maximè ad fructus alendos commoditates, terris, cùm opportunè contigerit, afferuntur. Prioris generis exempla

Genes. 1. Genes. 1. Matth. 16. Genes. 9. Psalm. 146. Psalm. 17. Genes. 7. Genes. 7. Deut 11. Deut. 28. Iudic. 5. 2. Paral. 6. Ierem. 10. Ierem. 14.

Ros.

sunt. Fœnum, vt bos, comedes, & rore cæli infundêtis. &, Nabuchodonosor ex hominibus abiectus est, fœnum vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectum est. Posterioris verò illa. Det tibi Deus de rore cæli. &, In pinguedine terræ & in rore cæli desuper erit benedictio tua. Et Deus patris tui erit adiutor tuus, & benedicet tibi benedictionibus cæli desuper. Et Moses de Ioseph quoq; ait. De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli & rore. Gelu propterea in aëre concrescere docent sacra scripta. De cuius vtero egressa est glacies, & gelu de cælo quis genuit? & ignis, grando, nix, glacies, & spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.

Daniel 4. Genes 27. Exod. 17. Gelu. Deut. 33. Ioel 37. Psalm. 147.

Venti.

VENTOS prætereà tum cardinales quatuor, tum cæteros omnes his interiectos, aëris occupare atque frequentare locum cognouimus. Videbam, inquit Balsasar, in visione mea, & ecce quatuor venti cęli pugnabant in mari. Et transtulit Austrum de cælo, & induxit in virtutę sua Aphricum. Si quid etiam iucundum & commodum in terras hominum vsibus aptum demissum fuerit, id diuina virtute effectum, tamen in aëre factum esse, inde etiam descendere dicitur. Cuiusmodi manna fuit, quem panem siue cibum dixit Dominus ad Moysen, Ecce ego pluam vobis panes de cælo. &, Panem cæli dedit eis. &, Pane cæli saturauit eos. Neq. verò hæc solùm, quæ vtilia iucundaque sunt, sed quæ incommoditatem calamitatemque afferre putantur, Dei consilio in hominum siue admirationem, siue terrorem, siue animaduersionem, siue vltionem & pœnam missa, in aëre fiunt. Cuius generis sunt densæ atque horridæ nubes, tonitrua, fulgura, ignis, sulphur, lapides, corruptiones ac morbi & pestilentiæ: de quibus scriptũ est. Super hoc cælum turbabo, & mouebitur terra de loco suo propter indignationę Domini exercituum. &, Induam cælos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. &, Dabo prodigia in cælo & in terra, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. &, Dominus pluit super Sodomam & Ghomorram sulphur & ignem à Domino de cælo. Et cùm fugerent filios Israel & essent in deserto Bethoron, Dominus misit super eos lapides magnos de cælo. Et Elias quinquagenario respondens dixit, Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de cælo, & à Dauid inuocatus Dominus exaudiuit in igne de cælo super altare holocausti. Et Iob nuntiatum est, Ignis descendit de cælo, & tactas oues puerosque consumpsit. Et in imprecationibus scriptum est: Percutiat te Dominus frigore, ardore & æstu, aëre corrupto ac rubigine, & persequatur te, donec pereas. Sit cælum, quod supra te est, æneum. &, Fames si oborta fuerit in terra aut pestilentia, aut corruptus aër.

Manna panis. Exod. 16. Psalm. 77. Psalm. 104. Plagæ. Calamitates. Isai. 13. Isai. 50. Ioel 2. Genes 19. Iosue. 10. 4. Reg. 1. 1. Paralip. 21 Iob. 1. Deut. 27. 3. Reg. 9.

Volatus.

DIXIMVS etiam aërem regionem esse auibus ad volandum peragrandumque destinatam, sicut de coturnicibus scriptum est. Volabantque in aëre duobus cubitis altitudine super terram. Et viam aquilæ in cælo ignorasse Sapiens dicitur. Et miluus in cælo cognouit tempus suum; turtur & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. EST autem & illud adnotandum spiritibus illis, qui hominum generi insidiari, & piis maximè hominibus negotiũ facessere consueuere, hunc aërem vt tenuem, ita spirituali, sed tamen deteriori naturæ magis aptum locum interim occupatum esse, dum illa sententia iudicis omni huic malo generi communis de æternæ pœnæ cruciatu proferatur. Quam ob rem multa, quæ bonis viris incommoda difficiliaque obijci videntur: multa etiam quæ ad impietatem & scelus admittendum improbos commouere possunt, ex hac regione istis auctoribus accedunt: sicut scriptum est. Et vos cùm essetis mortui delictis, & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundùm sæculum mundi huius, secundùm principem potestatis aëris huius spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ &c. Huc etiam & illud pertinet: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus

Numer. 11. Prouerb. 30. Ierem. 7.

Dæmonorum regio.

Ephes. 2. Ephes. 6.

uersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Illa demùm, quæ à D. Paulo figurata oratione dicta sunt, inane & vanum studium, atque frustra impensum tempus & opus, nulloque consilio fultum, significant: in aëre loqui, & aërem verberare. Ita, inquit, & vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id, quod dicitur? eritis enim in aëra loquentes. &, Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans.

Studium inane.
1.Cor. 4.
1.Cor. 9.

AQVA LOCVS.
CAP. XVIII.

IN FIMAM mundi totius partem aquę occuparunt, & supremam quoque; atque ita vtrumque extremũ obtinere dicuntur: sicut scriptum est, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab ijs, quæ erant super firmamentum. superiores illæ aquæ cæli tantùm conuexa concameratæ complectuntur: quid prætereà contineant vel alant, incertum nobis est. Sic Psaltes canit: Extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. Inferiores verò extremum locum occupantes terræ prominenti concessere: sicut scriptum est, Abyssus super vestimentum eius: super montes stabunt aquæ. Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabũt. Ascendunt montes, & descendunt campi in locum, quem fundasti eis. Terminum posuisti, quem non præteribunt, neque conuertentur operire terram. Et in Psalmo, Qui firmauit terram super aquas. Similitudinem omnium iumentorum, quæ sunt super terram, vel auium sub cælo volantium, vel piscium, qui sub terra mouentur in aquis. Et iterum, Et quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra. Terra igitur sublimis aquæ eminet ea parte, qua habitabilis est. Aquæ verò inferiorem terræ locum occupant, & semper eiusmodi situm appetunt.

Genes. 1.
Psal. 103.
Psal. 103.
Psal. 136.
Deut. 4.
Deut. 8.

EST autem aqua locus multo ac vario animantium generi alendo atque fouendo idoneus, quorum omnium commune nomen reptile est. Idque duobus diuiditur amplissimis generibus, animæ viuentis solùm, atq. etiam viuentis & motabilis. Dixit enim Deus, Producant aquæ reptile animæ viuentis, & motabile super terram sub firmamento cæli. Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem, atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas. Et vidit Deus, quòd esset bonum: benedixitque eis dicens, Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris. Quam ob rem multiplicitatis & copiæ locus his generibus in aqua est: sicut scriptum est, Hoc mare magnum & spatiosum manibus, illic reptilia, quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis. Et de vtroque genere viuenti & motabili scriptum etiam est, Et quæ gignuntur in aquis, & quæ in aquis mouentur. Et apud Danielem. Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis, Domino. His generibus itaque commodissimus, & ad vitam cùm conseruandam, tum propagandam vnicus locus, aqua est: sic enim legimus, Ecce in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccum. computrescent pisces sine aqua, & morientur siti.

Fœcunditas.
Genes. 1.
Copia.
Psal. 103.
Levit. 11.
Isai. 50.

PRÆTER piscium autem & reptilium genus cæteris animantibus omnibus ad habitandum & manendum inutilis adeò aqua est, vt interitum etiam afferat, ac maximè quidem hominibus, deinde aliis omnibus, quæcunque aëris respiratione vitam fouent: sicut scriptum est, Ego adducam aquas diluuij super terram, vt interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter cælum; & vniuersa quæ in terra sunt, consumentur. Et quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat. Consumptaque est omnis caro, quæ mouebantur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium, quæ reptant super terram: vniuersi homines & cuncta, in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt. Est autem non modò ad viuendum, sed ad cõmeandum importunus homini locus in aqua, presertim ea, quæ pedibus vadari non possit. Etenim vtriusque generis natura ad eam rem idonea non est. Quòd si homini ea parte iter faciendum ex diuino imperio fuerit, aut aquas cedere & refluere, aut maiori etiã miraculo substerni, & velut pauimẽti instar durari, aut corpus ipsum hominis diuina virtute sustẽtatũ ab immersione defendi necesse sit: sicut scriptũ est. Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus; diuisaque est aqua, & ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris. Cumque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum: fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit illos Dominus in mediis fluctibus. Quid est tibi mare, quod fugisti? aut tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum? A facie, inquiunt, Domini. Nam præter illa genera, quæ natando mouentur, nulli animanti aquæ campum substerni ad ingrediendum Deus voluit. Eum autem sibi ipse cum ceteris locis, cælo, terra & aëre, deambulãdum quoque vendicat: sicut scriptum est, In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis. Quam ob rem diuinæ virtutis argumentum Christus præbuit discipulis, in aqua ambulare visus, id etiam facultatis solo verbo iussuque Petro miraculi & signi nomine optanti cõcedens: sicut scriptum est: Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare. Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes, Quia phantasma est: & præ timore clamauerunt. statimque Iesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus, dixit, Domine si tu es, iube me ad te venire super aquas. & ipse ait, Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam vt veniret ad Iesum, &c. Qui autem in nauicula erant, venerunt & adorauerunt, dicentes: Verè filius Dei es.

Incommoditas.
Genes. 6.
Genes. 7.
Deambulatio importuna.
Psal. 76.
Matth. 14.

EST enim aqua grauiorum & densiorum corporum impatiẽs: facilè enim eiusmodi naturis diffisa cedit, nisi arte aut industria aliqua ad eum vsum res aptentur: sicut scriptum est, Abyssi operuerunt eos: descenderunt in profundum quasi lapis. Et operuit eos mare, & submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Miraculi autem loco habendum, cùm eiusmodi corpora solida ac densa, quæ parum caloris & raritatis in se habeant, in aquis iniecta supernatauerint, vt in securis ferro, quod Heliseus comiti restituit, ostensum est. Creat autem aliâs hic locus magnas ad hominum vsum commoditates, quas diligentia, arte & industria percipere licet: primùm, quòd piscium multiplicia genera cibis idonea vario sapore ad delitias vsque, nullo sumptu, nulla cultura, nullo præterquàm capiendi labore suppeditat: sicut scriptum est. Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. &, Omne, quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis in cibum. Et hæc comedetis ex omnibus, quæ mouentur in aquis.

Exod. 15.
Miracula.
4.Reg. 6.
Commoditates.
Genes. 9.
Deut. 14.

EST etiam ad nauigationis vsum opportunissimus locus aqua Ex quo, præter admirandam industriæ, cognitionis & artis exercitationem, multa commoda ad mortalis vitæ cùm vtilitatem, tum suauitatem percipiuntur. Et quæ inhabitantem hominem pati non possunt aquæ, gubernantem & insidentem atque percurrentem ferunt: sicut scriptum est, Et multiplicatæ sunt aquæ, & leuauerunt arcam in sublime à terra, & arca ferebatur super aquas. Et deleuerunt aquæ omnem substantiam, quæ erat super terram ab homine vsque ad pecus, tam reptile, quàm volucres cæli, & deleta sunt de terra, Remansit autem solus Noe; & qui cum eo erant in arca. &, Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderũt opera

Nauigatio.
Genes. 7.
Psal. 106.

Domini, & mirabilia eius in profundo. Neque verò leuis hæc Dei operum contemplatio hominibus esse debet, neque cõmerciis & regionum peragrationibus tantùm, sed piscationi etiam copiosæ nauigatio opportuna est. Quæ mittit in mari legatos, & in vasis papyri super aquas. Et expandẽtes rete super faciem aquarum. In ea autem re diuinæ erga homines prouidentiæ argumentum quoque spectatur: sicut scriptum est, In verbo tuo laxabo rete. Iam verò sui ipsorum prospectũ & cognitionem aqua hominibus refert, atque naturalis speculi vicem præbet: sicut scriptum est, Quomodo in aquis resplendet vultus prospicientium, &c. Multa porrò cum plantarum, tum rerum etiam aliarum genera aquas propterea amant, quòd ad suæ naturæ elegantiam & copiam eum locum commodissimum sortiri possint. vt, Nunquid virere potest scirpus absque humore? aut crescere carectum sine aquis? & Tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine, vt firmaret radices super aquas multas. Et mater tua quasi vinea in sanguine tuo, super aquam plantata est, & eleuati sunt rami eius præ aquis multis.

Piscatio — Isai. 18. — Isai. 19. — Luc. 5. — Prouerb. 17. — Speculum — Oportunitas — Iob. 7. — Ezech. 17. — Ezech. 19.

Est etiam illa quoque illustris aquarum significatio, quæ ad expiationem & puritatem pertinet, propterea quòd viuentis aquæ natura locum ipsum, vbi continetur, purum conseruat: sicut scriptum est, Congregatio aquarum omnis munda est. &, Purificabit eam tam in sanguine passerũ, quàm in aquis viuentibus. Quam ob rem ad expiationem vel significãdam vel procurandam arcano sermone aquarum locus notari solet: vt, Erat autem Iohannes baptizans in Ænon iuxta Selim, quia aquæ multæ erant ibi; & venientes baptizabantur. Et dum irent per viam, venerũt ad quandã aquam: & ait Eunuchus, Ecce aqua, quis prohibet me baptizari?

Expiatio — Leuit. 11. — Leuit. 14. — Iohan. 3. — Actor. 8.

Est demùm eximia illa huius loci laus, quòd summum illum antiquorum vatum principem Mosen aquæ non solùm continuerint, sed mortis discrimine tutum incolumemque reddiderint, nomineq. suo omnibus postea sæculis celeberrimo auxerint. Et vocauit illum Mosen, dicens: Quia de aqua tuli eum. Contingit autem non rarò eundem locum, qui cum arte & industria, tum Dei beneficio ad vtilitatem hominum, vt docuimus, refertur, & natura sua & copia non modò inutilem, sed perniciosum & calamitosum censeri, maximique periculi nomine horreri, atq. ad diuinam misericordiam & salutem in difficillimis rebus allatam notari. Ad hanc rationem illa spectant. Misit de cælo, & assumpsit me, & extraxit me de aquis multis. &, Transiuimus per ignem & aquam, & deduxisti nos in refrigerium. Et circunderunt me aquæ. Et libera me de profundis aquarum. &, Salua me Domine, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Et torrentem pertransibit anima nostra, forsitan pertrãsisset anima nostra aquam intolerabilem. Contribulasti capita draconum in aquis, tu siccasti fluuios Ethan. Et trãstulit illos per mare rubrum, & transuexit illos per aquam nimiam; inimicos autem eorum demersit in mare. Et cùm transieris per aquas, tecum ero. Illud autem manifesti discriminis causa significatum est. Et crebrò in aquam conijcit illum. Denique desolationem & internecionem illa indicant. In medio aquarum ponent eos. Et in aquis multis adduxerunt te remiges tui. Cæterùm quædam sunt, quæ cùm aquis vt loco ascribantur, vel instabilitatem & inconstantiam, vel citò decrescentem ac pereuntem prosperitatem adnotant. vt, Et percutiet Dominus Deus Israel, sicut moueri solet arundo in aqua. Et transire fecit Samaria regem suum, quasi spuma super faciem aquæ.

Moses — Exod. 2. — Periculum. — 2. Reg. 22. — Psalm. 65. — Ion. 2. — Psalm. 68. — Psal. 123. — Psalm. 73. — Sapien. 10. — Isai. 43. — Matth. 17. — Ezech. 26. — Ezech. 27. — Instabilitas — 3. Reg. 14. — Ose. 10.

NVBES LOCVS.
CAP. XIX.

Nvbis natura & vis quæ sit, quisue eius vsus, & qui hanc rationem spectent, sermones aliàs docebimus. Nunc verò de nube, vt ad loci definitionem pertinet, breuiter est differendum. Principio autem diuinæ clementiæ certissimum monumentũ, quod mundi huius machina duratura est, in nubibus collocatum spectatur, quòd spem hominibus faciat, terrãpost antiquum illud diluuium non esse amplius aquis vastandam. Dixit enim Deus, Hoc est signum fœderis, quod do inter me & vos, & ad omnem animam viuentem, quæ est vobiscum in generationes sempiternas. Arcum meum ponam in nubibus cæli, & erit signum fœderis inter me & inter terram: cumque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus; & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima viuente, quæ carnem vegetat, &c. Sunt igitur nubes perpetuum diuinæ clementiæ theatrum.

Clementia Dei — Genes. 9.

Præterea Dei cum mortalibus aliquando propiùs & familiariùs agentis & colloquentis, vel suam erga res hominum curam & gubernationem apertiùs etiam ostensuri, sedes esse solent nubes medius inter cælum atque terram locus, quo sese ille hactenus cognoscendum demittit, vt maiestatem suam etiam editiori, & quò mortalis contendere nequeat, situ suspiciendam adorandamque exhibeat. Cumque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem: & Ecce gloria Domini apparuit in nube. Cumque retulisset Moses verba populi ad Dominum, ait Dominus: Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. &, Loquere ad fratrem tuum Aaron, ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio, quo tegitur arca, vt non moriatur; quia in nube apparebo super oraculum. Atq. ita post cælum, quæ summa inhabitantis Dei sedes est, secundo loco nubes vel currus, vel alio nomine censeri solet. Atque ex hac definitione nubes Domini appellatur. Nubes quoque Domini super eos erat per diem, cùm incederent. Et nubes quoque Domini incubabat per diẽ tabernaculo, & ignis in nocte: Et descẽdit Dominus per nubem, & locutus est ad eum. Est autem huiusmodi locus Deo cum mortalibus agenti, quòd imbecillitatis humanæ captus & intuitus maioris lucis & splendidioris gloriæ vim ferre aliàs nequeat, nec ferendam tentare permittatur: sicut scriptum est, Nubes latibulũ eius. Et nubes & caligo in circuitu eius. Et, Qui ponis nubes ascensum tuum. Et, Thronus meus in columna nubis. &, Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum. Neque verò præsentiæ solùm Dei, sed efficientiæ, virtutis, & gloriæ spectaculum in nubibus esse solet. Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, tenebrosa aqua in nubibus aëris. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis. Date gloriam Deo super Israel, magnificentia eius & virtus eius in nubibus. Ex eo namque loco fulgura, fulmina, rores, pluuiæ & imbres Dei iussu & voluntate in terras demittuntur: sicut scriptum est, Si voluerit extendere nubes tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet. Et posuit tenebras in circuitu suo latibulum, cribrans aquas de nubibus cælorum. Et qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum. Et qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum. Qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta desuper.

Dei currus — Exod. 16. — Exod. 19. — Leuit. 16. — Numer. 10. — Exod. 40. — Numer. 11. — Iob. 21. — Psalm. 96. — Psal. 103. — Eccles. 24. — Isai. 19. — Dei efficientia — Psal. 17. — Psal. 67. — Iob. 36. — 2. Reg. 22. — Iob. 26. — Iob. 36.

Qvam quidem ob rem locus hic cum dignitatis, tum efficientiæ causa vni Deo propriè ascribitur, nulli alij naturæ aut communis, aut sine ambitionis & superbiæ vitio appetendus, sicut de Luciferi prophano & præcipiti ambitionis ausu scriptum est. Ascendam super multitudinem nubium, & similis ero Altissimo. Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? similis erit Deo, &c. Obtinuit autem hæc ratio apud antiquos & rerum sacrarum peritos vsque adeò, vt huiusmodi quoque argumentis Christi

Isai. 14. — Psal. 77.

Iesu

Iesu diuinitas & ab Euangelistis, & ab alijs auctoribus ostendi soleat. Ecce nubes lucida obumbrauit eos: & ecce vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui; ipsum audite. Et Apostoli, intrantibus Christo, Moyse & Elia in nubem, timuisse dicuntur, appellatumque filium, (dum fieret vox) inuentum esse Iesum solum. Deinde ad Patrem in cælum Apostolis spectantibus sublatum, & nube tandem ab eorum oculis susceptum legimus. Eundem etiam munus sibi à patre mandatum iudicandi viuos & mortuos ita prædicantem discipuli audierunt. Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate. Atque hoc argumento sacerdotum princeps cum ceteris eiusdem collegij, sacr isermonis non ignaris, eum filium hominis sese appellantem, tamen Dei filium & hominum iudicem professum, intellexerunt. Amodò videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei & venientem in nubibus cæli. Tunc princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit: quid adhuc nunc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Et Lucas inquit: Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? & Iohannes, Vidi, inquit, & ecce nubem candidam & super nubem sedentem similem filio hominis. Et alius angelus exiuit de templo clamans voce magna ad sedentem super nubem. Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & demessa est terra. Atque ex hac ratione magnũ mysterium Paulus enuntiabat eorum, qui viua Christi membra facti sunt, diuinitatem ex suprema gratia communicatam significans. Hoc enim vobis dico in verbo Domini: Quòd nos, qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non præueniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce Archangeli & in tuba Dei descendet de cælo; & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus.

Matth. 17. *Luc. 9.* *Actor. 1.* *Matth. 24.* *Matth. 26.* *Luc. 22.* *Apocal. 14.* *Thess. 4.*

Præstãtia. ILLVD porrò vulgatum magis & linguis ferè omnibus commune est; Quòd propter naturam & situm rei ipsius, nubes excellentiæ cuiusdam signum, atque in commemorata ratione supremi gradus formam præbent. Quoniam peruenit vsque ad cælum iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes. &, Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes. &, Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius tetigerit nubes.

Ierem. 51. *Psalm. 35.* *Iob 20.*

IGNIS LOCVS.
CAP. XX.

ET IGNIS quoque, quatenus quidem loci definitio esse etiam potest, ad hanc rationem pertinet. Erit autem alia de eius natura atque efficientia disputatio. Neque verò certum aliquem igni locum notamus, sed ipsum vt locum definimus: cuius vt varia & vehemens vis semper, sic varia etiam ad rerum personarumque vsum opportunitas est.

Thronus Dei. AC primum quidem ignis purissima eorum, quæ sub cælo sunt, corporum natura, Deo sese hominibus colendum timendumque ostendenti, Thronus ac locus est opportunus, vtpote purissimæ & efficacissimæ illius virtutis index. Sic Mosi Deus apparuit in flamma ignis de medio rubi; & videbat, quòd ignis arderet, & non combureretur. Et Dominus præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. Et respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum. Et totus mons Sinai fumabat, eò quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne. Et nubes Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas. Ezechieli etiam diuinæ maiestatis spectrum huiusmodi theatro ostẽsum est. Et vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius, & de medio eius quasi species electri, id est, de medio ignis. Et Daniel aspiciebat, donec throni positi sunt; & antiquus dierum sedit; vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flammæ ignis, rotæ eius ignis accẽsus. Et Moses Deum orans aiebat, vt audiant Ægyptij, de quorum medio eduxisti populũ istum, & habitatores terræ huius qui audierunt, quòd tu Domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas illos per diem, & in columna ignis per noctem. Et aliâs idem: Accessistis, inquit, ad radices montis, qui ardebat vsque ad cælum, erantq. in eo tenebræ & nubes & caligo. Locutusq. est Dominus ad vos de medio ignis. Et quid est omnis caro, vt audiat vocẽ Dei viuẽtis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audiuimus? vocẽ enim eius audiuimus de medio ignis. Huius rei causa ignis altaribus est additus, qui diuinam præsentiã significare posset: sicut scriptũ est, Et offeretis sacrificium in igne Domino. Igitur die, qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes, à vesperi autem super tentorium erat quasi species ignis vsque manè, sic fiebat iugiter. Per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis.

Exod. 3. *Exod. 13.* *Exod. 14.* *Exod. 19.* *Exod. 40.* *Ezech. 1.* *Daniel. 7.* *Num. 14.* *Deut. 5.* *Leuit. 23.* *Num. 9.*

PRÆTER diuinæ maiestatis dignitatem, quæ vt purissima est, sic puram ignis regionem illæsa omnino atque integra occupare potest, aliis etiam rebus & personis cum malis, tum bonis locus ignis esse definitur; eo tamen discrimine, vt bonis probationem & purificationem, malis verò interitum & consumptionem afferat: cuius exemplum ab auro, argento & aliis rebus ad homines etiam, hominumq. consilia, studia atque facta trãsfertur, ita vt aliis periculo & internecioni, aliis verò labori quidem & difficultati primùm, veruntamen splendori & gloriæ tandem ignis fuisse intelligatur. Vtriusq. generis exempla aliquot à nobis proposita multorũ, quæ in sacris libris legũtur, ad sententiæ cognoscendam rationẽ instar erunt. Ipse verò sciuit viam meã, & probauit me quasi aurũ, quod per ignem transit. &, Eloquia Domini, eloquia casta, argẽtum igne examinatũ, probatum terræ purgatum septuplum. Quoniam in igne probatur aurum & argentum; homines verò receptibiles in camino humiliationis. & apud Zachariam: Ducam tertiam partem per ignem; & vram eos, sicut vritur argentum; & probabo eos, sicut probatur aurum. Huc illud pertinet: Ille vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Et illud satis arcanè & grauissimè admodum. Si quis tamen superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam; vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Itaque probis rebus, actionibus atque personis ignis probationem potiùs & gloriam, quàm interitum, ob eam causam affert, quòd probitas & virtus diuini luminis & perfectionis radius quidam est. Atque vnum ex Dei locis ignem esse ostẽdimus. Non igitur virtuti malè cũ igni cõuenit eã parte, qua ignis probare & purificare dicitur. Aliâs autem cæteris rebus inutilibus ac sordidis ad interitum atque absumptionem ignis locus est natura atque Dei consilio adaptatus. Vt enim Paulus in Melite insula viperam venenosam bestiam, neque sibi commodam, atque aliis fortasse nocituram, in ignem coniecit; sic quæcunq. inutilia & praua sunt, igni consumptionisa, ut pœnæ causa mãdantur. Ex quo consilio ignis etiã ille æternus, cuius frequens in sacris mentio fit, à constitutione mundi, diabolo & angelis eius ac maledictis hominibus paratus est. Hinc verò euenit, vt ignis, siue ille æternus,

Probatio. Exitium. *Iob. 23.* *Psal. 11.* *Eccles. 2.* *Zacha. 13.* *Matth. 3.* *1. Cor. 3.* *Actor. 27.* *Matth. 25.*

siue hic, qui mortalibus aliâs vsui est, pœnæ & supplicij significationē obtineat: sicut scriptum est. In ignem de-
Psal. 139. ijcies eos, in miseriis non subsistent. &, Quia ecce Do-
Isai. 66. minus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius, red-
dere in indignatione furorē suum, quia in igne Domi-
nus iudicabit. &, Iam securis ad radicem arborum posi-
Luc 3. ta est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum,
excidetur, & in ignem mittetur. His etiam accedit, vt
manifestum discrimen atque laborem, difficultatem-
que ignis significet: quæ, nisi diuino auxilio, vinci ab ho-
minibus non possit. vt, Domine miserere filio meo, quia
Matth. 17. lunaticus est, & malè patitur; nam sæpè cadit in ignem.
&, Transiuimus per ignem & aquam, & deduxisti nos
Psal. 65. in refrigerium. &, Cum ambulaueris in igne, non com-
bureris, & flamma non ardebit in te: Quia ego Domi-
Isai. 45. nus Deus tuus, sanctus Israel Saluator tuus. &, A pressu-
Eccles. 51. ra flammæ, quæ circundedit me, & in medio ignis non
sum æstuatus. Illud autem rei huius & diuini auxilij in
præsenti periculo exemplum est manifestissimum apud
Danielem. Respondit rex & ait: Ecce ego video quà-
Daniel. 3. tuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil
corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei.

DENIQVE ignis locus aliquando certam & firmá eandemque diuinam tutelam significat, qualem popu-
lo suo Deus per Vatem promittebat. Et ego ero eis, ait
Zachar. 2. Dominus, murus igneus in circuitu eius, & in gloria ero
in medio eius.

INFERNVS LOCVS.

CAP. XXI.

INFERNVS loci nomen significationem sortitum est variam, pro varia situs vel vsus ratione. Quicquid enim terræ superficie inferius iacet, Infernus dicitur, vna tamen adnotatione absumendi & excipiendi omnia, quæ viua antea fuerint. atque ita interitum infernus
Interitus. spectat, quantum ex illius natura est. Quam ob rem Hebraice שאול dicitur, quòd semper petere & accipere soleat; sponte autem edere quicquam, aut excepta red-
Status defunctorum dere non cupiat. Ex quo fit, vt omnis hominum de vita hac mortali excedētium status, inferni nomine sæpè in sacris libris indicetur, præsertim vbi sermo antiqua ante Euangelium promulgatum tempora spectet. Omnium enim illis ætatibus morientium communis locus infernus erat, regione & nomine idem, definitione verò & vsu aliis alius. Quoniam verò homo duplici parte, anima permanente, & corpore cōstat mortali atque corruptibili: sicut scriptum est, Cinis es & in cinerem reuer-
Genes. 2. teris (vnico Christo sancto Domini ab hac corruptio-
Acto. 2. nis conditione excepto) vtrique parti ab altera per mortem separatæ suus fuit olim attributus locus, inferni nomine diuerso tamen & situ. Namque corpori ea terræ pars assignatur, quæ illustratę à Sole superficiei proxima est; obscura tamen ipsa & lucis vsu priuata; cuiusmodi
Sepulchrū. sunt, sepulchra, foueæ, cisternæ, speluncæ, specus, lacus & petrarum cauitates, & cætera, quibus cadauera vel sepeliuntur vel reconduntur: denique vbi vel detrita vel corrupta absumuntur. Namque his etiam nominibus appellatur sepulchrum. Huic enim generi omni commune nomen infernus est; cuius multa exempla leguntur ijs, quæ nobis modò proferentur, simillima. De-
Genes. 37. scendam, inquit Iacob, ad filium meum lugens in infer-
Numer. 16. num. &, Dathan atq. Abiron viui in infernum descendisse, hoc est antè sepulti, quàm mortui fuisse, dicuntur: Descēderuntque viui in infernum operti humo, & pe-
1 Reg 22. rierunt de medio multitudinis. Et Dauid canebat, Funes inferni circundederunt me, præoccupauerunt me
Iob 17. laquei mortis. Et Iob, Si sustinuero, infernus domus
Psalm. 6. mea est, & in tenebris straui lectulum meum. &, Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno au-
Psalm. 47. tem quis confitebitur tibi? Et, Sicut oues in inferno po-
Psalm. 54. siti sunt, mors depascet eos. &, Veniat mors super illos,
Psal. 77. & descendant in infernum viuentes. &, Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinqua-
Cant. 7. uit. &, Fortis vt mors dilectio, dura sicut infernus æmu-
Isai. 37. latio. &, Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te; non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam. Et Petrus Christum à Deo, so-
Actor. 2. lutis doloribus inferni, suscitatum prædicat. Est autem & alter locus omnibus olim eorum, qui vita decederēt, tam piorum, quàm impiorum & prauorum animabus communis, diuisus tamē & longo spacio interiecto, aliis & aliis, pro diuini iudicij ratione, definitus & ascriptus. Namque bonis & piis, quanquam nondum æternæ felicitatis vsus ante Christi mortem & resurrectionem fuerit, quies tamen & consolatio illo in loco erat; contrà verò impiis ac prauis tormenti ac miseriarum sensus erat grauissimus. Alteri parti nomen Christus fecit si-
Sinus Abrahæ. num Abrahę; alteri propriè inferni nomē reliquit; cùm tamen aliâs inferus & infernus vterq. locus dicatur: si-
Luc. 16. cut scriptum est. Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est. Et in inferno eleuans oculos suos, vidit Abraham à longè & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit, Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam; quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham, Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, & tu cruciaris: & in his omnibus inter nos & vos chasma magnum firmatum est, vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Atque loci quidem adnotatio hæc est. Quæ verò ad hunc locum spectant, exempla illa sunt. In profundissimum infernum de-
Iob. 11. scendent omnia mea, putásne saltem ibi requies erit
Iob. 21. mihi? Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infer-
Iob. 26. na descendunt. &, Nudus est infernus coram illo, &
Psalm. 9. nullum est operimentum perditioni. &, Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes, quæ obliuiscun-
Psalm. 15. tur Deum. &, Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Et in loco illo de vtroque inferno ani-
Psalm. 29. mæ, & corporis dictum est: Deduxisti ab inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum. &,
Psal. 75. Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. &, Nisi quia Do-
Psal. 93. minus adiuuit me, paulo minùs habitasset in inferno anima mea. &, Si ascēdero in cælum, tu illic es; & si de-
Psal. 137. scendero in infernum, ades. quanquam hic profundissi-
Locus profundus. mus atque abditissimus reconditissimusque omnium locorum significatur: vt & apud Iob. Excelsior cælo est,
Iob. 11. & quid facies? & profundior inferno, & vnde cogno-
Isai. 7. sces? Et, Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profun-
Ose. 13. dum inferni, siue in excelsum suprà. Sed illa ad simplicem inferni significationem referuntur. Ero mors tua
Actor. 2. o mors, & morsus tuus o inferne. Prouidēs Dauid locu-
Philip. 2. tus est de Christo; quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionē. &, In nomine IESV omne genu flectatur cælestium, terrestrium & inferno-
Isai. 28. rum. Quæ autem ad improborum regionem referuntur, huiusmodi multa sunt. Percussimus fœdus cum
Ibidem. morte, & cum inferno fecimus pactum. &, Aquæ inun-
2. Pet. 4. dabunt, & delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus infer-
Apocal. 1. ni retractos in tartarum tradidit cruciandos. &, Ego sum primus & nouissimus, & habeo claues mortis & in-
Apocal. 6. ferni. &, Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum,
Apocal. 20. nomen illi mors, & infernus sequebatur eum. &, Dedit mare mortuos, qui erant in eo: & mors & infernus de-
Proverb. 15 derunt mortuos, qui in ipsis erant. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Et quod in Prouerbiis cantatur: Semita vitæ super eruditum, vt declinet de inferno nouissimo. Huc pertinet Gehennæ nomen, quod à valle olim detestandis sacrificiis, & horribili deinde

adiecto

adiecto sterquilinio infami, ad infernum inferiorem, cruciandorumque sedem translatum, & perpetuò vsurpatum est, siue gehenna solùm, siue gehenna ignis dicatur. vt, Timete eum, qui, postquam occiderit, habet Luc. 12. potestatem mittendi in gehennam. Est etiam, vbi infernus pro ipso mortuorum hominum statu & concilio Isai. 14. vsurpetur: vt, Infernus subter conseruatus est, in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes. &, A sonitu Ezech. 31. ruinæ eius commoui gentes, cùm deducerem eum ad infernum cum iis, qui descendebant in lacum. Nam & ipsi cum eo descendent ad infernum ad interfectos gla- Ezech. 32. dio. &, Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui dormierunt incircuncisi cum interfectis gladio. Non rarò autem inferni nomine non tam sepulchrum aut animarum sedem, quàm extremam Daniel. 3. miseriæ & calamitatis conditionem exponimus. Benedicite Anania, & Asaria, & Misael Domino, quia eruit nos de inferno, & saluos nos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ, & de manu Matth. 11. ignis eruit nos. &, Tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descēdes. Quoniam verò neque sepulchrum, neque infernum inferiorem hunc animabus, illum cadaueribus excipiendis vnquam satiari, res ipsa à mundi principio obseruata arguit: fit, vt inferni nomen inexhaustæ cuiusdam aui- Proverb. 1. ditatis rationem indicet: vt, Deglutiamus eum, sicut infernus, viuentem & integrum quasi descendentem Proverb. 27. in lacum. &, Infernus & perditio nunquam implentur: Proverb. 30. similiter & oculi hominis insatiabiles. &, Tria sunt insaturabilia, & quartum nunquam dicit, sufficit. &, Pro- Isai. 5. pterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os Habac. 2. suum absque vllo termino. Et apud Habacuk. Qui dilatauit quasi infernus animam suam, & quasi mors, & non adimpletur. Ne autem (id quod in omni argumento cauere instituimus) hoc in immensum crescat opus, cætera locorum genera certis quibusdam & ad rationem sermonis docendam idoneis exemplis breuiter percurremus.

LITTVS LOCVS.

CAP. XXII.

NON incōmodam habitationē hominibus secundùm maris littus esse, sacra scripta docent. Ex ea quippe ob nauigationis vsum multas vitæ cōmoditates afferri constat. Idq. Iacob significabat eiusmodi regionē Zabuloni filio ascribens. Zabulon in littore maris ha- Genes. 49. bitabit, in statione nauium pertingens vsque ad Sydonem. &, Asser habitabat in littore maris & in portubus Iudic. 5. morabatur. Magni maris littus Occidentalem terræ sanctæ plagam significat. Siquidem maris nomen pro Occidente sæpissimè vsurpatur: sicut scriptum est. Ibit- Numer. 34. que per gyrum terminus ab Asemona vsque ad torrentem Ægypti, & magni maris littore finietur. Et illud, Deut. 1. Humiliora loca, campestria & montana contra Meridiem & littus maris. &, Cuncti reges, qui versabantur Iosue. 9. in campestribus & in montanis, & contra Meridiem, & in maritimis, & in littore magni maris. Est etiam commodus locus ad ea, quæ in mari propè aguntur, spectanda, orantemque ex aduerso constitutum audiendum, quòd & spaciosa intercapedo, & aquæ strata atque complanata superficies dicentis vocem liberius permeare sinat. Huiusmodi locum Christus, de diuinis rebus dicturus, aliquando sibi & populo parasse fertur. &, Con- Matth. 13. gregatæ sunt ad eum turbæ multæ ita, vt in nauiculam ascendens sederet: & turba stabat in littore. Est præterea littus nauigantibus, & in marino labore exercitatis hominibus vehemēter desideratus & gratissimus cùm contigerit, vtpote qui periculis laboribusque modum ponere putetur; sicut scriptum est. Cùm autem dies Actor. 27. factus esset, terram non agnoscebant; sinum verò quendam considerabant habentem littus, in quem cogitabant, si possent, eijcere nauem: & leuato artemone secundùm auræ flatum tendebant ad littus. Et piscatores sagena educta secus littus sedentes, pisces bonos in vasa sua elegerunt, malos autem foras miserunt. Illud etiam obseruare expediet, opportunum esse littoris locum, vt nauem conscensuri preces Deo ac vota fundant; eiusq. rei illustre Pauli & sociorum extare exemplum. Et positis genibus in littore orauimus: & cùm Actor. 21. vale fecissemus inuicem, ascendimus in nauem. Porrò littus eiectorum à mari locus est communis; vbi insepulta corpora putrescunt. &, Viderunt Ægyptios mor- Exod. 14. tuos super littus maris, & manum validam, quam exercuerat Dominus contra eos.

INSVLA LOCVS.

CAP. XXIII.

INSVLÆ nomen commune est non solùm iis terræ partibus, quæ vndique mari alluuntur, sed omnibus etiam regionibus iis, ad quas ex Syria, nisi per mare veniri commodè non potest; vt Græciæ & Italiæ, & Hispaniæ: sicut scriptum est. Filij Iauan, Elisa, Tharsis, Chetim & Dodanim: ab his diuisæ sunt insulæ gen- Genes. 10. tium, in regionibus suis vnusquisq. secūdùm linguam suam, & familias suas in nationibus suis. Fuit autem Tharsis illa, quam postera sęcula Aphricam appellarunt. Ea quoniam continentibus terræ itineribus peragrari à Palestina non potest, Insula non dicitur, quanquam nauibus etiam possit adiri: sicut scriptum est. Reges Tharsis & insulæ munera offerent. Atque ita terræ nomine Orientalem cōtinentem omnem, quam Asiam dicunt, & Aphricam etiam: Insularum verò mentione cæteras, quæ ab illis mari interiecto distinguuntur, partes definimus. Rex verò Assuerus omnem terram & cunctas maris insulas fecit tributarias. &, In die illa adijciet Domi- Esther. 10. nus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis & ab Aegypto, Isai. 11. & a Phethros & ab Æthiopia, & ab Elam, & à Senaar, & ab Emath, & ab insulis maris: & taceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem. Et, Viderunt insulæ & timuerunt: extrema terræ obstupuerunt, appropinqua- Isai. 41. uerunt & accesserunt. Et legem eius insulæ expectabunt. &, Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ, qui descenditis in mare, & plenitudo Isai. 42. eius, insulæ & habitatores earum. &, Ponam in eis signum; & mittam ex eis, qui saluati fuerint, ad gentes in Isai. 66. mare, in Aphricam & Lydiam, tenentes sagittam in Italiam & Græciam ad insulas longè. Apertè autem Iere- Ierem. 25. mias nomen Insulæ quid significet, indicauit. Et regibus, inquit, insularum, qui sunt trans mare.

FLVMEN LOCVS.

CAP. XXIIII.

FLVVIORVM quoque siue fluminum (namque eandem rem vtrumq. significat nomen) certæ quoque ad loci rationem relatæ adnotationes obseruantur. Imprimis enim flumina commodam loci sedem hominibus ad habitandum parant, cùm propter alia multa, tum propter amœnitatem, vbertatem fructuum & arborum copiam, atque etiam piscium fæcunditatem, & piscandi facultatem: sicut scriptum est, Ne memine- Isai. 43. ritis priorum, & antiqua ne intueamini: Ecce ego facio noua, & nunc orientur: vbique cognoscetis ea. ponam in deserto viam, & in inuio flumina. Glorificabit me bestia agri, & dracones & struthiones, quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo, electo meo. & illud, Quid tibi cum via Assyrio- Ierem. 12. rum, vt bibas aquam fluminis? &, Nunquid melior es Sophon. 2. Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus, aquæ in circuitu eius, cuius diuitiæ mare, aquæ muri eius. Et apud Isaiam. Quia solummodo ibi magnifi- Isai. 33. catus est Dominus noster, locus fluuiorum, riui latissimi & patentes. Ille quoque ex his rationibus inter-

pretandus arcanus tamen & magni sacramenti locus
Apocal. 22. apud D. Iohannem est. Et ostendit mihi fluuium aquæ
viuæ splendidum tanquam crystallum, procedentem
de sede Dei & agni. In medio plateæ eius & ex vtraq.
parte fluminis lignũ vitæ afferẽs fructus duodecim &c.

Ex contrario etiam argumento fluminis commodi-
tas ad habitandum confirmatur. Etenim fluminum
defectus ex aquarum inopia sterilem incultũque locum
Isaiæ. 44. efficit: sicut scriptum est; Qui dico Ierusalem, habi-
taberis, & ciuitatibus Iudæ, ædificamini, & deserta eius
suscitabo. Qui dico profundo, desolare, & flumina tua
Isai. 50. arefaciam. Et ponam flumina in siccum: computrescẽt
pisces sine aqua, & morientur in siti. &, Faciam alueos
Ezech. 30. fluminum aridos, & tradam terram in manus pessi-
morum, & dissipabo terram & plenitudinem eius.

Amænitas. Bonam autem rationis huius in fluminibus com-
mendandis partem sibi vendicat amœnitas: sicut scri-
Num. 24. ptum est, Vt vallis nemorosa & horti iuxta fluuios irri-
Piscatio. gui, vt tabernacula, quæ fixit Dominus, quasi cedri pro-
pe aquas. Quod autem ad piscandi facultatem spectat
Exod. 7. (quæ pars ad vitã alendam vtilis etiam putatur) huius-
modi exemplis comprobatur. Et pisces, qui erant in flu-
mine, mortui sunt, computruitque fluuius &c. Et hæc
Leuit. 11. sunt, quæ gignũtur in aquis, & vesci licitum est: Omne
quod habet pinnulas & squamas tam in mari, quàm in
Isai. 19. fluminibus & stagnis comederis. &, Mærebunt piscato-
res, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, &
expandentes rete super faciem aquarum emarcescent.
Ezech. 29. &, Proijciam te in desertum, & omnes pisces fluminis
tui, super faciẽ terræ. Iam illud notissimũ est magnam
Lotio. ad vestimenta & corpora lauanda commoditatem flu-
Exod. 2. minis copia creare. Ecce enim descendebat filia Pha-
raonis, vt lauaretur in flumine; & puellæ eius gradie-
bantur per crepidinem aluei. Ideo verò commodus Io-
hanni ad baptizandum locus apud flumen Iordanem
Matth. 1. fuit delectus. Et egrediebatur ad Deũ omnis Iudæa re-
gio & Ierosolymitæ vniuersi, & baptizabantur ab illo in
Iordanis flumine.

Illvd verò silentio prætermittendum nõ est, fuisse
olim moris, vt ij, qui ex suis sedibus belli iure & victoris
arbitrio extracti aliò commigrare cogerẽtur, secundum
Ezech. 1. victoris populi flumina considerent & habitarent, sicut
scriptum est: Cùm essem in medio captiuorum iuxta
Psalm. 136. fluuium Chobar. Et illud: Super flumina Babylonis il-
lic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.
Meditatio. Fluminũ autem tractus idoneus satis meditantibus lo-
cus esse videtur, quòd aquarum prospectus ipse, solitu-
Visio. do etiam & amænitas sensus detineat, cogitationemq;
cum in ipsius naturæ, tum in Dei contemplatione defi-
gi cogat; ex qua re interdum euenit, vt vatibus & sanctis
Ezech. 1. viris maximas & arcano mysterio notabilissimas res vi-
sere in eiusmodi locis detur. Sic Ezechiel, Et factum est,
inquit, in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis,
cùm essem in medio captiuorum iuxta flumen Cho-
Daniel. 10. bar, aperti sunt cæli, & vidi visiones Dei. Et Daniel ait.
Die autem vicesima & quarta mensis primi, eram iux-
ta fluuium magnum, qui est Tigris, & leuaui oculos
meos, & ecce vir, &c. Et Pharaonis celebratissimum
somnium illud, quanquam in lecto & per quietem
contigisset, tamen non sine fluminis adnotatione fuit,
vt ipsa fluminis & deambulationis ratio ad cogitãdum
Genes. 41. illi curam inijceret: sicut scriptum est. Post duos annos
vidit Pharao somnium, putabat se stare super fluuiũ &c.

Loca in bonam & malam partẽ. Praeter cælum & infernum omnes aliæ loco-
rum naturæ secundi atque aduersi vsus rationẽ sequun-
tur. Vidimus enim cæli locum felicissimum, inferni
autem siue gehennæ infelicem omnino. Cętera autem,
quæ hactenus commemorauimus, nunc vtilitatis,
nunc verò incommodi rationibus explicata sunt. quod
etiam in omni rerum inferiorum natura obseruan-
dum est. nihil enim tam simplex est & vtile, quin vel
hominum vitio & culpa, vel alia importunitate detri-
mentum aliquando attulisse videatur, vt singulis tra-
ctandis docebimus. Ab hac igitur incommodi & detri-
menti definitione fluuiorũ locus alienus non est. quip-
pe vt conseruãdis & alendis aliis rebus, ita etiam & alijs Perditio.
perdendis destinari fluuij solent, sicut scriptum est. Præ-
cepit ergo Pharao omni populo suo, dicens: Quicquid Exod. 1.
masculini sexus natũ fuerit, in flumẽ proijcite. & illud.
Et aperuit terra os suum & absorbuit flumẽ, quod mi-
sit draco de ore suo. Et sextus angelus effudit phialam Apocal. 12.
suam in flumen illud magnum Euphratem. Ex eadem
autem ratione euenit, vt fluminis mentio in magni &
vehementis periculi narratione fiat. vt, Flumen circun- Ion. 2.
dedit me, omnes gurgites tui & fluctus tui super me Periculum
trãsierunt. Et descendit pluuia, & venerunt flumina. Et Matth. 7.
Paulus inter cætera superatu difficillima pericula, flu- 2. Cor. 11.
minum quoque discrimina commemorat.

Svnt aliæ præterea priuatę quorundam fluuiorum
obseruationes, quarum exempla nonnulla addere ma-
gis, quàm omnia persequi, consilium fuit. neque enim
artis est singula tradere, sed ea ad generum rationem
reuocare fuerit iis, qui eruditi sunt, facillimum. Vt verò
quæ hoc loco volumus, indicata breuiter percurramus:
Flumẽ Euphrates, siue nominatim appelletur, siue an- Euphrates fluuiorum
tonomasticos fluminis vel fluuij nomine tantũ dicatur, Præcipuus.
locum significare solet, quo Israelitica regio à cæteris
terris Orientem versus distinguitur. Est enim promissæ Terminus
terræ ab illa plaga terminus Euphrates, vt scriptum est. terræ.
Reuertimini & venite ad montem Amorrhæorum, & Deut. 1.
ad cætera, quæ ei proxima sunt campestria loca &c. Iux-
ta littus maris terram Cananęorum & Libani vsque ad
flumẽ magnum Euphratem. Et omnis locus quem cal- Deut. 11.
cauerit pes vester, vester erit, à deserto & à Libano & à
flumine magno Euphrate. Et ipse enim obtinebat om- 3. Reg. 4.
nem regionem, quæ erat trans flumen à Tapsa vsque ad
Gazam. Et extẽdit palmites suos vsque ad mare, & vsq. Psalm. 79.
ad flumen propagines eius. Atqui plurima sacrorum
librorum loca hac Euphratis annotatione exponuntur.

At verò Aegypti flumen annonæ & fructuum arca- Nilus copia.
nam quidem, tamen ex illius regionis natura petitam
significationem, aliquando obtinere, & somnij regij in-
terpres Iosephus & euentus ipse docuit. Putabat ille Genes. 41.
se stare super fluuium, de quo ascendebant septem bo-
ues pulchræ & crassæ nimis, & pascebantur in locis pa-
lustribus. Aliæ quoque septem emergebant de flumine
fœdæ confectæque macie, & pascebantur in ipsa amnis
ripa in locis virentibus. Et, In aquis multis semen Nili, Isai. 23.
& messis fluminis fruges eius. Est vbi Aegypti flumina
omnem regionis illius tractum ad Æthiopiam vsque in-
dicẽt. vt, Et sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extre- Isai. 7.
mo fluminum Aegypti. Flumina verò Aethiopiæ oriẽ- Aethiopiæ flum.
talem terræ plagam, quam Indiam antiqui dixerunt, Orientem.
perfluunt: cuius rei ratio à nobis in Sophonię commen-
tariis reddita est. Vltra flumina Aethiopiæ inde suppli- Soph. 3.
ces mei, filij dispersorum meorum munus offerẽt mihi.

FONS LOCVS.

CAP. XXV.

Fontes ferè omnes ea, in quibus oriuntur, loca Amænitas.
amæna & læta reddũt. Ex quo fit, vt ad amænitatis &
iucunditatis sensum in sermone commemorẽtur, sicut
scriptum est. Venerunt autem in Elim vbi erant duode- Exod. 15.
cim fontes aquarũ & septuaginta palmæ, & castrame- Num. 33.
tati sunt iuxta aquas. Et Deus tuus introducet te in ter- Deut. 7.
ram riuorum aquarumque & fontium. Et, Qui emittis
fontes in conuallibus, inter medium mõtium pertransi- Psal. 103.
bunt aquæ. Et, Qui conuertit petram in stagna aqua- Psal. 113.
rum, & rupem in fontes aquarum. Et fons hortorum Cantic. 4.
puteus aquarũ viuẽtium, quæ erumpũt cum impetu de
Libano. Aperiam in supinis collibus flumina, & in me- Isai. 41.
dio camporum fontes. Et quæ erat arida, erit in stagnũ; Isai. 35.
& sitiens in fontes aquarum. Atqui apud fontes certa
herbæ perpetuò virentis loca, sicubi maximè sunt, sicut
scriptũ est: Dixit ergo Achab ad Abdiam: Vade in ter- 3. Reg. 17.
ram ad vniuersos fontes aquarum, & in cunctas valles,
si for-

si fortè possimus inuenire herbam, &c. HANC autem fontium naturam & amœnitatem atque loci commoditatem, lassorum & fatigatorum ex itinere, vel alio importuno æstus desiderijque sensu refrigeratio consequitur & recreatio, sicut scriptum est: Cumque camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ vesperè, &c. dixit, Domine Deus meus, &c. Ecce ego sto iuxta fontem aquæ, &c. Cumque inuenisset eam Angelus Domini iuxta fontem aquæ in solitudine, quæ est in via Sur in deserto. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Et, Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. quanquam hoc arcanæ etiam interpretationis exemplum sit. Spectat enim noui Testamenti hominibus gratiam illam & beneficia à Deo per Christum allata; quorũ explicatio neque loci huius nec instituti est: ad quam illa etiam Zachariæ refertur sententia. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem, ad ablutionem peccatoris & menstruatæ. Fons signatus sinceritatem, integritatem atque ab externa labe & vitio semotam puritatem significat. Hortus conclusus & fons signatus amica mea.

Recreatio — Genes. 14. — Genes. 16. — Psalm. 41. — Isai. 12. — Gratia — Zach. 13. — Cant. 4.

EST aliquando fontium locus regionum vel agrorum terminis definiendis insignis & perpetua notatio, tanto cæteris notior & firmior notis, quanto naturæ constantia & sui vsu spectabilior hominibus est. Neq. enim huiusmodi terminorum signum, mutari aut corrumpi sine manifesta deprehensione potest. Quam ob rem huiusmodi loca commodè in finibus describẽdis vsurpantur: vt, Transit aquas, quæ vocantur fons Solis: & erunt exitus eius ad fontẽ Rogel. Et fuit terminus Manasse ab Asser, Machmathat, quæ respicit Sichem: & egreditur ad dextram iuxta habitatores fontis Thaphuæ. &, A Meridie autem ex parte Chiriathiagharim egreditur terminus contra Mare, & peruenit vsque ad fontem aquarum Nephthoah.

Terminus — Iosue. 15. — Iosue 17.

PRÆTEREA gestæ rei, vel beneficij accepti collatiue monumentum perpetuum aliquando fontes præbent: sicut scriptum est. Aperuit itaque Dominus molarem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ, quibus haustis refocillauit spiritũ, & vires recepit. Idcircò appellatum est nomẽ loci illius Fons inuocantis de maxilla, vsque in præsentẽ diem. Quibusdam rursus locis fontiũ vel vitium vel defectus & inopinata penuria incommoditatẽ habitandi afferunt, siue valetudinẽ animantibus aduersam, siue sterilitatem aliudue quippiam inopiæ detrimentique efficiant, sicut scriptum est. Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse domine perspicis, sed aquæ pessimæ sunt & terra sterilis. At Heliseus ait: Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal. Quod cùm attulissent, egressus est ad fontem aquarum, & misit in illum sal, & ait: Hæc dicit Dominus, Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors, neque sterilitas. Et illud. Et percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam, & omne lignum fructiferum succidetis, cũctosque fontes aquarum obturabitis. Et mittentes singuli lapides repleuerunt: & omnes fontes aquarum obturauerunt. Et inito cum principibus consilio virisque fortissimis, vt obturarent capita fontium, qui erant extra vrbem, & hoc omnium decernente sentẽtia congregauit plurimam multitudinem, & obturauerunt omnes fontes. Et apud Prophetas. Sed & bestiæ agri, quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te, quoniam exiccati sunt fontes aquarum. Ex huiusmodi incommoditatis atque sterilitatis imagine eos, qui vera pietatis virtute effæti destitutique sunt, fontes sine aqua D. Petrus appellat.

Monumentum — Iudic. 15. — Incommoditas. — 4. Reg. 2. — 4. Reg. 3. — 2. Paral. 31. — Ioel. 1. — 2. Pet. 2.

PVTEVS LOCVS.

CAP. XXVI.

PVTEVS propter aquarum dulcium copiam commodum ad habitandum locum efficit & significat. Quam ob rem in calidioribus regionibus, vbi minor fontium & fluuiorum vsus est, putei non solùm expetũtur, sed etiam ad lites et rixas vsque appeti solent, sicut scriptum est. Et increpuit Abimelech propter puteum aquæ, quem abstulerant serui eius. Et septem, inquit, agnas accipies de manu mea in testimonium, quòd ego foderim puteum istum. Et Isaac rursum fodit alios puteos, quos foderant serui patris sui Abrahã, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philistijm: appellauitq. eos ijsdem nominibus, quibus antè pater vocauerat. Foderuntque in torrente, & repererunt aquam viuam, sed & ibi fuit iurgium pastorum Geraræ aduersus pastores Isaac dicentium: Nostra est aqua. Quam ob rem nomen putei ex eo, quod acciderat, vocauit Calumniam. Foderunt autem & alium, & pro illo quoque rixati sunt, appellauitque illum Inimicitias. Profectus inde fodit alium puteũ, pro quo nõ contẽderunt: itaque vocauit nomẽ eius Latitudo. huiusmodi autem commoditas perpetua beneficij memoria apud posteros commendatur: vt, Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius & pecora eius? Ob huiusmodi cõmoditatis & salubris vsus commẽdationem sponsa à spõso Puteus aquarum viuentium appellabatur. Huic rationi proximum est, vt puteus iter agentibus iucundam respirationi & recreationi sedem paret: sicut scriptum est. Cumque camelos fecisset accumbere extra oppidũ iuxta puteum aquæ. Et de Agar. Cumq. inuenisset eam angelus Domini iuxta fontem aquæ in solitudine, quæ est in via Sur in deserto, &c. Erat autem puteus ille, qui fons etiam dicitur, vt paulò pòst: propterea appellauit puteum illum, &c. NON rarò autem puteus loci cuiuspiam index est omnibus notissimus, idemque diuturnus. Quam ob rem ad eiusmodi locorum certam descriptionem, puteorum nomen cõmodè affertur: vt, Quoniam circuibit clamor terminum Moab, vsque ad Gallim vlulatus eius, & vsque ad puteum Elim clamor eius.

Genes. 21. — Genes. 26. — Genes. 24. — Recreatio — Index — Isai. 15.

CONTIGIT autem nonnunquam commodas latebras euadendi causa quibusdam in puteo præberi: sicut scriptum est, Vidit autem eos quidam puer, & indicauit Absalon. illi verò concito gradu ingressi sunt domum cuiusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo. Tulit autẽ mulier, & expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas; & sic latuit res. MVLTA quoq. puteorũ loca & nomina rei gestæ vel beneficij accepti monumentũ testata conseruant. Propterea enim Agar appellauit puteum illum, Puteum viuentis & videntis me: ipse est inter Cades & Barad. Et post obitum Abraham benedixit Dominus Isaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine Viuentis & videntis. Et idem vocauit puteum Latitudo: dicens, Nunc dilatauit nos Dominus, & crescere fecit super terram. Et profectus Israel venit ad Puteum iuramenti, & mactatis ibi victimis Deo patris sui, audiuit eum per visionem nocte.

2. Reg. 17. — Genes. 16. — Genes. 26. — Genes. 46.

HABET etiam rursum eiusmodi locus minùs faustam & lætam significationem, vel adiuncto aliquo expressam, vel sententiæ ratione cognoscendam. Namq. ad perniciem corporum vel animorum indicandam putei nomen vsurpatur interdum: vt, Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus. &, Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. &, Mouit Bacchides castra ab Ierusalem, & applicuit in Bethzecha, & misit & comprehendit multos ex ijs, qui ad se refugerant, & quosdam de puteo mactauit, & in puteum magnum proiecit. Et in grauiori interitus significatione à Sapiente & ab Apostolo nomen putei est appellatum. Puteus angustus aliena. Et quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cælo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei Abyssi, & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est Sol, & aër de fumo putei: & de fumo putei exierunt locustæ in terram. Atque adeò ad hanc adnotationem pertinet, quòd

Pernicies — Psal. 54. — Psal. 67. — 2. Macha. 7. — Prouer. 23. — Apocal. 9.

quòd puteus tametsi non certum interitum, tamen manifestum periculum indicet: vt, Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die sabbathi? Luc. 14. Periculum.

CISTERNA LOCVS.

CAP. XXVII.

PROXIMAM post puteos rationem in commodæ habitationis vsum cisternæ locus obtinet. Namque viuētis aquæ inopiam pluuialium collectio supplet: vt, Domos plenas cunctarum opum, quas non extruxisti; cisternas, quas nō fodisti. &, Hæc dicit rex Assyriorum, Facite mecum quod vobis est vtile, & egredimini ad me, & comedet vnusquisque de vinea sua, & de ficu sua; & bibetis aquam de cisternis vestris. Et Ozias Rex extruxit multas turres in solitudine, & effodit cisternas plurimas, eò quòd haberet multa pecora. Et in Iudith historia. Cumque ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ & collectiones aquarum omnibus habitantibus Bethuliam. Et sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, &c. Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militum in terra Iuda, & dedit illis vineas & cisternas in die illa. Et Dauid aquam de cisterna, quæ est in Bethlehem, desiderasse dicitur. Illud verò arcanam magis significationem obtinet, & legitimum matrimonij vsum honestè indicat: Bibe aquas de cisterna tua. Atque in puritatis & munditiæ definitionibus cisternæ, perinde atque puteus, aquæ viuentis censentur: sicut scriptum est. Fontes verò & cisternæ & omnis aquarum congregatio munda erit. Neque verò in turbatis & calamitosis rebus cisternæ minus commoda latibula quàm foueæ, antra & specus hominibus præbent. Namque filij Israel in arcto positi (afflictus enim erat populus) absconderunt se in speluncis & inabditis, in petris quoque & in antris & in cisternis.

Aquæ commoditas. Deut. 6. 4. Reg. 17. 2. Paral. 26. Iudith. 7. Ierem. 6. Ierem. 39. 2. Reg. 23. Thorus. Proverb. 5. Puritas. Levit. 11. Latibulum. 1. Reg. 13.

CERTAM præterea & communem pluribus locis adnotationem cisternæ conseruant: vt, Et Saul etiam ipse abijt in Ramatha, & venit vsque ad cisternam magnam, quæ est in Socho. Et egressus Ioab à Dauid, misit nuntios ad Abner, & reduxit eum à cisterna Syra. Et illud: Quos cùm comprehendissent viuos, iugulauerunt in cisterna iuxta camerā quadraginta duos viros.

Nota signū. 1. Reg. 19. 2. Reg. 3. 4. Reg. 10.

APVD Ieremiam cisternæ pertusæ vanum laborem & studium significant in re inutili & in disciplina stulta insumptum. Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Labor cassus Ierem. 2.

LACVS LOCVS.

CAP. XXVIII.

EANDEM ferè cum cisterna & vsus & sermonis rationem lacus nomen spectat. Est enim vbi aquarum ad vsum mortalium congregatio, siue natura, siue industria constet, lacus dicatur: vt, Extende manum tuam super aquas Aegypti, & super fluuios eorum & riuos ac paludes & omnes lacus aquarum. Et illud. Qui in vrbibus Ceni, & qui in Harama, & qui in lacu Asan. Et desiderauit Dauid aquam de lacu; & dixit, O si quis daret mihi potum aquæ de cisterna, &c. Et lacum fecistis inter duos muros, & aquam piscinæ veteris. Illud autem apud Isaiam, ex translatione, & ædificandi opere petitum, suo loco exactiùs exponendum est, quòd maternum vterum, vnde prima cuiuspiam origo extiterit, qualis Saræ Israelitarum matris fuit, lacus significat. Attendite ad petram, vnde excisi estis; & ad cauernam lacus de qua præcisi estis. At verò in alterius vsus ratione, hoc est, in duriori significatione, lacus nomen pro carcere horrido, obscuro atq. asperrimo vsurpatur, & nonnunquam pro horrendo illo infernorum loco, vbi & piorum animæ olim detentæ fuerunt, & improborum perpetuò detinentur. sic Ieremias in domum laci ingressus dicitur. Et tulerunt Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchiæ filij Amelech, qui erat in vestibulo carceris; & submiserunt Ieremiam in funibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum. Ad illum verò alterum carcerem horrendum illa referuntur: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere.

Exod. 7. 1. Reg. 30. 2. Reg. 13. Mater. Isai. 51. Carcer. Infernus. Ierem. 37. Zach. 9. Isai. 24.

NEQVE verò minus frequentia exempla sunt, in quibus creatum alicui periculum laci nomine significatur: vt, Lacū aperuit, & effodit eum. Et eduxit me de lacu miseriæ & de luto fecis. Et posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis & in vmbra mortis. Et Danielis in lacum leonum detrusi frequens mentio est. Et lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. Et inuocaui nomen Domini de lacu nouissimo. Et eduxit me de lacu miseriæ. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis & in vmbra mortis. Torcularis præterea significationem Lacus aliquando obtinet, atque ex ea translatione vindictam quoque vel vltionem diuinā significat: vt, Vineam pastinauit homo, & circundedit sepem, & effodit lacum. Et misit angelus falcem acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frenum equorum. Ad extremam porrò miseriam, atque adeò ad sepulchri, nonnunquam etiam ad inferni conditionem significandam, nomen hoc accommodatur. vt, Nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum. &, Eduxisti Domine ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum. Et æstimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Nō auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum. Deglutiamus eum sicut infernus viuentem & integrum quasi descendentē in lacum. &, Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. &, Tu autem proiectus es in sepulchro tuo, quasi stirps inutilis, pollutus & obuolutus cum ijs, qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum. Et cùm detraxero te cum ijs, qui descendunt in lacum ad populum sempiternum. & multa alia significationis huius exempla.

Psal. 39. Psalm. 77. Periculum. Daniel. 16. Thren. 3. Psal. 39. Psal. 77. Torcular. Matt. 21. Apocal. 14. Psal. 27. Psal. 77. Psal. 14. Proverb. 1. Isai. 14. Ezech. 26.

FOVEA LOCVS.

EADEM ferè de fouearum loco obseruauimus, quæ nonnunquam aquæ vsus præbent: sicut scriptum est: Et non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. Aquæ vsus. Isai. 30.

INTERDVM verò latebras foueæ dant: vt, Forsitan nunc latitant in foueis, aut in vno, quo voluerunt, loco. Et ibi habuit foueam ericius, & enutriuit catulos suos. &, Vulpes foueas habent. Verùm enimuerò nominis huius vsurpatio in periculorum significationibus frequentior est; atque non minus etiam, quàm lacus, horrendam periculi speciem ostentat: vt, Iam nunc scitote, quòd Dominus Deus vester non eas deleat ante faciem vestram, sed erunt vobis in foueam & laqueum & offendiculum. Et incidet in foueam, quam fecit. &, Foderunt ante faciem meam foueam. &, Donec fodiatur peccatori fouea. Item, Fouea profunda os alienæ. Et, Cui væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne ijs, qui commorantur in vino? Et absconde super in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam. Et formido & fouea & laqueus super te, qui habitator es terræ. &, Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadent.

2. Reg. 17. Latibulum. Isai. 34. Matth. 7. Periculum. Iosue. 23. Psal. 7. Psalm. 56. Psal. 93. Proverb. 22. Iob. 40. Isai. 24. Matth. 15.

SPELVNCA LOCVS.

CAPVT XXIX.

SPELVNCA, siue ea hominum labore & industria parata, siue naturæ ipsa sponte oblata sit, eosdem & re ipsa, & nominis adnotatione vsus præbet sui. Fuit enim

Habitatio. enim aliquando non incommodus ad habitandum locus maximè ijs, qui à periculo tutiores esse cuperent: vt Lot, qui cùm in Segor manere timuisset, in spelunca cum duabus filiabus mansisse dicitur. Samson etiam descendens habitauit in spelunca petræ Etam. Elias quoque cùm venisset in montem Horeb, mansit in spelunca.

Genes. 19. Iud. 15. 3. Reg. 19.

Loci nota. INTERDVM autem spelunca certam loco notam ad indicandum præbet. vt: Porro Iuda cùm venisset ad speluncam, quæ respicit solitudinem.

2. Paralip. 2.

Sepulchrũ. SEPVLCHRIS quoque parandis nonnunquam speluncæ opportunæ habentur, & ad eam etiam significandam rem nomen ipsum vsurpatur. vt: Det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui. Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex, atque ita sepeliuit Abraham Saram vxorem suam in spelunca duplici. Confirmatusque est ager & antrum, quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti. &, Ecce ego congregor cum patribus meis. sepelite me cũ patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Ethei. &, Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei.

Genes. 23. Genes. 49. Iohan. 11.

Latebræ. VERVM nulla magis, quàm fugæ & latebrarum atque periculi declinandi causa, speluncæ peti solent, vnde ipsa speluncarum habitatio metum & præsidium eorum, qui lateant, arguit: sicut scriptum est, Fugerant enim quinque reges, & se abscõderant in spelunca Maceda. Et filij Israel fecerunt sibi antra & speluncas in mõtibus, & munitissima ad repugnandum loca. Et cùm vidissent filij Israël se in arcto positos (afflictus enim erat populus) absconderunt se in speluncis &c. Et, Abiit ergo Dauid inde, & fugit in speluncã Odollam. Abdias etiam centum prophetas sibi in speluncis custoditos narrat. Et Psalmi indicatio est, quem condiderit Dauid, cùm fugeret à facie Saul in speluncam. Et Isaias, Introibunt, inquit, in speluncas petrarum & in voragines terræ à facie formidinis Domini. Sanctos quoque viros quosdam, persecutionis declinandæ causa, in speluncis egisse, Paulus refert.

Iosue. 10. Iudic. 6. 1. Reg. 13. 1. Reg. 22. 3. Reg. 17. Psal. 56. Isai. 2. Heb. 11.

DESERTVM LOCVS.
CAP. XXX.

AD locorum quoque definitiones desertum pertinet, cuius & in iucundo nonnunquam, sæpiùs autem in tristi vsu mẽtio fit. Ac primo quidem Desertum idem in sacro sermone, quod Ager apud Latinos significat. vt, Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti: sed & bestiæ agri, quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te, quoniam exiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti. &, Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt speciosa deserti. Quanquam verò hæc loca allegoricam interpretationem postulent, & hominum in melius mutationem per Spiritum sanctum faciendam significent, plurima alia in sacris libris sunt, in quibus agri rationem simplicem nomen deserti indicat, & ad pastus pecudum & armentorum significandos vsurpatur. vt, Cumque minasset gregem ad interiora deserti. Et, Cõsurgens Dauid descendit in desertum Pharan. Cùm ergo audisset Dauid in deserto, quòd tonderet Nabal gregem suum. Et audiui, quòd tonderent pastores tui; qui erant nobiscum in deserto. &, Nónne relinquit nonaginta nouem oues in deserto, & vadit, &c. Verùm frequentior huius nominis vsurpatio in locis ab hominum consuetudine & vsu remotis adnotandis obseruatur, quos Græci ἐρήμους, Latini solitudines dicunt. qui locus ad contemplandum, orandum atque de diuinis rebus agendum commodus aliquando habetur: vt, Cumque inuenisset eam angelus Domini iuxta fontem, qui est in solitudine in via Sur in deserto, dixit ad illam. Et Moses cùm minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb: apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. &, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. &, Dominus Deus Hebræorum misit me ad te, dicens: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. &, Ecce elongaui fugiens & mãsi in solitudine. &, Ipse autem secedebat in desertum, & orabat. Obseruauimus præterea desertum habitationi adscriptũ, pauperum tamen & extremæ sortis hominum, atque ferinam propè vitam traducentium: vt, In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel super glaream.

Ager. Ioel. 1. Ioel. 2. Exod. 3. 1. Reg. 25. Luc. 15. Solitudo. Genes. 16. Exod. 3. Exod. 5. Exod. 7. Psal. 54. Luc. 5. Habitatio humilis. Iob. 30.

ALIAS autem omnium commodorum carentem, & hominum habitationi importunum, difficultatum præterea & periculorum plenum locum deserti nomen significat, idque sacris libris est frequentissimum. vt, Dicturus est Pharao super filiis Israël, Coarctati sunt in deserto, conclusit eos desertum. Et cur induxisti nos in desertum istum, vt occideretis omnem multitudinem fame? &, Nunquid parum est, quòd eduxisti nos de terra, quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deserto? Et conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti. &, Quare venisti & quare dereliquisti pauculas illas oues in deserto. &, Panes & palathæ ad vescendum pueris tuis; vinum autem, vt bibat si quis defecerit in deserto. &, Suspicati enim sunt populum siti & fame fatigari in deserto. Illa verò exempla ad periculum latronum vel aliàs difficile discrimen spectant. Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum, vigilantes ad prædam. Et multis temporibus arripiebat (hominem) illum dæmon, & vinciebatur catenis & compedibus custoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta. Et malè locuti sunt de Deo, Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Et posuit flumina in desertum, exitus aquarum in sitim. Et rursus, Posuit desertum in stagna aquarum. &, Erit desertum in Charmelo. &, Dabo te in desertum & in opprobrium gentibus, quæ in circuitu tuo sunt. &, Vnde ergo nobis panes in deserto, vt saturemus turbam tantam? Et illa ex inopinato deducta similitudo, quam apud Hossæam vatem exposuimus: Quasi vuas in deserto inueni Israël.

Incommoditas. Exod. 14. Exod. 16. Numer. 16. Iudic. 7. 1. Sam. 17. 2. Reg. 16. 2. Reg. 29. Iob. 24. Luc. 7. Psal. 77. Psal. 106. Isai. 32. Ezech. 5. Matth. 15. Hosse. 9.

EX hac autem loci incommoditate & nominis inuidia factum est, vt pro inaccesso, & ab humana consuetudine alieno atque horrendo & fugiendo loco, qualis execrandis rebus adscribitur, nomen deserti in ritibus & cæremoniis vsurpetur. vt, Posita vtraque manu super caput hirci, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israël, & omnia delicta atque peccata eorum: quæ imprecatus capiti eius, emittet illum per hominem paratum in desertum. Cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, &c.

Leuit. 16. Execratio.

FVGÆ etiam & latebris quærendis desertum opportunum putatur. vt, Morabatur autem Dauid in deserto. &, Ecce Dauid in deserto est in Engaddi. Sed & de Gaddi transfugerunt ad Dauid, cùm lateret in deserto, bellatores viri robustissimi. Atque ex huiusmodi rerum & commoditatum difficultate à Deo in hominum gratiam sublata contemplatione euenit, vt deserti nomen aliquando in diuinæ prouidentiæ argumentum appelletur. vt, Profectique sunt filij Israël per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan. &, Profectus est populus de Haseroth, fixis tentoriis in deserto Pharan. Et iratus Dominus aduersum Israël, circunduxit eum per desertum quadraginta annis, donec consumeretur vniuersa generatio, quæ fecerat malum in conspectu eius. Et illud apertissimè: Adduxit vos quadraginta annis per desertum, nõ sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate cõsumpta sunt. Panem non comedistis, vinum & siceram non bibistis, vt sciretis, quia ipse est Dominus Deus vester. &, Qui traduxit populum suum per desertum. &, Non sitierunt in deserto

1. Reg. 23. 1. Reg. 24. Numer. 10. Nume. 13. Numer. 32. Deut. 29. Psal. 35. Isai. 47.

cùm educeret eos, aquam de petra produxit eis. Illud
præterea addendum hisce videtur, quòd desertum ali-
quando in Geographiæ rationibus, maximè autem in
promissa Israelitis regione termini certi Libano opposi-
ti significationem obtinet. vt, Ponam autem terminos
tuos à mari rubro vsque ad mare Palæstimorũ, & à de-
serto vsque ad fluuium, tradam in manibus vestris ha-
bitatores terræ. Et omnis locus, quem calcauerit pes
vester, vester erit à deserto vsque ad Libanum; à flumi-
ne magno Euphrate vsque ad mare occidentale erũt
termini vestri; & à deserto & Libano vsque ad fluuium
magnum Euphratem. Ferè autem omnia, quæ de de-
serto annotauimus, de solitudinis nomine accipi rectè
possunt; quòd ex eodem Hebraico verbo ferè semper
vertitur.

Terminus Israel. Exod. 23. Deut. 11.

DESERTVM.

DESERTVM rem inutilem & sine fructu aliquo
interdum significat. vt: Nunquid solitudo factus sum
Israeli, aut terra serotina &c. locum etiam commodis
vacuum & miserijs plenum significat. vt: Nunc trans-
plantata est in desertum: in terra inuia & sitienti.

Inutilis res. Ierem. 2. Ezech. 19.

AGER LOCVS.

CAP. XXXI.

AGER, quatenus ad loci definitionem pertinet,
varias in oratione indicat res. Atque primum quidem
ipsum Agri Hebraicũ nomẽ, locum ab vrbibus distin-
ctum, vel naturæ sponte vel hominum cultu variarum
plantarum feracem, alendisque tum hominibus, tum
feris idoneum significat. Hebraicè dictum שָׂדֶה voce
deducta à verbo abundãtiam & fertilitatẽ significante.
Huius annotationis plurima exempla sunt. vt: Omne
virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemque
herbam regionis priusquam germinaret. Et percussit
grando in omni terra Ægypti cuncta quæ fuerunt in
agris, ab homine vsque ad iumentum. Et Moses locu-
stam omnia ligna, quæ erant in agris, corrosuram aiebat.
Et illud egregium satis. Dabit pluuiam terræ vestræ
temporaneam & serotinam, vt colligatis frumentum
& vinum & oleum, fœnumque ex agris ad pascenda
iumenta. &, Vt ipsi comedatis & saturemini. &, Vt
comederet fructus agrorum. &, Odor filij mei, sicut
odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Et immittam
in vos bestias agri, quæ consument vos & pecora ve-
stra. Et obliuiscetur, quòd pes conculcet ea, aut bestia
agri conterat. &, Cognoui omnia volatilia cæli, & pul-
chritudo agri mecum est. &, Potabunt omnes bestiæ
agri. Interdum etiam ager, idem quod apud Latinos,
significat certam regionis vel terræ partem, vrbibus vel
oppidis adscriptam, limitibusque contentam suis. vt,
Cùm autem Iosue esset in agro vrbis Iericho. &,
Chariath-Arbe, quæ vocatur Hebron in monte Iu-
dah, & suburbana eius per circuitum. Agros verò &
villas eius dederat Caleb.

Commoditas. Genes. 2. Exod. 9. Exod. 10. Deut. 11. Deut. 32. Genes. 27. Leuit. 26. Iob. 39. Psal. 43. Psal. 103. Regio. Iosue 5. Iosue. 21.

NEQVE solùm communẽ pluribus, sed priuatam
singulorum possessionem, quam prædiũm dicunt, agri
nomine intelligimus. vt, Det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui. Et confirmatus est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex respiciens Mambre, tam ipse, quàm spelũca, & omnes arbores eius in cunctis terminis per circuitum, Abrahæ in possessionem, videntibus filiis Heth. Et si læserit quispiam agrum vel vineam alicuius. Et sex annis seres agrum tuum: septimo autem anno sabbathum erit terræ requietionis Domini: agrum non seres & vineam non putabis.

Prædium. Genes. 23. Exod. 22. Exod 25.

EX his rationibus atque vsibus agri nomen ad labo-
rem & opus indicandum vsurpatur. vt, En, vt cernitis,
terram vestram Pharao possidet, accipite semina, & se-
rite agros. &, Putabam nos ligare manipulos in agro. &,
Erat autem filius eius senior in agro. &, Quis autem
vestrum habet seruum arantem aut pascentem, qui re-
gresso de agro dicat illi statim, Transi, recumbe? Præter-
eà & locum vastum vel solum, atque à frequentia ho-
minum alienum, agri nomen significat. vt: Hæc dicit
Dominus, Sion quasi ager arabitur. Et proijciam te in
terram super faciem agri. Et super faciem agri cades,
quia ego locutus sum, ait Dominus. Aliquando incul-
tior & neglectior terræ pars, quæque nihil humanæ in-
dustriæ acceptum referat, sed sponte sese ipsam ornet,
ager dicitur. vt: Considerate lilia agri quomodo cres-
cunt, non laborant, neque nent.

Cultura. Labor. Genes. 47. Genes. 37. Luc. 15. Luc. 17.

Vastitas. Ierem. 26. Ezech. 32. Ezech. 39. Matth. 6.

QVATENVS verò ad humanarum actionum op-
portunitatem spectat, ager fugam aut latebras vel peri-
culi declinationem significat. Gladius foris, & pestis &
fames intrinsecus: qui in agro est, gladio morietur; &
qui in ciuitate est, peste & fame deuorabitur. Petitur
autem interdũ ager ad secreta vel cõsilia capienda, vel
facinora remotis arbitris obeunda. Sic Iacob misit &
vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi pascebat greges:
dixitq, eis &c. Et veni dilecte mi, egrediamur in agrũ,
commoremur in villis. Et cùm essent in agro Cain &
Abel, insurrexit Cain aduersus Abel fratrẽ suũ, & inter-
fecit eũ. &, Sin autem in agro repererit vir puellã, quæ
desponsata est, & apprehendens cõcubuerit cũ ea, ipse
morietur solus, puella nihil patietur, nec est rea mortis:
quoniam sicut latro consurgit contra fratrem suum, &
occidit animam eius; ita & puella perpessa est, sola erat
in agro, clamauit & nullus affuit, qui liberaret eam.
&, Surge itaque nocte cum populo, qui tecum est, &
latita in agro, & primo manè oriente sole irrue super
ciuitatem. &, Quod cùm nuntiatum esset Abimelech,
tulit exercitũ suum, & diuisit in tres turmas, tendens
insidias in agris. &, Præualuerunt aduersum nos viri, &
egressi sunt ad nos in agrum. Et dico vobis, quid fece-
rint nobis Syri. sciũt quòd fame laboramus, & idcirco
egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes: Cùm
egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos.

Fuga. Latebræ. Ezech. 7. Secretum. Genes. 31. Cantic. 7. Genes. 1. Deut. 22. Iudic. 9. Ibidem. 2. Reg. 11. 4. Reg. 7.

MAGIS verò arcanæ significationis exempla sunt,
in quibus ager, aut mundum hunc vario hominum &
rerum atque studiorum genere confertum, aut euan-
gelij rationem admirandam, vel Christianæ disciplinæ
studiũ, Christo Iesu interprete, indicat. vt, Simile fa-
ctum est regnũ cælorum homini, qui seminauit bonũ
semen in agro. Et accedentes serui patrisfamilias dixe-
runt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in
agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et simile est re-
gnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo
seminauit in agro suo. Et accedentes discipuli dixe-
runt ei, Edissere nobis parabolam zizaniorum agri.
Qui respondens ait illis, Ager autem est mundus. Et
simile est regnum cælorum thesauro absconditio in
agro, quem cùm inuenerit homo, vadit, & præ gaudio
illius vendit omnia quæ possidet, & emit agrum illum.

Mundus. Euangelium. Matth. 13.

CAMPVS LOCVS.

CAP. XXXII.

CAMPI eadem ferè, quæ & agri, significatio & vsurpatio est. vt, Pinguescent speciosa deserti, & campi tui replebuntur vbertate. Et saturabuntur ligna campi. Et inuenimus eam in campis syluæ. &, Insuper & pecora campi. Et gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt. Et campi tui replebuntur vbertate. Et ego flos campi. Aliquando autem hominum habitationi locum opportunum campi nomẽ indicat. vt, Cumque proficiscerentur de Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Nonnunquam verò latus ac planus terræ tractus campi obtinet nomẽ. vt, Vsque ad mare nouissimum & australem plagam & latitudinem campi Iericho. Et, Duæ autem turmæ palantes per campum aduersarios persequebantur. Et ascendunt montes & descendunt campi. Et adiuro vos per hinnulos ceruosque camporum. Aciebus præterea instruendis & ineundis prælijs opportunum, & spa-

Ager. Psalm. 64. Psal. 103. Psal. 31. Psal. 7. Psalm 95. Cant. 2. Situs commodus. Planities. Deut. 34. Iudic. 9. Psal. 103. Cant. 7.

Bellum. & spaciosum locũ cãpus præbet. Itaq; egressus est popu-
2.Reg 17. 2.Paral. 30. lus in campum contra Israël. &, Nec acquieuit Iosias
sermonibus Nechao ex ore Dei, verùm perrexit, vt
Iosue.12. dimicaret in campo Magedo. &, Hi sunt reges terræ,
quos percussit Iosue & filij Israël trans Iordanem ad
Occidentalem plagam à Baghalgad in campo Libani.

MONS LOCVS.
CAP. XXXIII.

MONTES editissima terrarum loca sunt, multis rebus tum gignendis, tum conseruandis oppor-
הרים tuna; Hebraicè Harim dicuntur, quòd lapidibus mine-
ralibus, aquis, & alijs quamplurimis succorum & vir-
tutum generibus grauidi sint. Quam quidem ratio-
nem ad multa scripturarum explicanda loca tenere
operæ pretiũ fuerit. Esse autẽ montes terrarum edi-
Psalm. 103. tissimã partẽ, Scriptura docet. Ascendunt mõtes, & de-
scendũt cãpi in locum quẽ dedisti eis. Diluuij etiã aquæ
Genes. 7. vt vniuersam terram inundasse arguantur, excelsos
montes operuisse referuntur. Horum igitur, quatenus
fecunda natura est, alio loco à nobis ratio disseretur.
Nunc verò quatenus altior situs, vsum hominibus,
alijsque animantibus præbet, exempla explicanda
sunt. EMINENTES montium situs rebus vel si-
Indicatio. gno vel voce indicandis commodissimum locum præ-
bent, quòd liberior aëris tractus vocis sonum latiùs
deferat, & prospiciendarum imagines rerum nullo im-
peditę obice longius spacium permeare possint. hinc
fit, vt vel bellica vel alia signa in montibus tollantur,
Isai. 30. vel indicandarum rerum clamores & præconia ex
ijsdem locis edantur. vt, Donec relinquamini quasi
malus in vertice montis, & quasi signum super collem.
Isai. 40. Et super montẽ excelsum ascende tu, qui euangelizas
Sion: exalta in fortitudine vocem tuam. Et quàm pul-
chri super mõtes pedes euangelizantis & annuntiantis
pacem. Leuate signũ in terra, clangite buccina in mon-
tibus. &, Quia erit dies, in qua clamabunt custodes in
monte Ephraim, surgite &c. Eandẽ ob causam aliqui in
montibus plorare & lamentari dicuntur quorum lon-
Matth. 2. ge lateque permanet clamor. vt, Vox in Rama audita
est. quòd Rama idem sit Hebraicis, quod Latinis est
editus locus. Ascende Libanum & clama, & in Basan
da vocem tuam, & clama ad transeuntes, quia contriti
sunt omnes amatores tui.

SOLENT etiam montes, quòd editi & cælo pro-
Maiestas. pinquiores esse videantur, maiestatis cuiusdam spe-
ciem præbere; quam ob rem diuinis spectris & admi-
randis cælestium mysteriorum exemplis exhibendis
montes deliguntur; vt Synai & Pharan, & Thabor.
Exod. 19. vt, Moyses autem ascendit ad Deum, vocauitque eum
Habac. 3. Dominus de monte. &, Deus ab austro veniet, & San-
Deut. 5. ctus de monte Pharan. Et facie ad faciem locutus est
Luc. 9. nobis in monte de medio ignis. &, Christus in Tha-
2. Pet. 1. bor gloriæ suæ specimen tribus discipulis conspicien-
dum præbuit. Hanc vocem (inquit Petrus) nos au-
diuimus de cælo allatam, cùm essemus cum ipso in
monte sancto. Huius autem rei obseruatio ansam
hominibus dedit, vt errorum suorum & vani cultus
templa in montibus augustiora, sanctioraque putaren-
tur, quę Græcis pariter & Latinis Phana appellabantur;
במות Hebraicis Bamoth, pro quibus interpretes reddunt
Isai. 65. Excelsa. Itaque montes etiam idololatriæ studium sæ-
Ierem. 3. pe significant. vt, Qui sacrificauerunt super montes, &
super colles exprobrauerunt mihi. &, Nunquid vidisti,
quid fecerit aduersatrix Israel? Abijt sibi super omnem
mõtem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & forni-
Ezech. 6. cata est ibi. Et cùm fuerint interfecti vestri in medio
idolorum vestrorum, & in circuitu ararum vestrarum
in omni colle excelso & in cunctis summitatibus mon-
tium. Ex hac autẽ adnotatione plura loca aliâs obscura
Isai. 2. explicãtur. vt, Et erit in nouissimis diebus, præparatus
erit mons domus Domini in vertice montium.

MONTI autem impositam ciuitatem, conspicuam
& illustrem, multisque expositam, vtilitatis commu-
Communicatio. nionem, qualis euangelij est, significat: sicut scriptum est,
Matth. 5. Non potest ciuitas abscondi super montem posita.
Mons Domini & mons Sion & mons sanctus, Ecclesiã
Christianam sanctam sæpe interpretamur ex arcana
significatione. vt, Quis ascendet in montem Domini,
Psalm. 14. aut quis requiescet in loco sancto eius? Et mons Sion
Psalm. 47. latera Aquilonis, ciuitas regis magni. Et mons, in quo
Psalm. 67. beneplacitum est Domino habitare in eo. Etenim
Dominus habitabit in finem. & plura alia huius ra-
Mich. 4. tionis exempla. vt apud Micheam, Præparatus erit mõs
domus Domini in vertice montium, &c.

MONTES etiam ad habitandum securitatis causã
petuntur, atque naturæ firmitudine & ascensus diffi-
Securitas. cultate tutiores efficiunt vrbes: habitatores autem vt
exercitatiores, ita bello aptiores habere existimãtur.
vt, Habitauitque Esau in montibus Seir, ipse est Edom.
Genes. 36. &, Iosue data est Thamnath-sara in monte Ephraim.
Iosue 19. Et ædificauit ciuitatẽ, habitauitq; in ea. Et noli respice-
Genes. 19. re post te, nec stes in omni circũregione, sed in monte
saluũ te fac. BELLI quoq; metu & periculi vel de-
Præsidium. pellẽdi vel sustinẽdi spe, mõtana loca à quibusdã occu-
pari solent. vt, A voce equitis & mittentis sagittas fugit
Ierem. 4. omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascenderũt rupes.
&, Israëlitæ Madianitarũ metu fecerunt sibi speluncas
Iudic. 6. & antra in montibus, & munitissima ad repugnandum
loca. MONTES inculti ad vastationis & solitudinis
Vastitas. argumentũ indicantur. Et desolabũtur montes Israel,
Ezech. 33. eo quòd nullus sit, qui per eos transeat. Illa autem po-
strema, sed frequentissima adnotatio est, vt certæ iti-
nerum vel agrorum vel terminorum definitiones mõ-
tium nominibus certis describantur. vt, Et facta est ha-
Genes. 10. bitatio eorum à Mesa pergentibus vsque ad Sephar
Notatio. Num. 20. montem Orientalem. Et cùm castra mouissent de Ca-
des, venerunt in montem Hor, qui est in finibus terræ
Deut. 1. Edom. Et sufficit vobis, quòd in hoc monte mansistis:
reuertimini & venite ad montem Amorrhæorum.

COLLIS LOCVS.
CAP. XXXIIII.

INTER montem & collem hoc distat, quòd colles
& minus, quàm montes, editi, & magis intus solidi
minusque fecundi sunt. Vtque illi à gignendi virtute,
HARIM: sic rursus hi à situ tãtũ sublimi, GIBGHOTH גבעות
dicuntur. Hæc differentia sæpe in sacris obseruatur ser-
monibus. vt, De monte in collem transierunt; obliti
Ierem. 50. sunt cubilis sui. Ita fit, vt omnis mons collis dici possit,
non autem omnis collis mons dicatur. Nam omnes ex-
celsæ terrarum partes, antequam fecunditate illa di-
stinguerentur, colles fuerunt, qui primi ex circunfuso
olim humore extitere. Quam ob rem antiquissima
Iob. 15. terrarum pars colles habentur, sicut scriptum est. Nun-
quid prius homo tu natus es, & ante colles formatus?
Prouerb. 8. itẽ, Ante omnes colles ego parturiebar. Huius autem
nominis vsurpatio, fecũditatis excepta significatione,
eadẽ ferè cum montibus in omni annotationis genere
Conspicuitas. est. namque excelsum & longè conspicuum locum, si-
gnisque ostendendis & rebus indicandis idoneũ, signi-
Isai. 30. ficat. vt, Quasi malus in vertice montis, & quasi signũ
Numer. 23. super collem. Ad prospectum etiam longissimum peti
solet mons. vt, De summis silicibus videbo eum, & de
collibus considerabo illum. VANVM quoque falso-
Idololatra rum Deorum cultum in collibus, vt in montibus, cele-
4.Reg. 16. bratum legimus. Immolabat quoque victimas, & ado-
lebat incensum in excelsis & in collibus & sub omni li-
4.Reg. 17. gno frondoso. Et fecerunt sibi statuas & lucos in omni
Ierem. 2. colle. &, In omni colle sublimi & sub omni ligno
frondoso tu prosternebaris meretrix. Et scietis quòd
Ezech. 6. ego Dominus, cùm fuerint interfecti vestri in medio
idolorum vestrorum, in circuitu ararum vestrarum, in
omni colle excelso & in cunctis summitatibus mõtium.

Colles autem vel lacte fluentes, vel alia vtilitatis adnotatione insignes, felicem rerum statum & magnam renouationem significant quando colles natura sua minus fecundi sunt. Quam ob rem summa illa per Christum efficienda prosperitas, his imaginibus descripta olim à vatibus fuit: vt, Et erit in die illa, stillabunt montes dulcedinẽ, & colles fluẽt lacte &, Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & comprehendet arator messem, & calcator vuæ mittentẽ semen, & stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. Sed hæc, vt diximus, arcanam significationem adhuc habent. Et apemiam in sublimibus collibus flumina. Illa etiam ad mysterium spectant, quæ de collibus apud sacros scriptores prædicantur, quo nomine præcipuos illos patres, quibus diuinarum ratio rerum credita fuit, indicari solet, vt Adam, Seth, Enoch, Noe, Abraham, & cæteri, quos patriarchas appellant. vt, Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius, donec veniat desiderium collium æternorum. &, Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. &, Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini. Montes & colles cantabunt coram vobis laudem. Et illud, quod superius recitauimus, arcana etiam significatione ad hoc genus est referendum. De collibus considerabo illum. Non rara autem exempla existunt, in quibus fastum superbiamq. humanam & ambitionem, quæque ex his in orbe proficiscuntur studia, collium nomine indicantur. vt, Triturabis montes & comminues, & colles quasi puluerem pones. Et omnis mons & collis humiliabitur. Et vidi montes, & ecce mouebantur, & omnes colles conturbati sunt.

Felicitas. Ioel. 3. Amos. 9. Isai. 41. Patres. Genes. 49. Psalm. 71. Isai. 55. Numer. 23. Superbia. Isai. 41. Isai. 40. Ierem. 4.

PRÆTEREA colles certum cuiusdam gestæ rei monumentum conseruandum referunt. vt, Fecit quoque quod iusserat Dominus, & circuncidit Iosue in colle præputiorum. Ad terminorum quoque definitiones colles certis nominibus inducuntur. vt, Nónne Dauid latitat apud nos in munitissimis locis in colle Hekila? Et venerunt vsque ad collem aquæ-ductus, qui est ex aduerso vallis itineris deserti in Gabaon. &, Reuertetur omnis terra vsque ad desertum de colle Remon ad Austrum Ierusalem. Pertinet etiam ad certam Topographiæ partem describendam. Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à secunda, & contritio magna à collibus. Colles porrò vallibus adiuncti omnem regionis agrum complectuntur. vt, Et implebo montes eius occisorum in collibus tuis atque in vallibus tuis. &, Hæc dicit Dominus montibus & collibus, torrentibus vallibusque desertis.

Iosue. 5. Monumentum. Terminus. 1. Reg. 23. 2. Reg. 2. Zacha. 14. Notatio. Sophon. 1. Ager. Ezech. 35. Ezech. 36.

VALLIS LOCVS.

CAP. XXXV.

VALLES & montibus adiacent, & diuersum longè situm obtinent. Sunt enim vt illi alti, sic & hæ contra depressæ ac profundæ, atque ideò diuersis ac ferè oppositis vsibus opportunæ. Plerumque autem inter montes iacentes amænæ valles visuntur, nomina à præcipuis plantarum, quas proferunt, generibus sortitæ. vt, Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel vt valles nemorosæ. &, Cumque venissent vsque ad vallem botri. &, De Taphuah pertransit contra mare in vallem arundineti. &, Porrò Saul & filij Israel congregati venerũt in vallem Terebinthi. Et dixit Achab ad Abdiam, Vade in terram ad vniuersos fontes aquarum & in cunctas valles, si fortè possimus inuenire herbam. His etiam accedit natiua quædam vallium fertilitas, segetibus & frumentis colendis opportuna. vt, Porrò Bethsamitæ metebant triticum in valle. Et induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento. Et erit sicut colligens spicas in valle Rephaim. Et erit flos decidens gloriæ exaltationis eius, qui est super verticem vallis pinguium. Vt autem in vallibus amæna & commoda pacis tempore, ita durioribus belli temporibus, neque tuta neque commoda habitatio est. vt, Isti sunt qui transierunt Iordanem mense primo, quando inundare consueuit super ripas suas, & omnes fugauerunt qui morabantur in vallibus ad Orientalem plagam & Occidentalem. A contrario autem argumento valles habitatæ & cultæ pacem tranquillitatemque indicant. Et erunt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me. Præterea pugnæ etiam & prælia commodiùs in vallibus, quàm aliàs, committuntur, castrametationesque fiunt. vt, Omnes hi venerunt in vallem siluestrem, quæ nunc est mare salis. Egressique sunt Rex Sodomorum & rex Gomorræ, &c. Et direxerunt aciem contra eos in valle siluestri. Et Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon. &, Igitur omnis Madiam & Amaleh orientalesque populi congregati sunt simul, & transeuntes Iordanem castrametati sunt in valle Iesrael. &, Ipse percussit Edom in valle Salinarum. Atque ex hac ratione ad spiritualem victoriam translatum quoque & appellatum est vallis nomen. vt, Consurgant & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem gentes in circuitu. Mittite falces, quoniam maturauit messis. Valles etiam vt montes, fontes aliaque loca, certo cognomine adiuncto, rei gestæ monumentum posteritati conseruatum produnt. vt, Cumque venissem vsque ad vallem Botri lustrata omni regione, &c. &, Vocatũq; est nomen loci illius vallis Achor vsque hodie. &, Porrò Absalon erexerat sibi, cùm adhuc viueret, titulum qui est in valle Regis. &, Necnon & ante ascenderant tres, qui erant principes inter triginta, & venerunt tempore messis ad Dauid in speluncam Odollam: castra autem Philistinorum posita erant in valle Gigantum. &, Ipse est qui adoleuit incensum in valle Benennom. Ideò, Ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur amplius Tophet & vallis Benennom. &, Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, postquam reuersus est à cæde Chodorlahomor & regum, qui erant cum eo in valle Saue, quæ est in valle Regis. Ex eadem nota est, vt vallis certi itineris terminum vel signum referat. vt, Mansimus in valle contra phanum Phogor. In agrorum quoque finibus describendis vallium nomina commodè indicantur. vt, Descenditque terminus vallis arundineti, in Meridiem torrentis ciuitatum Ephraim. Et Chananæi, qui habitant in terra campestri, in qua sitæ sunt Bethsan cum viculis suis, & Iezrael medium possidens vallem. & Iericho & Bethhagla & vallis Casis: & Circuit ad Aquilonem Anathon, suntque egressus eius vallis Iephthael. &, Fecit quoque Dauid nomen, cùm reuerteretur capta Syria in valle Salinarum cæsis decem & octo millibus. Valles & montes simul appellati totum regionis vel ciuitatis agrum complectuntur. vt, Hæc dicit Dominus montibus & collibus, rupibus & vallibus. Et irrigabo terram fætore sanguinis tui super montes, & valles implebuntur ex te. &, Implebo montes eius occisorum suorum in collibus tuis, & in vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent. Sed magis arcana significatione vallis hypocriticam humilitatis & modestiæ imitationem & simulatam virtutum profunditatem aliquando significat. vt Omnis vallis implebitur, omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.

Amœnitas. Fertilitas. Num. 24. Num. 23. Iosue. 16. 1. Reg. 17. 3. Reg. 17. 1. Reg. 6. Psal. 64. Isai. 17. Isai. 27. Calamitas. 1. Paral. 15. Tranquillitas. Isai. 65. Genes. 14. Prælia. Ios. 10. Iudic. 6. 4. Reg. 14. Victoria spiritualis. Ioel. 3. Numer. 31. Iosue. 7. 2. Reg. 17. Monumentum. 2. Reg. 23. Ierem. 7. Genes. 14. Deut. 3. Terminus. Iosue. 17. Ibidem. Iosue. 18. & 19. 2. Reg. 7. Ezech. 6. Ezech. 31. Ezech. 35. Hypocrisis. Isai. 40.

AREA LOCVS.

CAP. XXXVI.

AREA certo cognomento adnotata locum significat rei gestæ indicandæ idoneum, eundemque pluribus notum. vt Venerunt ad aream Atad, quæ sita est trans Iordanem, vbi celebrantes exequias planctu magno, &c. &, Erat autem Angelus Domini iuxta aream Areuna Iesubæi. &, Emam à te aream, & ædificem altare Domino. &, Cùm autem peruenissent ad aream Ghidon, tetendit Oza manũ suam vt sustentaret arcam. Plurima autem loca sunt, in quibus area metonymicè

Locus notus. Genes. 50. 2. Reg. 24. 1. Paral. 13.

Fruges nymicè fruges & frumentorũ pręsentem copiam significat. vt, Separabitis primitias Domino de cibis vestris, sicut de areis primitias separabitis, ita de pulmentis. &, Vt reputetur vobis in obligationem primitiuorum, tam de areis, quàm de torcularibus. &, Sed dabis viaticum de gregibus, de area & torculari tuo. &, Annuntiauerũt Dauid dicẽtes: Ecce Philistijm oppugnat Ceilá, & diripiũt areas. &, Te saluet Dominus. vnde possim te saluare? de area, an de torculari? &, Nunquid credes illi, quoniam semẽtem reddat tibi, & aream tuam congreget? &, Area & torcular non pascet eos. &, Implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino. Messis etiam & trituræ tempore area messoribus & agricolis cubile præbet. vt, Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus vestimentis, & descende in aream; non te videat homo, donec esum potumque finierit. Descenditque in aream, & fecit omnia, quæ sibi imperauerat socrus. Præterea area ex trituræ vsu puluerem continet & comminutissimum, & maioris aquæ copiæ ad cohærendum egentem; sicut scriptum est: Interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in tritura areæ. Et illud: Sed & bestiæ agri, quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te. Ex hoc autem euenit, vt fœnum in area conculcatum deterius habeatur, quàm id, quod ad aream allatum non sit, sicut scriptum est. Ipsi autem non cognouerunt cogitationes Domini, & non cognouerunt consilium eius, quia congregauit eum quasi fœnum areæ.

Num. 15. Numer. 17. Deut. 15. 1. Reg. 23. 4. Reg. 6. Iob. 39. Ose. 9. Ioel. 2. Cubile Ruth. 3. Puluis 4. Reg. 13. Ioel. 1. Mich. 4.

Ecclesia ARCANA autem ratione area Ecclesiam significat Christianam, omnium hominum genere plenam; quorum pars vtiles & probati; pars verò improbiores & inutiles esse censentur. Altera autem pars triticum, altera paleę dicuntur, sicut scriptum est. Cuius ventilabrum in manu sua; & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Est etiam vbi area idẽ, quod Latinis plantarium arborum, sit. vt, Nonne cùm tetigerit eam ventus vrens, siccabitur, & in areis germinis sui arescet?

Matth. 3. Plantarium Ezech. 17.

VIA LOCVS.
CAP. XXXVII.

Publicus locus VIA publicus, apertus, & omnibus patens, neque vlli, nisi per iniuriam aut vim aut culpam, præclusus vel negatus locus est. Ex qua ratione frequens viæ mentio in sacris inuenitur. vt, Amasa autem conspersus sanguine iacebat in media via. Vidit hoc quidam vir, quòd subsisteret omnis populus ad vidẽdum eum, & amouit illum de via in agrum, ne subsisterent transeuntes propter eum. Amoto ergo illo de via, transibat omnis vir sequens Ioab, &c. &, Qui cùm abiisset, inuenit eum leo in via, & occidit, & erat cadauer eius proiectum in via. Et ecce viri transeuntes viderunt cadauer proiectum in via, & leonem stantem iuxta cadauer. &, In vijs sedebas expectans eos, quasi latro in solitudine. &, Vox in vijs audita est, ploratus & vlulatus filiorum Israel &, Plurimos occidisti in via hac, & implestis vias eius interfectis. &, Paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum. Et ecce duo cæci sedẽtes secus viam audierunt, quòd Iesus transiret. &, Plurima autem turba strauerant vestimenta sua in via. &, Die media in via, vidi, Rex, de cælo supra splendorem solis circunfulsisse lumen.

2. Reg. 20. 3. Reg. 13. Ierem. 3. Ezech. 11. Nahum. 3. Matth. 20. Matth. 21. Actor. 26.

Certus locus EST etiam via aliquando loci alicuius certus index & plurimis cognitus. vt: Cumque inuenisset eam angelus Domini in solitudine, quæ est in via Sur. &, Mortua est ergo Rachel, & sepulta in via, quæ ducit Ephrata. Et non eos duxit Dominus per viam terræ Philistinorum, quæ vicina est. &, Cras mouete castra & reuertimini in solitudinem per viam maris rubri. Et cunctus populus incedebat contra viam oliuæ quæ respicit ad desertum. Solet præterea via varijs casibus &, laboribus patêre: ex quo fit, vt inter periculorum loca connumeretur, solicitudinemque quibusdam cogitatione sui moueat. vt, Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via cõtigerit, deducetis canos meos cum mærore ad inferos. &, Dimisit ergo fratres suos, & proficiscentibus ait, Ne irascamini in via. &, Dan coluber in via, cerastes in semita. &, Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. &, Ecce ego mittam angelũ meum, qui præcedat te, & custodiat te in via. &, Non enim ascẽdam tecum, quia populus duræ ceruicis es, ne fortè disperdam te in via. Et stetit angelus Domini in via contra Balaam. Et cernens asina angelum stantem in via, euaginato gladio, auertit se ab itinere. &, Erubui enim petere auxilium; & equites qui defenderent nos ab inimico in via. Et manus Dei nostri fuit super nos, & liberauit nos de manu inimici & insidiatoris in via. &, Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Ex his rationibus fit, vt grauissimo crimini detur, si quis alterum in via vel læserit, vel iniuste impedierit. vt, Memento quid fecerit tibi in via Amalech, quando egrediebaris ex Ægypto; quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant, occiderit, quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit Deum.

Casus Genes. 44. Genes. 45. Genes. 49. Exod. 13. Exod. 23. Exod. 33. Num. 22. 1. Esd. 7. Matth. 15. Deut. 25.

Commoditas ELECTIO autem viæ commoditatem & opportunitatem ad negotium vel rem gerendam significat. vt, Per quam viam ascendemus? Viam nõ inuenire, periculum & animi perturbationem significat; vt contrà, viæ inuentio spem efficiendi negotij facit. vt, Viro cuius abscondita est via, & circundedit eum Deus tenebris. &, Errauerunt in solitudine in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Et deduxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis.

4. Reg. 3. Periculum Iob. 3. Psalm. 106.

Securitas PER viam suam ire, securitatem metus aut curæ expertem interpretamur. vt, Ad montana conscendite, ibique latitate tribus diebus, donec redeant. & sic ibitis per viam vestram Et abijt mulier in viam suam, & comedit; vultusque illius non sunt amplius in diuersum mutati. &, Abijt Dauid in viam suam, & Saul reuersus est ad locum suum.

Iosu. 2. 1. Reg. 1. 1. Reg. 26.

Infectares PER eandem viam reuerti, rem infectam esse significat. vt, Per viam, qua venit, reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus. Viam currere, munus & officium suũ exercere est Exultauit vt gigas ad currenda viam. Vna via certum consilium & ordinẽ gerendæ rei, plures verò viæ perturbationẽ significant. vt, Per vnam viam venient contra te, & per septẽ fugient à facie tua. Et ibidẽ. Per vnã ingrediaris cõtra eos, & per septẽ fugias, & dispergaris per omnia regna terræ. His affine est, quòd variæ vię à diuersis petitæ diligentia & curam in negotio præstãdo in re quapiã quęrenda indicant. vt, Achab ibat per vnã viam, & Abdias per viam alteram seorsum. &, Circuite vias Ierusalem & aspicite, & considerate & quęrite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium. At verò aliã viã redire, est alterius consilium fallere, & insidias vitare, aut consuetudinem declinare. vt, Non comedas panem, neque bibas aquam, nec reuertaris per viam qua venisti. Abiit ergo per aliam viam, & non est reuersus pariter quà venerat in Bethel. &, Magi responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. &, Rahab ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios & alia via dimittẽs. Via regionem vel terræ tractum aliquando significat. vt, Via maris tiãs Iordanem. Et in viam gentium ne abieritis. Per viam transeuntes, periphrasis omnium hominum, nationum & conditionum est. vt, O vos omnes, qui transitis per viam, attendite. &, Ite ergo ad exitus viarum, & quoscũque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, cõgregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos. Viam etiã cogitationem negotijq. inchoationem

4 Reg. 15. Psal. 18. Functio Deut. 24. Consilium Perturbatio 1. Reg 17. Ierem. 5. Declinatio 3. Reg 13. Matth. 2. Iacob. 2. Regio Isai. 9. Matth. 10. Communitas Thren. 2.

nem aliquando interpretamur. vt, Quia dereliquisti
Ierem. 2. Dominum Deum tuum in eo tempore, quo ducebat
te per viam, & nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bi-
Amos. 7. bas aquam turbidam? &, Viuit via tua Bersabee. &,
Esto consentiẽs aduersario tuo citò dum es in via cũ eo.
Matth 5. Præterea via ipsa varia argumenta iter agentibus, quæ
Confabulatio. tractentur, suppeditare solet. Et in via interrogabat di-
Marc. 7. scipulos suos, dicens: Quem me dicunt esse homines?
Et interrogabat eos, dicens: Quid in via tractabatis? At
Marc. 9. illi tacebant, si quidem in via inter se disputauerant,
quis eorum maior esset. &, Nónne cor nostrum ardens
Luc. 24. erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis
scripturas? Et Angelus Philippo, Surge, inquit, & vade
Actor. 8. contra Meridianum, ad viam quæ descendit ab Ieru-
Pax. salem in Gazam, hæc est deserta: & quę deinde sequun-
tur de via. Iam verò viæ adnotatione aliqua adiuncta
varias significationes ostendunt, vt Via publica & trita
& recta ingredi, pacem & innocentiam profiteri est. vt,
Deut. 2. Transibimus per terram tuam, publica gradiemur via;
non declinabimus nec ad dextram, nec ad sinistram.
Psalm. 34. Via obscura & lubrica periculum continet. vt, Fiant
viæ illorum tenebræ & lubricum. Viæ desertæ vastatio-
Leuit. 26. nem & solitudinem. vt, Immittamque in vos bestias
agri, quæ consumant vos & pecora vestra, & ad pauci-
tatem cuncta redigant, desertæq; fiant viæ vestræ. Huius
Thren. 1. etiam sententiæ est: Viæ Sion lugent, eò quòd non sit
qui veniat ad solemnitatem. His oppositum significant
Isai. 43. in deserto apertæ & frequentes. vt, Ecce ego facio no-
Isai. 49. ua, &c Ponam in deserto viam. &, Ponam omnes mon
tes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. Vt verò
nihil magis peruium & commune omnibus, quàm via
est; sic nihil vilius, abiectius, & omnium cõtemptui ma-
gis expositum est, quam viarum lutum: quod eandem
hominum conditionem significat, cùm ad similitudi-
nem in oratione vsurpatur: hoc est, conditionem abie-
ctissimam, & omnium direptioni & conculcationi ex-
positam. Et erunt quasi fortes conculcantes lutum via-
Zach. 10. rum in prælio &, Dum seminat, quædam ceciderunt
Matth. 13. secus viam, & venerũt volucres cæli, & comederunt ea.

SEMITA LOCVS.

CAP. XXXVIII.

SEMITA eandem ferè cum via definitionem obti-
net, nisi quòd angustior, atque ad obseruandum dif-
Singularitas. ficilior est, referturque ad singularem quandam alicuius
vestigij adnotationem & obseruationem, sicut scriptum
est: Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas
Psalm. 24. edoce me. Quanquam autem via vna sit, semitæ ad
eam viam referendæ numero plures esse solent, quòd
semitæ singularum personarum vestigijs fiant, sicut scri-
Iob. 6. ptum est. Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum, &
semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus
Iob 27. vulturis. Non calcauerunt eam filij institorum, nec per-
Psal. 7. transiuit per eam leæna. Et volucres cæli & pisces ma-
Psalm. 16. ris, qui perambulant semitas maris. &, Perfice gressus
meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea.
Proverb. 12. &, In semita iustitiæ vita: iter autem deuium ducit ad
mortem. Est autem semita, quo certior, eo aptior insi-
Genes. 49. diis parandis locus, sicut scriptum est: Fiat Dan colu-
ber in via, cerastes in semita mordens vngulas equi, vt
Iob. 17. cadat ascensor eius retrò. &, Abscondita est in terra pe-
Iob. 19. dica eius, & decipula illius super semitam. Et semitam
meam circumsepsit, vt transire non possim, & in calle
Proverb. 1. meo tenebras posuit. &, Sic semitæ omnis auari, animas
possidentium rapiunt. Variæ autem semitæ ab eodem
initæ, turbationem ac metum & fugam arguunt, vt scri-
Iudis. 20. ptum est: Et caderent per duas semitas vertentes ter-
ga, quarum vna ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa.
& paulò pòst. Qui fugam arte simulantes inierunt con-
silium, vt abstraherent eos de ciuitate, & quasi fugien-
tes ad supradictas semitas perducerent.

IAM verò semitę cum adiunctis arcanam magis ha-
bere videtur significationem, vt semitæ rectę iustitiam,
innocentiam & simplicem probatamque virtutis ratio-
nem; curuæ verò his aduersa indicent. Sic apud Isaiam,
Isai. 26. Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambuládum.
Matth. 3. &, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Et
Isai. 59. contrà, Semitæ eorum incuruatæ sunt: omnis qui cal-
Prouer. 17. cat in eis, ignorat pacem. Et munera de sinu impius ac-
cepit, vt peruertat semitas iustitiæ. Semitæ infrequen-
tes loci vastitatem, & commerciorum atque cõsuetudi-
nis raritatem ostendunt; metum etiam & terrorem pe-
Iudic. 5. riculique formidinem significant. vt, In diebus Sangar
quieuerunt semitæ; & qui ingrediebantur per eas, am-
bulauerunt per calles deuios. At verò semitæ in aquis
factæ, felicitatis & boni consequendi facilitatem, diui-
nique beneficij præsentem copiam, atq. adeò magnam
Isai. 43. rerum obsecundationem interpretari possumus. vt, Hęc
dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis tor-
rentibus semitam.

PETRA LOCVS.

CAP. XXXIX.

PETRÆ quoque nomen ad locorum naturam &
rationem aliquando appellatur, & quibusdam in-
terdum rebus commodum vsum præbet, quibusdam
verò incommoditatis affert significationem. In primis
verò petræ, quæ mole sua maiores, pondere grauiores,
& duratione diuturniores sint, in itinerum, termino- Nota.
rum, locorumque notis censentur: vt, Ego stabo coram
Exod. 17. te ibi super petram Horeb. &, Fuit autem terminus
Iudic. 1. Amorrhæi ab ascensu Scorpionis Petra & superiora lo-
Iudic. 6. ca. Et tolle carnes & azymos panes, & pone super pe-
1. Reg. 23. tram illam. &, Reuersus est ergo Saul desistens persequi
Dauid; & perrexit in occursum Philistinorum. propter
hoc vocauerunt locũ illum Petram diuidentem. Atque
in tutorum & munitorum natura locorum petra præter
Exod. 33. cætera genera appellatur. vt, Ecce est locus apud me, &
Munitio. stabis supra petram: cumque transibit gloria mea, po-
Num. 24. nam te in foramine petræ. &, Si in petra posueris ni-
Iudic. 15. dum tuum. Et Samson descendens, habitauit in spe-
Iudic. 20. lunca petræ Ethan. Et qui remanserunt de Beniamin,
fugerunt in solitudinem, & pergebant ad petram, cuius
vocabulum est Remmon. &, Dominus petra mea &
2. Reg. 22. robur meum & saluator meus; & in petra exaltauit
me. Et lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra
Prouer. 30. cubile suum. Ex eadem ratione fit, vt fugæ atque lati-
Isai. 2. bulis aptus locus, petra habeatur. vt: Ingredere in pe-
tram, & abscondere in defossa humo. &, Ingredientur
in scissuras petrarum, & in cauernas saxorum à facie Do-
mini. Atque nonnullis animantium generibus aptus
ad manendum commorandumq. locus, petra est; aliis
autem ineptus & inutilis æstimatur. vt: Nunquid nosti
Iob. 39. partus ibicum in petris? & Nunquid ad præceptum
tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suũ?
In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur,
Psalm. 103. atque inaccessis rupibus. Et super ea volucres cæli ha-
bitabunt, de medio petrarum dabunt voces. Et mon-
tes excelsi ceruis, petra refugium erinaceis. contra verò,
Amos. 6. Nunquid currere queunt in petris equi? aut arari po-
Ezech. 26. test in bubalis? Porrò ædificiorum fundamenta firmis-
Firmitudo. sima viuæ & natiuæ petræ substernunt. sicut scriptum
Matth. 7. est. Fundamenta æterna supra petram solidam. Et om-
nis qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur
viro sapienti, qui ædificauit domũ suam super petram.

Viuæ etiam & natiuæ petrę sepulchris perpetuis ma-
Matth. 27. ximam commoditatem præbent excisæ. Sic enim Io-
seph sepulchrum, quod corpori Christi commodauit,
Sepulchrũ. in petra sibi excidisse scribitur. His non dissimile est,
quòd petra generis principium & primum aliquem ex
Isai. 51. maioribus arcanè significat. vt: Attendite ad petram,
vnde excisi estis; & ad cauernam, &c.

RVRSVS autem petra sterilis & infecundus natura
locus, ad fertilitatem aliquando redactus, miraculum
singu-

Deut. 8. singularemque prouidentiam probat. vt: Qui eduxit
Petrã. riuos de terra durissima. &, Vt sugeret mel de petra,
Deut. 32. oleumque de saxo durissimo. &, In petris riuos excidit,
Iob. 28. & omne pretiosum vidit oculus eius. &, Quando lauabam
Iob. 29. pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos
Psal. 77. olei. Et interrupit petrã in eremo, & adaquauit eos velut
Luc. 8. in abysso multa. &, Aliud cecidit super petram, & natum
Offensio. aruit, quia non habebat humorem. Periculi autem & offensionis
Psal. 136. notationem petræ nomen aliquãdo affert. vt, Beatus, qui
Psalm. 140. tenebit & allidet paruulos suos ad petrã. &, Absorpti sunt
Isai. 8. iuncti petræ iudices eorum. &, In lapidem offensionis, &
Difficultas. in petram scandali duabus domibus Israël. His accedit difficillimi
1. Reg. 14. transitus aut præcipitij significatio prominentis petræ nomine inducto. vt, Erant autem inter ascẽsus, per quos nitebatur Ionathas transire ad stationem Philistinorum, eminentes petræ ex vtraque parte.

VRBS LOCVS.

CAP. XL.

PRIMVS in locis hominum industria comparatis Vrbs est, quæ & alio nomine Ciuitas à Latino interprete dicitur. Neq; enim Latinæ linguæ discrimen perpetuò in nostris versionibus obseruatur, vt vrbs muros & ædificia, ciuitas verò ciues significet, sed vrbs & ciuitas interpretum arbitrio pro eadẽ Hebraica voce עיר redduntur. Primus autem huiusmodi loci inuentor &
Genes. 5. auctor Cain sibi vndique metuens fuisse dicitur, qui ædificauit ciuitatem, & appellauit eam de nomine filij sui Hanoch. Huius igitur loci inuentionem metus & suspicio prima excogitauit, quòd ædificiorum & frequentiæ atque communis societatis vsu securiorem sibi vitam promitteret. Primùm igitur ciuitas siue vrbs murorum ædificiorumque structuram significat. Ex quo genere multa in sacris leguntur. vt, Ædificauerunt
Exod. 1. vrbes tabernaculorum Pharaoni Pithon & Ramesses. &, Ædificate ergo vrbes paruulis vestris & caulas ac stabula
Numer. 32. ouibus & iumentis. &, Da ergo mihi montem istum, quem pollicitus est Dominus te quoq; audiente:
Iosue. 14. in quo Enacim sunt & vrbes magnæ atq; muratæ. Et
Ierem. 47. aquæ operient terram & plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius. Et conclamabit omnis populus vociferatione magna, & muri funditus corruent ciuitatis.
Iosue 6. Monumentum. Vrbium & ciuitatũ certa nomina rei gestæ monumentum conseruare solent. vt, Idcirco vocatum est nomen
Genes. 19. vrbis illius Segor. &, Vnde appellauit eam Abundantiam, &
Genes. 26. nomen vrbi impositum est Bersabe. & appellauit nomẽ vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur. Solent etiam vrbium nomina certorum locorum vel terminorum notis animaduertẽdis adscribi, sicut scriptum est. Ecce solemnitas Domini est in Silo anniuersaria,
Iudic. 21. quæ sita est ad septentrionem vrbis Bethel ad orientalem plagam via quæ de Bethel tendit in Sichimam.

VRBES vitæ, iuris, commoditatum & incommoditatum communionem & continere & signi-
Cõmunitas ficare obseruauimus. vt, Benedictus tu in ciuitate,
Deut. 28. & benedictus in agro. Et rursus, Maledictus eris in
Psalm. 71. ciuitate, & maledictus in agro. &, Florebunt de ciuitate sicut fænum terræ. Propter loci etiam firmitudinem & habitatorum frequentiam, conseruandis & tuendis quoque tum vitæ, tum vsui opportunis rebus,
Genes. 41. vrbes petuntur. vt, Omne frumentum sub Pharaonis
Iudic. 19. potestate condatur, seruetur que in vrbibus. &, Dixitque puer, Veni, obsecro, declinemus ad vrbem Iebusęorum. &, Paruulos nostros & mulieres & pecora atque
Num. 32. iumẽta relinquentes in vrbibus Galaad. &, Deduxit eos
Psal. 106. in viam rectam vt irent in ciuitatem habitationis. Et constituerunt locum habitationis. Quòd si vrbibus diripi accidat, frequentia magnaque spolia inueniri & ca-
Deut. 3. Opulentia. lamitosam edi stragem consequitur, sicut scriptum est.
1. Reg. 5. Iumenta autem & spolia vrbium diripuimus. &, Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus & grauissi-
1. Paral. 20. ma manus Dei. &, Dauid manubias vrbis plurimas tulit. &, Abundantes & vberes vrbes ingredietur, &
Daniel. 11. faciet, quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius, rapinas & prædam & diuitias eorum dissipabit.
Ciues. Vrbis etiam & ciuitatis nomen ciues ipsos habitatoresque significat. vt, Percusserunt que vrbem in ore gla-
Iosue. 10. dij. &, Vir autem ille, postquam egressus est, nuntiauit
Iudic. 1. vrbi. &, Percusserũt ciuitates omnes per circuitum Ge-
1. Reg. 4. raræ. &, Scies, quòd vrbs illa vrbs rebellis est & nocens
2. Paral. 4. regibus & prouincijs. &, Quid sibi vult clamor ciuita-
Esdr. 4. tis tumultuantis? &, Quomodo facta est in meretricem
3. Reg. 1. ciuitas fidelis! Vrbes vel naturæ situ, vel operum structura munitæ, securiorem vitam & firmius præsidium
Isai. 1. promittere videntur. vt, Ipsa terra bona an mala, vrbes
Numer. 13. quales, munitæ an absque muris. &, Terra cultores
Deut. 2. fortissimos habet, & vrbes grandes atque muratas. Et
Vniuersitas cunctis, quæ adiacent torrenti Ieboc & vrbibus montanis. Vrbes & viculi & castella omnem in vniuersum
Numer. 31. populum complectuntur. vt, Quidquid habere potuerunt depopulati sunt, tam vrbes, quàm viculos
Periculum. & castella flamma consumpsit. Vrbs patens & aperta periculis & calamitatibus obnoxiam peruiamque si-
Proverb. 25. gnificat rem, sicut scriptum est, Vt vrbs patens & absque murorum ambitu; ita vir, qui non potest in lo-
Miseria. quendo cohibere spiritum suum. Iam verò vrbs, quòd ad frequentiam & habitationem inuenta sit, si contrà in solitudinem redigatur, miserum rerum statum in-
Isai. 24. dicat, sicut scriptum est. Relicta est in vrbe solitudo, &
Isai. 25. calamitas opprimet portas. &, Quia posuisti ciuita-
Isai. 32. tem in tumulum, vrbem fortem in ruinam. &, Domus dimissa est, multitudo vrbis relicta est. Ex hoc aũt genere petuntur argumẽta à contẽtione ad minorum lo-
Ierem. 4. corũ calamitatem affirmandã & ostẽdendã. vt, Aspexi, & ecce Carmelus desertus, & omnes vrbes eius de-
Ierem. 5. structæ sunt à facie Domini. A voce equitis & mitten-
Ierem. 48. tis sagittam fugit omnis ciuitas. Et conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio. Et
Ezech. 6. veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur: & peribunt valles & campestria, & vrbes desertæ
Ose. 13. erunt. &, Vbi est Rex tuus? maximè nunc saluet te in
Leuit. 26. omnibus vrbibus tuis. Et erit terra vestra deserta, &
Psalm. 138. ciuitates vestræ dirutæ. &, Quia dicitis in cogitatione,
Isai. 17. accipient in vanitate ciuitates suas. Huc illud apud prophetam pertinet: Ecce Damascus desinet esse ciui-
Oppidum. tas. OPPIDI Latinum nomen vulgatæ versionis auctori plerumque idem quod vrbs est, ex eodem Hebraico verbo עיר redditum. Sed quod propriè oppidum verti possit, id est quod apud Hebræos est עיר הפרז ad verbumque sonat vrbem irruptionis, hoc est, in quam facilè irrumpi possit: cuius generis rara mentio, atque in ijs tantùm narrationibus est, vbi de expugnationibus vrbium agitur, vt, Præter op-
Deut. 3. pida multa valde. Et alibi, A ciuitate munita vsque
1. Sam. 3. ad villam irruptionis.

VICVS LOCVS.

CAP. XLI.

VICI nomẽ Latinũ nõ perpetuò ex eadẽ Hebraica voce ab Interprete redditur. Namq; aliquãdo pro Hebraico טירה quod propriè palatium significare videtur,
1. Paral. 6. interpretes vertunt vicum, vt, Per vicos atque cõfinia.
Iosue. 15. Nonnunquam vicum dicunt, quod Hebræis עיר, hoc
1. Reg. 9. est vrbs. vt, Et peruenit vsque ad vicos mõtis Ephron. & Omnes vicos, qui ad se pertinebant, & erant absque
Num. 32. numero. Interdum quoque ex חוות, quod Latinis villæ sonat, vici à nostris redduntur. vt, Iair autem filius
Iosue. 13. Manassæ abiit, & occupauit vicos eius, quos appellauit Hauoth-Iair, & omnes vicos Iair, qui sunt in Basan. Inuenimus etiam vici nomẽ, ex קרית, quod oppidum vertere possis, translatum. vt: Non fuit vicus & ciuitas,
Deut. 2. quæ nostras effugeret manus. Sed propria significatio vici est, quæ vel pagum extra vrbem, vel in ipsa vrbe partem aliquam indicat, qualem etiam Romani descripserunt. Vicus Martius & Cobiamachus, qui vicus inter

Tolosam & Narbonam est. Vtraque autem significatione vocabulo Hebræo פֶּלֶך respondet. Cuius mentio, quæ in sacris libris fit, cùm ad locum spectat, rem publicè palamque gestam plerunque indicat. vt, Iuxta illum ædificauit Raphaia filius Hur princeps vici Ierusalem. Et iuxta illum ædificauit Sellum filius Alohes princeps mediæ partis vici Ierusalem. &, Surgam & circuibo ciuitatē, & per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea. &, Nolite tuba canere sicut hypocritæ faciunt in synagogis & vicis. &, Exi citò in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes, debiles, cæcos & claudos introduc. &, Surge vade in vicum, qui vocatur Rectus; & quære in domo Iudæ Saulum. Et exeuntes processerunt vicum vnum. &, Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt ibi prædicem. &, Quocunq. introibat in vicos vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos. &, Vade in domum tuam; & si in vicum introieris, nemini dixeris. Qui verò ab interpretibus diminutiuo nomine viculi appellantur, pagi Latinè dici possunt, quales circa magnas vrbes esse solent, eiusdem ferè gentis familiarumq. ciuibus aut illorum cognatis frequentes. Hi Hebraicè בְּנוֹת dicuntur, quòd à ciuitatibus ipsis oriundi sint: vt, Azotum & viculos eius. Et Madeba & Hesebon, cunctosque viculos earum, qui sunt in campestribus. &, Et habitauerunt in vrbibus Amorrhęi & in Hesebon & in viculis eius. &, Tam vrbes, quàm viculos & castella flamma consumpsit.

Publicum — 2. Esdr. 3. — Cantic. 3. — Matth. 9. — Luc. 14. — Actor. 9. — Actor. 12. — Marc. 1. — Marc. 6. — Marc. 8. — Viculi — Ios. 15. — Ios. 13 — Numer. 21. — Numer. 31.

PLATEA LOCVS.

CAP. XLII.

PLATEA, quòd maximè omnium in vrbe publicus & peruius locus, hominumque concursu & transitu sit celeberrimus, ab insidiis tutus esse putatur, atque post priuatas vniuscuiusque ædes ad hospitum pernoctationem idoneus, sicut scriptum est: Qui dixerunt, Minimè, sed in platea manebimus. &, Quò cùm intrassent, sedebant in platea ciuitatis. &, Vidit senex sedētem hominem cum sarcinulis suis in platea ciuitatis. &, Quæso ne in platea maneas. Quam ob rem facinoris magni loco ducitur, si quid è platea publica petatur & detrahatur, cuiusmodi gloriam viri Iabes Galaad nacti sunt: qui furati fuerant corpora Saulis, & Ionathæ de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philistijm. Ad hanc sententiam illud refertur. Non est ruina maceriæ neque transitus, neque clamor in plateis eorum. &, Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Et illud, Dicit piger, Leo est in via, in medio platearum occidendus sum. Item illud publicam fraudem incredibilemque iustitiæ violationem significat. Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit, quia corruit in platea veritas. Iam verò cædes in plateis factæ magnam & publicam calamitatem, atque labefactatum & conuulsum ciuitatis statum indicat, idemque significant planctus & vlulatus in platea editi. vt, In triuiis eius accincti sunt sacco, super tecta eius, & in plateis eius omnis vlulatus descendit in fletum. Et clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ. Et super omnia tecta Moab, & in plateis eius omnis plāctus, quia contriui Moab sicut vas inutile. &, Ideò cadent iuuenes eius in plateis eius. Et immittam pestilētiam & sanguinem in plateis eius. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus. Quoniam autem platea peruius locus, & transeuntium frequentia celeberrimus est; ideò lutum minus diu continet, vtpote vel quòd redemptorum diligentia vel transeuntium frequentia citissimè aut aboleatur, aut abradatur. Quam ob rem huiusmodi similitudo detrimētum magnum, & contemptæ rei vel personæ abolitionem significat, sicut scriptum est. Delebo eos vt puluerem terræ, quasi lutum platearum comminuam eos atque confringam. Et facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. Et ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. &, Oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculcationem quasi lutum platearum. Ædificauit Tyrus munitionem suam, coaceruauit argentum quasi humum & aurum platearum. Præterea quo capacissimus in vrbe locus platea sit, rebus, quas celeberrimas & notissimas esse oporteat, agendis exponendisque petitur. vt: Et conuocauit vniuersos in platea portæ ciuitatis, & locutus est ad cor eorum. Et legit in eo apertè in platea, quæ erat ante portam aquarum, de manè vsque ad mediam diem, in conspectu virorum & mulierum & sapientium. &, Mardochæus indutus sacco, & spargens cinerem capiti, & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui. Et egressus Athach iuit ad Mardochæum stantem in platea ciuitatis ante ostium palatij. &, Primus de regis principibus ac tyrannis teneat equum eius, & per plateas ciuitatis incedens clamet & dicat: Sic honorabitur quemcunque voluerit rex honorare. &, Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. &, Surgam, & circuibo ciuitatem, & per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea. &, Circuite vias Ierusalem, & aspicite & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium & quærentem fidem. &, Nónne vides quæ isti faciunt in ciuitatibus Iuda & in plateis Ierusalem? Et ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. &, Quocunque introibat Iesus in vicos vel villas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos. &, Exi citò in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes, debiles ac cæcos & claudos introduc huc. Illud quoque ad capacitatem frequentiamque pertinet. Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus & puellis ludentibus in plateis eius. Non absimili quoque ratione platearum locus ad nominis, personæ vel rei celebritatem gloriamq; vsurpatur. vt, Memoria illius pereat de vita, & non celebretur nomen eius in plateis. &, Quando accedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. &, Cùm oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. &, Non contendet, neque clamabit, nec audiet aliquis in plateis vocem eius. &, Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Allegoricos autem plateæ nomen pro patenti & aperto loco vsurpatur, qualis in humano capite aurium situs est: vt, Et claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis.

Hospitium commune — Genes. 19. — Indic. 19. — 2. Reg. 21. — Psal. 143. — Prouerb. 7. — Prouerb. 22. — Fraus — Psal. 54. — Publicum — Isai. 15. — Isai. 24. — Ierem. 48. — Ierem. 49. — Ezech. 28. — Apocal. 11. — Contēptio — Despectio — Detrimentum. — 2. Reg. 22. — Isai. 5. — Isai. 10. — Miche. 7. — Zachar. 9. — Celebritas — 2. Paral. 32. — 2. Esd. 8. — Esth. 4. — Esth. 6. — Proverb. 5. — Cant. 2. — Ierem. 5. — Ierem. 7. — Ezech. 16. — Marc. 6. — Luc. 14. — Zach. 8. — Iob. 18. — Iob. 17. — Matth. 6. — Matth. 12. — Luc. 13. — Amplitudo — Eccles. 12.

PRAETORIVM LOCVS.

CAPVT XLIII.

INTER publica & communia loca Prætoris domus siue Palatium propriè Prætorium dicitur & cēsetur, in quo reorum causæ examinari & iudicari solent magna adstantium frequentia, quibus facilè cognosci possit quinam & quonam modo agatur. Est itaque locus communis accusatori & reo, atque iudici & testibus, quatenus ad causas agendas pertinet: quatenus verò ad spectandas, omnibus aliis communis est. Quam ob rem præter communionem & societatem, exactam & legitimam causarum & rerum cognitionem significare videtur Prætorii frequentatio & vsus; atque eandem omnibus notam apertamque esse posse, vtpote publici & præcipui in ciuitate magistratus à Romanis dicundi iuris & publicam rem gubernandi causa constituti. Est autem animaduertendum, eos, qui in prætorium inducuntur, vt causam dicant, à proprio ciuitatis iure & priuilegio alienos, & in Romanorum potestatem omnino traditos censeri, sicut scriptum est. Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. &, Introiuit ergo iterum in præto-

Iudicium — Iob. 18. — Ibidem.

in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei, Tu
Iohan. 19. es rex Iudæorum? Et ingressus est ad prętorium iterum,
Actor. 23. & dicit Iesu: Vnde es tu? Et Paulus in prætorium He-
Matth. 21. rodis Felicis præsidis iussu custoditur. Et milites præsi-
sidis suscipientes Iesum in prætorium congregauerunt
vniuersam cohortem, & exuentes eum chlamydē cocci-
neam circundederunt ei, &c. Hæc omnia potestatem
factam iudici, traditumque gentibus reum significant.
Id quod sera nimium Iudæ pœnitentia confirmatur, si-
cut scriptum est. Adduxerunt eum, & tradiderunt Pon-
Ibidem. tio Pilato præsidi. Tunc videns Iudas, qui eum tradi-
dit, quòd damnatus esset. Quòd verò publicam & mul
tis cognitam ac testatam esse causam in prætorio actam
necesse sit, D. Paulus docet: Ita, vt vincula mea mani-
Philip. 1. festa fierent in Christo in omni prętorio. Illud verò non
Priuatæ ædes, prætorij ipsius, sed ædium alienarum nomine interpre-
tandum est, quòd Iudæi non introierunt in prætorium,
Iohan. 18. vt non cōtaminarentur gentium consuetudine & com
municatione tecti vnius, sed vt manducarent pascha,
cuius nondum præterierat dies.

FORVM LOCVS.

CAP. XLIIII.

Publicum FORVM publicus locus, peruius atque apertus, in
quo omnia palam fiunt; otiosorum præterea & cessan-
Cessatio tium hominum conuentus ostentationis atque gloriæ
causa à quibusdam exquisitus. Est etiam vendendis re-
Mercatus bus propter populi frequentiam, atque operis conduce-
ndis opportunus, quarū rerum exempla illa sunt: De
Ezech. 27. domo Thogormę equos & equites, & mulos adduxerūt
Matth. 20. ad forum tuum. Et vidit alios stantes in foro otiosos. &,
Matth. 11. Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæ-
qualibus suis dicunt &c. Publicam rem & contestatam
spectatamque actionem hoc significat: vt illud etiam.
Actor. 16. Videntes quia exiuit spes quæstus eorum, apprehēdē-
tes Paulum & Sylam perduxerunt in forum ad princi-
Matth. 23. pes; & offerentes eos magistratibus dixerūt &c. Et Scri-
bæ & Pharisæi salutationes in foro amare dicuntur. &
Actor. 27. Paulus Christi notitiam propagare studens disputabat
in synagoga cum Iudæis & colentibus, & in foro per
omnes dies, ad eos qui aderant. Fori præterea vsus &
commercium & consuetudinem significat, quanquam
non admodum certè definita sit, nisi ijs, qui religionis
studium ad superstitionem vsque profitentur. vt, Pha-
Mare. 7. risæis, qui tenentes traditionem seniorum, à foro nisi
baptizentur, non comedunt.

PISCINA LOCVS.

CAP. XLV.

PISCINÆ locus nō tam natura quàm hominum
opere constat, & priuati interdum, sæpe autem pub-
lici iuris atque vsus est. Nihil verò illustris significatio-
nis habet, quatenus piscina est, nisi quòd locorum vel
terminorum ad actionum gestarúmue rerum monu-
menta vel indicia certas ostendit notas. vt, Ioab filius
2. Reg. 2. Saruiæ, & pueri Dauid egressi sunt, & occurrerunt eis
iuxta piscinam Gabaon: & cùm in vnum conuenis-
sent, è regione sederunt, hi in vna parte piscinæ, & hi
2. Reg. 4. in altera. Et suspenderunt eos super piscinam in He-
bron. Et lauerunt currum eius in piscina Samariæ. &,
3. Reg. 22. Tharthan, Rabsaris & Rabsaces cùm ascendissent, ve-
nerunt in Ierusalem, & steterunt iuxta aquæ-ductum
4. Esd. 3. piscinæ superioris, quæ est in via agri fullonis. Et Sel-
lum filius Chol ædificauit muros piscinæ Siloe in hor-
tum regis &c. vsque ad piscinam, quæ grādi opere con-
Iohan. 5. structa est. Piscinæ autem, quod in euangelica historia
celebratur mysterium, non ex loci ratione, sed ex di-
uina virtute definitur.

TEMPLVM LOCVS.

CAP. XLVI.

DE templi maiestate, sanctitate & vsu aliâs pluri-
bus dicturi, nunc de eius loci rationem spectantibus
significationibus breuiter agemus: illud imprimis
præfati, Templum inter omnia mundi inferioris loca
tum propter arcanam significationem, tum propter
vsum præcipuè religiosum haberi: quanquam aliàs
mundus omnis templum esse censeatur, & humanus Religio
animus commodissimum omnium Deo templū opte-
tur. Tamen quòd certa loca esse oporteat quoque, in
quæ homines religionis tū cognoscendæ, tū colendæ
causa publicè conueniant; sacrata ad eam rem templa
instituūtur, sanctitudine & cultu venerabilia, tam apud
eos, qui veræ & probatæ religionis expertes fuerint,
quàm apud eos, qui veræ pietatis notitiam habent; hoc
tamen discrimine, quòd illi falsam, hi verò verā & cer-
tam pietatis rationem sequantur: sicut scriptum est,
Psal. 64. Replebimur in bonitate domus tuæ: sanctū est tem-
plum tuum, mirabile in æquitate. Principio autē com-
munis religionis profitēdę, orationis & supplicationum,
precum quoque atque gratulationum causa templum
1. Reg. 1. peti solet, quorum vsuum exempla illa sunt. Et ascende-
bat vir de ciuitate sua statutis diebus, vt oraret & sacri-
ficaret Domino exercituum in Silo; sicque faciebat per
singulos annos, cùm redeunte tempore ascenderēt
4. Reg. 23. ad templum Domini. Ascenditque rex templum Do-
mini, & omnes viri Iuda vniuersi, qui habitabant in
Ierusalem cum eo, sacerdotes & prophetæ & omnis
populus à paruo vsque ad magnum: legitque cunctis
audiētibus omnia verba libri fœderis, qui inuētus est in
domo Domini &c. quæ de publica professione in illo lo-
1. Paralip. 25 co narrantur. Et vniuersi sub manu patris sui ad can-
tandum in domo Domini distributi erant. &, Ego au-
Psal. 5. tem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in do-
mum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in ti-
Psal. 28. more tuo. &, In templo eius omnes dicent gloriam. &,
Psal. 137. In conspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad tem-
plum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. &, Cùm
Ion. 2. angustiaretur in me anima mea, Domine, recordatus
sum, vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum
Isai. 56. tuum. &, Domus mea domus orationis vocabitur om-
Actor. 2. nibus gētibus. & Christi discipuli fuisse dicuntur quo-
tidie perdurantes vnanimiter in templo. Idem autem
locus sacerdotibus ad proprium sacrorum munus cu-
Matth. 12. randum præscriptus propriè & constitutus est. An
non legistis in lege, quòd sabbathis sacerdotes in tem-
plo sabbatum violant & sine crimine sunt? Sacris etiam
rebus & donarijs conseruandis commodus locus tem-
4. Reg. 12. plum esse censetur. Et tulit Ioiada Pontifex gazophyla-
cium vnum, aperuitque foramen desuper; & posuit il-
lud iuxta altare ad dexteram ingredientium domum
Domini, mittebantque in eo sacerdotes, qui custodie-
bant ostia, omnem pecuniam, quæ deferebatur ad
templum Domini. &, Omnes reliqui in cunctis locis,
1. Esd. 1. vbicunque habitant, adiuuent eum viri de loco suo ar-
gento & auro & substantia & pecoribus, excepto, quod
voluntariè offerunt in templo, quod est in Ierusalem.
&, De bellis & manubiis præliorum, quæ consecraue-
1. Paral. 26. rāt ad instaurationem & supellectilem templi Domini.

PIETATIS doctrinæ exercitandæ, atque in- Doctrina
struendis ad fidem probitatemque hominibus; &
publicus, & maximè idoneus locus templum est.
Mare. 12. Et respondens Iesus dicebat docens in templo, &c. Et
Matth. 26. quotidie apud vos sedebam, docens in templo & non
Actor. 5. me tenuistis. &, Ite, & stantes loquimini plebi om
nia verba vitæ huius. Lectissimus autem locus hic est
ad perpetuam, & publicam accepti beneficij recorda-
tionem statuendis rerum gestarum monumentis,
idque mos apud omnes adeò gentes obtinuit. Tule-
runtque Philistijm arcam Dei, & intulerunt eam in
1. Reg. 5. templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Et
Monumenta. miserunt in terram Philistinorum in circuitu vt annun-
1. Reg. 3. tiaretur in templo idolorum & populis. Et Goliath gla-
1. Reg. 21. dium sacrauerat Dauid in tabernaculo Silo. Et tulit
2. Reg. 8. Dauid arma aurea, quæ habebant serui Adarezer; & de-
tulit ea in Ierusalem, & de Bere & de Beroth ciuitati-

bus Adarezer tulit rex Dauid æs multum nimis, de quo
4.Reg.2. fecit Salomon omnia vasa in templo. Propter loci au-
tem religionem atque vsus etiam sanctitudinem, & Dei
reuerẽtiam præcipuam sanguinis humani, effusio etiam
legitima, aliena à templo esse debet, quanquam ali-
quando Salomon raro exemplo optatam in eo potiùs
loco mortem Ioab inferri non sine causa permiserit;
Prophanatio. aliâs autem nefas est cædem in templo fieri, quod &
idem Salomon hac etiam in causa vitandum curabat.
2.Paral.23. Sed egressus Ioiada Pontifex ad centuriones & princi-
pes exercitus dixit illis, Educite illam extra septa tem-
Sacrilegiũ. pli, & interficiatur foris gladio. præcepitque Sacerdos,
ne occidẽretur in domo Domini. Eorum, quæ tem-
plo consecrata sunt, ablatio sacrilegij notam subit: vt
1.Esd.5. Vasa templi, quæ tulerat Nabuchodonosor.

SYNAGOGA LOCVS.
CAP. XLVII.

SYNAGOGA propriè non tam locus, quàm ipse ho-
minum conuentus est, qui tamen loco illi, in quo de
sacris præcipue rebus agi solet, nomen communicauit
suum. vt illud: Et synagogam ipse ædificauit nobis. &
Luc.7. Religio. Amant primas cathedras in synagogis. Est autem locus
Marc.12. Doctrina. cum precibus & supplicationibus frequentandis, tum
disciplinæ publicæ & sacris rebus docendis commodus.
Ideoque Christus frequentissimè in synagogis Iudæo-
Matth.4. Pænitentia publica. rum docuisse dicitur. Paulus etiam in multis disputa-
Acto.17.22 24. bat synagogis. Publica etiam & solennis alicui indicta
correctionis pœna in synagoga subiri consueuit: cuius
Marc.13. illud est sententiæ. Et in synagogis vapulabitis. &, Do-
mine ipsi sciunt, quia ego eram concludens in carce-
rem, & cædens per synagogas eos, qui credebant in te.
Notatur etiam in eo loco præcipuè, vt in alijs publicis,
hypocritarum hominum ostentatio omni conuentui
Matth.6. apertè exposita. Namque eiusmodi amant in synago-
gis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur
Excommunicatio. ab hominibus. Eiectio autem è synagoga communica-
tionis abnegatio est, & abalienatio à religiosa consue-
tudine, quæ à nostris recepto iam verbo Excommuni-
catio dicitur. Ad hanc rationem illa pertinent. Iam
Iohan.9. enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur eum
Iohan.12. esse Christum, extra synagogam fieret. Et propter Pha-
risæos non confitebantur, vt è synagoga non eijceren-
Iohan.16. tur. &, Absque synagogis facient vos.

MVRVS LOCVS.
CAP. XLVIII.

QVANQVAM omnis paries murus dici Latinis
possit, ferè tamen omnis murus in sacris libris ex
Hebraico שור redditus vrbium mænia & circuitum si-
gnificat. cuius multæ ad vsum commoditates obser-
Securitas tutela. uantur. Namque ad vrbium & locorum securitatem
& præsidium firmius significandum aptè hoc nomen
Exod.14. appellari solet. vt: Et ingressi sunt filij Israel per mediũ
sicci maris, erat enim aqua quasi murus ad dexteram
eorũ & ad læuam. Et exercitus Pharaonis, qui sequen-
tes ingressi fuerant mare, nec vnus quidem superfuit
ex eis. Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci
maris, & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à
Leuit.13. sinistris. &, Explorate (inquit Moses) vrbes quales,
Deut.28. muratæ an absque muris. &, Cunctæ vrbes erant
muratæ muris altissimis. Illud etiam murorum præ-
sidium quantum esse putetur, apertè indicat, quod
Iosue.6. in diris prædictionibus est conscriptum. Et destruan-
tur muri tui firmi atque sublimes, in quibus habebas
fiduciam in omni terra tua. Et illud. Conclamabit
omnis populus vociferatione magna; & muri funditus
corruent ciuitatis. Igitur omni populo vociferante &
clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox
Ierem.50. sonitus increpuit, muri illico corruerunt. Et ascendit
Ibidem. vnusquisque per locum, qui contra se erat, ceperunt-
que ciuitatem. Et apud prophetas. Clamate aduersus
eam: vbique dedit manum, ceciderunt fundamenta
eius, destructi sunt muri eius, quoniam vltio Domini
est. &, Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Sion. Amos.1.
&, Mittam ignem in murum Gazæ & deuorabit fines
eius. &, Ruent in itineribus suis, velociter ascendent Nah.2.
muros eius. &, Dies Domini exercituum super om-
nem turrim excelsam, & super omnem murum mu- Isai.2. Zach.2.
nitum. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in
circuitu. Multa præterea alia rationis huius exempla
Propugnaculum. sunt. Huic verò proxima est propugnaculi significatio,
cuius non parua commoditas in muro esse existimatur.
vt, Quare accessistis ad murum, vt præliaremini? an 2.Reg.11.
ignorabatis, quòd multa desuper ex muro tela mittan-
tur? &, Orauimus Deum nostrum; & posuimus custo- 2.Esd.4.
dem super murum die ac nocte contra eos. &, Ego mu-
rus, & vbera mea sicut turris. &, Ego quippe hodie de- Cantic.8.10
di te in ciuitatem munitam & in columnam ferream, Ierem.1. Ierem.18.
& in murum æneum super omnem terram. &, Dabo
te populo huic in murum ferreum fortem, & bella-
bunt aduersum te, & non præualebunt. Murorum præ- Ciuitas.
terea ambitus ciuitatem non solùm mænibus, sed re-
rum agendarum & iuris ratione definit. Ex quo gene-
re illa sunt. Qui vendiderit domum, intra vrbis mu- Leuit.25.
ros habebit licentiam redimendi, donec vnus impleat-
ur annus. Si autem in villa fuerit domus, quæ muros
non habet, agrorum iure vendetur. Et Leuitis vrbes ad Numer.35.
habitandum datas ita definiebat Deus, vt ipsi in oppi-
dis maneant, & suburbana sint pecoribus & iumentis:
quæ à muris sunt ciuitatum forinsecus per circuitum,
mille passuum spacio vendentur. Et illud, Ciuitas in
quadro posita est, &c. & paulo post. Et mensus est mu- Apocal.21.
rum eius centum quadraginta quatuor cubitorum. Est
etiam murus ad eorum, quæ & exterius & interius
aguntur, prospectum opportunus locus. vt, Ne loqua- Isai.36.
ris ad nos Iudaicè in auribus populi, qui est super
murum. &, Filij populi tui, qui loquuntur de te Ezech.33.
iuxta muros, & in ostijs domorum. Habet autem ad
dubias res vel vitandas vel effugiendas, euadendaque
ciuitatis pericula, commoditates interdum idoneas Commoditas.
murus: quas qui sapienter agunt, obseruare solent.
Ideoque exploratores à Iosue missi ad tabernam muro
vrbis adstructam diuertisse dicuntur, vnde & sibi &
officio suo consulere commodius potuere, demissique Iosu.2.
sunt per funem de fenestra Rahab, cuius domus muro
hærebat. Et Paulum accipientes discipuli nocte per Actor.9.
murum, demiserunt submittentes in sporta. Quæ 2.Cor.2.
super murum geruntur aut collocantur, exposita vndi-
que ad spectandum sunt, & ita manifesta, vt neque eos Conspicuitas.
qui in agro, nec eos etiam, qui intra vrbem agunt, la-
tere possint. Quam ob rem Saulis & filiorum cadauera 1.Sam.31.
in muro Bethsan posita ab hostibus fuisse narrantur. Et 4.Reg.9.
Moabitarum rex Idumæorum regis filium in prælio
arreptum super murum accenso igni combussit. Et Is- 4.Reg.6.
raelitarum rex cùm per murum Samariæ ingressus, ve-
stimenta sua dolens indignatusque discideret, celatum
cilicium populo omni prodidit. Ad hoc etiam publicæ
& expositæ rationis genus illa pertinent exempla. Die Psalm.54.
ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas.
&, Pygmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras suas Ezech.27.
suspenderunt in muris tuis per circuitum. Illud porrò
magnæ atque ab omni metu alienæ securitatis signum Securitas.
est, vrbes absque muris esse & coli. vt, Ascendam ad Ezech.38.
terram sine muro, veniam ad quiescentes habitantesq;
securè: hi omnes habitant sine muro, vectes & portæ
non sunt eis. &, Curre & loquere ad puerum istum di- Zach.2.
cens: Absque muro habitabitur Ierusalem præ multi-
tudine hominum & iumentorum in medio eius.

SVBVRBANVS LOCVS.
CAP. XLIX.

POSTREMVS ex publicis locis suburbanus est He-
braicè מגרש dictus, quo nomine aliquando signifi-
catur ager vrbi proximus, idemque certis limitibus de- Ager.
finitus

finitus, iumentis domesticis ad pascua destinatus, cuius exemplum est. Præcipe filijs Israel, vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum, vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus ac iumentis, quæ à muris ciuitatum forinsecus per circuitum mille passuum spacio ten
1.Paral.6. dantur. &, Gaathitis dederunt Hebron in terra Iuda, &
Ezech.45. suburbana eius per circuitū. Et apud prophetā: Et erit omni ex parte sanctificatum quingentos per quingentos quadrifariam per circuitum quinquaginta cubitis in
Ezech.8. suburbana eius per gyrum. Non rarò etiam suburbana dicuntur vici & oppidula vrbi viciniora, quibus eadem iuris, & iudiciorum communicatio est, vt:
1.Paral.5. Habitauerunt in Galaad, & in Basan, & in viculis eius, in cunctis suburbanis Saron vsque ad terminos.
1.Paral.13. &, Mittamus ad fratres nostros reliquos in vniuersas regiones Israel, & ad Sacerdotes & Leuitas, qui habitāt
Periculum in suburbanis vrbium. Atque turbatis bello aut belli suspicione temporibus, suburbanorum vt non tuta ha-
2.Paral.11. bitatio, ita minus frequens esse solet. Sic Roboami & Ieroboami regum ætatibus, cùm omnia diffidiis & inimicitiis flagrarent, Sacerdotes & Leuitæ, qui erant in vniuerso Israel, venerunt ad Roboam de cunctis sedibus suis, relinquentes suburbana & possessiones suas, & transeuntes ad Iudam & Ierusalem. Pomœriis, hortis, & vinetis, animi & vtilitatis causa comparatis, idoneus in suburbanis locus est. vt, De vinea Sodomorum vi-
Deut.32. nea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ. &, Qup-
Isai.16. niam suburbana Hesebon deserta sunt, & vineam Sabama, &c. Atque hactenus publica loca ad significationum variam rationem obseruandam peragrauimus: nūc deinceps priuata velociter indicaturi percurremus.

DE PRIVATIS LOCIS.

CAP. L.

PRIVATORVM locorum simplicissimus tētorium est, isque mobilis & nulli certo loco perpetuus.
Genes.4. Cuius primus vsus Iabelo Mathusalemi filio adscribi-
Vagatio. tur, qui fuit pater habitantium in tentorijs atque pastorum. Itaque in tentorijs habitare, vaga & instabili sede vti, significat: id quod pastorum nomen satis declarat, quorum plaustra vagas ritè trahunt domos, vt
Mansio. Poëta inquit. Tentorium autem figere, commoratio-
Genes.31. nis & mansionis signum est quantocumque tempore ea fiat. Cuius exempla sunt. Iamque Iacob extenderat in monte tabernaculum. cumque ille consecutus fuisset eum cum fratribus suis, in eodem monte Ga-
Exod.19. laad fixit tentorium. Et profecti de Raphidim, & permouentes vsque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria è regione
Numer.21. montis. &, Egressi de Oboth fixerunt tentoria in Iea-
Nume.31. barim. Et egressi de Elim fixerunt tentoria super mare rubrum. Atque à pastorum olim consuetudine, ad peregrinationes deinde, demùm verò ad militarem
Ierem.6. vsum tentoria quoque culta fuere. Vnde, & figere tentoria super ciuitatem aliquam, obsidentium & bel-
Ezech.25. la mouentium est. vt, Ad eam venient pastores, & greges eorum, fixerunt in ea tentoria in circuitu. Et idcirco ego tradam te filijs orientalibus in hæreditatem, & collocabunt caulas suas in te, & ponent in te tentoria sua. Nocturno tempore reges, & principes in castris tētoria quietis causa petunt: Ita cùm vidisset Dauid lo-
1.Reg.26. cum, in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner princeps militiæ eius; & Saulem dormientem in tentorio: venerunt Dauid, & Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem, & dormientem in tētorio, & hastam fixam in terra ad caput eius; Abner autem, & populum dormientes in circuitu eius. Atque tentoria
Metus. belli tempore deserere, ingentis metus, & maximæ tre-
4.Reg.7. pidationis indicium est manifestum. Sic enim Syrorum exercitus surgentes fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua. Et leprosi duo fugam hostium vehementissimam hoc argumēto confirmarunt. Venimus ad castra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos, & asinos alligatos, & fixa tentoria.

Significatur etiam tentorij nomine locus Deo im- Templum
perator sacer, cunctis in eius exercitum & imperium adscriptis cōmunis, ad religionis cultum & ad supplicationes expositus, ac nonnunquam pro ipsis cortinis siue velis & aulæis, quibus extensis locus circundari solet,
Exod.26. vsurpatur. vt, Faciesque tentorium in introitu taber-
Simplicitas naculi de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto. In tentorijs manere & agere, de ijs dicitur, qui sine magno sumptu & apparatu facilem consuetudinem, & familiaritatem, omni superbia & fastu alienam, profi-
1.Paral.17. tentur & præstant. sic Deus aiebat. Nec enim mansi in domo ex eo tempore, quo eduxi Israel vsque ad diem hanc, sed fui semper mutans loca tabernaculi, & in tentorio manens cum omni Israel.

PRIVATAM quoque cuiuscunque domum, & Domus.
familiam tentorij nomine significamus. vt, Cumque
Genes.31. intrasset tentorium Rachelis, &c. Ex hac significatione efficitur, vt tentorij dilatationē idem esse interpretemur quod familiæ & generis propagationem. vt, Dila-
Isai.54. ta locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorū extende. Vt communicationem & consuetudinem tentorij alicuius frequētatio, sic etiam abalienationem Excom-
eiusdem detestatio & fuga arguit; idemque est cum ea, municatio
quam excomunicationem dicunt. vt, Cumque reces- Numer.16.
sissent à tentoriis eorum per circuitum, Dathan & Abiron stabant in introitu papilionum suorum. Et ista
Num.19. est lex hominis, qui moritur in tabernaculo: omnes qui ingrediuntur in tentorio illius, & vniuersa vasa polluta erunt septem diebus. Nonnunquam verò certæ gentis notam nomen tentorij appellatum indicat, quæ vel semper vel frequentissime tentorijs pro domicilijs
Habac.3. vtitur. vt, Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ.

TABERNACVLVM LOCVS.

CAPVT LI.

PEREGRINVM & hospitem, incertique loci cul- Hospes.
tore, tabernaculū arguit. vt, Sed in tabernaculis ha Ierem.35.
bitabitis cunctis diebus vestris. Et adhuc te sedere fa- Ose.12.
ciam in tabernaculis. &, Quandiu sumus in hoc ta- 2.Cor.5.
bernaculo, ingemiscimus.

TABERNACVLI eadem cum tentorio ferè ra- Tētorium.
tionum & significationum obseruatio, sed huius nominis apud Latinos interpretes vsurpatio est frequentior: & pro vrbibus, domibus atque oppidis non rarò acci-
2.Petr.1. pitur. vt: Corruitque Iudas coram Israel, & fugit in ta- Priuatæ
bernacula sua. Priuatas etiam ædes in primis significat, ædes.
& rem priuatè actam arguit. vt: Iacuit Noe in taberna- Genes.9.
culo suo, & apparuerunt angeli Abrahæ sedenti in ta-
Genes.18. bernaculo suo. &, Festinauit Abraham in tabernacu-
Genes.24. lum suum. Et Isaac duxit Rachel in tabernaculum ma-
Deut.1. tris suæ. Et murmurastis in tabernaculis vestris atque
Deut.16. dixistis, Odit nos Dominus, &c. &, Acham furtum in
Iosue.7. tabernaculo suo condidit. Atque in tabernaculū suum Suas res
quemque ire, est suas res agere. vt, Manè consurgens agere.
Iudic.21. vades in tabernacula tua. &, Non recedamus in taber-
Genes.33. nacula nostra, nec aliquis nostrum suam intrabit domum, sed hæc contra Gabaa in commune faciemus.
Exod.1. Gentem etiam quandam in tabernaculis degentem Gentis
Sochot, i. tabernacula, & vrbem Sochot, siue taberna- nom.
Iudic.8. culorum, legimus. Et ascendens Gedeon per viam eorum, qui in tabernaculis morabantur. Cognationes
1.Paral.2. quoque Scribarum habitantium in Iabes canentes atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Et
1.Paral.4. percusserunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi. Templum etiam illud antiquum in
Exod.26. solitudine erectum, & per multa sæcula etiam in Silo, Templum.
& alibi conseruatū, tabernaculum fuit, & antonomaticos appellatum est tabernaculum. vt, Tabernaculum
Exod.29. verò ita facies. Et paulò inferiùs, Vt vnum tabernacu-
Exod.33. lum fiat. Idem tabernaculū Domini & tabernaculum

testimo-

testimonij & fœderis dicitur. Perinde quoque vt tentorij, tabernaculi frequentatio cuiuspiam societatem, & consuetudinem; desertio verò & fuga, abalienationem & detestationem indicat. vt, Præcipe vniuerso populo, vt separetur à tabernaculis Chore, Dathan & Abiron. Surrexitque Moyses, & abijt ad Dathan & Abiron, & sequentibus se senioribus, dixit ad turbam: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent. Huc illud pertinet, Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Et audiui vocem magnam de throno, dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. Et tabernacula iustorum germinabũt. Auxilium, præsidium & tutelam in alicuius virtute sitam, tabernaculi nomen inductum significat aliquando. vt, Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. &, Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem & absconsionem à turbine & pluuia; & proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. Familiam quoque & sobolẽ tabernaculi vox appellata significat. vt, Tabernacula eorum in progenie & progeniem. &, Propterea Deus destruet te in finem, & euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo. Et in tabernaculis eorũ non sit, qui inhabitet. Incensa sunt tabernacula eius. Et suscitabo tabernaculũ Dauid, quod cecidit. TABERNACVLVM in petra collocatum vel fixum, perpetuum monimentũ indicare videtur, & perpetui nominis arguit cogitationem. vt, Excidisti in excelso memoriale diligenter, & in petra tabernaculum tibi. &, Cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. AT verò tabernaculum vnius noctis, breuem & instabilẽ mansionẽ, periturumq. domicilium, nomen genusque extinguẽdum significat vt, Agitatione agitabitur terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis. Huius etiam generis illa sunt. Repente vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles meæ. &, Quoniam dereliquimus terram, quoniam deiecta sunt tabernacula nostra. &, Dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum. Lappa in tabernaculis idem significat. Et depositionem tabernaculi sui instare, Petrus aiebat. Tabernaculũ figere, bellũ & obsidionem parare, & castrametari est. vt, Et figet tabernaculum suum à Padno inter maria.

Cõsuetudo — Numer. 16. — Psal. 83. — Psal. 112. — Apocal. 21. — Proverb. 14. — Præsidium Psal. 26. — Isai. 4. — Psal. 48. — Psal. 51. — Psalm. 68. — Ierem. 51. — Monumẽtum — Isai. 22. — Luc. 16. — Isai. 24. — Ierem 4. — Ierem. 9. — Thren. 2. — Ose. 9. — 2. Petr. 1. — Daniel. 11.

DOMVS LOCVS.

CAP. LII.

TABERNACVLIS Domus successerunt, quæ vt ad plura agenda commodiores sunt, ita etiã vberiorẽ sermonum & sententiarum suppeditant materiam. Mansionem enim vel hominis vel animalis cuiuscunque, vel aliarum etiam rerum, Domum vocamus. vt, Reuertebaturq. in Ramatha, ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem. &, Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluit? cui dedi in solitudine domum. &, Etenim passer inuenit sibi domum. &, Herodij domus dux est eorum. Et etiam Ezechias lætatus in aduentu eorũ, ostendit eis Domum aromatum & domum vasorum suorum. &, Laada pater Maresa, & cognationes domus operãtium byssum in domo iuramẽti. Et fæminarum regiarum domum apud Susam fuisse legimus. His proxima illa sunt, domus seruitutis, pro ergastulo seruorum. vt, Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti de domo seruitutis. Eduxique vos in manu forti, & redemi de domo seruitutis. &, Vt educeres de carcere vinctum, & de domo carceris sedentes in tenebris. Et domus hyemalis commoda frigori arcendo habitatio est. vt, Rex autem sedebat in domo hyemali in mẽse nono. &, Percutiam domum hyemalem cũ domo æstiua. Et mulieres populi mei eiecistis de domo delitiarũ suarum. &, Esto mihi in Deum protectorẽ, & in domum refugij. &, Hæc est domus culinarũ in qua coquent ministri domus Domini victimas populi. &, Melius est ire ad domum luctus quàm ad domũ cõuiuij. &, Quid peccaui tibi, quia misisti me in domum carceris? Domus etiam sepulchrum, eademque Domus æternitatis dicitur, sicut scriptũ est. Et sepulchra eorum domus illorum. Quoniam ibi homo in domum æternitatis suæ. Domus etiam, quietem, otium, idoneumque meditationi significat locum. vt, Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo. &, Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua. Et docete filios vestros, vt ea meditentur, quando sederis in domo tua. Rursus illa oratio inquietum & perturbatum vitæ vsum indicat. Nec in domo manebat, sed in monumentis. DOMVS quoque vrbanam vitam, & rem, vt ager, etiam rusticam significat. vt, Cunctaque vastantes, quæ in domibus & in agris erant. Est autem inter vrbanam & ruralem domum vario actionum iure distinctum discrimen, quod ad multorum locorum expendendam rationem obseruari expediat. nam, Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiã redimendi, donec vnus impleatur annus: si autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorũ iure vendetur. Domus viri vxori ascribitur, ac viri arbitrio gubernatur, sicut scriptum est. Vxor in domo viri cùm se voto constrinxerit & iuramento, si audierit vir, & tacuerit, &c. Et si dilexeris eã, volueriſq; habere vxorem, introduces eam in domum tuam, &c.

Mansio — 1. Reg. 7. — Iob. 39. — Psal. 84. — Psalm. 103. — 4. Reg. 20. — 1. Paral. 4. — Esth. 2. — Deut. 5. — Deut. 7. — Isai. 42. — Ierem. 36. — Amos. 3. — Miche. 2. — Psal. 30. — Ezech. 49. — Proverb. — Ierem. 37. — Quies Psal. 48. — Proverb. 12. — Daniel. 4. — Deut. 6. — Deut. 11. — Luc. 8. — Genes. 34. — Vrbana vita — Levit. 25. — Viri domus — Num. 30. — Deut. 21.

CVSTODIÆ etiam rerum & rationi habendæ domus apta est, idque aliquando nomen ipsum indicat. vt, Si videris bouem fratris tui, aut ouẽ errantem, &c. duces in domum tuã, eruntque apud te quandiu quærat frater tuus, & recipiat. Paterna etiam domus puellis & virginibus ante nuptias & filiabus etiam viduis, quibus liberi non supersint, destinatur. vt, Sede in domo patris tui, & esto vidua. Et istæ sunt leges, quas constituit Dominus Moysi inter virum & vxorem, & inter patrem, & filiam, quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in patris domo. &, Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui. &, Quod si verum dixerit, & non est inuenta in ea virginitas, eijciet eam extra fores domus patris sui. &, Ite in domum matris vestræ, & faciat Dominus vobiscum misericordiam, sicut fecistis cum mortuis & mecum. Et nemo est, qui reliquerit domum aut parẽtes aut fratres &c. Præterea domus patris vel propria alicuius cùm appellatur, iucundiorem conditionem, ac suauiorem vitæ vsum peregrinationi & hospitio oppositum significat. vt, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. &, Postquam eduxit me Deus de domo patris mei. &, Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus patris tui. &, Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. &, Ite in domum matris vestræ. &, Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam & obliuiscere domum patris tui. Nonnunquam, & domus nomen melius, & commodius hospitium indicat, quàm aut in taberna, aut in publico loco haberi possit. vt, Obsecro Domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi. Et fecit sicut illi fuerat imperatum, & introduxit viros in domum. Et eduxit ad eos Simeon, & introductis domum attulit aquã. &, Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. &, Scio quid faciam, vt cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Atque officij huius argumentum domus ipsius præparatio est, sicut legimus. Ingredere benedicte Domini: cur foris stas? præparaui domum, & locum camelis. Domus constructio, materies, & opificium, vitæ conditionem siue tenuem siue opulentam indicat. vt, Videsne, quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei sit posita in medio pellium? Et vniuersa, quæ fecit Achab, & domus eburnea, quam ædificauit. &, Myrrha, gutta

Custodia — Deut. 22. — Genes. 38. — Numer. 30. — Deut. 22. — Ruth. 1. — Luc. 18. — Suauitas — Genes. 12. — Genes. 20. — Genes. 31. — Genes. 41. — Ruth. 1. — Psalm. 44. — Hospitium — Genes. 19. — Genes. 47. — Isai. 58. — Luc. 16. — Genes. 24. — 2. Reg. 7. — 3. Reg. 22. — Psalm. 44.

& casia

& casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis. &, Amos. 5. Domos quadro latere ædificabitis, & non habitabitis in eis. Ex hac ratione ille locus allegoricôs est ponendus. Iob. 4. Quanto magis qui habitant domos luteas. Sepulchra regum & principum in domibus ipsorum aliquando constructa & parata legimus. Sepulchrũ. Nam Ioab sepultus est 3. Reg. 2. in domo sua in deserto. & dormiuit Manasses cum patribus suis, & sepelierunt eum in domo sua. 2. Paral. 3. Domus plena rei cuiuspiam magnam copiam & affluentiam manifestat. vt, Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero mutare, &c. &, Dederit tibi Dominus plenas domus cunctarum opum, quas non struxisti. &, Cœperunt itaque vrbes munitas & humum pinguem, & possederunt domos plenas cunctis bonis. Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis. &, Requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus. Habet autem domus certos, quibus definiatur, limites in omni iuris ratione obseruandos, vltra quos publicus aut cõmunis aut certè alienus locus cẽsetur, atque illis terminis familia, cõsuetudo, familiaritas & necessitudo cõtinetur. Ex hoc genere illa sunt, Decima die tollat vnusquisque agnũ per familias & domos suas. &, Assumet vicinũ qui cõiũctus est domui suę. Et in die primo nõ erit fermentũ in domibus vestris. &, Nullus vestrum egrediatur ostium domus, suæ vsque manè. &, Transcendet Dominus domus, & non sinet percussionem ingredi in domos vestras. &, In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras. &, Ille præcipiet, vt efferant vniuersa de domo, priusquam ingrediantur in eam. &, Patrem tuum & matrem, fratresque & omnem cognationẽ tuam cõgregaueris in domum tuam. Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, sanguis ipsius erit super caput eius. &, Sola Raab meretrix viuat cum vniuersis, qui cum ea in domo sunt. Locorum quoque certis notationibus domus certo nomine indicata deseruit. vt, Post eum ædificauit Melchias filius aurificis vsque ad domum Nathinæorum. Rerum autẽ & actionum argumentis & rationibus amplificandis circumstantiæ grauissimæ à domus loco adduntur, siue ad probandum, siue ad improbandum adferri debeant. vt, Quomodo consequens est, vt furati simus de domo Domini tui aurum vel argentum? &, Ebulliet flumen ranas, quæ ascendent & ingredientur domum tuam, & cubiculum lecti tui. Et si effringens fur domum siue suffodiens fuerit inuentus. Et venerunt filij Belial, & circundantes domum senis fores pulsare cœperunt. &, Quid est, quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Et posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum. Et vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solenni. &, In domo Israel vidi horrendum, ibi fornicationes Ephraim. Et in Bethel non adijcies vltrà, vt prophetes, quia sanctificatio regis est, & domus regni est. &, Intulistis in domum, & exsufflaui illud. &, His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Illud autem, Rapina pauperum in domibus vestris est, manifesti argumenti vim habet.

Copia. Numer. 22. & 24. Deut. 6. 2. Esd. 9. Prouerb. 1. Isai. 13. Familiaritas. Exod. 4. Leuit. 14. Iosue. 2. Ios. 6. Notatio. Nehem. 3. Circunstantia. Genes. 44. Exod. 8. Exod. 22. Iudic. 19. Ierem. 11. Ierem. 32. Thren. 2. Ose. 6. Amos. 7. Hagg. 1. Zachar. 13. Manifestatio. Isai. 2.

Domvs Dei pro templo & publico loco religionis causa celeberrimo sæpissimè in sacris vsurpatur libris. vt, Nunc vadimus ad domum Dei. Et factum est verbum Domini ad Salomonem, dicens: Domus hæc, quam ædificas, &c.

Templum. Iudic. 19. 3. Reg. 6.

Ex his autem, quas adnotauimus, obseruationibus efficitur, vt domus etiam communionis & consuetudinis mutuæ rationem subeat: qui enim eadem domo vtuntur, communicare & consuescere inter se; qui verò abstinent, abalienari putantur. vt, Locutus est rex ad virum Dei, Veni mecum domum, vt prandeas, & dabo tibi munera. Et paulò inferiùs alius, Veni, inquit, mecum domum, vt comedas panem. &, Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. &, Nec dimittam eum, donec introducam eum in domum matris meæ. &, Ne ingrediaris domum conuiuij, & paulò pòst, Domum conuiuij ne ingrediaris, vt sedeas cum eis, & comedas & bibas. Et de domo mea eijciam eos, non addam vltrà vt diligam eos. Et de domo Dei interficiã sculptile & conflatile. &, Intrantes in domum salutate eam, dicentes, Pax huic domui. Et quicunque non receperit vos, nec audierit, exeuntes foras de domo vel ciuitate excutite puluerem de pedibus vestris. &, Ecce, qui in pretiosa veste sunt & deliciis, in domibus regum sunt. &, In quãcunque domum intraueritis, ibi manete, nec inde exeatis. Hinc autem illæ orationes obseruantur, quæ & frequentes occurrunt, & certa significatione minimè carent, domi esse priuatè & secretò agere. Et cùm introijsset domum à turba, & ingressus domum, neminem voluit scire. Et in domo iterum discipuli eius interrogauerunt eum. &, Nunquid domos nõ habetis ad manducandũ & bibendum? Et si quis esurit, domi manducet, & non in iudicium conueniatis. Domos penetrare, est familiaritatem magnam aucupari, & secretorum consiliorum arcanorumque conscium esse velle. vt, Ex his sunt, qui penetrant domos viduarum, &c. Domum scrutari, diligentem perquisitionem significat. vt, Cras hac eadem hora mittam seruos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam & domum seruorum tuorum. &, Mulier vna drachma perdita, accẽdit lucernam & euerrit domum, & quærit diligenter. Venire domum, grauem de re aliqua curam significat in loco. vt, Venit ergo Achab in domum suam indignans & frendens super verbo, &c. &, Reuersus est rex Israel in domum suam audire contemnens. Redire siue ire in domum, rem sibi iam compositam ducentis, & confidentis est, curaque deposita quiescere cogitantis. vt, Reuersa est in domum suam concepto fætu. Et dixit Dauid ad Vriam, Vade in domum tuam, & laua pedes tuos. Nuntiatumque est Dauid à dicentibus, Non iuit Vrias in domum suam. Et ait Vrias ad Dauid, Dominus meus Ioab & serui domini mei super faciem terræ manent, & ego ingrediar in domum meam? Et ait rex ad mulierem, Vade in domum tuam, & ego iubebo pro te. Et dixit rex, Reuertatur in domum suam. Et Adoniæ dixit Salomon, Vade in domum tuam. Et dixit Dominus: Non habent isti Dominum. Reuertatur vnusquisque in domum suam in pace. Et reuersus est Iosaphat rex Iuda in domum suam pacificè in Ierusalem. &, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. &, Reuertar in domum meam vnde exiui. Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam. &, Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam. Domum alicuius conscendere dicuntur, qui impetu facto expugnare & diripere cogitant. vt: Domos conscendent, per fenestras intrabunt. &, Quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? Idem ferè est domos percutere. vt, Quia ecce Dominus mandabit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem fissionibus. &, Si sciret paterfamiliâs, qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique & nõ sineret perfodi domum suam. Ædificare, est certam sedem parare, & negotiorum finem, quietemque sibi proponere. vt: Sapientia ædificauit sibi domum. &, Sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens constructam quoque manibus destruit. & Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & postea ædifices domum tuam. &, Subleuetur desertum ciuitatis, in domibus habitauit Gedar. &, Ædificate domos & habitate. &, Quia super hoc misit in Babylonem ad nos, dicens: Longum est, ædificate domos & habitate. Illa verò huic cogitationi contraria sunt. Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos. &, Aedificabunt domos, & non habitabunt. Domum supra petram ædificare, consilij firmitudinem, & bonum euentum significat; contrà verò, super arenam construere. vt, Similis est viro sapienti, qui ædificauit domum suam

Consuetudo. 3. Reg. 13. Prouerb. 5. Cant. 3. Ierem. 16. Osee. 9. Nahum. 1. Matth. 10. Luc. 7. Luc. 9. Priuatum. Marc. 7. Marc. 10. 1. Cor. 11. Familiaritas. 2. Tim. 2. 3. Reg. 20. Inquisitio. Luc. 15. 3. Reg. 21. 3. Reg. 20. 2. Reg. 11. Securitas quies. 2. Reg. 14. 3. Reg. 1. 3. Reg. 2. 2. Paral. 19. Matth. 9. Matth. 12. Marc. 7. Luc. 1. Impetus. Ioel. 2. Matth. 12. Amos. 6. Quies. Prouerb. 9. Prouer. 14. Prouerb. 24. Isai. 42. Ierem. 29. Thren. 5. Sophon. 1. Matth. 7.

super

ſupra petrã. & paulo inferius de alio. Similis eſt homi-
ni, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam. Illa por-
ro manifeſto & frequenti ſermone vſurpata tranſlatio
eſt, vt domus pro familia, ſobole & omni poſteritate ape-
Geneſ. 7. pelletur. vt, Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam.
Geneſ. 24. &, Recto itinere perduxit me Dominus in domum fra-
Ibidem. tris domini mei. &, Accipies vxorem filio meo de co-
Geneſ. 46. gnatione mea, & de domo patris mei. Et omnes ani-
mæ domus Iacob, quæ ingreſſæ ſunt in Ægyptum. Et
Exod. 1. qui ingreſſi ſunt in Ægyptũ cum Iacob, ſinguli cũ do-
mibus ſuis introierunt. &, Nonne vos eſtis, qui odiſtis
Iudic. 11. me, & eieciſtis de domo patris mei? &, Qui habitare
Pſal. 112. Proverb. 19. facit ſterilem in domo. &, Domus, & diuitiæ dantur à
Geneſ. 44. parentibus. &, Tu eris ſuper domum meam. &, Non
Proverb. 31. timebit domui ſuæ à frigoribus niuis.

Pro gente & natione aliqua domus vſurpatur. vt,
Natio. De domo Togormæ equos, & equites, & mulos addu-
Ezech. 27. xerunt ad forum tuum. &, Domus Togorma latera
Ezech. 37. Aquilonis. Domus quoque in poſſeſſiuo caſu vſurpa-
tum nomen, familiæ vel gentis partem indicat. vt, Tu-
Geneſ. 17. lit Abraham Iſmael filium ſuum, & omnes vernaculos
Ibidem. domus ſuæ. Et omnes viri domus illius circũciſi ſunt.
Geneſ. 24. Et dixit ad ſeruum ſeniorem domus ſuæ. & Ipſe erat
Pſalm. 54. inclytus in omni domo patris ſui. Et illud, In domo Dei
ambulauimus cũ conſenſu. Ad hanc quoque definitio-
Pſal. 73. nem pertinet: Et elegi abiectus eſſe in domo Dei ma-
gis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Familiaris res. Poſtremo familiaris rei, & vitæ totius inſti-
Geneſ. 30. tuendæ ratio, domus nomine ſignificatur. vt, Iuſtum
Geneſ. 31. eſt, vt aliquando prouideam domui meæ. &, Quid in-
ueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ? &, Benedixit
Geneſ. 39. Dominus domui Ægyptij propter Ioſeph. Et non acci-
piam de domo tua vitulos. &, Niſi Dominus ædificaue-
Pſal. 126. rit domum. &, Deprehenſus quoque reddet ſeptuplũ.
Proverb. 6. Et omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet. &, Væ vobis
Math. 26. Scribæ, & Phariſæi, quia comeditis domos viduarum.

CONCLAVE LOCVS.

CAP. LIII.

Ex priuatis locis Conclaue eſt domus pars ſemota
quidem, verùm & familiaribus, & exteris magis
Secretum. expoſita, quàm cubiculum; in qua, & cubare per tem-
poris commoditatem, & prandere ac cænare, & conſi-
lia cum amicis vel familiaribus inire principes ſolent.
2. Reg. 4. quarum rerum exempla illa ſunt. Cùm autem ingreſſi
fuiſſent in domum, ille dormiebat ſuper lectum ſuum
2. Reg. 13. in conclaui. &, Dixit Amon ad Thamar, Infer cibum
in conclaue, vt veſcar de manu tua. Et tulit ad Amon
4. Reg. 6. fratrem ſuum in conclaue. &, Eliſæus propheta, qui eſt
in Iſrael, indicat regi Iſrael omnia verba, quæcunque
locutus fueris in conclaui tuo.

CVBICVLVM LOCVS.

CAP. LIIII.

Secretum. Cvbicvlvm ſecretior cæteris domus partibus
locus eſt; cuius vſus ad cubandũ, & dormiendum
3. Reg. 3. præcipuè expetitur. vt, Obſecro Domine mi, Ego &
mulier hæc habitabamus in domo vna, & peperi apud
Iudic. 15. 3. Reg. 1. eam in cubiculo. &, Samſon in cubiculum vxoris in-
trare volebat. &, Bethſabee in cubiculo Dauidem Re-
Eſth. 2. gem allocuta eſt. &, Ducta eſt itaque ad cubiculum re-
Exod. 7. Secretum gis Aſſueri. &, Aſcendent ranæ in cubiculũ lectuli tui.
Idem autem locus ijs rebus idoneus putatur, quibus
Geneſ. 43. conſcios nullos eſſe cupimus. Sic enim Ioſeph à fratri-
bus & familia ſemotus, introiens in cubiculum fleuit.
Iudic. 16. &, Samſoni in cubiculo inſidiæ poſitæ ſunt. Et in cogi-
Eccleſ. 11. tatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi ne
maledixeris regi. &, Introduces Ioſaphat filium Nanſi
4. Reg. 9. Luc. 12. in interius cubiculum. Et quod locuti eſtis in cubicu-
lis, prædicabitur in tectis. &, Ioſabet Ioas infantem in
2. Paral. 22. cubiculo lectulorum abſcondit. Secretò orantibus locus
commodus cubiculum eſt. Eſdras enim abijt ad cũ- Oratio.
biculum Iohannan filij Eliaſib, & ingreſſus illuc pa- 1. Eſd. 10.
nem non comedit, & aquam non bibit; lugebat enim
trãſgreſſionem eorũ qui venerant de captiuitate. &, Tu Math. 6.
autem cùm oraueris, intra cubiculum tuum, & clauſo
oſtio ora patrem tuum in abſcondito. Latêre ob me-
tum vel animi inopiam cupientibus opportunum pu- Latebræ.
tatur cubiculum; & cubiculi cubiculũ maiorem etiam
trepidationem arguit, ſicut ſcriptum eſt. Vade popule Iſai. 16.
meus, intra in cubicula tua, claude oſtia ſuper te, ab- 3. Reg. 20.
ſconde te modicum. &, Porrò Bennadab fugiens, in-
greſſus ciuitatem, in cubiculum, quod erat intra cubi-
culum. Et viſurus es in die illa, quãdo ingreſſurus es in 3. Reg. 22.
cubiculum intra cubiculum, vt abſcondaris. Magnam
quoque neceſſitudinem amoremque maximum cubi-
culi communicatio indicat. vt, Inueni quem diligit Cantic. 7.
anima mea; tenui eum, nec dimittam donec introducam
illum in domum matris meæ, & in cubiculum
genitricis meæ.

CVBILE SIVE LECTVS,

LOCVS, CAP. LV.

Cvbile quoque, ſiue lectus, quieti, & ſomno ca- Somnus.
piendo paratur. vt, Lepuſculus plebs inualida, qui Prouer. 30.
collocat in petra cubile ſuum. Et de cubilibus leonum, Cant. 7.
& erit cubile draconum. & Veniat pax, requieſcat in Iſai. 34. Iſai. 57.
cubili ſuo, qui ambulauit in directione ſua. Et leo im- Nahum. 2.
pleuit cubile ſuum rapina. Et pueri mei ſunt in cubili Luc. 11.
mecũ. Thorus etiã maritalis, & meretricius lectulus cu- Thorus.
bilis nomine in loco ſignificatur. vt, Super mõtẽ excel- Iſai. 57.
ſum, & ſublimem poſuiſti cubile tuum. Dilataſti cubile Ibidem.
tuum, & pepigiſti cum eis fædus. &, Egrediatur ſpon- Ioel. 2.
ſus de cubili ſuo. &, Non in cubilibus & impudicitijs. Rom. 13.
&, Quia aſcendiſti cubile patris tui. &, Noſti Domi- Geneſ. 49.
ne, quod deteſter cubile incircunciſorum. Cumque
veniſſent ad eam filij Babylonis ad cubile mammarũ. Eſther. 14.
Illud apud Ezechielem pro ſecreto loco vſurpatur. Vides Ezech. 23.
fili hominis, quid filij Iſrael faciunt in tenebris vnuſ- Ezech. 7.
quiſque in abſcondito cubilis ſui? Idem etiam propter Cogitationibus.
ſilentium, & ſecretam ſtationem, cogitationũ officina,
& deliberationum opportunus locus eſſe cenſetur. vt,
Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo. &, Quæ dicitis Pſal. 35.
in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris. &, Væ qui Pſal. 4. Mich. 2.
cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus ve-
ſtris. Somniorum quoque locus. vt, Viſiones capitis tui Dani. 2. 4. Somnia.
in cubili tuo. Pro ſepulchro aut mortui lectulo vſurpa- Feretrum.
tur etiam cubile. vt, In medio interfectorum poſue- Ezech. 35.
runt cubile eius. His contrarium euentum illa ſignifi-
cant, quæ ideo grauiorẽ ſenſum adferre putantur. Si di- Iob. 7.
xero, cõſolabitur me lectulus meus, & releuabor loquẽs
mecum in ſtratu meo. Quę de cubili dicta ſunt, eadẽ &
lecto, & lectulo cõueniunt omnia, videlicet ſomnus & 2. Reg. 4.
quies. vt, Ille dormiebat ſuper lectũ ſuũ. &, Si aſcẽdero
in lectum ſtrati mei. &, Ponamus lectulum in cubiculo. Pſalm. 131.
Quando irruit ſomniũ ſuper homines, & dormiunt in 4. Reg. 4. Iob. 33.
lecto. Adulteriorũ locus. Ecce mittã eã in lecto & qui Apocal. 2.
mæchantur cum ea, &c. &, Maledictus, qui dormit Deut. 27.
cum vxore patris ſui, & reuelat operimentum lectuli
eius. Adnotationem etiam ſecuritatis habet lectus, au-
getque orationis ſententiam. vt, Quanto magis nunc, 2. Reg. 4.
cùm homines impij interfecerunt virum innoxium in
domo ſua ſuper lectum ſuum.

Secretus locus.

Secretvm, & maximè conſeruatum domus lo-
cum, minimeque penetrabilem, & peruium. vt, Aſ- Exod. 7.
cendent ranæ in cubiculum lectuli tui. Ægrotantium
quoque locus lectus eſt, morbumque aliquando arguit.
vt, Afferte eum ad me in lecto vt occidatur. &, Do- 1. Reg. 19.
minus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius. &, La- Pſal. 40. Pſal. 6.
uabo per ſingulas noctes lectum meum. &, Adduxe-
runt paralyticum iacentem in lecto. Et conuerſus ad Matth. 9.
lectuli caput. &, Cuba ſuper lectulum tuum & lan- 4. Reg. 1. 2. Reg. 13.
guorem ſimula. &, De lectulo, ſuper quem aſcendiſti, Luc. 17.

non

non surges. Societatem, & communem vitæ consuetudinem lecti communicatio indicat. vt, Erunt duo in lecto vno. Ad hanc rationem illud spectat, filium Sunamitidis in lectulo hominis Dei fuisse collocatum.

Luc. 17. Societas

Ad splendoris, & apparatus argumentũ lecti quoque materies facit. vt, Mala aurea in lectis argenteis. &, Qui dormitis in lectis eburneis. &, Sedisti in lecto pulcherrimo. Sub lecto esse, est abscondi. vt, Nunquid accenditur lucerna, vt sub modio ponatur aut sub lecto? Sepulchrum aliquando dicitur lectulus. vt, In tenebris straui lectulum meum. Lectũ etiam in signum, & monumentum personæ cuiuspiam aut rei gestæ, cõseruari solere, ex illo discimus testimonio: Solus quippe Og Rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis, ad mensuram cubiti virilis manus.

Apparatus. Prouerb. 25. Amos. 5. Ezech. 23. Abscõdere Marc. 4. Sepulchrũ. Iob. 17. Monumẽtum. Deut. 11.

TVRRIS LOCVS.

CAP. LVI.

Tvrris tum securitatis, & præsidij, tum prospectus, & ornamenti causa construitur, sicut scriptum est: Faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat cælum, & celebremus nomen nostrũ antequã diuidamur in vniuersa terra. &, Cùm reuersus fuero victor in pace, destruã turrẽ hanc. &, Ædificauit turrim in medio eius. & Abimelech audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos. Erat autẽ turris excelsa in media ciuitate, ad quam confugerant viri, & mulieres. Et ædificemus ciuitates istas, & vallemus muris, & roboremus turribus. &, Turris fortitudinis à facie inimici. &, Turris fortissima nomen Domini. & Hubera mea sunt turres. Est etiam certa locorum notatio in turribus constituta. vt, Fixit tabernaculum trans turrim gregis. Et vsque ad turrim centum cubitorum sanctificauerunt eam, & vsq. ad turrim Hananeel vsq. ad portam anguli. Et à turre Syenes vsque ad terminos Æthiopiæ. Custodiæ, præsidio, speculæ, & preconijs atq. denuntiationibus opportuna turris esse solet etiam extra vrbes constructa. vt, Ædificauerunt filij Israel excelsa in cunctis vrbibus suis à turre custodum vsque ad ciuitatem munitam. Et ipse percussit Philistæos vsque ad Gazam, & omnes terminos eorum à turre custodum vsque ad ciuitatem munitam. &, Ioathan ædificauit in saltubus castella, & turres. &, Narrate in turribus eius.

Presidium. Genes. 11. Iudic. 7. Iudic. 9. Isai. 5. 2. Paral. 14. Psalm. 121. Genes. 35. Prouerb. 17. Notatio. Cantic. 7. Nehem. 3. Ierem. 31. Custodia Specula. 4. Reg. 17. 2. Paral. 27.

Thesaurus. 1. Paral. 27. Psalm. 121.

Thesaurorvm repositorium, sicut scriptum est. Iis autem thesauris, qui erant in vicis, & in turribus, & in vrbibus, præerat Ionathan filius Osiæ. Et fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

AREA LOCVS.

CAP. LVII.

Area ad frumentum congregandum, & triturandum paratur: ex quo fit, vt pro fructuum copia vel inopia hoc nomen vsurpetur. vt, Sicut de areis primitias separabis: &, Reputetur vobis in oblationẽ primitiorum tam de areis, quàm de torcularibus. &, Quando collegeris de area fruges tuas. Et nõ ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. &, Nocte areã hordei ventilabunt. &, Annuntiauerunt Dauid: Ecce Philistijm oppugnant Ceilam, & diripiunt areas. &, Nunquid credes illi quoniam sementem reddat tibi, & aream tuam congreget? &, Area, & torcular nõ pascent eos. &, Permundabit aream suam. In area dormiunt agricolæ trituræ tempore, sicut scriptum est. Descende in aream, non videat te homo, donec esum potumque finierit: quando autem ierit ad dormiendum, &c.

Frumentũ. Numer. 15. Numer. 17. Deut 16. Deut. 15. Ruth. 3. 1. Reg. 23. Iob. 39. Ose. 9. Dormitur. In area. Ruth. 3.

Certorvm locorum annotationi quoque areæ nomina deseruiunt. Postquam autem venerunt ad areã Nachor. &, Erat autem Angelus domini iuxta aream Areuna Iebusæi. &, Cùm peruenissent ad aream Chidon. Aliquando area idem quod plantarium est. vt, Nonne cùm tetigerit eam ventus, siccabitur, & in areis germinis sui arescet? Area propter conculcationis frequentiam, & calorem concipit, & humorẽ omnem remittit, & sterili ac tenui puluere abundat; siccioríque, quàm cæteræ soli partes, efficitur, sicut scriptum est. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum; & aurum: & redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ. &, Erunt sicut puluis raptus ex area. &, Sed & bestię agri, quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te. Ex hac obseruatione signum Gedeoni factum explicatur de vellere, & area.

2. Reg. 6. Notatio. 2. Reg. 2. 2. Reg. 24. 1. Paral. 13. Ezech. 17. Siccitas. Daniel. 2. Ose. 13. Ioel. 1. Iudic. 6.

TORCVLAR LOCVS.

CAPVT LVIII.

Torcvlar locus easdem sermonum obseruationes suppeditat, annuosque vini, & olei prouentus persæpe indicat, sicut scriptum est. vt, Reputetur vobis in oblationem tam de areis, quã de torcularibus. &, Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. Et vino torcularia tua redundabunt. Illud autem temporum perturbationem, & hostium metum indicabat, quòd Gedeon excuteret, & purgaret frumẽta in torculari. Pręterea vltionem grauissimã, magnam & copiosam cædem torcular ex translatione siue allegoria significat. vt, Torcular calcaui solus, & de gentibus nõ est vir mecum. Huius loci allegoria nobis in commentarijs, Deo dictante, explicabitur. &, Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iudæ. &, Venite & descendite, quia plenum est torcular; exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorum. &, Ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Quæ verò in psalmorum inscriptionibus Latinis leguntur sępe Pro torcularibus, non huius argumenti est explicare.

Vinum. mustum. Numer. 17. Iob. 24. Prouerb. 3. Iudic. 6. Perturbãtio. Isai. 63. Vltio. Ioel. 3. Thren. 3. Apocal. 15.

SOLARIVM LOCVS.

CAPVT LIX.

Solarivm altissimus in domo locus, tecti vicẽ obtinet, & ipse apertus Soli, & nocturnæ auræ expositus, vbi quæ exiccari parantur, extendi solent, ob eamq. rem non inter secreta, sed inter aperta censetur loca, ideoque minorem suspitionem facit occultandarum ibidem rerum; eaque res prudenter à Rahab ad exploratores liberandos fuit excogitata: quæ fecit viros ascẽdere in solarium domus suæ, operuitque eos stipula lini, quæ ibi erat. Ad spectacula etiam commodus locus est, vtpote altus, & liber, vt in templo Dagonis de templo, & solario circiter tria milia Samsonẽ spectasse commemorãtur. Dauid quoque ex solario Vriæ vxorẽ lauãtem prospexit. Et quoniam altissimus est locus, ad secreta colloquia commodus est, quippe quem nulli arbitri latere, aut obseruare possint. Ideoq. Samuel de diuino consilio cum Saule in solario locutus est. Æstiuo tempore in calida regione, quietis & pernoctationis causa, noctu petitur, etiam deambulationi, & auræ excipiendæ, & apertissimè agẽdis rebus interdiu idoneus est; hyeme autem solem accipit, & calidiorem, & liberiorem. Sic Saul in solario Samuelis dormijsse fertur; Dauid in solario deambulabat cùm Bathsaba prospiceret. &, Absaloni tetenderunt tabernaculum in solario, & ingressus est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel.

Apertus locus. Iosue. 2. Iudic. 16. Prospectus 2. Reg. 11. Liber locus 1. Reg. 8. Quies nocturna. Refrigeratio. Aricatio. 1. Reg. 9. 3. Reg. 11. 2. Reg. 16.

TECTVM LOCVS.

CAP. LX.

Tectvm ædificij postrema, & altissima atq. apertissima pars periculosis tẽporibus ad propugnandũ petitur, sicut scriptũ est. Erat autẽ turris excelsa in media ciuitate, ad quã cõfugerant viri, & mulieres, & omnes principes ciuitatis, &c. Vnde tectorum expugnatio omne præsidium superatum, & amissum significat. vt,

Iudic. 9.

Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti & tu omnis in tecta? Huc & illud pertinet. Super tecta eius, & in plateis eius omnis vlulatus.&: Super omnia tecta Moab & in plateis omnis planctus. Et in illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere ea. Est etiam locus patentissimus, in quo nihil fiat vel altius dicatur, quin audiri videriq́ue possit; sicut scriptum est. Altaria quoque, quæ erant super tecta cænaculi Achaz, quæ fecerant reges Iuda.&, Vigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Et eos, qui adorant super tecta militiam cæli.&, Quod in aure auditis, prædicate in tecto. TECTORVM fænum, quod & teræ altitudine careat, & soli ventoq́ue expositum maximè tentetur, neque inferius, vnde exugat, humorem habeat, & citò arescit, & rerum breuem durationem significat; sicut scriptũ est. Fiant sicut fænum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit. Et facti sunt, vt herba tectorum, quæ exaruit antequam maturesceret. Passer in tecto, peregrinum hospitio, & ope carentem, atque temporum iniurijs expositum refert. Factus sum tanquam passer solitarius in tecto.

Isai 22. Isai. 15. Ierem. 47. Luc. 17. Apertum. 4. Reg. 23. Psal. 101. Sopho. 1. Matth. 10. Breuitas Fluxum. Psal. 127. Isai. 37. Peregrinus. Psal. 101.

LOCORVM PARTES.

CAP. LXI.

CONSEQVENS esse videtur, vt quorundam locorum partes, quæ & ipsæ loca sunt, adeamus; quidq́. ex eiusmodi locis ad sermonum significationes explicandas peti possit, indicemus.

PARIES LOCVS.

PARIES domus pars est, quæ & distinguendis partibus & tectis, contignationibusq́ue sustinendis, portis, fenestris, apertionibusq́ue faciendis, ornamẽtisq́ue addendis paratur. Salomon enim ædificasse dicitur tabulata per gyrum in parietibus domus, & ostium lateris medij in pariete erat domus dextræ. & omnes parietes templi per gyrum insculpsit variis celaturis & torno. Et calauit Cherubim in parietibus. Et in parietibus illius figens palum statuet casulam. Et ecce omnis similitudo reptilium & animalium abominatio & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete. Paries mingentibus commodus est viris ad turpitudinem occultandam. Quá ob rem velut prouerbiali oratione Hebræis vsurpatum est, mingere ad parietem, ad eam ætatem significandam, qua turpis & honesti cognoscẽdi homo compos iam factus est. vt, Non reliquit ex ea mingentem ad parietem. Erat etiam locus lepræ in domibus tactis examinandæ & cognoscendæ, sicut scriptum est, Et cùm viderit in parietibus eius quasi valliculas pallore siue rubore deformes. Et ingressus Sacerdos viderit reuersam lepram & parietes respersos maculis, &c. Ad parietem prospicere, indignantium, & consilium, conspectum, sermonem, colloquiumq́ue alterius aduersantium, demùm cura maxima affectorũ est. Sic enim Achab proijciens se in lectum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. Sic etiam Ezechias conuertit faciem suam ad parietem, & orauit Dominum. Post parietem stare, non longè abesse significat. vt, Ipse stat post parietem nostrum respiciens post cancellos, &c. In pariete etiam delubra à gentibus aperiri & simulachra collocari solebant: sicut scriptum est, Et faciet ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud. Intra priuatos parietes quicquam agere, arbitris remotis occultam rem patrantis est. vt, Quis me videt? tenebræ cooperiunt me, & parietes circundant me. Parietum palpatio aut tactio, cæcum aut luce carentem aut perturbato animo arguit: sicut scriptum est, Palpauimus sicut cæci parietẽ, & quomodo si quis innitatur manus a in parietem. Sunt etiam plantæ quædam, quibus opportunus ad nascendũ & crescendũ locus in parietibus est. Cuiusmodi est hyssopus, quæ egreditur de pariete, de qua etiá Salomon disputasse cõmemoratur.

3. Reg 6. 2. Paral. 3. Eccles. 14. Exech. 7. & 23. & 41. Aetas idonea. 3. Reg. 14. 16. 4 Reg. 4. Lepræ indicium. Leuit. 14. Ibidem. Indignatio Aegritudo animi 3. Reg. 21. Cant. 2. Sapient. 13. Turbatio Eccles. 23. Isai. 59. Amos. 5. Herbarum locus. 3. Reg 4.

MACERIES.

PROPRIE nomen hoc murum breuem, vel inter duo prædia interiectum, vel vni prædio aut vineæ vel horto circundatum, significat; cuius tamen altitudo breuior & structura leuiùs confecta sit. ea vel seiungendorum prediorum, vel infesta bruta arcendi causa comparatur, in qua solent aues nõnunquam cauernis oblatis conquiescentes ventumq́ue aut solem nimium fugere, sicut scriptum est: Columba mea in foraminibus petræ, & in cauernis maceriæ ostende mihi faciem tuam. Ex translationis autem figura hoc nomen pro munimento, defensione, tutela, nonnunquam etiam pro distinctione & variarum partium dissidio, vsurpatur. vt, Diruam maceriem eius, & erit in conculcationem. &, Dies, vt ædificentur maceriæ tuæ. Et Christus est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens, &c. fecit pacem.

Cantic. 2. Isai. 5. Mich. 7. Ephes. 2.

SEPES LOCVS.

SEPES etiam ad eosdem cum macerie vsus paratur; textilis tamen est, vel variis duriorum arbustorum & spinarum plantis complicata: sicut scriptum est, Iter impiorum quasi sepes spinarum; & vbi non est sepes, diripietur possessio. Et auferam sepem eius, & erit in direptionem. Et qui optimus est in eis quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe. Eo in loco locustæ aliæq́. bestiolæ commorari solent, & venenosa etiam serpentium genera delitescere deprehenduntur: sicut scriptum est. Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ confidunt in sepibus in die frigoris. Vagorum & dispersorum atque inopum commorationes aliquando apud sepes fiunt, sicut scriptum est: Plangite & circuite per sepes, quoniam Melchom in transmigrationem ducetur. &, Exi in vias & in sepes, & compelle intrare.

Proueb. 15. Eccles. 36. Isai. 5. Mich. 7. Eccles. 10. Nahum. 3. Inopia. Ierem. 49. Luc. 14.

HORTVS LOCVS.

VVLGATISSIMVS horti vsus ad arborum herbarumq́ue plantationes est, quæ tum victus, tum etiam voluptatis animiq́ue causa comparantur, sicut scriptum est. Locutus est ergo Achab ad Naboth dicens; Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum.&, Rex autem iratus surrexit, & de loco cõuiuij intrauit in hortum arboribus consitum. &, Feci hortos, & pomaria, & conseui ea cunctigenis arboribus.&, Regnum cælorum simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum. Et terra illa inculta facta est, vt hortus voluptatis. &, Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti. Propter amænitatem, & secessum, atque etiam propter colloquij commoditatem hortus opportunus amatoribus locus putatur. Id quod mystico illo, & sententiarum pleno carmine Salomon indicabat. Surge Aquilo, & veni Auster; perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Et veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. &, Veni in hortum meum sponsa mea, &c. Eiusdem secessus commoditas orationi, & contemplationi idoneum locum in hortis efficit. Sic enim Iesum Christum sæpe in hortum orandi, & pro nobis supplicandi causa secessisse legimus. Sciebat autem Iudas, qui tradebat eum, locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Olim simulachrorum, & vanorum deorum cultibus horti etiam consecrati frequentabantur, vnde ex locorum notatione cultus, siue superstitio potius, à prophetis arguitur. vt, Erubescitis super hortis, quos elegeratis. &, Qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres. &, Qui sanctificantur, & mundos se putant in hortis. Sepulchra præterea quorundam principũ virorum, & regũ in priuatis hortis constructa obseruauimus. vt, Dormiuit itaque Manasses cum patribus suis, & sepultus est in horto domus

3. Reg. 21. Esther. 7. Eccles. 2. Luc. 13. Ezech. 36. Ioel. 2. Secessus. Amor Cant. 4. Cantic. 5. Oratio. Contemplatio. Iohan. 17. Idololatria Isai. 1. Isai. 65. Isai. 66. Sepulchra 4. Reg. 21.

domus suæ in horto Osa. Et Amon sepultus est in horto suo in horto Osa. Et in loco, vbi Christus crucifixus est, erat hortus, & in horto monumentũ nouum; in quo nondum quisquã positus fuerat. Hortus conclusus integritatem, & sinceritatem omni peregrino vitio liberam mysticè significat. Hortus conclusus soror mea, & sponsa mea hortus conclusus. Hortorũ plantatio, & cultura longioris commorationis diuturnæq. mansionis cogitationem indicat. vt, Ædificate domos, & habitate; plantate hortos, & comedite fructum eorum. Et illud; Conuertam captiuitatem populi mei Israel, & ædificabunt, &c. & facient hortos, & comedẽt fructus eorum.

Ibidem. Iohan. 19. Integritas. Cantic. Mansio. Ierem. 29. Amos. 9.

VINEA LOCVS.

VINEA locus est vitibus consitus, nõ tam voluptatis, quàm fructus, & vtilitatis causa comparatus, qui in fundi & hæreditatis parte censetur. cuiusque primus post diluuiũ sator & cultor Noe fuit, sicut scriptum est. Cœpitque Noe vir agricola exercere terrã, & plantauit vineam, bibensque vinum inebriatus est. &, Terram frumenti, hordei & vinearum. &, Considerauit agrum, & emit eum: de fructu manuum suarum plantauit vineam. &, Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas. &, Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Et vinea erat Naboth Iesraelitæ, quæ erat in Iesrael. Et dixit Achab ad Naboth, Da mihi vineam tuam, vt faciam hortum olerum &c. Cui respondit Naboth, Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. Illud autem exhęredationem, & miseram conditionem significat: Agros nostros, & vineas nostras alij possident.

Hæreditas. Genes. 9. Deut. 7. Prouerb. 31. Eccles. 2. 1. Cor. 9. 3. Reg. 21. 2. Esd. 25.

VINEÆ oppidis propinquæ esse solent. Quam ob rem ad insidias aliquando parandas exteris opportunæ, oppidanisque inutiles fuere, sicut scriptum est. Cumque venisset ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis sæuus, & rugiens, & occurrit ei. &, Ite latitate in vineis: cumque videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repente de vineis, & rapite singulis vxores singulas. Pullum ad vineam ligare, fructuum copiam significat. vt, Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, ô fili mi, asinam suam. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Vinea florens veris index est, atque futuri fructus prænuntiat spem, sicut scriptum est. Vineæ florentes dederũt odorem. &, Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas; nam vinea nostra floruit. &, Descendi in hortũ meum, vt viderem poma conuallium, & aspicerem, si floruisset vinea. Hæc autem ad mysterium etiam reconditum spectant. Vineas non ferens locus, infecundiorẽ, & minus commodam ad habitãdum regionem arguit; quippe, vt aliâs docuimus, maxima cum ad diuitum, tum verò ad pauperiorum victum facilem, commoditas in vinearum, & ficuum fructibus est. Ex hoc genere illa & alia plurima exempla sunt: Adduxistis nos in locum istum pessimum, qui seri nõ potest, neque ficum gignit, nec vineas. &, Donec veniam & transferam vos in terram similem terræ vestræ, in terram fructiferam, & fertilem vini, terramque panis, & vinearum. Vinearum plantationes, & culturæ, stabilitatis, & diuturnæ mansionis cogitationem indicant. vt, Tertio anno seminate & metite; plantate vineas, & comedite fructum earũ. &, Seminauerunt agros, & plantauerũt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis. &, Considerauit agrum, & emit illum, & de fructu manuum suarum plantauit vineam. Pacem etiam, & securitatem indicat vinearum cultura, & vsus: vt, Comedite vnusquisque vineam suã. &, Ædificabunt domos, & plantabunt vineas; & comedent fructus earum. In agros aut vineas declinare, damnum dare aut nocumentum inferre est, sicut scriptum est, Non ibimus per agros, nec per vineas. & rursus, Non declinauimus per agros nec per vineas. Vinearum demolitio aut percussio, bellum, depopulationem, & vastationem arguit: vt, Percussit vineas eorum & ficulneas eorum, &. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. &, Vos enim depasti estis vineam. Et vineam Sabama domini gentium exciderunt flagella eius. Et super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama. & vineam tuam & ficum tuam conteret. Et corrumpam vineam eius, & ficum eius. & Vinea confusa est, & ficus elanguit: & in omnibus vineis erit planctus. In vinea germen deficiens, anni sterilitatem, & penuriam magnam portendit, sicut scriptum est. Ficus enim non florebit, & nõ erit germẽ in vineis. &, Increpabo vobis deuorantẽ, & non corrumpet fructũ terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro. Illa demum illustris, & celebris, multisque locis frequens vineæ significatio est, qua vineæ nomen pro Israelitico populo vsurpatur: vt, Vineam de Ægypto trãstulisti, eiecisti gẽtes, & plantasti eam. &, Cantabo nunc dilecto meo canticum patruelis mei super vineam suam. &, Cùm germinasset, creuit in vineam latiorem, humili statura; respicientibus ramis eius ad eam, & radices eius sub illa erant: facta est ergo vinea. &, Pastores multi demoliti sunt vineam meam.

Importunitas. Numer. 20. 4. Reg. 17. Isai. 36. Mansio. 4. Reg. 19. Psal. 106. Prouerb. 31. Isai. 36. Isai. 65. Damnum. Numer. 20. Num. 21. Vastatio. Psalm. 104. Canti. 2. Genes. 49. Ver. Cant. 2. Spes. Cantic. 6. Isai. 3. Isai. 6. Ierem. 5. Ose. 2. Ioel. 1. Sterilitas. Habac. 3. Malach. 3. Israel. Psalm. 79. Ecclesia. Isai. 5. Ezech. 17. Ierem. 12.

ILLVD verò quod apud Iohannem Theologum legimus de vinea terræ, mundum mundique homines interpretamur, ea ratione, qua mundus ab eodem Iohanne est definitus. Mitte falcem tuam, & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ sunt vineæ eius. & misit angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ.

Mundus. Apocal. 14.

PISCINA LOCVS.

PLVVIARVM aquarum confluentium receptaculum piscina est, arte plerunque parata in ijs locis, quæ viuentis aquæ penuria laborant: sicut scriptum est. Et extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem syluam lignorum germinantium. &, Reliqua sermonum Ezechiæ, & quomodo fecerit piscinam & aquæductum. &, Congregastis aquas piscinæ inferioris. &, Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius. Præter eum vsum, quem aqua præbet, piscinæ nullus alius obseruatur, nisi quantum certorum locorum manifestæ notationi indicandæ piscinarum nomina appellantur. vt, Ioab filius Saruiæ, & pueri Dauid occurrerunt eis iuxta piscinam Gabaon. &, Suspenderunt eum super piscinam in Hebron: sepelieruntque regem in Samaria, & lauerunt currum eius in piscina Samariæ. Piscina verò illa, in qua languentes aliqui curabantur, non ex naturæ vsu, sed ex Dei singulari beneficio eam vim obtinebat.

Eccles. 2. 4. Reg. 20. Isai. 22. Notatio. 2. Reg. 2. 3. Reg. 22. Iohan. 5. Piscina ad probaticã.

VILLA LOCVS.

VILLA propriè domus in fundo sita est, agrorum, non ciuitatis iure definita: sicut scriptum est. Angariauerunt Simonem Cyrenæum, venientem de villa. &, Mortuæ sunt ranæ de domibus & de villis, & de agris. Sæpè autem pro toto prædio nomẽ vsurpatur. vt, Abierunt, alius in villam suam. &, Venit Iesus in villam, quę dicitur Gethsemani. Plerunque verò idem villa in sacris libris, quod Latinè pagus, dicitur. vt, Si in villa fuerit domus, quæ muros non habeat. Et Auoth. i. villas Iair, & ciuitates, & villæ earum Et Aroer & villæ eius. &, Vsque ad villam, quæ erat absque muro. Solitudini & secessibus commodæ villæ sunt. vt, Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis, &c.

Marc. 15. Exod. 7. Matth. 22. Prædium. Matth. 26. Leuit. 25. Numer. 32. Pagus. Iosue. 15. Iudic. 11. 26. 1. Reg. 5. Secessus. Cantic. 7.

PRÆDIVM LOCVS.

PRÆDIVM fundus est fructibus ex re rustica percipiendis aptus & comparatus: sicut scriptum est, Iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. &, In locis illis erant prædia principis insulæ nomine Publij.

Iohan. 4. Actor. 27.

NAVIS LOCVS.

NAVIS ad nauigandum mercesque asportandum ædificatur: sicut scriptum est, Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. &, Facta est quasi nauis institoris de longè portans panem suum. Ad nauale etiam bellum gerendum, postea naues in vsu esse cœpere: sicut scriptum est, Et feci naues

Mercatura. Psal. 106. Prouer. 31. Bellum. 1. Mach. 13.

Piscatio. Psal. 116. Marc. 1. Mercatura Isai. 2. Isai. 23. Ezech. 26. Apocal. 7.

bellicas. Piscationi etiam commodæ sunt: sicut scriptũ est, Facientes operationem in aquis multis. Et Iesus vidit Iacobum & Iohannem fratrem eius componentes retia in naui, erant enim piscatores. Locus ipse, hoc est, nauis, per Metonymiam figuram aliquando vsurpatur pro mercatoribus mercibusque, atque pro ijs, qui nauibus vel cõmeatus, vel piscationis, vel belli causa vtuntur. vt, Dies Domino exercituum super omnes naues Tharsis. &, Vlulate naues maris. &, Nunc stupebunt naues in die pauoris tui. Et tertia pars nauium interiit.

CATHEDRA LOCVS.

Dignitas. 1.Reg. 20. Ezech. 27. 2.Reg. 23. Psal 106. Psal. 1. Iob 29. Matth. 23. Matth. 21.

CATHEDRA ad sedendum extructa, muneri & dignitati adscribitur. Namque & regibus & præceptoribus atque iudicibus cathedra apponitur, & ijs etiam, quibus honor exhibetur aut obseruatio, vt suis exemplis ordine docebimus. Cùm sedisset rex super cathedram suam secundùm cõsuetudinem. &, Dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris. &, Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps. Et in cathedra seniorum laudent te. Et in cathedra pestilentiæ non sedit. Et super cathedram Moysi sederunt Scribæ. Honoris autem illa sunt. Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. &, Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis. Sunt etiam vendentium abaci, quæ cathedræ dicuntur, quales Iesus Christus in templo euertit.

SOLIVM LOCVS.

Regia auctoritas. Genes. 41. Exod 7. Deut. 17. Iob 36. Proverb. 16. Iob. 23. Iob. 26. Isai. 6. Isai. 47.

SOLIVM propriè regum est, munusque ipsum, hoc est regiam auctoritatem, & dignitatem significat. sicut scriptum est. Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet, vno tantùm solio regni præcedam te. &, A primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius. &, Postquam rex sederit in solio regni sui. &, Reges in solio collocat in perpetuum. Et iustitia firmatur solium. Dei etiã thronus vt regis magni, solium Latinè à nostro Interprete dicitur. vt, Quis mihi tribuat, vt inueniam illum, & veniam vsque ad solium eius? &, Qui timet vultum solij sui. &, Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. &, Non est solium filiæ Chaldæorum.

THRONVS LOCVS.

Regia auctoritas. Indic. 3. 2.Reg. 3. 2.Reg. 14. Honor. 3.Reg. 2. Psalm. 9. Munus regium. Luc. 22. Colos. 1. Apocal. 4. Ibidem.

THRONVS eiusdem cum solio vsus, regiam quoque dignitatem, maiestatem atque munus significat. Sic Eglõ de throno surrexisse dicitur. &, sicut scriptum est, vt transferatur regnum de domo Saul, & eleuetur Thronus Dauid super Iudam & super Israel à Dan vsque ad Beersebagh. &, Rex autem & thronus eius sit innocens. Illud verò exemplum honoris & ornamenti est. Posituque thronus matri regis quæ sedit ad dexteram eius. Ad munus autem illa spectant. Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam. Et ad honorem & munus illa: Vt sedeatis super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Siue Throni siue dominationes. &, Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus. Regiam autem dignitatẽ, munerisque auctoritatem, & ornamenti honorisque obseruantiam, simul omnia ferè exempla, quæ apud Iohannem theologum de throno leguntur, ostendunt. vt, Cùm darent illa animalia gloriam & honorem, & benedictionem sedenti super thronum. &, De throno procedebant fulgura & voces, & tonitrua, & septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei.

SEDES LOCVS.

SEDES Latinum nomẽ commune magis, latumq; est, quod & ad regum, iudicum & principum virorum thronum, solium & cathedram etiã refertur: sæpe autẽ habitationem & ciuitatem, siue patriam vniuscuiusque significat; omnibus tamẽ communem significationem addit stabilitatis & firmitudinis cuiusdam. Horum exempla bina ordine subijciemus. Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid. De posuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Cùm sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes Israel. &, Reuertimini ad sedes vestras. &, Cælum est sedes mea, & terra scabellum pedum meorum.

Stabilitas Psalm. 77. Psalm. 121. Luc. 1. Matth. 19. Iosue. 2. Isai. 66.

MENSA LOCVS.

MENSA communi consuetudine cibi capiendi, & refectionis causa paratur, sicut scriptum est. Nec non & cibaria mensæ eius. &, Requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine. &, Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. &, Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto, aut parare mensam populo suo? Est etiam conuiuijs significandis mensæ nomen idoneum. vt, Iudæi quoque, & magistratus centum quinquaginta viri, & qui veniebãt ad nos de gentibus, quæ in circuitu nostro sunt, in mensa mea erant. &, Præponens mensis singulos, &c. &, Sapientia proposuit mensam suam. &, Mensæ tuæ repletæ sunt vomitu, quod ebrietatem significat. Mensæ quoque communicatio & familiarissimam consuetudinem & vitæ societatem, & eius, cuius mensa est, curam erga illos, quibus communicatur, significat. vt, Tu comedes panem in mensa mea semper. &, Mephiboseth filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. &, Porrò Mephiboseth habitabat in Ierusalem, quia iugiter de mensa regis vescebatur. &, Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Huiusmodi consuetudinis detestationem aut fugam siue abalienationem illa indicant. Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die calendarum secunda panem. &, Quòd non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis. &, Proposuit Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis. Illud ex hac eadem ratione magnam indignitatem improbitatemque proditoris Iudæ arguit. Veruntamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Sub mensa alicuius comedere, canum propriè est: & si ad homines referatur, abiectionem, & contemptum significat maximum. vt, Catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Septuaginta reges, amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias. In sacris etiam mensæ vsus numeratur, qua legitimo ritu ornata Deus ad consuetudinem hominum inuitatus accedere dignatur. Huc spectabat illa mensa panibus propositionis instructa; cuius præterea alia arcana magis significatio fuit suo loco, nobis Deo dictante, aperienda. Et illud. Ipsi accedent ad mensam meam, vt ministrent mihi. Huius sacri prophanationem, & superstitiosam ac peruersam imitationem, illæ sententiæ significauere. Qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eam. & quæ de Beli mensa apud Danielem narrantur. &, D. Paulus, Non potestis, inquit, mensæ Domini seruire & mensæ dæmoniorum. Mensæ etiam in plurali communicationem illam victus significant, quę Christianorum primorum cura & erogatione pauperibus donabatur: sicut scriptum est, Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Nummulariorum publicanorum, & eorum, qui fœnus exercent, mensa quoque dicitur. Oportebat, inquit, te dare pecuniam meam ad mensam, vt ego veniens cum fœnore exigerem illam. &, Christus mensas nummulariorũ euertit.

Cibus. 2.Paral. 9. Iob. 36. Psal. 77. Cõuiuium Nehem. 5. Esther. 1. Proverb. 9. Isai. 27. Consuetudo. 2.Reg. 9. Ibidem. Psal. 127. 1.Reg. 20. Esther 14. Daniel. 1. Improbitas. Luc. 22. Despectio. Matth. 15. Exod. 25. 16 30. 3.Reg. 7. Ezech. 44. Sacrum. Isai. 65. Daniel. 14 1. Cor. 10. Communicatio. Actor. 6. Negotiatio. Luc. 19. Matth. 21.

ARCA LOCVS.

PRIMAM, quam legimus, arcam à Noe fabrefactam nouimus humanarum rerum, & animalium genera omnia à diluuij aquis cõseruandi causa, eamque capacissi- Genes. 7.

Genes. 7. pacissimam domus instar habentem, quam suis partibus aliâs describemus. Hæc, quòd omnium animantiũ generi vitam, restitutionem, atque instaurationem ex diuino beneficio effectura esset, nomen תיבה obtinuisse videtur. Itaque conseruationis locus arca illa fuit arcana Christi significatione, in quo salus & vita omni orbi promissa & allata fuit. Cuius rei maior & sublimior nobis est sermo, quàm vt huius argumenti angustijs capi possit. Fuit etiam alterum arcæ genus diuino iussu factæ, quæ magnam quoque significationem habet humani cordis, in quo diuinę legis fœdus cõseruari debet. hæc Hebraico vocabulo אָרוֹן dicitur, ad tabularum & libri legis, atque aliorum diuinorũ beneficiorum monumenta conseruanda, comparatus locus: quæ ob eam rem Arca fœderis appellata est. Scriptum est enim, Et Exod. 40. posuit testimonium in arca. &, Arca fœderis Domini Numer. 10. præcedet vos. Illud autem non ex rei ipsius natura & ingenio, sed ex diuino beneplacito & consilio factum est: vt arca hæc, quam dicimus, singularis quidam, & insignis diuini numinis & prouidentię locus haberetur, isque ob eam causam sacer & obseruandus esset, ideoque arca fęderis Domini, & arca Domini, & arca sanctificationis diuinæ dicta esset: sicut scriptum est. Iosue. 4. Cumque transissent omnes, transijt & arca Domini. &, Ite & circuite ciuitatem armati, præcedentes arcam Domini. Iosue 6. Repositorium. &, Cùm sacerdotes septem buccinis clangerent ante Psalm. 131. arcam fœderis Domini. &, Exurge Domine in requiem tuam tu & arca sanctificationis tuæ. Arca etiã nummis aut vasis, rebusque alijs pretiosis reponendis & custodiendis, tam in sacrum, quàm in prophanum vsum paratur, vnde pro pecunia ipsa & tributis vsurpatur. 1. Esdr. 1. sicut scriptum est. Et vt ædificetur domus Dei scilicet de arca regis, id est, de tributis, quæ dantur in 2. Mach. 4. regione trans flumen. Et cùm exactionem faceret Sostratus, qui arcæ erat præpositus.

MOLA.

MOLA ad frumenta molenda paratur, in eoque Num. 11. loco, vbi mola est, molitorem esse oportet, qui molam voluat antiquo more: sicut scriptum est, Circuibat populus, & colligens illud frangebat in mola. Ministeriũ infimum. Vnde pro infimo ministerio accipitur, & ad conditionem seruilem indicandam nomen vsurpatur. vt, A Exod. 11. primogenito Regis vsque ad primogenitum ancillæ, quæ Isai. 47. erat in mola. &, Tolle molam & mole farinam, denuda turpitudinem tuam, &c. & Matth. 24., Erunt duæ molentes in mola; vna assumetur, & vna relinquetur. Illud etiam Ierem. 25. otium, lætitiam & rerum vsum significat, quod legimus. Apocal. 18. Perdam ex eis vocem molæ, & lumen lucernæ. Et vox molæ non audietur in te amplius.

ALTARE LOCVS.

ALTARIS prima institutio, diuini cultus, & sacrificij faciendi causa cœpta est, velut mensa quædam, ad quam Deus supplicibus hominibus propitius futurus inuitaretur, Genes. 7. sicut scriptum est. Ædificauit autem Noë altare Domino; & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. Est autem altare sacer locus & diuinæ maiestatis index, sicut Genes. 12. scriptum est. Et ædificauit ibi altare Domino, qui Genes. 22. apparuerat ei. &, Venerunt ad locum quem ostenderat Genes. 35. ei Deus, in quo ædificauit altare. &, Ædificauit ibi altare, & appellauit nomen loci illius Domus Dei. Præter victimarum & hostiarum vsum, adorationi, & supplicationi altare destinatur. Id enim sacrificij etiam genus, 2. Paral. 6. atque adeò gratissimum Deo esse censetur. Namque Salomon stetit coram altari ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas, &c. &, Hoc rursum fecistis, operiebatis lachrymis altare Domini & fletu & mugitu. Erat autem altare duplex: alterum æneum hostijs cæsis incendendis constructum; alterum verò aureum thuri suffiendo comparatum. vtrumque magnam futurarum rerum significationem obtinebat. Exod. 27. De altero scriptũ est: Facies & altare de lignis Sethim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, &c. De altero verò: Facies quoque Exod. 30. altare ad adolendum thymiama de lignis Sethim habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis &c. Alterum antiqui testamenti, alterum noui conditionẽ significabat. Et fecit altare holocausti de lignis Sethim Exod. 37. quinque cubitorum per quadrum. &c. Posuit & altare Exod. 40. aureũ sub tecto testimonij cõtra velum, & adoleuit super eo incẽsum aromatũ, sicut iusserat Dominus Moysi.

Altare miseris & reis, periculi declinandi causa, vt asylum, petitur: sicut scriptum est. Adonias autem timens Salomonem, tenuit cornu altaris. 3. Reg. 1. Asylum.

Altari appropinquare, familiaritatem cum Deo significat, ideoque reuerentiæ, & obseruantiæ exhibitionem ea res postulat. sicut scriptum est. Facies feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ à renibus vsque ad femora, & vtentur eis Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculũ testimonij, vel quãdo appropinquant ad altare vt ministrent. Ad altare ascendere, sacerdotalis dignitatis est, munusque ipsum sacerdotum significat: sicut scriptum est. Et elegi eum 1. Reg. 2. ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotẽ, vt ascenderet ad altare meũ. Apud altare sacerdotes quarumdã hostiarum partes certis temporibus comedebant; idq; etiam sacerdotale ius declarabat: sicut scriptum est. Lo- Leuit. 10. cutusque est Moses ad Aaron & ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui erant residui: Tollite sacrificium, quod Ius Sacerdotale. remansit de oblatione Domini, & comedite illud absque fermento iuxta altare. &, Nescitis, quia, qui in sa- 1. Cor. 9. crario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt; & qui altari deseruiunt, cum altari participant. Altare circũdabatur vel à choreas ducentibus sacras, vel preces fundentibus. vt, Lauabo inter innocentes manus meas, & Psal. 25. circundabo altare tuum, vt audiam vocem laudis tuæ. Altare quoque ad celeberrima pacta ineunda statui Pacta. solebat; vt nõ modò verbis, sed rebus etiam ipsis rei gestæ memoria excitata & conseruata duraret. Sic Iosue Ios. 7. ex Mosis præcepto & instituto altare in monte Hebal ædificauit; & mactatis victimis & sacrificatis, Deute- Monumentum. ronomium legis super lapides conscripsit. Porrò autem altaria monumenti perpetui causa statuuntur, quæ religionis communionem, sacrorumque participationẽ referant. Nam quibus altaris adeundi ius aliquo in loco est, ijsdem eadem religionis professio esse ostenditur. Ideoque Rubenitę & Gaditæ & dimidia tribus Manas- Iosue. 22. se, cùm venissent ad tumulos Iordanis in terram Chanaan, ædificauerunt iuxta ordinem altare infinitæ magnitudinis. Extruamus, inquiunt, nobis altare, non in holocausta, neque ad victimas offerendas, sed in testimoniũ inter nos & vos, & sobolẽ nostrã vestramq; progeniem, vt seruiamus Domino, & iuris nostri sit offer- Sanctitas. re, &c. Et nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Inter vestibulũ & altare locus sanctior est: & quem orãtes maiori cũ religione occupabant, quemque prophanare magnum nefas esset: sicut scriptum est. In- Ioel. 2. ter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent, &c. &, Ecce in ostio templi Domini Ezech. 7. inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini, &c. & Za- Luc. 11. chariam inter altare & ædem occisum fuisse Christus Iudęis exprobrabat. Ex rei autẽ ipsius abusu effectum est, vt altaris nomen idololatriã aliquando significet. vt, Altare, Altare, hæc dicit Dominus, Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomen eius; & immolabit super te 3. Reg. 13. Sacerdotes excelsorum qui nunc in te thura succendunt. Et cùm vidisset Achaz rex altare Damasci, misit 4. Reg. 16. ad Vriam sacerdotem exemplar eius. &, Nonne iste est, 4. Reg. 17. cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria? &, Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum. Osee. 7.

ARA LOCVS.

ARAS perpetuò Latinus noster interpres eas esse vo luit, quæ non ex diuino instituto aut consilio, sed ex corrupto & damnando vani cultus studio structæ essent. vt, Aras eorum destrue, confringe statuas lucos- Idololatria
Exod 34. mus, quod circa aram est succide. &, Destrues aram Baal patris tui, & ne- Iudic.6.
que succide. &, Posuit aram Baal in templo Baal quod ædificauerat in Samaria. &, 3.Reg.16.
Secundum numerum viarum Ierusalem posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim. &, Demoliar Ierem.11. Ezech. 6.
aras vestras. &, Ædifica mihi septem aras, & para totidem vitulos. Num.23.

PORTA LOCVS.

PORTA quamuis aliorum locorum pars quædam sit, ipsa tamen in publicis censetur locis. sunt autem & domus priuatæ & templorum & publicarum ædium & vrbium portæ, omnesque id commune habent, vt aditus & exitus copiam faciant. Quamobrem in portarum mentione huiusmodi verborum, ingredi & egredi, vsurpatio est frequentissima. Sunt præterea & aliæ rationes, quæ in portarum nomine obseruando appellantur; quarum illa subijciemus exempla. Portæ iurisdictionem & dominium indicant possidentis & occupantis vel affectantis. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. &, Crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum. &, Si receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. &, Si afflixerit eum inimicus eius portas obsidens. Et diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. &, Equites ponent sedes suas in porta. &, Quia desperata est plaga eius, tetigit portam populi mei vsque ad Ierusalem. Quia descendit malum à Domino in portam Ierusalem. &, Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Ad huiusmodi dominium illa spectant: Israel & Iuda vociferati sunt, & persecuti sunt Philistæos vsque dum venirent in vallem & vsque ad portas Accharon. &, Neque ingrediaris portam populi mei in die ruinæ eorum. Præsidij etiam causa portæ extruuntur & instruuntur: quam cùm hostis obsidet, oppidanos in angustias conijcit: sicut scriptum est. Et hostes vastis regionibus portas obsederint ciuitatis, &c. Significat etiam portarum vsus communionem, consuetudinem & societatem. vt: Aperite mihi portas iustitiæ; & ingressus in ea, confitebor Domino Hæc porta Domini; & iusti intrabunt in eam. Intra portas vel domus vel vrbis eiusdem esse, ad iuris cõmodorum, & incommodorum communionem & societatem facit: sicut scriptum est. Non facies omne opus tu, &c. &, Aduena, qui est intra portas tuas. Et omne iumentum tuum & peregrinus, qui est intra portas tuas. &, Peregrino qui est intra portas tuas da, vt comedat, aut vende ei. &, Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas vrbis meæ, te mulierem esse virtutis. Contrà verò extra portam constitui, excommunicationem & detestationem significat. Sic autem Christus factus pro nobis maledictio, extra portam, vt D. Paulus adnotat, passus est. Adnotatur præterea porta vt publicus locus ob ingredientiũ & egredientiũ frequentiã; in quo quicquid geritur, manifestũ esse oportet, sicut scriptum est. Respondítque Ephron ad Abraham cunctis audientibus, qui ingrediebantur portas ciuitatis illius. & Confirmatus est ager Abrahæ in possessionem, videntibus filijs Heth, & cunctis qui intrabant portas ciuitatis illius. Conuentus olim communis & incolarum & hospitum in portis vrbium fiebat, idemque locus celeberrimus habebatur, & mercatui & concionibus etiam deputatus erat, sicut scriptum est. Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. &, Vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Psal.9.
&, Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta. Psalm 67.
&, Nobilis in portis vir eius. &, Laudent eam in portis Proverb. 31.
opera eius. &, Odio habuerunt corripientem in porta. Amos.5.
&, Duo modij hordei statere vno, & modius similæ statere vno cras hoc eodem tempore in porta Samariæ.

Iudicia etiam in portis olim exercebantur, loco & ciuibus & hospitibus cõmodissimo. Si iudicum inter portas tuas videris verba variare. &, Ferent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis, qui in porta sunt. &, Non confundetur, cùm loquetur inimicis suis in porta. &, Ne conteras egenum in porta, quia iudicabit Dominus causam eius. Iudicia. Deut. 17. Deut.22. Psal 126. Proverb. 22.

In porta aut super portam sedere solent prospicientes, & expectatione solliciti, aut qui hospites curiosè obseruant. Sic enim Absalon mane consurgens stabat iuxta introitum portæ in via: & omnem virum qui habebat negotium, vt veniret ad regis iudicium, vocabat Absalon ad se, &c. Et stetit rex iuxta portam, & egrediebatur populus, &c. &, Dauid sedebat inter duas portas; speculator verò erat in fastigio portæ super murum. &, Surrexit rex, & sedit in porta, & omni populo nuntiatum est, quòd sederet in porta. Portarum quoque nomina ad certas locorum notas indicandas appellãtur. vt, Persecuti sunt eos aduersarij de porta vsq. ad Sabarim. &, Hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat in porta. &, A porta Sabarim vsque ad portam anguli. &, Rex Israel & rex Iuda sedebant in area iuxta portam Samariæ. Prospectus Expectatio 2.Reg.22. 2.Reg.17. Ibidem. 2.Reg.19. Notatio. Ios.7. 4.Reg.11. 4.Reg.14. 2.Paral.17.

Illud etiam obseruatum est, aras falsis numinibus in portis quoque consecratas fuisse gentium ritu. vt, Iosias destruxit aras portarum in introitu ostij Iosue principis ciuitatis, quod erat ad sinistram portæ ciuitatis. Portas ponere solent, qui ædificiũ absoluunt, idq. huiusmodi oratio significat: In primogenito suo fundamentũ illius iaciat, & in nouissimo liberorum suorum portas ponat eius. Sed portæ in hoc loco valuas ipsas significare possunt. Portarum frequentia vel solitudo vrbis aut loci celebritatem vel incelebritatem arguit. vt, Mærebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit. Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obscuratæ sunt in terra. & Senes defecerunt de portis. Idololatria 4.Reg.23. Iosue 6. Absolutio ædificij. Celebritas. Solitudo. Isai. 3. Ierem.14. Thren. 5.

Illa verò, quæ subijciemus, obseruationum genera, allegoricam magis obtinent significationem; vt portæ facultatem, cognitionem, compotemque vsum aliquãdo, facilitatemque adeundi aut cognoscendi significẽt. vt, Verè non est nisi Domus Dei ista, & porta cæli. &, Nunquid apertę sunt tibi portę mortis, & ostia tenebrosa vidisti? &, Portas vultus eius quis aperiet? &, Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum. &, Aperi Libane portas tuas. Portę verò mortis, & ius mortis, hoc est, quod in homines mors habet, dicitur, & proximum morti discrimen. vt, Qui exaltas me de portis mortis. &, Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Facultas. Genes. 27. Iob. 37. Iob. 41. Nahum. 2. Zach. 11. Psal. 9.

Porta angusta, cõtinens, religiosum atq. planè pium vitæ institutum significat; atque, vt vno verbo dicamus, idem est, quod pænitentiæ consilium certum & firmum: cõtrà verò lata porta, dissolutam vitæ rationem & à religionis puritate alienam indicat. Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem. Quàm angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam! Virtus. Matth.7.

OSTIVM LOCVS.

OSTIVM ex eodem Hebraico nomine vertitur, easdemque significandi rationes subit. Nam iurisdictionem, præsidium, communionem, excommunicationem, conuentum, celebritatem, expectationem, obser-

Aditus. Exitus. Iurisdictio Genes. 22. Genes. 24. Deut 20. 3 Reg. 37. Psal. 76. Isai. 22. Mich. 1. Zach. 11. 1.Reg. 17. Abd. 2.Paral. 6. Consuetudo. Psal. 117. Cõmunio. Exod 20. Deut.25.14 Ruth 3. Excõmunicatio. Heb. 13. Genes. 23. Cõuentus. Iob. 29.

Custodia. obseruationemque pro variorum verborum adiunctione significat. Custodiæ quoque locus est, siue regiæ, 4.Reg.12. siue aliâs publicæ, siue priuatæ: sicut scriptum est. Mittebantque in eo Sacerdotes, qui custodiebant ostia, omnem pecuniam, quæ deferebatur in templum Domini. 2.Esd.11. Et Ianitores Achub & Telmon & fratres eorum, qui Psalm. 140. custodiebant ostia centum septuaginta duo. &, Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis.

Familiaritas. Ostium quoq. alicuius petere, idem, quod gratiam, amicitiam, familiaritatemque illius expetere, est. vt, Prouerb. 7. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat fores ostij mei. Huc spectat illa tam frequens mentio de ostio tabernaculi testimonij: Leuit. 1. vt, Offeret ad ostium tabernaculi, adducet ad ostium Leuit. 4. tabernaculi, applicabis ad ostium tabernaculi, &c. & Cùm cœperitis stare foris, & pulsare ostium, dicentes: Domine, aperi nobis. &, Apocal. 5. Qui non intrat per ostium, fur est. &, Ego sto ad ostium. Et Ostium claudere, est Daniel. 14. adeundi facultatem alicui negare. vt, Claude ostium Luc. 13. & signa annulo tuo. sed illud multò clarius. Cumque intrauerit Paterfamilias, & clauserit ostium, &c. Malach. 1. Quis est in vobis, qui claudat ostia? & incendat altare 1. cor. 16. meum gratuito? non est mihi voluntas in vobis. Contrà verò illa exempla sunt, Exclusio. 2.Cor.2. Ostium meum viatori patuit. &, Aperuisset hostibus ostium fidei. Cumque Actor. 14. venissem Troadem propter Euangelium, & ostium mihi Apocal. 4. apertum esset in Domino. &, Ostium apertum est in cælo. Secretum. Item clauditur ostium ei, qui secretò, arbitrisque semotis, agere quicquam cogitat. vt, Matth. 5. Intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum.

LIMEN LOCVS.

LIMEN pars portæ est inferior, duobus postibus contenta, quæ viarum excrementa, & pluuias aquas à domo arcet. Est autem notissima, omnibusque exposita & peruia pars, quæ ingredientium pedibus prima occurrit: ideoque frequentiæ, recordationis, atque manifestationis obtinet significationem. Quam ob rem Manifestatio. in orationibus illis vsurpatur hoc nomen, quæ manifestam, & frequentem, patentemque loci notam ostendunt: Deut. 6. sicut scriptum est, Eruntque verba hæc inter 2.Reg. 5. oculos tuos, scribesque ea in limine & ostiis domus tuæ. &, Exod. 12. Manus Dagō abscisę erant super limen in Azoto. Fasciculumq. hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine. Ezech. 10. Et egressa est gloria Domini à limine templi, & adora- Ezech. 46. bitur super limen portæ. &, Ericius super limen eius.

Aditus. notatio. Primùm aditum, & certam loci, & rei constitutę notationem significat huiusmodi oratio. Cumque ingre- 3. Reg 14. deretur illa limen domus, puer mortuus est. Liminis Capacitas. mensura, loci capacitatem & proportionem indicat: sicut Ezech. 40 scriptum est. Et mensus est limen portæ calamo vno latitudinem. & quæ huiusmodi plurima apud Ezechielem sunt.

FENESTRA LOCVS.

Lux. Prospectus LVCIS admittendæ causa præcipuè fenestra paratur, & huic proximus vsus est prospectus cæli & loco- Genes. 6. rum si altior fenestra sit. Ideoque Noë iussus est fene- Genes. 7. stram in arca facere: qui aperiens fenestrā arcæ quam Genes. 26. fecerat, emisit coruum, qui egrediebatur & reuertebatur. &, Ieremi. 22. Abimelech aspiciens per fenestram, vidit Isaac 1.Paral. 16. iocantem cum Rebecca vxore sua. &, Qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, &c. Et Michol Saulis filia prospiciens per fenestram, vidit Dauid saltantem.

Exitus. IN rebus perturbatis, & magnis periculis, fenestræ ostiorum vsum præbent: sed perpetuò in ijs, qui per fenestras egrediuntur, metum; qui verò ingrediuntur, impetum, audaciam & vim vehementem atque subitam arguere licet. Alterius generis exempla sunt, quòd Iosu. 2. Rahhab demiserit exploratores per funem de fenestra. & Michol Dauid virum suum per fenestram deposuerit. 2.Reg.19. & Paulus Damasco per fenestram demissus effu- 2. Cor. 11. gerit. Et illud maximi & constantibus viribus animi Trepidatio argumentum est, quod Ioel ait. Ioel. 2. Per fenestras cadent, & non demolientur. Ibidem. Hoc enim ad alterum genus exemplorum spectat. vt, Per fenestras intrabunt quasi fur. Quia ingressa est mors per fenestras nostras, & in- Ierem. 9. gressa est domos nostras. In fenestris cantare aues di- Solitudo. cuntur: quod vbi acciderit, solitudinem loci arguit: sicut scriptum est. Vox cantantis in fenestra, coruus in Soph. 2. superliminari. Columbæ quoque in fenestris gemunt magis, quàm canunt.

Obliquæ fenestræ eò parantur, vt lucem cùm admittant, exterioribus tamen periculis aditum negent; atque, quo minus, qui extrà fuerint, inspicere possint, impediant: Ideoque Salomon obliquas in templo 3.Reg.6. fenestras fecit. Ezech. 40. 41. Et Ezechiel fenestras obliquas in thalamis vidit, & in frontibus eorum, qui erant supra portam vndique per circuitum.

GAZOPHYLACIVM LOCVS.

IN templi fabrica mansiones quædam fuere, quibus præfectæ certæ personæ, conseruatam ibidem auri, argenti cęlati, ac rudis omnisque æris generis, lignorum quoque materiam copiosam, plurimam denique supellectilem, templi vsibus idoneam, custodiebant, rectè & pro rerum natura, & ratione compositam. huiusmodi ædium partes Hebraicè לשכות Græcè γαζοφυλάκια dicuntur: quæ & ipsarum rerum, quibus instructa, aut personarum, quibus commendata erant, nominibus distincta appellantur; vt Gazophylacium vestium, 2.Esd.12. Gazophylacium thesaurorum, & Gazophylacia etiam re- 3.Esd.7. gia, & gazophylacia cantorum. Ezech. 40. Et introduxi eos in domum Domini ad gazophylacium filiorum Hanan filij Ierem. 35. Iegedelię hominis Dei, quod erat iuxta gazophylacium principum. In his autem gazophylaciis hominum con- Conuētus. uentus, consuetudinis, disputationis, doctrinæ & deli- Ierem. 36. berationis causa, agebantur: sicut scriptum est Legitque Baruch ex volumine sermones Domini in domo Ieremiæ in gazophylacio Gamariæ filij Saphan scribæ. Porrò volumen commendauerunt in gazophylacio Elisamæ scribæ. Iohan. 7. Et Iesus multa & grauissima verba locutus est in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius.

In hunc locum mitti solebant, quæ à cultoribus pietatis ergò ad templi sumptus erogabantur: sicut scri- Marc. 12. ptum est. Sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat, quomodo turba iactaret æs in gazophylacium; & Munera donaria. dixit, Amen dico vobis, Quòd vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium. Porrò Corbonan idem ferè, quod gazophylacium, vt locus est, significat: at verò non tam loci quàm rationis definitione explicatur. Est enim idem Corbonan, quod oblationum siue donariorum ratio certa, hoc est, Ea thesauri pars, quæ ex donariis & oblationibus ad sacrificiorum sumptus faciendos separata est.

ALIORVM LOCORVM PRIVATORVM CONSIDERATIO.

CAP. LXII.

HACTENVS de communibus, publicis, & priuatis disseruimus locis: nunc quædā alia ratio indicanda est, quæ locorum priuatorum obseruationem spectat. Ea autē vel ex loci natura, vel consuetudine, vel ex diuino beneficio & singulari aliqua prouidentia, vel ex hominum consilio, & institutione petenda est; vt cùm in vrbibus, Ierusalem; in mōtibus, Carmel aut Libanus; in fluuiis, Euphrates aut Iordanis appellatur. Huiusmodi autem quòd latè diffusa pateat ratio, ex historiis exacta petenda est, aut ex geographicis narrationibus, quarum pars nobis, diuino suggerente numine, opportuno loco

exponetur; contentis modò quædam tantùm exempla indicandæ rei causa proposuisse.

IERVSALEM LOCVS.

IERVSALEM olim dicta Iebus, & Salem, Iebusæorum regia primùm fuit: sicut scriptum est. Statim perrexit, & venit contra Iebus, quæ altero nomine vocatur Ierusalem. &, Iebus, quæ est Ierusalem. &, Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non potuerunt filij Iuda delere: habitauitque Iebusæus cum filiis Iuda in Ierusalem, vsq. ad præsentem diem. Eadem tandem à Iudæis victoribus occupata, in regni Iudaici solum destinata fuit: sicut scriptũ est. Oppugnantes ergo filij Iuda Ierusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij, tradentes cunctam incendio ciuitatem. &, Porrò cùm reuerteretur, percusso Philistæo, Dauid, & ferret caput eius in Ierusalem. Et in Ierusalem regnauit Dauid triginta tribus annis super omnem Israel & Iudam. &, Abiam super Iudam tribus annis regnauit in Ierusalem. Et Ioram triginta duorum erat cùm regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalem.

Iudic. 19. Regia Iebus. Iosue. 19. Iosue. 15. Regia Iudæ. Iudic. 1. 1. Reg. 17. 2. Reg. 6. 3. Reg. 15.

Deinde etiam religionis & totius antiquæ Ecclesiæ caput esse & appellari cœpta est, idque vsque ad noui Testamenti, & Christianæ Ecclesiæ institutionis initia, obtinuit: sicut scriptum est: Reportauerunt ergo Sadoc & Abiathar arcam Dei in Ierusalem. Et congregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Israel ad regem Salomonem in Ierusalem, vt deferrent arcam fœderis Domini à ciuitate Dauid, id est de Sion. Et tribum vnã dabo filio tuo, propter Dauid seruum meum, & Ierusalem quam elegi. Hanc sanctitatem & gloriam obscurare conatus Roboã edicto vetabat: Nolite vltrà ascendere in Ierusalem. At verò Ezechias præcepit Iudæ & Ierusalem: Ante altare hoc adorabitis in Ierusalem. Hanc autem maiestatem & religionem profanarunt vniuersi principes Sacerdotum: & populus præuaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes gentium, & polluerunt domum Domini, quam sanctificauerat sibi in Ierusalem. Quam ob rem congregati in Ierusalem populi multi, vt facerent solemnitatẽ azymorum mense secundo, & surgentes destruxerunt altaria, quæ erant in Ierusalem, atque vniuersa, in quibus idolis adolebatur incensum, subuerterunt. Et Ezechielem spiritus inter terram & cælum eleuans adduxit in Ierusalem in visione Dei iuxta ostium interius, quod respiciebat Aquilonem, vbi erat statutum idolum Zeli ad prouocandam æmulationem. &, Quod scelus Iacob? nónne Samaria? & quæ excelsa Iudææ? nónne Ierusalem? Ob hunc autem in religione principatum, atq. ob expectatæ salutis futurum theatrum, Ierusalem ciuitas sancta est appellata: sicut scriptum est. Et assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. Et multa corpora sanctorum resurrexerunt, & venerunt in sanctam ciuitatem.

3. Reg. 7. 3. Reg. 11. 3. Reg. 12. 4. Reg. 17. 2. Paral. 36. 2. Paral. 30. Ezech. 7. Miche. 1. Sanctitas. Matth. 4. Matth. 27.

Ex consequenti religionis exercitatione & vsu, maximis festis celebrandis idoneus locus definiebatur esse Ierusalem: sicut scriptum est de Phase celeberrimo octauo decimo anno regni Iosiæ Ierosolymis facto. Sæpissimè in Euangelio legimus Iesum & alios Ierosolymam ad festa ascendisse.

Festiuitas. 4. Reg. 23.

Erat etiam Ierusalem vt regni caput, ita totius Iudææ præsidium & firmitudo ac propugnaculum: quam ob rem illa præcipuè vrbs ab hostibus expugnandi causa petebatur, sicut scriptum est. Misit autem rex Assyriorum Tharthan, & Rabsaris, & Rapsacen de Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida in Ierusalem. &, Hæc dicit rex Assyriorum, In quo habetis fiduciam? Sedetis obsessi in Ierusalem. &, Nam & reges fortissimi fuerunt in Ierusalem. &, Deus, venerunt Gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. Fuit etiam magna regni gloria Ierusalem ciuitas. id quod Ecclesiastes prædicat. Verba Ecclesiastes filij Dauid regis Ierusalem. Et ego Ecclesiastes fui rex in Ierusalem. Et supergressus sum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Ierusalem.

4. Reg. 17. 2. Paral. 32. 1. Esd. 4. Ecclef. 1. Dignitas. Ecclef. 1.

Ex hac annotatione illa exempla amplificantur ex antitheto & insperato. Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ, & cubilia draconum.

Ierem. 9.

Aliquando vltra Iudæ nomen, Ierusalem quoq. mentio fit ad significandam etiam tribum Beniamin, quæ mediam ferè vrbis partem tenebat. vt, Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & ad habitatores Ierusalem. Et, Ascenditq. rex templum Domini, & omnes viri Iuda, vniuersique qui habitabant in Ierusalem. Est vbi Ierusalem reliquias omnium tribuum Israel, Israël continere indicetur. vt, Vigilate & custodite, donec appendatis coram principibus Sacerdotum, & Leuitarum, & ducibus familiarum Israel in Ierusalem.

Iuda & Beniamin. Ierem. 11. Israel. 1. Esd. 8.

Ex his rationibus obtinuit, vt omnium Israelitarum communis & celeberrimus conuentus haberetur. vt, Vade & clama in auribus Ierusalem: dicens, Hæc dicit Dominus, recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto. &, Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te. &, Non capit prophetam perire extra Ierusalem. &, Tu solus peregrinus in Ierusalem, & hæc ignoras? &, Erant in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione, quæ sub cælo est. Et stans Petrus, dixit, Viri Iudæi & qui habitatis Ierusalem vniuersi. &, Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto, & ecce replestis Ierusalem doctrina ista. &, Multa quoque prodigia & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant. Idem hic prophetarum præcipuus locus fuit: sicut scriptum est. Et in prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterantium. &, Prophetæ Israel, qui prophetant ad Ierusalem.

Ierem. 1. Conuetus. Ierem. 6. Luc. 13. Luc. 24. Actor. 2. Ibidem. Actor. 5. Actor. 2. Ierem. 23. Ezech. 13.

Nonnunquam autem ex tantæ dignitatis & sanctitatis comparatione euenit, vt res crudeliter aut iniquè facta criminis amplificationem habeat: sicut scriptum est. Et propter sanguinem innoxium, quem effudit, & impleuit Ierusalem cruore innocentum, & ob hanc rem noluit Dominus propitiari. &, Qui postquam recessit à Domino, tetenderunt ei insidias in Ierusalem.

4. Reg. 24. 2. Paral. 15.

Illud autem maximè clarum & illustre habet nomen Ierusalem, quòd is locus destinatus ad eam rem fuerat, vt salutis toto orbi afferendæ atque parandæ, & tandem efficiendæ, theatrum publicum & patentissimum esset. Atque ad hanc rationem multa sacrorum librorum verba pertinent, quorum illa exempla apposuisse satis fuerit. Extruxitque aras in domo Domini, de qua dixit Dominus, In Ierusalem ponam nomen meum. Et in templo hoc & in Ierusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum. &, Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ierusalem. &, Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. &, Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem, & abundantia diligentibus te. &, Benedicat tibi Dominus ex Sion, vt videas bona Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ. &, Ædificans Ierusalem Dominus dispersiones Israelis cõgregabit. &, Lauda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. &, Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Ierusalem. &, De Sion exibit Lex, & verbum Domini de Ierusalem. &, Erit omnis, qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, Sanctus Domini vocabitur. &, Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem. &, Primus ad Sion dicet: Ecce adsum, & Ierusalem Euangelistam dabo. &, Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam. &, Zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno. Illa quoque ad hoc pertinent genus: Multa quoque prodigia & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant.

Redemptionis locus. 4. Reg. 21. Psalm. 50. Psal. 121. Psal. 146. Psal. 147. Cantic. 6. Isai. 2. Isai. 4. Isai. 40. Isai. 41. Ioel. 3. Zacha. 1. Actor. 2.

Illud

prodigia & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant.

Cælestis ciuitas. ILLVD verò magis arcanum, quòd Ierusalem nomine altera etiam ciuitas regni cælorum regia dicitur, de qua frequens in antiquis & nouis libris mentio facta est. vt, Absq. muris habitabitur Ierusalem. &, Illa autē quæ sursum est, Ierusalem, libera est, quæ est mater nostra. &, Accessistis ad Sion montē sanctum & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem. &, Dabo illi nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem. &, Ego Iohannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cælo.

Zacha. 2. Galat. 4. Heb. 12. Apocal. 3.

CIVITAS DAVID LOCVS CERTVS.

HVIVS generis est illa Ierosolymorum pars, quæ olim Sionis arx, postea à Dauide expugnāte Ciuitas Dauid dicta fuit, sita in supremo Ierosolymorum monte inter Septentrionem & Occasum. Hæc Iudæorum regū curia aulaque fuit, regiæ familiæ domibus frequēs, totiusq; loci munitissima & firmissima pars, sicut scriptū est. Cepit autē Dauid arcē Sion, hæc est Ciuitas Dauid. Habitauit autem Dauid in arce, & vocauit eam Ciuitatem Dauid, & ædificauit per gyrum à Mello & intrinsecus. &, Selum filius Chol præter alia ædificauit gradus, qui descendunt de ciuitate Dauid. Et contra eos ascenderunt in gradibus ciuitatis in ascensu muri super domum Dauid. Huc primùm non ausus est Dauid ob religionem & timorem Dei arcam inducere, ne ciuitati suæ periculum ob aliquam audaciæ suspicionem crearet: sicut scriptum est, Et noluit ad se diuertere arcam Domini in ciuitatem Dauid. Sed postea certus diuinæ tutelæ, & benignitatis, & maioris obseruantiæ, & custodiæ causa, ad ciuitatem suam transferens honesto loco constituit, quem arca, quoad templum à Salomone ædificatum est, obtinuit: sicut scriptum est, Abiit ergo Dauid, & abduxit arcam de domo Obed-Edom in ciuitatem Dauid cum gaudio. Fecit quoque sibi domos in ciuitate Dauid, & ædificauit locum arcæ Dei, tetenditque ibi tabernaculum. &, Cùm venisset arca fœderis Domini ad ciuitatem Dauid, &c. Posteà autem Salomon congregauit maiores natu Israel & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filijs Israel in Ierusalem, vt adducerent arcam fœderis Domini de ciuitate Dauid, quæ est Sion. Est autem in hac eadem ciuitate omnis regiæ posteritatis proprium sepulchrum. In ea namque Dauid & Salomon cum primis, & Roboam, Abiam, Asa, Iosaphat, Ioram, Ochosias, Ioas, Amasias, Ioathan, Azarias, Achaz, Ezechias, iacent. Ioiada etiam summus Sacerdos, & de regia domo, & de omni Israel bene meritus, in ciuitate Dauid honoris causa sepultus est.

2. Reg. 5. 2. Esdr. 3. 2. Esd. 12. 2. Reg. 6. 2. Paral. 11. 2. Reg. 6. 2. Paral. 13. Ibidem. 2. Paral. 5. Regiū sepulchrum. 3. Reg. 2. 11 14. 15. 4. Reg. 7. 9. 12. 15. 16. 2. Paral. 21. 25. 27. 32. & 34.

Notatio. Est præterea certa locorum describendorum notatio, quemadmodum in multis aliis vidimus. vt, Ezechias auertit aquas subter ad Occidentem vrbis Dauid. &, Manasses ædificauit murum extra ciuitatem Dauid ad Occidentem Gihon. Aliquando legimus omnem Ierusalem vrbē, honoris & regiæ dignitatis causa, Dauid Ciuitatem appellari. vt, Et renuntiatum est viris regis & exercitui, qui erant in Ierusalem ciuitate Dauid. Et ceciderunt de Nicanoris exercitu ferè quinque milia viri; & fugerunt in ciuitatem Dauid. Et qui in ciuitate Dauid erant in Ierusalem in arce.

2. Paral. 32. 2. Paral. 33. Hierusalē. 1. Mach. 2. 1. Mach. 7. 2. Mach. 14.

Est & alia ciuitas, Dauid olim antiqui & postea noui Dauidis Christi Iesu, natalibus & nomine illustris, eadē quondam Ephrata & Bethleem dicta: sicut scriptum est. Ascendit autem Ioseph de Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem. &, Quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus, in ciuitate Dauid.

Bethleem. Luc. 2. Ibidem.

SION LOCVS CERTVS.

SION in Iebusæorum regione mons erat Ierusalem proximus, Hermonis montis ramentum, ipsius Ierusalem vrbis arcem continens, conspicuus locus, & qui certam notationem indicare posset. Idem postea à Dauid occupatus, & ædificiis auctus, Ciuitas Dauid appellari quoque cœpit. Hæc omnia multis ex locis obseruātur. vt, Ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon vsque ad montem Sion, qui est Hermon. &, Tunc congregati sunt omnes principes familiarum ad regem Salomonem in Ierusalem, vt deferrent arcam Domini de Ciuitate Dauid, id est de Sion. Locus munitissimus & præsidium totius vrbis habitus est Sion: sicut scriptū est. Cepit autem Dauid arcem Sion, hæc est Ciuitas Dauid, & habitauit in arce, & vocauit eam ciuitatem Dauid, & ædificauit per gyrum à Mello & intrinsecus. &, Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas: Leuate signum in Sion. &, Quia erit dies, in qua clamabunt custodes in monte Ephraim, Surgite & ascendamus in Sion.

Deut. 4. 3. Reg. 7. Præsidium. 2. Reg. 5. Ierem. 4.

Princeps etiam totius ciuitatis pars & habita, & appellata, & Ierusalem mater dicta est. vt, Spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion. &, Vt annuntiem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. &, Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ. &, Te decet hymnus Deus in Sion. &, Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. &, Pro eo, quod eleuatæ sunt filiæ Sion. Obtinet præterea Sion regiæ sedis dignitatem & auctoritatem cum religionis annotatione quadam, in eaque ratione venturi Christi mysterium indicabatur. vt, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem eius. &, Quis dabit ex Sion salutare Israel? &, Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. &, Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion. &, A solis ortu vsque ad occasum ex Sion species decoris eius.

4. Reg. 9. Psal. 9. Vrbis pars princeps Psal. 47. Isai. 3. Regia. Psal. 2. Psal. 13. Psalm. 47. Psalm. 49.

Ex tantæ dignitatis & obseruantiæ comparatione grauior fit adnotatio rei indignè gestæ. vt, Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda.

Thren. 5.

ILLA demum recondita magis significatio est, vt Sion pacis & tranquillitatis noui testamenti hominibus afferendæ rationem contineat: atque hæc obseruatio multorum veteris testamenti locorum arcanam explicationē indicat. Hoc apertè ostendit D. Paulus. Accessistis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis. Et vidi & ecce agnus stabat super montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor milia.

Fœlicitas. Hebr 12. Apocal. 14.

BETHEL LOCVS.

LVZA olim vrbs ad montem sita, regni caput fuit; cui Iacob postea nomen Bethel fecit, idque temporum progressu publicè appellatum est: sicut scriptum est. Appellauitque nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur. &, Venit ergo Iacob Luzam, quæ est in terra Canaan, cognomento Bethel. &, Rex Bethel vnus. &, Solitudo, quæ ascendit de Iericho ad montem Bethel. &, Possessio autem eorum, & habitatio Bethel cum filiabus suis.

Genes. 27. Genes. 35. Iosue. 11. Iosue. 16. 1. Paral. 7.

Vsurpatur autem nomen Bethel ad certam locorum descriptionem. vt, Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum. &, Reuersus per iter, quò venerat, à meridie in Bethel. Et eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel. Cumque mitteret Iosue de Iericho viros contra Hai, quæ est iuxta Bethauen ad orientalem plagam oppidi Bethel. &, Sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur inter Rama, & Bethel. FVIT etiam religiosus locus ex monumento beneficij diuini, & oraculorum ac promissorum, quibus Iacob vsus fuerat: sicut scriptum est. Appellauitque nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur: vouit etiam votum dicens, &c. &, Ego sum Deus Bethel vbi vnxisti lapidem, & vouisti votum mihi. &, Inuenient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel. Postea verò superstitione

Genes. 12. Genes. 13. Genes. 35. Ios. 7. Iudic. 4. Genes. 27. Genes. 31. 1. Reg. 10.

à Ieroboa-

à Ieroboamo inducta, locus infamis & execrandus euasit. Namque Ieroboam posuit vnum vitulum in Bethel, & alterum in Dan; & factum est verbum hoc in peccatum. &, Ascẽdens altare, similiter fecit in Bethel, vt immolaret vitulis, quos fabricatus fuerat. &, Ascendit super altare, quod extruxerat in Bethel, quinta decima die mensis octaui, quem finxerat de corde suo. Cumq. audijsset rex sermonẽ hominis Dei, quẽ inclamauerat contra altare Bethel. Hanc superstitionẽ crebra & vehementi execratione prophetæ exagitant. vt, Et confundetur Moab à Chamos, sicut confusa est domus Israel à Bethel. &, Sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ nequitiarum vestrarum. &, Cùm cœpero visitare super præuaricationes Israel, super eum visitabo & super altaria Bethel. &, Venite ad Bethel, & impiè agite. & Nolite quærere Bethel, & in Galgala nolite intrare.

3. Reg. 12. 3. Reg. 13. Ierem. 47. Ose. 10. Amos. 3. Amos. 4.

GALAAD LOCVS CERTVS.

IN Cananæorum finibus Orientem versus mons est longus & magnus, à septentrione in meridiem procurrens, qui Ismaelitarũ regionẽ à Cananæis dirimit. Huic nomen à Iacob & Laban socero, fœdus amicitiæ confirmantibus, factũ est Hebraicè גלעד & Syriacè יגר שהרותא, hoc est, cumulus testis, siue testimonij, vt in primo Mosis narratur libro.

Genes. 31.

VSVS nominis ad certam locorũ & finium descriptionem adnotandam frequentior est, & ad itineris etiã rationem constituendam appellatur. Nam cùm mons altus sit & conspicuus, facilè ab iter agẽtibus vtrimque prospicitur: sicut scriptum est. Cumque abijsset tam ipse quàm omnia quæ iuris sui erant, & amne transmisso pergeret contra montẽ Galaad. &, Laban assumptis fratribus comprehendit eum in monte Galaad. Et sedentes vt comederent panem, viderunt viatores Ismaelitas venire de Galaad. Et Recesserunt de monte Galaad, & reuersi sunt ex populo viginti duo millia virorum. In Israelitica terra Orientalem terminum continet Galaad: sicut scriptũ est, Percussitque Hazael omnes terminos Israel à Iordane contra oriẽtalem plagam omnem terram Galaad, &c. &, Porro plaga orientalis de medio Aram, & de medio Damasci, & de medio Galaad. Est locus pastionibus abundans, sicut scriptum est. Filij autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia. Cumque vidissent Iazer & Galad aptas animalibus alendis, &c.

Notatio. Iter. Genes. 31. Genes. 37. Indic. 7. Terminus Orientalis. 4. Reg. 10. Ezech. 47. Pastiones. Numer. 32.

EX ea re effectum est, vt Rubenitis & Gaaditis Manasse filijs ad habitadum concessa fuerit, sicut scriptum est: Si transierint filij Ruben & filij Gad vobiscum Iordanem omnes armati coram Domino, & vobis fuerit terra subiecta, date eis Galaad in possessionem. Porrò filij Machir filij Manasse perrexerunt in Galaad, & vastauerunt eam interfecto Amorrhæo habitatore eius. Dedit ergo Moyses terram Galaad Machir filio Manasse, qui habitauit in ea. Et terram possedimus tempore illo ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon, vsque ad mediam partem montis Galaad: & ciuitates illius dedimus Ruben & Gad. Reliquam partem Galaad & omnem Basan regni Og tradidi mediæ tribui Manasse. Hinc adeò euenit, vt Galaad pro ipsis habitatoribus vsurpetur. vt, Galaad trans Iordanem quiescebat. &, Dixerunt principes Galaad singuli ad proximos suos, Qui primus ex nobis cõtra filios Amon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad. &, Meus est Galaad, & meus est Manasse. Fuit etiam illustris locus, ob natales Iair Galaaditæ, qui post Tholam Israeli viginti duobus annis præfuit, habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, & principes triginta ciuitatum, quæ ex nomine eius sunt appellatæ Auothlair vsque ad præsentem diem in terra Galaad.

Tribus duę cum dimidia. Indic. 5. Indic. 10. Psal. 59. Iudic. 10.

In illo loco arbores & plantæ crescunt, ex quibus resinæ & alij fructus ad medicam materiam leguntur: vt scriptum est, Viderũt Ismaëlitas viatores venientes de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & resinam & stacten in Aegyptum. &, Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? &, Galaad, tu mihi caput Libani. &, Ascende in Galaad, & tolle resinam virgo filia Aegypti: frustra multiplicabis medicamina, sanitas non erit tibi.

Medicamenta. Genes. 37. Ierem. 7. Ierem. 22. Ierem. 46.

GALAAD MYSTICE.

GALAAD pulchrerimus mons, qui Libani caput dicitur; regnumque opulentum significat & prosperum: cuiusmodi fuit regnum Iudæ, inter duodecim tribus, S. S. E. Hæc dicit Dominus, Galaad tu mihi Libani caput, si non posuero te in solitudinem, vrbes inhabitabiles.

Regnum Iuda. Ierem. 22.

CHARMEL LOCVS.

CHARMEL regio montana est, & Libani ramentum, quæ habitatoribus suis nomẽ communicat, regno olim integro illustris: sicut scriptum est, Rex Iachanan Charmeli vnus. hæc posteà in sortem cessit tribui Iuda. Maon & Charmel & Ziph, &c. &, Ascendite in Charmelum.

Iosue. 12. Iosu. 15. 1. Reg. 19.

LOCVS est nemoribus, syluis, pascuis atq; vallibus frequens, in quo maxima pecorum armentorumque copia alebatur, aliisque huiusmodi plantarum & agrorum commoditatibus illustris. Quam ob rem in his generibus rerum indicandis nomen Charmeli vsurpatur. vt, Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, & possessio eius in Charmelo, & homo ille magnus nimis; erantque ei oues tria milia. &, Caput tuum, vt Charmelus. &, Pascetur Charmelus & Basan &, Ablata est lætitia, & exultatio de Charmelo, & de terra Moab. &, Exiccatus est vertex Charmeli: & infirmatus est Basan & Charmelus. Hic locus illustris redditus est rebus ab Helia pro religione expianda gestis, qui electus esse ab illo ob eam rem censetur, quòd propter lucorum & syluarum copiam multis templis in vanorum deorum cultum frequens esset: sicut scriptum est. Veruntamen mittite & congregate ad me vniuersum Israel in montem Charmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetasque lucorum quadringentos. Hoc etiam loco idem Helias aliquandiu hæsit, ibidem à Sunamitide repertus: cuius filium à morte excitauit.

Pastio. Fertilitas. 1. Reg. 25. Cantic. 7. Ierem. 50. Amos. 1. Nahum. 1. 3. Reg. 17. 4. Reg. 2. 4. Reg. 14.

IDEM Charmeli nomẽ commune est earum regionũ, quæ vineis hortisq. frequentes sunt. vt, Gloria saltus eius, & Charmeli eius ab anima vsque ad carnẽ consumetur. &, Cõuertetur Libanus in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur. &, Erit desertum in Charmel, & Charmel in saltum. &, Vineas quoque habuit & vinitores in montibus & in Charmelo. Est enim nomen à כרם deductum, idem quod Latinis vinetum, significans. Namque כרם vinea Hebraicè est.

Isaie. 10. Isai. 29. & 32. 2. Paral. 26.

BASAN LOCVS CERTVS.

IN Moabitarum parte regio fuit Basan dicta, regno nomen dare satis idonea, pastionum commoditate & rusticarum plantarum magnitudine, copia & laude celebris. quam ab Ogho rege bello expugnatam Rubenitæ & Gaditæ pecuariæ rei deditissimi occuparũt. Eam olim terram Gigantum appellatam fuisse Moyses testatur. Appellatur autem nomen ad certam locorum indicationem. vt, Verteruntque se, & ascenderunt per viam Basan. &, A Mahhanaim vniuersam Basan: & A Saphat in Basan. &, Possederunt terram à finibus Basan. Aliquando verò & arborum rusticarum commendatione, & pastionum illustri mentione in sermonem inducitur. vt, Cum adipe arietum & agnorum filiorum Basan. &, Dan catulus leonis fluet largiter de Basan. &, Super omnes quercus Basan. &, Factus est Saron sicut desertũ. &, Concussa est Basan & Charmelus. &, Pascetur Charmelus & Basan in mõte Ephraim. &, Quercus de Basan dolauerunt in remos tuos. &, Vlulate quercus Basan, quia succisus est saltus munitus.

Numer. 32. Deut. 32. Num. 21. Notatio. Ios. 13. 1. Paral. 5. Arbores. Deut. 32. Pastiones. Ibidem. Isai. 2. Isai. 33. Ierem. 50. Ezech. 27. Ezech. 11.

BASSAN.

Copia. Fœcuditas Ierem. 50. Mich. 7. Malach. 1.

BASSAN rerum abundantiam, fœcunditatem & copiam, in loco, certam significat, ex Metonymia: vt, Reducam Israel ad habitaculũ suum. Et pascetur Charmelus & Bassan. Et in medio Charmeli pascentur Bassan & Galaad iuxta dies antiquos. Et infirmatus est Bassan.

LIBANVS LOCVS CERTVS.

LIBANVS mons in Syria est altissimus, longeque conspicuus, à vertice perpetuis niuibus cãdenti nomen habens, ab Occasu in Ortũ procurrit, Israelisque regionem à Syria Damasci diuidit. Ostiũ habet apud Emath vrbem, quo à Syria in Palestinam venitur, perpetuò virentum arborum & odoratissimarum plantarum laude insignis, sicut scriptum est. Et iuxta littus maris terram Chananæorum, & Libani vsque ad fluuium magnum Euphratem. &, Transibo igitur, & videbo terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egregium & Libanum. &, Nunquid deficere potest petra agri nix Libani? Quod verò ad loci attinet rationes, Libanus certis terminis adnotandis & describendis appellatur. vt, A deserto & à Libano & à flumine magno Euphrate. &, Per planitiem Libani subter montem Hermon. &, Omnium qui habitabant in monte Libano vsque ad aquas Maserephoth.

Deut. 1. Deut. 3. Ierem. 17. Terminus Deut. 11. Iosue. 1. Iosue 11. Iosu. 13.

CEDRORVM optimarum aliarumque arborũ copiam plurimam ad ædificiorum materias & aliarum rerum vsus suppeditat, ideoque his nominibus insignis locus est: sicut scriptum est. Et disputauit Salomon super lignis à cedro, quæ est in Libano, vsque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete. &, Carduus Libani misit ad cedrum, quæ est in Libano, dicens. Et transierunt bestiæ saltus quæ sunt in Libano, & cõculcauerunt carduum. Sed & ligna cedrina mittite mihi, & arceutina & pinea de Libano. &, Superextolletur super Libanum fructus eius. &, Saturabũtur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit. &, Iustus vt palma florebit, & sicut cedrus Libani multiplicabitur. Fistula & cinamonum cum vniuersis lignis Libani. &, Contristatus est super eum Libanus, & omnia ligna agri cõcussa sunt. Et odor eius vt Libani. &, Charmelus & flos Libani elanguit.

Cedri. 3. Reg. 4. 4. Reg. 14. 2. Paral. 7. Psal. 71. Psal. 103. Psalm. 91. Cantic. 4. Ezech. 31. Ose. 14. Nahum. 1.

LOCVS etiam hic propter amænitatem ad secessus expetitus fuit. Namque Salomon ædificauit domum saltus Libani. Et hanc ob causam scriptum est in similitudinibus arcanis, species eius vt Libani.

Amænitas 3. Reg. 4. 3. Reg. 9. Cantic. 5.

AD hanc autẽ rationem cætera loca ex geographicis descriptionibus peti, atque obseruari operæ pretium fuerit.

DE RERVM COMPOSITARVM PRIMA RATIONE ET SERMONIS obseruatione, CAP. LXIII.

LOCORVM distinctionem rerum ipsarum definitio & natura proximè consequitur; in quo genere primas terra obtinet, plurimarum rerũ antiquissima parẽs, varijs & multiplicibus aucta succis, quibus plurimorum mixtiones generum efficiũtur; quamobrem à Deo אֶרֶץ appellata est, quod nomen ex fæcunditate & vtilitate inditum videtur. Nam perpetuo אֶרֶץ vocabulum in ea significatione vsurpatur, quæ ad commodam hominum animaliumque aliorum habitationem referri possit, quando ante huius virtutis & efficacitatis facultatem יַבֶּשֶׁת hoc est, arens siue arida vocabatur, sicut scriptum est: Appareat arida. & factum est ita & vocauit Deus aridam אֶרֶץ pro quo verbo Latini Interpretes terram vertunt nomine etiam ijsdem literis inuersis tamẽ constãte. Idẽ enim est ARETZ ex pũcto z ex duplici litera ץ quod TERA inuerso modo pronũtiatũ. Ad terræ igitur naturã definiẽdã, atque ab aridæ sterilitate distinguendam, prima lapidum mineralium metallorumque genera adhibita sunt, quorum naturas & rationes aliàs, Deo docente, explicabimus: nunc susceptum propositum tenentes comparationũ similitudinumque vsus ad sermonem inductos ostendere pergemus.

Genes. 1.

PETRA. CAP. LXIIII.

PETRA pars in terra est durissima, quæ velut in corpore toto ossis vicem obtinet, cuius etiam partes ad vsum aliquem excisæ, aut sua sponte decidẽtes, aut aliâs separatæ non propriè petræ, sed lapides dicuntur. Petra namque ea dicitur, quæ corpore terræ hæret, aut quæ maxima, & firmissima cũ sit, partes aliquot sui ad alios vsus communicare potest. Itaque Petra totus aliquis locus saxosus, aut rupibus firmissimis frequens, & rupes ipsæ scopulique in mari siti dicuntur. vt, En ego stabo tibi super petram Horeb; & percuties petram, & exibit ex ea aqua. &, Ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam. &, In spelunca petræ Ethan. Et sedebant in Petra Remon. &, Absconderunt se in speluncis, & in abditis, & in petris quoque, & in antris.

Exod. 17. Exod. 33. Iudic. 15. Iudic. 20. 1. Reg. 13.

PROPTER loci firmitudinem & difficilem accessum significare solet præsidium, & perfugium tutissimum maximè expositione aliqua nomini adiuncta. vt, In petra exaltauit me. Et statuit supra petram pedes meos. &, Lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum. &, Ingredere petram, & abscondere. &, Fige in petra tabernaculum tibi.

Præsidium Psalm. 26. Psalm. 39. Prouerb. 30. Isai. 2. Isai. 22.

DVRVM & crudele mortis genus ad petram allisis infertur. vt, Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram. &, Absorpti sunt iũcti petræ iudices eorum.

Crudelitas Psalm. 116.

Pater etiam, & primus familiæ cuiuspiam parens, auctorque, petræ nomine significatur. Namque ex eodem cæteri domus lapides, hoc est, filij & posteritas omnis deducitur. Appellatur autem familia ipsa, & genus Hebraico nomine בית Domus; filij verò BANIM dicuntur, quasi Abnim lapides. Igitur rectè etiam primus familiæ parens Petra vocatur. vt, Attendite ad petram, vnde excisi estis. Attendite, inquit, ad Abraham patrem vestrum. Durities cordis aut morum difficultas ex petræ & lapidis adducta similitudine aptè arguitur. vt, Indurauerunt facies suas supra petram. Et aliud cecidit supra petram, &c.

Pater. Psal. 51. Ierem. 5. Luc. 7.

Firmitudinem quoque constantiamque nullis hominum viribus, aut hostis artibus vincendam, petræ nomen multis locis significat. vt, Similis est viro prudẽti, qui ædificauit domum suam supra petram. &, Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali. &, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Firmitas Matth. 7. 1. Pet. 2. Matth. 16.

LAPIS.

LAPIS aut ex naturæ nobilitate & pulchritudine, aut ex magnitudine & breuitate spectatus, variam in sermonibus obtinet significationem. Namque vilissimi in eo genere sunt, qui fundæ aptantur. atque ita rem vel personam nullius vel preti, vel momenti significant. vt, Et deuorabunt & subijcient lapidibus fundæ. &, In stipulam versi sunt ei lapides fundæ. hîc teli genus aliâs nocentissimum significat.

Despectus Zach. 9. Iob. 49.

Contrà verò lapides sancti, vel lapides coronæ; vel separationis, vtilem, charam, & cuius rationem haberi oporteat, significant rem. vt, Quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius. &, Quia placuerunt seruis tuis lapides eius. & Dispersi sunt lapides sanctuarij.

Preciosũ Zach. 9. Psal. 101. Thren. 4.

Lapis angularis vel anguli vel fundamenti est, cui omnis ædificij structura innititur, vel compages ligatur. Huiusmodi autem imagine Christus Ecclesiæ caput, & vtriusque populi pontifex, & conciliator indicatur. vt, Et non tollent de te lapidem in angulum, nec lapidem in fundamenta. &, Ecce lapis, quem dedi

Ierem. 51. Zach. 3.

Christus dedi coram Iesu, super lapidem vnum septem oculi sunt. &, Ecce mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. &, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes; hic factus est in caput anguli. Idem Christus lapis de mõte abscissus est, qui statuam Nabuchodonosori visam percussit: qui idem à Petro lapis viuus dicitur. Pro materiæ parte ad ædificationem firmissima & necessaria vsurpatur. Et domos tuas præclaras subuertent, & lapides tuos, & ligna tua. Et domos quadro lapide ædificabimus.

Isai. 27. Psalm. 117. Dani. 2. 1. Pet. 2. Ezech. 26. Amos. 5.

Simulacra. Nonnunquam vana illa & nullius vsus falsorum deorum simulachra, quæ à Gentibus colebantur, per irrisionem lapides dicuntur. vt, Non enim erant dij, sed lignum, & lapis, & comminuerunt eos. & dicentes lapidi, Tu me genuisti. &, Mæchata est cum lapide & ligno. &, Erimus sicut gentes & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides.

Isai 37. Ierem. 2. Ierem. 3. Ezech. 20.

Vastatio. Lapidum cumulus, vel aceruus, vastationem & solitudinem, neglectamque significat habitationem: vt, Et ponam Samariam quasi aceruum lapidum in agro cùm plantatur vinea, & detraham in valle lapides eius. Huc illud pertinet: Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Ex similitudine verò quadam quorundam hominũ difficillima, & improbissima ingenia, contumaxque proteruitas, lapidi duritie comparari solet: vt, Cor eius indurabitur tanquam lapis. &, Auferam cor lapideum de carne vestra. Valde autem arcana hæc ratio est. Non absimilem rationem illud exemplum obtinet. Si petierit panem filius, nunquid lapidem dabit illi? Vbi lapidis nomen inutile aut etiam importunum & difficillimum negotium beneficij loco exhibitum significat. Lapis etiam ponderosus negotium maximum & insuperabile suscipientibus indicat: vt, Et erit in die illa, ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis. Hic etiam illud spectat, quod à Ieremia scriptum est, Cõclusit vias meas lapidibus quadris.

Vastatio. Mich. 1. Marc 13. Durities. Iob. 41. Ezech. 11. Luc. 11. Inutile Negotium Zachar. 12. Thren. 3.

Innumerabile. Lapilli numerum innumerabilem & copiam indicant maximam: Et fuisset stirps vteri tui vt lapilli maris.

Isai. 47.

Lapillus etiam rem aut personam solidiorem, cuiusq. ratio habenda sit, significat. vt, Concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur in cribro, & non cadet lapillus super terram.

Amos. 9.

Porrò lapides in quodam supplicij genere sumendo vsurpati, detestationem & excommunicationem eius, qui pœnas luit, significant, vehementemque & publicam indignationem totius populi studio & opera vlciscẽdam. vt, Educes virum aut mulierem, quę scelus perpetrarũt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruetur. &, Eijcient eum extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent eam viri ciuitatis illius, & morietur; quoniam fecit nefas in Israel: & auferes, inquit, malum de medio tui.

Detestatio Deut. 17. Deut. 22.

SAXVM duræ, grauis & difficilis rei symbolum est, S. S. E. Graue est saxum & onerosa arena; sed ira stulti vtroque grauior.

Molesti. Proverb. 2.

LAPIS PRETIOSVS GEMMA.

IN lapidum natura illud quoque genus est, quod colore, splendore, perspicuitate & firmitudine, deinde etiam raritate commendatur: cuius variæ species pro colorum & splendoris atque duritiæ rationibus enumerantur, omnes tamen in vniuersum præstantiam quandam virtutis animorum, eamque illustrem, conspicuam, nitidam & perpetuam significant. vt, Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te sapphiris, & ponam Iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles vniuersos filios tuos doctos à Domino. Si quis autẽ superædificat super fundamentum, hoc, aurum & lapidem pretiosum. Et fundamẽta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. &, Gemma gratissima expectatio præstolantis.

Præstantia Isai. 54. 1. Cor 3. Apocal. 21. Proverb. 17.

Rem quoque pretiosam magnæque æstimationis his nominibus sæpissimè sacri auctores indicant. vt, Et aurum & multitudo gemmarum: vas autem pretiosum labia scientiæ. Sicut qui mittit lapidem in aceruũ Mercurij; ita qui tribuit insipienti honorem. &, Merces auri & argenti & lapidis pretiosi & margaritæ.

Æstimatio Proverb. 2. Diguit Proverb. 26. Apocal. 17.

MARGARITÆ.

MARGARITÆ arcana & pretiosa atque sapientiæ plena consilia & documẽta significant, S. S. E. Nec mittatis margaritas ante porcos, ne fortè conculcent eas.

Consilium sapiens. Matth. 7.

FONS, SCATVRIGO.
CAP. LXV.

FONTES etiam, flumina & lacus, quamuis è mari producantur, ad terræ tamen vsum & efficientiam propiùs pertinent. Neque verò de ijs generibus, vt loca sunt, sed vt naturam virtutemque propriam habent, iam agimus, quemadmodum similitudines & allegoriæ translationesque petantur. Fontis enim nomen ad virtutis magnæ initium, & caput certum significandum vsurpatur. vt, Me reliquerunt fontem aquæ viuæ. &, Rupti sunt fontes abyssi. Quãquam & hoc simplici etiã significatione dicitur, tamẽ capita & scaturigines aquarum indicat maximas. Illud autem elegantissimè dicitur, Apud te est fons vitæ. &, Benedicite Deo Domino de fontibus Israel. Hîc parentes familiarum significantur. &, Lex sapientiæ fons vitæ. &, Timor Domini fons vitæ. Et haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. & quæcunque ferè in hanc sententiam ab Isaia proferuntur, in quibus Christiani Euangelij virtus indicatur. Et illud, Fons de domo Domini egrediebatur. Et in die illa erit fons patens. &, Siccatus est fons sanguinis eius. Abundantiam copiamque perpetuam fons quoq. significat. vt: Deriuentur fontes tui foras. &, Veniet vt fons messis tua. &, Torrens redundans fons sapientiæ. &, Fons hortorum. &, Quis dabit oculis meis fontem lachrymarum? &, Fiet in eo fons aquæ viuæ salientis in vitã æternam. &, Dabo ei de fonte aquæ vitæ.

Virtutis Caput. Ierem. 2. Genes. 7. Psal. 36. Psalm. 67. Proverb. 13. Proverb. 14. Isai. 12. Ioel. 3. Zach. 13. Abundantia. Marc. 5. Proverb. 3. Proverb. 6. Proverb. 17. Cantic. 4. Ierem. 9. Ioan. 4. Apocal. 21.

Fons aqua carens inutilis hominis imaginem refert: sicut scriptum est, Hi sunt fontes sine aqua. Sic etiam fons turbatus iuris & æquitatis peruersitatem significat: sicut scriptum est, Fõs turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio. Eadem & fontis & scaturiginis ratio atq. obseruatio est. Fontem paruum Esther neptem suam Mardochæus interpretatus est.

Inutile. 1. Pet. 2. Proverb. 25. Esth. 10.

FLVVIVS, FLVMEN.

PERPETVA obseruatione fluuijs & fluminibus abundantia & copia indeficiens adscribitur, in quamcunque rationem siue commodi siue incommodi sermo dirigatur. Namque Isaias aquas fluminis fortes ipse magnum exercitum interpretatus est. Et ad gentem expectantem & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius. &, Fluuius subuertit fundamentum eius. Et flumina non operient te. Et flumen circundedit me. &, Illisum est flumen domui illi. Commodorum autem rationem illa exempla habent. Ponam in inuio flumina. Et flumina tua arefaciam. &, Facta fuisset sicut flumen pax tua. Et faciam alueos fluminum alueos. Namque hæc commodorum subductionem minantur. vt, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Copia. Isai. 7. Isai. 17. Iob. 22. Isai. 43. Ionæ. 2. Cõmodũ Iosue. 6. Isaiæ. 43. Isai. 44. Isai. 47. Ezech. 30.

Fluminum profunda arcanas & hominũ mentibus ignotas rationes significant: sicut scriptum est, Profunda quoque fluuiorum scrutatus est: & abscondita in lucem produxit.

Iob. 27.

METALLA.
CAP. LXVI.

TERRÆ etiam partes metalla sunt in mõtibus plerumque concepta & inuenta: sicut scriptum est. Et de montibus eius æris metalla fodiuntur.

Deut. 7.

Meta-

METALLA.

METALLA impuros & improbos homines : argentum puros : aurum verò purissimos : atque conflatorium vas calamitates & afflictiones significat, quibus huiusmodi varij examinantur homines, S. S. E. Fili hominis, versa est mihi domus Israël in scoriam; omnes isti æs, & stanum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis; & scoria argenti facti sunt &c.

Varij hominum mores

Ezech. 22.

AVRVM.

PRIMVM in metallis locum aurum obtinet, vt naturæ puritate, splendore & duratione præstantissimum, simulque ignis & mallei atque artis omnis in ipso exercendæ patientissimum, in quo genere aliud alij etiam præstat. Namque Hauilæ aurum vt optimum celebratur, & præcipuam quamque rem significat. vt, Huius statuæ caput ex auro.

Genes. 2.

Daniel. 2.

Præstantia.

Habet autem significationes cum ex vsu, tum ex naturę præstantia petitas Ex vsu enim auri nomen pretiosam pecuniæ & diuitiarum partem significat, & pro diuitijs omnibus præcipuè vsurpatur. vt, Erat autem dives valde in possessione auri & argenti. &, Dominus benedixit domino meo valde, magnificatusque est, & dedit illi boues & argentum & aurum. & ; Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri. &, Cum principibus, qui possident aurum. &, In multa substantia reuertimini ad sedes vestras cum argento, & auro, &c. Summa autem & pretiosissima diuitiarum ratio auro cum gemis coniucto definitur : sicut scriptũ est. Est aurum & multitudo gemmarum. &, Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum.

Diuitiæ.

Genes. 13.

Genes. 24.

Numer. 24.

Iob. 3.

Proverb. 20.

Psalm. 18.

Animorum autem spectatam, & multis periculis examinatam virtutem, aurum significat. vt, Probauit me quasi aurum. &, Sicut igne probatur argentum & aurum. &, Quomodo probatur in fornace aurũ, sic probatur homo ore laudantis. Huc illa magis etiam arcana pertinent. Caput eius aurum optimum. &; Pro ære afferam aurum. &, Quasi vas auri solidum. Et quod ad virtutem diuina gratia adiutam referendum est exemplum. Quomodo obscuratum est aurum. &, Colabit eos quasi aurum. Noui verò testaméti rationes omnes, multo illis veteris legis rebus perfectiores, nomine & appellatione auri, in Exodo, Leuiticoque indicantur. vt, Facies propitiatoriũ de auro purissimo, & thuribula & Cherubim. &, Suadebo tibi emere à me aurũ. &, Ciuitas erat aurum, & platea ciuitatis aurum mundissimum. Aliquando naturam terream, imperfectam, omni anima & spiritu carentem, significat aurum. vt, Simulachra gentium argentũ & aurum. &, Simulachra auri sui. &, Vestimentum conflatilis auri tui. & Aurum quæ fecerunt sibi Baal.

Virtus.

Iob 23.

Proverb. 17.

Cantic. 5.

Isai. 60.

Eccles. 50.

Thren. 4.

Malach. 3.

Exod. 25.

Apocal. 3.

Apocal. 21.

Imperfectio.

Psal. 113.

Isai. 12.

Isai. 30.

Ose. 2.

Nonnunquam pro maximo quidem pretio, sed terreno tamen, & corruptibili, atque hominum facultatibus non denegato, aurum accipitur: vt, Nõ corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione, &c.

Pretium terrenum.

1. Pet. 1.

ARGENTVM.

EANDEM ferè cum auro & vsus & significationis rationem argentum obtinet, nisi quantum & materia copiosius & pretio vilius est, tamen in diuitiarum definitionem cum primis vocatur. vt, Qui replent domos suas argento. Et negotiatio auri & argenti aliquando omnem felicitatis cumulum indicat. vt, Erit omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabit tibi.

Diuitiæ.

Iob. 3.

Felicitas.

Proverb. 3.

Iob. 22.

Probitatis etiam & laudabilis virtutis imaginem argentum refert. vt, Argentum electum lingua iusti. &, Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimũ. Expectatamque virtutem & probatam significat. vt, Sicut igne probatur argentum, &c. ita corda probat Dominus.

Proverb. 10.

Probitas.

Proverb. 25.

Proverb. 17.

Virtus probata.

ÆS AVRICALCHVM.

ÆS vilius argento metallum, multis tamen vasorum instrumentorum vsibus aptissimum, & splendoris ac munditiæ facultate commendabile: si enim coletur, & purgetur diligenter, nõ ingratè splendet. Harũ rerum summa illo loco indicatur. Tubal Caim fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. &, De montibus eius æris metalla fodiuntur. Habet autem suam in materia præstantiam & ad vsus tum elegantiam, tum etiam durationem, sicut scriptum est. Pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum afferam. Præterea in omni metallorum genere ærea instrumenta vel flatu vel pulsatione optimum sonum & clarissimum contentissimumque reddunt: sicut scriptum est, Vox eius quasi æris sonabit. &, Propterea cor meum ad Moab, quasi tibia æris resonabit. Morum præterea duritiem & difficultatem maximam æris nomen in comparationibus vel similitudinibus appellatũ arguit. vt, Frons tua ærea.

Vsus.

Genes. 4.

Deut. 7.

Isai. 60.

Sonus.

Ierem. 46.

Ierem. 47.

Morositas.

Isai. 47.

Firmitudinem quoque, soliditatem & constantiam significat æs, eoque nomine in sermones inducitur. vt, Dedi te in murum æreum super omnem terram. Sic etiam in Apocalypsi: Et pedes eius similes aurichalco.

Firmitudo.

Ierem. 1.

Apoc. 1.

Æs pro pecunia vel moneta minori vsurpari tandẽ cœptum est Græci & Latini sermonis imitatione. vt, Neque in zona tuleritis æs. &, Vidit Christus viduã pauperem in gazophylacium mittentem æra minuta duo. &, Idem in templo nummulariorum euersis mensis effudit æs.

Moneta.

Marc. 6.

Luc. 21.

Iohan. 2.

Æs sonãs, vanam mentem, & à virtutis studio & exercitatione alienã, sermonis tantùm honesti ambitiose iactantem, apud Paulum significat. vt, Factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens.

Inanitas.

1. Cor. 13.

FERRVM.

AT verò in hoc genere commodissimum, & ad multos vsus idoneum, ferrum esse censetur, ad iuuandas vitæ necessarias artes præcipuè commendatum, nisi ab vsu illo feriendi & occidendi ad pernicie etiam fuisset translatum. Huius emolliendi & ad vsus comparandi auctor primus Tubal-Caim fuit: ita fit, vt interdum in commendatis, nonnunquam in improbatis rationibus ferri mentio inducatur. Mitte, inquit Salomon, mihi virum eruditum, qui sciat operari in argẽto, ære, & ferro. Arma autem & gladij, aliaque incidendi instrumenta, quòd ex ferro conficiantur, à materia ferrum dicuntur. vt, Si quis ferro percusserit. &, Ferrum nunquam ascendit in caput meum. &, Armabitur ferro & ligno. Et reputabit quasi paleas ferrum. Ferrum pertransijt animam eius. &, Vinctos in mendicitate & ferro.

Genes. 4.

2. Paral. 2.

Instrumẽta

Arma.

Num. 35.

Iudic. 16.

Iob 41.

Psalm. 104.

Psalm. 106.

Duriſſimum verò & insuperabile rei alicuius, aut personæ ingenium, ferri similitudine exprimitur. vt, Dabo cælũ desuper sicut ferrũ; hoc est, non blandũ, nec benignum, aut ad opportunorũ commodorum vsum efficax. &, Ponet iugum ferreum super ceruicem tuã, donec te conterat. &, Fecitque quoque sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, His ventilabis Syriã donec deleas eã. &, Neruus ferreus ceruix tua. &, Sumes tibi sartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum. &, Cornu tuum ponam ferreum. Et reges eos in virga ferrea.

Difficultas.

Leuit. 26.

Deut. 27.

3. Reg. 22.

Isai 47.

Ezech 4.

Mich. 21.

Psal. 2.

CHALYBS.

CHALYBS fortitudinẽ & robur maximum, indicat. vt, Ecce quatuor quadrigæ egredientes è medio duorum montium, & montes ærei. Hebraicum nomen chalybem significat.

Fortitudo.

Zacha. 6.

PLVMBVM.

EX grauissimarum pulueris partium cõcretione alia etiã terræ fætura gignitur, Latinis plumbum, Hebræis verò עופרת dicta, quo nomine & materia ipsa & grauitas indicatur atque vilitas: significat enim nomen pulverem puluerizantem siue puluerem puluerescentem; idque in fœmININO genere; propterea quòd ea natura

vilis sit & fœminea, nullis vsibus habilis, præterquam ad ponderandum, implendum, & obstruẽdum, quod proprie pulueris est: sicut scriptũ est. Super plumbum quid grauabitur? Quibus ex rationibus sermones induci solent, qui vel pondus & grauitatẽ maximã vel obstructionem, & cõgestionem significant. vt, Submersi sunt quasi plumbũ in aquis vehementibus. &, Plumbi lamina vel celte sculpantur in silice. Hoc in loco obstructio & tenacitas indicatur. Et plumbum in medio fornacis, scoria argenti facti sunt. namque hoc genus maximè ex metallis omnibus in cineres tandem & pulueres redigitur, si nimium igni excoquatur.

Ecc. 22. Grauitas. Obstructio Exod. 15. Iob. 19. Ezech. 22.

Solet etiam significare plumbum diuinarum correctionum grauitatem, quæ hominibus ad expurgandas scelerum sordes inferuntur. Namque argento repurgando plumbum additur: sicut scriptum est. In igne cõsumptum est plumbum. Grauitatis autem maximæ & immobilitatis argumentum fuit Zachariæ, quòd mulieri in amphora sedenti plumbi talentũ in os inijci ostenderetur, atque ita interpretatus est angelus. vt, Ædificetur ei domus in terra Sanaar, & stabiliatur & ponatur super basim suam.

Correptio diuina. Ierem. 6. Immobilitas. Zach. 5.

SCORIA.

SORDIDISSIMA in omni metallorum natura, & ad omnem vsum ineptissima pars, sunt scoriæ, quæ recrementa cæterorum esse videntur, nec verè in terrã, sed in sterilem quamdam & ineptam materiam referuntur. Quam ob rem vilissimum, inutile & sordidissimum ingenium, vitæque rationem impurissimam, & Deo penitus improbandam, significat nomen ad arcani sermonis rationem vsurpatum. vt, Argentum tuum versum est in scoriã. Et fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam. & Excoquã ad purũ scoriã tuam.

Vilitas. Sordes. Isai. 1. Ezech. 22. Isai. 1.

SVLPHVR.

CALIDISSIMVM omnium terræ excrementorum est sulphur ex pinguioribus pulueris sudoribus & ignea vi concretum, quod à calore facillimum incendium, à materia verò grauissimum teterrimũque odorem fortitur, neque verò semel incẽsum extingui facilè potest. Igitur in grauissimis & præsentissimis atque celerrimis magnorũ & detestandorum scelerũ pœnis repetendis sulphur adhibetur: vt in Sodomæ & vicinarũ vrbiũ exemplo videmus, in quo pluit sulphur & ignem à Domino. &, Videntes plagas terræ illius & infirmitates, quibus eam afflixerit Dominus sulphure & Solis ardore comburens, ita vt non seratur neque virens aliquid germinet. & dicent omnes gentes, Quare sic fecit Dominus terræ huic? quæ hæc est ira furoris eius immensa? Igitur sulphuris vis nõ modò præsentem animaduersionem, sed perpetuam & nunquam restituẽdam perditionem affert & significat. vt, Aspergatur in tabernaculo eius sulphur. &, Ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. Et humus eius erit sulphur. Atque ad damnatorum in inferno pœnas grauissimas & æternas indicandas D. Iohãnes Sulphur quoq. adnotauit Bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius. &, Cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum ante conspectum agni; & fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum.

Pœnæ graues. Genes. 19. Deut. 29. Perpetua punitio. Iob. 17. Psalm. 10. Apocal. 14.

SAL.

IN hoc verò terræ succorum genere bonum est sal, quandiu nec nimis additũ, nec infatuatum est. Namq. vtrumq. extremum vitiositatẽ arguit & infert magnã. Etenim quæ olim fertilissima & amænissima fuerat terra, nunc mare salis facta omnium regionũ sterilissima & infelicissima est, æternumque diuinæ vltionis monumentum perpetuo & crassissimo sale conseruat. Idẽ verò sal si euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltrà nisi vt mittatur foras & conculcetur. Igitur sal immodicè additum, sterilitatem & vastationem perpetuam significat. Sic Abimelech Sichimam à se debellatam demolitus, sale consperſit, & scriptum etiã est; Filij Amon quasi Ghomorrha erunt, siccitas spinarum & aceruus salis. Contrà verò sal opportunè inductum, suauitatem, iucunditatem & pacem significat, eamque conseruatam, & nulla iniuriæ aut malitiæ fraudisq. corruptione admixtam; præterea facilem ac placidã, & & commodam officiosamque vitæ consuetudinem & communionem: sicut scriptum est. Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. &, Sermo vester sit sale conditus. Hinc illa frequens mentio de pacto salis.

Marc. 9. Iuda. 9. Genes. 14. Sophon. 2. Suauitas. Placidi mores. Marc. 9. Colos. 4. Num. 19. 2. Paral. 13.

Virtutem etiam quandam eximiã significat sal, qua rebus condiendis sapor & iucunditas, præterea etiam firmitudo quædam & à corruptione defendens vis, & gratia affertur. vt, Aut poterit comedi insulsum, quod nõ est sale conditum? Ex hac similitudine illi admirandæ atque arcanæ euangelici mysterij virtuti nomẽ salis inditum est. vt, Vos estis sal terræ. Et omnis victima sale salietur.

Virtus. Iob. 6. Matth. 5.

Sal aliquando desolationem, vastitatem, locique sterilitatem significat. vt, Omnes hi conuenerunt in vallẽ siluestrem, quæ nunc est mare salis. &, Abimelech cepit vrbẽ, interfectis habitatoribus eius, ipsaque destructa ita vt sal in ea dispergeret. &, Siccitas & spinæ, & aceruus salis. Aliquando gustum, gratiam, commoditatemque significat. vt, Quidquid obtuleris, sale condiatur: & non auferas sal fœderis Domini tui. &, Vos estis sal terræ, &c.

Sterilitas. Genes. 14. Iudic. 9. Sophon. 2. Gloria. Probatio. Leuit. 2. Matth. 5.

Significat etiam incorruptibilitatem, condimentum & conseruationem à corruptione alienam. vt, Pactum salis est sempiternum. &, Num ignoratis, quòd Dominus Deus Israel dederit Dauid regnum super Israel in sempiternum ipsi & filijs eius pactum salis?

Incorruptio. Perpetuitas. Num. 18. 2. Paral. 13.

IGNIS.

CAP. LXVII.

Ex terræ quoque visceribus naturæ quædam oriuntur; quæ si non ex ipsius terræ substãtia esse, tamen in ea fieri, gigni, conseruari, & ad eandem redire conspiciũtur: cuiusmodi sunt ignis, fumus, spiritus siue exhalatio, quæ nec aquis adeo familiaria neque natiua sunt. Ignem enim mare nec concipit, nec continet; calorem verò à subiecta & vicina terra & à solis virtute accipit. Spiritus quanquam mari superuolitet, tamen in ipso aquarum corpore non continetur. In terra autem varij & multiplices abundantesque spiritus sentiuntur. Quam ob rem omnia hæc genera ad terram referenda esse in præsenti sermone censuimus, aliâs commodius & plenius naturarum huiusmodi rationes diserturi, studia nostra probante Deo.

Neque verò hoc loco de elementali igni agimus, quem antiqui sub Lunæ orbe collocabant, sed de eo tantùm, qui vel in terra concipitur, vel ex terræ halitibus conceptus in aëre medio incenditur, quem ignem de cælo sacræ literæ dicunt. Est autem ignis natura quædam calidissima, efficaciaque celerrima, & præstantissima, humoris expers, & inimica; cuius vis in omnem naturam penetrat corporeã præsentissima efficacitate, vltraq. omne aliud naturalium rerum genus certissimè, & vehementissimè afficit & mutat: sicut scriptũ est, Oculi eius tanquam flamma ignis. Ex penetrãdi autem & efficiendi vi id consequens habet, vt quæ varia sunt, seiungat, & quæ sunt similia, coniungat & conflet.

Apocal. 1.

Iam verò cuiusmodi rationes ex ignis naturæ obseruatione ad sermonem sacrum petantur, videamus.

Ignis auxilium præsentissimum, & efficacissimum significat: sicut scriptum est. Et ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Elisei. Significat etiam liberationem diuinam piorum, & punitionem impiorum. Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius, &c. &, Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, &c. &, Spiritus vester, vt ignis, vorabit vos. sic igneum murum tutissimum præsidium dixit Zacharias.

Auxilium. 4. Reg. 6. Liberatio diuina. Isai. 66. Vltio. Isai. 5. Isai. 33. Zach. 2.

Hostis

Hostis. Hostis vastator,& populator gladius,& bellum, ignis
Ierem. 47. nomine, etiam Deo ipso interprete,dicitur. Quia ignis
egressus est de Hesebon, & flamma de medio Sion,&
Ezech. 21. deuorabit partem Moab. &, Igni eris cibus, sanguis
Ezech. 30. tuus erit in medio terræ. &, Cùm dedero ignem in
Ægypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius. &,
Ose. 7. Mittam ignem in ciuitates eius, deuorabit ædes illius.
Amos. 1. &, Mittam ignem in murum Gazæ,& deuorabit ædes
eius. Consumptionem & vastationem extremam
Vastatio. ignem vates nominarunt. Quia ignis comedit speciosa
Ioel. deserti.&, Ne forte comburatur,vt igni,domus Ioseph;
Amos. 5. & deuorabit, & non erit qui extinguat. Eadem senten-
Habac. 2. tia Habacuc dixit: Laborabunt populi in multo igne.
Vis fortis. Virtutem insuperabilem omnia penetrantem &vastan-
tem significat ignis à Nahum appellatus: Deuorabit ig-
Nahum. 3. nis vectes tuos. &, Indignatio eius effusa est vt ignis.
Nahum. 1. & Petræ dissolutæ sunt ab eo. &, Erit domus Iacob ig-
Abd. nis,& domus Ioseph flamma. &, Iuuenes eorum co-
Psalm. 77. medit ignis. &, Omnis arbor, quæ non facit fructum,
Matth. 7. excidetur,& in ignem mittetur. &, De excelso misit
Thren. 1. Dominus ignem in ossibus meis. &, Succendit Iacob
Thren. 2. quasi ignis flammæ deuorantis in gyro. Et in flamma
2. Thessal. 1. ignis dantis vindictam ijs, qui non nouerunt Deum.
Huiusmodi exempla omnia diuinũ iudicium & vltio-
Vltio. nem, pœnasque iustè irrogatas, atque certissimas indi-
Deut. 4. cant: & illud etiam. Deus noster ignis consumens est.

Periculi etiam, probationis,& examinationis rerum,
Examen. aut personarum significandæ causa, ignis appellatur. vt,
Marc. 9. Omnis enim igne salietur, & vniuscuiusque opus qua-
1. Corinth. 3. le sit, ignis probabit. &, Ducam tertiam partem per
Zach. 13. ignem: & vram eos sicut vritur argentum, & probabo
Psalm. 16. eos, sicut probatur aurum. &, Igne me examinasti.

Animaduersio. Ignis etiam periculum & animaduersionem discri-
men que magnum, aqua verò succedens refrigerium
Eccles. 15. significat. vt, Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod
volueris,porrige manum tuam. Ignis & aqua simul va-
Psalm. 65. rius & multiplex labor. &, Transiuimus per ignem &
Isai. 43. aquam,& eduxisti nos in refrigerium. &, Cùm transie-
ris per aquam, tecum ero, & flumina non operient te:
& cùm ambulaueris in igne, non comboureris.

Pudor. Pudorem & perturbationem magnam, & seram ac
propterea stultam pęnitudinem,ignis aliquando mysti-
Malitia. cè significat. vt, Videant & confundantur zelantes po-
Isaie. 26. puli,& ignis hostes tuos deuoret. Scelerata quoque ini-
quitas, quæ suum secum auctorem consumit, ignis
Cupiditas. etiam dicitur. Producam ergo ignem de medio tui,qui
Ezech. 27. comedat te. Et ardens cupiditas immodicaque libido
Eccles. 23. ignis appellatur. vt, Anima calida quasi ignis ardens,
2. corinth. 7. non extinguetur, donec aliquid glutiat. &, Homo ne-
quam in ore carnis suæ non desinet, donec incendat
ignem, &c. Hac ratione à D. Paulo dictum est, Melius
est nubere, quàm vri.

FVMVS.

Fvmvs ignis excrementum,eiusdemque argumẽ-
Iosue. 7. tum est: sicut scriptum est, Viri ciuitatis respicientes,
& videntes fumum vrbis ad cælũ vsque ascendere &c.
Videnque Iosue & omnis Israel, quòd capta esset ciui-
Exod. 19. tas, & fumus vrbis ascenderet. &, Totus mons Sinai
Iudic. 20. fumabat, eò quòd descendisset Dominus Deus super
eum in igne &, Viderunt quasi columnam fumi de
ciuitate ascendere: Beniamin quoque respiciens retro
Apocal. 9. cùm captam cerneret ciuitatem. &, Ascendit fumus
Isai. 65. putei sicut fumus fornacis magnæ. Et isti fumus erunt
in furore meo.

Ira. Fumus autem iram incẽsam significat, & vehemen-
Iob. 41. tem. vt, De naribus eius ascendit fumus sicut ollæ suc-
Psalm. 17. censæ atque feruentis. &, Ascendit fumus in ira eius.
Isai. 9. &, Conuoluetur superbia fumi. &, Ab aquilone fu-
Isai. 14. mus venit, & non est qui effugiat agmen eius. &, San-
guinem & ignem & vaporem fumi. Fumus nonnun-
Acto. 2. quam Dei maiestatem mortalibus incognitam, & in-
Maiestas. definitá, tamen vt certũ diuinitatis argumentum & in-
dicem, significat. vt, Et domus repleta est fumo. &, Im- Isai. 6.
pletum est templum fumo à maiestate Dei & de vir- Apocal. 5.
tute eius.

Molestæ rei, citò tamen euanescentis,& perituræ Euanescens
adnotatio, fumi imagine refertur aptissimè. vt, Idcirco molestia.
erunt sicut nubes matutina, &c. &, Sicut fumus de Ose. 13.
fumario. &, Inimici Domini deficientes,quemadmo- Psal. 36.
dum fumus, deficient. &, Sicut deficit fumus, deficiant. Psalm. 67.
Non alienum ab hac significatione illud est. Quia cæ- Isai. 51.
li sicut fumus liquescent.

FAVILLA.

Favilla quoque materiæ ab igne exustæ & cõ-
minutæ residua pars est, nullius aut ponderis aut vsus,
quæ facillimè dissipata euanescit & perit: sicut scriptũ Genes. 19.
est. Viditque ascendentem fauillam de terra, quasi Leuit. 6.
fornacis fumum. &, Vsque ad fauillam consumi faciet.
Atque adeo ad huiusmodi res omnino consumptas, &
penitus nullo negotio delendas significandum, in ser- Iob. 21.
monibus aptatur. vt, Erunt sicut paleæ ante faciem Vanitas.
venti,& sicut fauilla, quam turbo dispergit. &, Com- Consumptio.
paratus sum luto,& assimilatus sum fauillæ & cineri. &, Iob. 30.
Erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ. &, Radix eorum, Isai. 1.
quasi fauilla erit. &, Sicut fauilla pertransiens multitu- Isai. 5.
do eorum. &, Medietas eius redacta est in fauillam. Isai. 20.
nunquid vtile erit ad opus? Fauillam æstiuæ areæ In- Ezech. 15.
terpres pro gluma vertit. Daniel. 2.

Hactenus terræ vim & naturam vario rerum genere
prægnantem, nõdum tamen cultam & habitatam per-
currimus: nũc verò sociam eius partẽ mare subeamus.

MARE.

CAP. LXVII.

Congregationes aquarum maria appella-
uit Deus, alio nomine ferè ab illa priore infecun-
ditate & mole transposito. Namque מים, aqua; וימים
maria, ijsdem elementis vtrumque nomen constat va-
riata significatione & voce permutata. Sed de ipsa ma-
ris natura,aliâs nostra studia probante Deo,differuri,
nunc de sermonis interpretatione agemus.

In orbis descriptione vniuersi mare dextrũ locũ oc- Dextera.
cupat,terra sinistrum; ideoq. mare meridianam mundi Meridies.
significat partẽ: sicut scriptum est, Ab aquilone & ma- Psal. 106.
ri. &, Aquilonẽ & mare tu creasti. Maris littus vel ma- Psalm. 77.
re in Cananæa regione describenda Palæstinam & pla- Palestinæ
gam occidentalem ostendit. vt, Perdam reliquias mari- occasus.
timæ regionis. &, A mari magno termini incipient. & Ezech. 25.
formidabunt filij maris. Mare etiam copiam maximã Numer. 34.
& inexhaustam indicat. vt, Quando conuersa fuerit Ose. 11.
ad te multitudo maris, fortitudo gẽtium. &, Væ multi- Copia.
tudo populorũ multorũ, vt multitudo maris sonantis. Isai. 60.
Isai. 27.

Simul etiam plenitudinem, & rerum instabilitatem
atq. impetum maximum, tamen efficientia carentem,
maris descriptio ostendit. vt, Commouebuntur & Ierem. 5.
non poterunt; & intumescent fluctus eius,& non tran- Isai. 57.
sibunt illud. &, Impij autem quasi mare feruens.

Mare cum fluctibus, cùm sententia ad nauigantes
refertur, terrorem, periculum, perturbationem & va- Periculum.
stationem ostentat. vt, Ascendit super Babylonem Ierem. 51.
mare, multitudine fluctuum eius operta est. &, Veni in Psalm. 67.
altitudinem maris.

Sæpe etiam ad diuinæ potentiæ & prouidentiæ ar- Prouidentia.
gumentum appellatur mare. vt, Congregans sicut in Potestas.
vtre aquas maris. &, Mirabiles elationes maris. &, Psal. 32.
Quoniam ipsius est mare,& ipse fecit illud. &, Qui de- Psalm 92.
scendunt mare in nauibus, facientes operationem in Psal 106.
aquis multis. &, Qui conturbas profundum maris. &, Psal. 64.
Nunquid ego mare sum aut cetus, quia circumde- Iob. 7.
disti me carcere? &, Hoc mare magnum & spaciosum Psalm. 18.
manibus,

Maris fremitus magni terroris significationem & descriptionem habent. vt, Sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris. &, Turbati sunt in mari, præ solicitudine quiescere non possunt.

Terror. Isai. 5. Ierem. 49.

Marini fluctus copiam & assiduitatem maximam maximo cum impetu indicant. vt, Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuans. &, Qui conturbas profundum maris, summum autem fluctuum eius tu mitigas.

Assiduitas. Ezech. 26. Psalm. 65.

In vniuersum copia omnis inexhausta, & hominum viribus insuperabilis, mari appellando significatur. vt, Implebitur omnis terra, vt cognoscat gloriam Domini, quasi aquæ operientes mare. &, Magna est velut mare contritio tua, quis medebitur tibi? Illa verò exempla admirabilitatem huic adnotationi oppositam docent. Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur atque siccabitur. Profunditatem imperscrutabilem & inaccessibilem maris profundum significat. vt, Proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. &, Nunquid agnosces profundum maris?

Copia. Habac. 2. Thren. 2. Admirabile Isai. 19. Profunditas. Mich. 7. Iob. 37.

Maris extrema locum remotissimum & à frequentia hominum alienum adnotant. vt, Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Maris cor ipsam aquam altiorem & profundiorem, atque nauigijs magnis ferendis idoneam, Prophetæ dicunt. vt, Glorificata es nimis in corde maris. &, Cadét in corde maris in die ruinæ tuæ. &, Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & trãsferentur montes in cor maris. Mari verò propria profunditas est, minus propria, tamen nõ aliena breuitas. accidũt autẽ tẽpestas & serenitas, nihilque horum significatione caret. Namque profunditas inaccessibilem vel cognitionem vel facultatem penitusque latentem rem; breuitas verò contrà significat: vt, Qui reuelat profunda, de tenebris &, Nunquid ingressus es profunda maris? &, Feruescere faciet quasi ollam profundum mare. Et aqua profunda verba ex ore viri. &, Qui posuisti profundum maris. &, Qui dico profundo, desolare. &, Ipse reuelat profunda. &, Latitudo, sublimitas & profundum. Extremus etiam & infimus rei cuiusque gradus, maximè autẽ periculosæ, profundum dicitur. vt, Infixus sum in limo profundi, & libera me de profundis aquarum. &, Impius, cùm in profundũ malorum venerit, contemnit. &, De profundis clamaui ad te Domine. &, Detraheris in profundum laci. &, Victimas declinauerunt in profundum. &, Profundè peccauerunt.

Remotissimum. Psal. 137. Aqua profunda. Ezech. 27. Psal. 45. Cognitio difficilis. Iob. 12. Iob. 37. Iob. 41. Prouerb. 17. Isai. 51. Isai. 44. Daniel 2. Ephes. 3. Extremum Psalm. 67. Prouerb. 17. Psalm. 129. Isai. 14. Ose. 5. Ose. 9.

TEMPESTAS.

VALIDAM, metuendam, nonnunquam etiam insuperabilem vim tempestas significat. vt, Nocte opprimet eum tempestas. & Ab interioribus egredietur tempestas. &, In circuitu eius tempestas valida. &, Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. &, Rotæ eius quasi impetus tempestatis. &, Quasi tẽpestatis currus. &, Pellis nostra quasi clibanus exusta à facie tempestatum famis. Tranquillitas etiam mari accidẽs, pacis & honestæ vitæ actionisque conditionem in sermone significat. vt, Post tempestatem tranquillum facis. &, Tranquillam vitam agamus. &, Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas.

Valida vis. Iob. 27. Iob. 37. Psal. 49. Psal. 67. Isai 5. Ierem. 4. Thren. 5. Pax. Iob. 3. 1. Tim. 2. Sapient. 12.

ABYSSVS.

ABYSSVS profunditas ipsa maris infima est, mari etiam ipso occultior & difficilior: namque ante mare abyssus erat rudior & turbatior natura: sicut scriptum est. Et tenebræ erant super faciem abyssi. Est autem ipsa aquarum veluti mater fecunda & inexhausta, omnisque humoris fons. sic enim legimus, Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ. &, Benedictionibus cæli desuper: & benedictionibus abyssi iacentis deorsum.

Genes. 1. Genes. 7. Genes. 49.

Significat autem abyssus maximam & imperscrutabilem hominibus rerum rationem. vt, Nunquid in nouissimis abyssi ambulasti? &, Iudicia tua abyssus multa. &, Consilium illius in abysso. &, Benedictus es, qui intueris abyssos. &, Clauis putei abyssi. & operuit puteum abyssi. atque his postremis in locis perditio & impiorum in futuro sæculo status indicatur. Vtramq; notarum maris & terræ suis fecunditatis & efficientiæ muneribus & facultatibus auctam, Deo probatã & cognitu dignam esse docemur: sicut scriptum est. Et vidit Deus, quod esset bonum.

Ratio profunda. Iob. 37. Psal. 35. Perditio. Daniel. 3. Apocal. 9. 11. 26. Genes. 1.

DE PLANTIS.

CAP. LXVIII.

PRIMI & antiquissimi naturæ & elementorum partus plantæ sunt, generibus, specie & vsu distinctæ, quæ terram decore ornant, & vtilitate commendant sua, animantium generi futuro ad cibum atque iucunditatem verbo Dei præparatæ: sicut scriptum est. Et ait Deus, Germinet terra herbam virentem facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso super terram. & factum est ita. Ipsum autem totius naturæ huius genus amplissimum, germen vocatur. dicitur autem germen tum quòd terræ matris fætus sit, tum etiam quòd propagatione & vsu sui iuuare possit: sicut scriptum est. Et terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. &, Deuorabit terram cum germine suo. &, Palmites germinis eius, & non erit germen in vineis. &, Semẽ in germine est. Ex huius naturæ obseruatione verba hæc vel ad generis & familiæ, vel ad rerum & negotiorũ consiliorumq. propagationem & prosperitatẽ significandam vsurpari solent. vt, In ortu suo germen eius egredietur. &, Apertum erit germen domus illius. &, Vir Iehuda germen delectationum eius. &, Siccabit omnes palmites germinis eius. &, In areis germinis sui arescet. &, Non inueniatur in te radix germinans fel & amaritudinẽ. &, In stillicidijs eius lætabitur germinans.

Genes. 1. Germen. Leuit 26. Deut. 32. Ezech. 17. Habac. 3. Familia. Propagatio Iob. 7. Iob. 10. Ezech. 17. Deut. 29. Psal. 64.

Christum Ecclesiæ principẽ, sanctissimæque generationis spiritualis auctorẽ, summa cum prosperitate, & gratia regnum Dei propagaturum, his verbis antiquivates appellabant: sicut scriptum est. In die illa erit germẽ Domini. & Suscitabo Dauid germen iustum. &, Faciam Dauid germen iustitiæ. &, Suscitabo eis germen nominatum. &, Hortus germen suum germinabit: & Deus germinabit iustitiam.

Christus. Isai. 4. Ierem. 23. Ierem. 33. Ezech. 34. Isai. 61.

FESTVCA.

FESTVCA vitium morum molestum quidem, sed exiguum, cuiusmodi sunt peccata, quæ venialia dicuntur, s. s. e. Vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides.

Vitium exiguum. Matth. 7.

HERBA, FENVM, GRAMEN.

NATVRÆ seriem obseruantibus primum herbarum genus obijcitur, quam virentem primùm terra protulit, hominibus animantibusque alijs in cibum vsumque paratam: sicut scriptum est, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terrã. & paulo post, Vt sint vobis in escam. Hic proprius secundum naturam cibus datus homini fuerat cum arborũ etiam fructibus, sed minoris multo dignitatis cibus hic est, vtpote homini cum alijs animantibus cõmunis, & minus etiam iucundi succi, minorisque virtutis, & voluptatis nullo modo cum illis paradisi fructibus comparandæ; quibus priuatus cùm fuisset homo, audijt: Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ.

Genes. 1. Genes. 3.

Herbæ parabilem victum ac facilem suppeditant, & significant: sicut scriptum est. Qui producit fœnum & herbam seruituti hominum. &, Mandebant herbas terræ. Propagationibus etiam significandis herbarum similitudo adhibetur. vt, Sic quoque quoniam multiplex erit germen tuum, & progenies tua, quasi herba terræ. &, Ossa vestra quasi herba germinabunt. Apud Isaiam populi graminis nomine significati sunt: Omne gramen eorum exiccabo.

Victus facilis. Psalm. 104. Iob. 30. Iob. 5. Isai. 66. Isai. 42. Populi.

Herbarum defectus magnã annonæ totius & victus penu-

Penuria.

penuriam arguit. vt, Ad peregrinandum in terrã tuam venimus, quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum inualescente fame in terra Chanaan. &, Extendam manum meam super terram Ægypti ad locustam, vt ascendat super terram, & deuoret omnem herbam quæ residua fuerit grandini. &, Vsque quo lugebit terra, & herba omnis siccabitur? Herba quoque res facilè pereuntes refert, caducas & inualidas, quæ calcari & perdi minimo negotio possunt. vt, Contremuerunt & confusi sunt, & facti sunt velut fœnum agri, & virens herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem. &, Quis tu, vt timeres ab homine mortali, & à filio hominis qui quasi fœnum ita arescet? &, Percussus sum sicut fœnum, & aruit cor meũ. &, Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Atque de toto herbarũ genere in vniuersum hęc indicare satis fuit: quarundam verò specierum rationem perstringemus, aliarum plurium naturam aliquando, si Deus nostra studia promoueat, expoituri.

Genes. 47. *Exod. 10.* *Ierem. 12.* Res fluxa. *4. Reg. 19.* *Isai. 51.* *Psalm. 102.* *1. Pet. 1.*

FOENVM.

FOENVM prosperitatis & properè crescentis, & citò nimium pereũtis breuissimæq. iucunditatis significationem, S. S. E. Et tanquam fœnum velociter. Et cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnũ. Et percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum. Et Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri.

Prosperitas breuis. *Psal. 36.* *Psalm. 91.* *Psalm. 101.* *Isai. 40.*

IVNCVS ET CALAMVS.

HOC genus, quòd aquas amet, & fluuios ac riuos frequentet, cùm viret, humoris copiã; cùm verò arescit, aquarum penuriam magnam arguit. vt, In cubilibus, in quibus dracones prius habitabant, orietur viror calami & iunci. &, Calamus & iuncus marcescet, & nudabitur alueus riui à fonte suo.

Humor. *Isai. 35.* *Isai. 19.*

CARDVVS.

CARDVVS tenuiorem principem, asperum tamen & ferum, atque nocẽdi exemplis notabilem, significat. Carduus Libani misit ad cedrũ, quæ est in Libano, dicens, Da filiam tuam filio meo vxorem. &, Bestiæ, quæ erant in sylua, transierunt, & conculcauerũt Carduũ.

Asperitas. *4. Reg. 14.* *2. Paral. 25.*

VRTICA ET SPINÆ OMNES.

VRTICA infesta herba, & passim crescens, incultis locis præcipuè delectatur; quæ vbi frequens conspecta fuerit, vel hominum negligentiam vel cultorum defectum arguit. vt, Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti. &, Ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ. &, Orientur in domibus eius spinæ & vrticę, & paliurus in mœnibus eius. &, Argentum eorum vrtica hæreditabit. Illud autem cõtrarium his, hoc est, prosperum rerum statum vsumque significat. Pro vrtica crescet myrtus. Eandem ferè rationem in omni spinarum natura obseruare est. infelicitatem enim quandam agris, & laborem cultoribus hæc genera afferunt: sicut scriptum est, Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. &, Pro hordeo spina. &, Ascendit super eas vepres & spinæ. Seminauerunt triticum & spinas messuerunt. &, Nunquid colligunt de spinis vuas?

Improborum quoque nocentemque malorum consuetudinem spinarum cõtrectatio significat. vt, Iter impiorum quasi sepes spinarum. &, Nolite serere super spinas. &, Non erit vltrà domui Israel offendiculum amaritudinis, & spina dolorem inferens vndique per circuitũ eorum, qui aduersantur eis. Quomodo si spina nascatur in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum. Præterea horrendũ peccatorum statũ & diuinæ iræ incendio expositum, repentinisque pœnis ferendis aptũ & maturum spinæ significãt, vtpote, quæ igne facilè solent cõcipere admotũ. vt, Exarserunt sicut ignis in spinis. Et deuorabitur spina eius, & vepres eius in die vna. Atq. hoc in loco spina plebeiũ ordinẽ quoque significat. &, Quia spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium consumetur quasi stipula ariditate plena. Stultas in mentibus exortas opiniones, & vanas, inutiles atque negotiosas curas & cupiditates animorum, Christus ipse summus doctor, spinarũ nomine significatas, est interpretatus. Aliud, inquit, cecidit in spinas. &, quod autem in spinis cecidit, hi sunt, qui verbum audiunt, & ærumna sæculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum. Ad hanc rationem propriè illa Ieremiæ verba pertinent. Nolite serere super spinas. & Christi illa: Nunquid colligunt de spinis vuas?

Negligentia. *Prouerb. 24.* *Isai. 34.* *Ose. 9.* *Isai. 55.* Infelicitas. *Genes. 3.* *Iob. 31.* *Isai. 5.* *Ierem. 12.* *Matth. 7.* Consuetudo mala. *Proverb. 15.* *Ierem. 4* *Ezech. 27.* *Prouer. 26.* Extremum periculum malorum. *Psal. 117.* *Isai. 10.* Plebeius. *Nahum. 1.* Opiniones stultæ. *Marc. 4.* *Ierem. 4.*

Spinæ & tribuli, loci, vbi nascuntur, indicant vastationem. vt, Lappa & tribulus ascẽdit super aras eorum. Spinæ quoque, viarum impedimenta & studiorum molestas retardationes apud Ieremiam significant: Semitas meas spinis sepiuit. sic Hebraica lectio sonat.

Vastatio. *Ose. 10.* Impedimentum. *Thren. 3.*

FRVMENTVM.

In omni herbarum, quæ semen proferunt, genere frumentum vtilitatis & laudis primas obtinet, hominibus alendis præcipuè expetitum, & viribus etiam reficiendis, corporibusque nutriendis maximè commendatum: sicut scriptum est. Et panis cor hominis confirmat. Vnde pro omni ciborum necessaria & vtili cõmoditate vsurpatur. vt, Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terręe, & abundantia frumenti & vini. &, Frumento & vino & oleo stabiliui eum. &, A fructu frumenti, vini & olei sui multiplicati sunt. &, Valles abundabunt frumento. &, Adipe frumenti satiat te. & Terram vini & frumenti dixit Isaias.

Ille etiã celeberrimus Man vsus, qui filijs Israel ex diuino beneficio in solitudine multa cum vtilitate cõtigit, frumenti quoque ratione indicatus est. Cibauit eos ex adipe frumenti.

Omnium præterea commodorum, cum quæ ad corporis, tum maximè quę ad animi vtilitatem referuntur, significationem frumenti nomen obtinet. Ecce ego mittam vobis frumentum, vinum & oleum, & replebimini eis, & non dabo vos vltrã opprobrium in gẽtibus. &, Replebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino, &c. &, Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum, nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines? Frumentum bonæ disciplinæ bonum & commodum fructum interpretamur apud Marcum. Vltrò enim terra fructificat primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Atque in arcana magis ratione Christus sese frumenti granum dixit. Nisi granum frumenti cadens in terrã mortuum fuerit, ipsum solum manet.

Cibi commoditas. *Genes. 27.* *Ibidem.* *Psalm. 4.* *Psalm. 64.* *Psal. 147.* *Isaiæ. 6.* Man. *Psalm. 70.* Commoda. *Ioel. 2.* *Ibidem.* *Zach. 9.* Bonus fructus. *Marc. 4.* *Iohan. 12.*

TRITICVM.

FRVMENTORVM primum triticum est, & vsu & specie laudatissimum genus: sicut scriptum est. Et hircos cum medulla tritici. &, Venter tuus sicut aceruus tritici. In omni autem rerum genere egregiam & maximè probandam partem triticum significat, siue de doctrina sermo fiat: vt, Quid paleis ad triticũ? &, Ne eradicetis simul & triticum. &, Vt det illis in tempore tritici mensuram. &, Vbi est triticum & vinum? siue de alijs hominum studijs agatur. vt, Seminauerunt triticum, & collegerunt spinas. siue de felicitate & vsu rerum spiritualium arcano atque optatissimo. vt, Terra exaudiet triticum. &, Quoniam deuastatum est triticum. &, Bilibris tritici denario. siue etiam homines probatæ disciplinæ studiosos & frugi, Deoque gratos, & ad regnum deligendos. vt, Congregat triticum suum in horreum.

Præstantia. *Deut. 32.* *Cantic. 7.* *Ierem. 23.* *Thren. 2.* *Matth. 13.* *Luc. 12.* *Ose. 2.* *Ioel. 1.* *Apocal. 6.* *Matth. 3.*

HORDEVM.

HORDEVM & pani conficiendo idoneum est, minoris tamen notæ, quàm triticum: sicut scriptum est. Terram frumenti, hordei ac vini. &, Triticum ergo & hordeum & quæ promisisti, &c.

Deut. 7. *2. Paral. 2.*

Eius vsus etsi deterior est, tamen certis temporibus & hominibus commendatur, estque vt prius & maturius proueniens, ita & vilius & paratu facilius hordeum habetur: quod si deficiat, annonæ caritatem facit: sicut scriptum est. Pro fruméto oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina. Apud onirocritam illum hordeum, siue hordeaceus panis, Gedeonem ducem Israelitarum in angustia & pressura rerum prius agentem, euentu ipso etiam comprobante, significauit. Videbatur mihi quasi subcineritius panis deuolui, & in castra Madiam descendere. Non est aliud hoc, nisi gladius Gedeonis filij Ioas Israelitæ.

Gedeon.

Iudic. 7.

LINVM.

LINVM vestibus ad plures vsus cóficiendis aptum, & vsus iucunditate, & facilitate repurgationis & lotionis commendatur; candorem enim accipit egregium: sicut scriptum est. Vestiti lino mundo & candidissimo.

Apoc. 15.

Materiam exercitationi & opificio mulierum præbet: sicut scriptum est. Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum.

Proverb. 31.

Vestimentum. Ornatus.

Lana & linum omnem vestium & ornatus rationem indicant. vt, Qui dant panes mihi & aquas meas, lanam meam, & linum meum. &, Liberabo lanã meam & linum meum.

Osea. 2.

Imbecillitas.

Linum fumigans, exiguas vires, molestas tamen aliquo modo, & infestas, significat. vt, Calamum quassatũ non cõfringet, & linum fumigans nõ extinguet. Animi morumque puritatem & candorem linea vestis refert. vt, Vestiti lino mundo & candido. &, Denique filijs Aaron tunicas lineas parabis. &, Vesties Aaron vestimentis suis, id est, linea, &c. Et vestibus lineis induentur, nec ascédet super eos quicquã laneum quando ministrant in portis atrij interioris intrinsecus.

Isai. 42.

Apoc. 15.

Exod. 27.

Exod. 29.

Ezech. 44.

FLOS.

MAXIMVS terræ & agrorum, gratissimusque decor, flores sunt specie, figura, varietate & coloribus iucũdi, & propter fructus etiam vel seminis spem obseruati: sicut scriptum est. Flores apparuerunt in terra nostra. Videamus si flores fructus parturiunt. Atque in arcano sermone flos elegantiã & decus speciosũque rerum statum significat. vt, Cùm adhuc sit in flore, nec carpatur manu. Imaginem etiam fragilis & citò pereuntis prosperitatis refert flos, qualem vitæ huius breuitatem aut iuuentæ fugãm, aut humanæ & ambitiosæ gloriæ vsurã esse videmus: sicut scriptum est. Qui quasi flos egreditur & cõteritur. &, Tanquam flos agri sic efflorebit. &, Non prætereat nos flos temporis. &, Gloria eius quasi flos agri. &, Exiccatum est fænum & cecidit flos. &, Date florem Moab, quia florens egredietur. &, Ciuitates eius desertæ erunt & inhabitabiles.

Cantic. 2.

Cant. 7.

Iob. 7.

Breuitas caduca.

Iob. 14.

Psal. 102.

Sapient. 2.

Isai. 40.

Iacob. 1.

1. Pet. 1.

Ierem. 47.

LILIVM.

INTER flores omnes Lilium primas obtinet, specie, magnitudine, forma, colore, atque odore præstantissimum: hoc autem præcipuè habet, quòd ex inodora radice atque multiplici, sectili & fragili partium compactura constanti, vnicum caulẽ multis, eiusdem tamen coloris, odorisque ornatum floribus producit. Id quod magno mysterio in sacri candelabri descriptione expressum est. Habet oleosum & pinguẽ succum. Quam ob rem ex omnibus floribus vnum lilium Deo electum in exoticis Esdræ libris legitur.

Et Christus lilia agri ad diuinam prouidentiam præcipuè omnium florum considerari iubebat.

Matth. 6.

Decus.

Ideo autem præcipuum & speciosissimum rerum decus lilij similitudine indicatur, Christique admiranda imago eodẽ proponitur nomine: Labia eius lilia distillantia. Ecclesiæ sancti spiritus virtute auctæ & exornatæ significationem lilium apud prophetas elegantissimè refert. vt, Lętabitur deserta & inuia, & florebit quasi lilium. Ero quasi ros Israel, germinabit sicut lilium.

Cant. 5.

Isai. 35.

Ose. 14.

ZIZANIA.

ZIZANIA agros vrit, atque optimo frumento impedimẽto est ad crescendũ, nec non & eius semen tritico immixtum panis corrumpit saporẽ, ideoque ad prauæ Euangelijque synceritatem, & virtutem contaminantis doctrinæ significationem, à Christo vsurpatur. Cùm autem dormirẽt homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt: cùm autem creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania.

Prauadoctrina.

Matth. 13.

ABSYNTHIVM, siue לענה quæ propriè est rhododendron.

AMARIORVM atque ingratarum herbarum habenda etiam ratio est, quo in genere absynthium excellit ingratissimi saporis herba; quæ tamen purgando corpori & malis humoribus corrigendis adhibeatur; sed si nimium copiosè propinetur, pernitiẽ afferre possit. ex qua obseruatione pro difficillimo, molestissimo, & ingratissimo negotio vsurpatur. vt, Fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius; nouissima autẽ illius amara quasi absynthiũ. &, Qui conuertitis in absynthium iudicium. Punitionẽ etiam grauissimam & certissimam significat, quæ magnam molestiam animo pariat, ipsisque hominis visceribus penitus inhæreat. Ecce ego cibabo populum istum absynthio. &, Repleuit me amaritudinibus; inebriauit me absynthio. &, Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthij & fellis. &, Nomen stellæ dicitur Absynthium. &, Facta est tertia pars aquarum in absynthium, & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt. Sed לענה Hebraicum, rhododendron Græcorum est.

Molestia. Nocumẽtum.

Prouer. 5.

Amos. 5.

Ierem. 9.

Thren. 3.

Ibidem.

Apoc. 7.

SEMEN.

HERBARVM & aliarum plantarum proprium semen est, quibus genera propagantur omnia: sicut scriptum est. Producat terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum, & facientẽ fructũ iuxta genus suũ, cuius semen in semetipso sit super terrã.

Genes. 1.

Soboles.

Ad animantium verò, maximè autem hominum posteritatem, familiam atque sobolem significandam, nomen seminis frequentissimis exemplis translatum est. vt, Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. &, Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel. Atque vt herbarum & plantarum, sic etiam familiarum distinctionem seminis nomine obseruamus. Nam quamuis eadem humana in omnibus natura sit, mille tamen hominum species & rerum discolor vsus: nec verò hæc distinctio tam naturam ipsam, quàm domesticam disciplinam, & culturam, atque paternam imitationẽ indicat. Idẽ namque semen aliter atque aliter cultum, aliam atque aliam in herba ipsa vel nitoris & iucunditatis, vel contrà horriditatis & rusticitatis præbet speciem. Hinc illæ sententię: Semen Abraham serui eius. & Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. &, Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. &, Semen impiorum peribit. &, Semen iustorum saluabitur.

Genes. 3.

Genes. 4.

Distinctio.

Familiarum.

Psal. 104.

Psal. 111.

Psalm. 36.

Ibidem.

Prouerb. 11.

Pro studijs, actionibus, negotijs & operibus, euentus causa & spe susceptis, vsurpatur semen. vt, Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua.

Studia.

Psal. 125.

Verbum Dei semen esse, Christus ipse docuit. Exijt qui seminat, seminare semen suum.

Luc. 7.

Verbũ Dei

SPICA.

SPICAM herba secundo loco, semen verò tertio generat: sicut scriptũ est. Vltrò enim ex se terra producit primùm herbã, deinde spicam, deinde plenũ frumentum in spica. Atque inter fructus numeratur seminis causa. vt, Si ignis inuenerit spicas. Ex metonymia autem pro cibo vsurpatur spica. vt, Esurientibus tulerũt spicas: & Discipuli Christi cœperũt vellere spicas, &c.

Marc. 4.

Exod. 22.

Iob. 24.

Cibus.

Arcano

Annus Genes. 41. Arcano aut sermone spica annum significat: vt, Septem spicæ pullulabant in culmo vno, &c. Spicarum collectio
Vastatio. Isai. 17. extremam vastationem & reliquiarum ex bello abductionem apud Isaiam significat. vt, Brachium eius spicas leget. Et erit sicut querens spicas in valle Raphidim.

PALEA.

PALEÆ in iumentorum escam tempestiuè collectæ adseruantur, eiqúe vsui tantùm opportunæ sunt, prætereà igni & furnis incendendis adhibentur: sicut
Genes. 24. scriptum est. Palearum quoque & fæni plurimum apud
Iudic. 19. nos est. &, Habentes paleas & fœnum in domo. Atque
Mansuetudo. ipsarum vsus animal mansuetum & domesticum feri-
Isai. 11. 65 tatisque expers indicat; quam ob rem propheta dicebat. Leo quasi bos comedet paleas. Illud autem ad al-
Exod. 5. terum vsum spectat. Nec vltrà dabitis paleas populo.
Linimentum. Solent etiam palearum festucæ luto ad parietes liniendos parato adhiberi, quibus fragilis & friabilis materia
Ezech. 13. contineatur: sicut scriptum est, Linebant luto absque
Leuitas Contemptio. paleis. Pro re autem leuissima, & quæ nullo negotio superari & propelli disijciqúe possit, nomen paleæ
Iob 21. vsurpatur. vt, Erunt sicut paleæ ante faciem venti. &,
Iob. 41. Reputabit quasi paleas ferrum.

Hypocrisis Hypocrisim quoque veræ pietatis virtute, & grauitate destitutam, palearum nomine Iohannes depinge-
Luc. 3. bat. Paleas autem comburet igni inextinguibili.

STIPVLA.

STIPVLA rem superatu & perditu facilem, nullis ad resistendú viribus præditam significat, s. s. E. Sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit,
Isai. 5. &c. Sic radix eorum quasi fauilla erit. &, Ecce facti sunt
Isai. 47. quasi stipula; ignis combussit eos. Et erit domus Iacob
Leuitas. Imbecillitas. ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula: Leuitatis & imbecillitatis significationem illud habet.
Psal. 82. Deus meus, pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante
Iob. 13. faciem venti. Et contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiá tuam, & stipulam siccam persequeris.

ARBOR, LIGNVM.

CAP. LXIX.

ARBORVM natura, & specie, & vmbra, & fructu, & materia ad multos vsus apta, igniqúe idonea, homines & animalia iuuare potest: sicut scriptum est, Et
Genes. 17. requiescite sub arbore. &, Abiecit Agar puerum sub
Genes. 21. vnam arborum. &, Omne lignum pulchrum visu. &,
Genes. 2. Pomis arbores replebuntur. &, Fac tibi arcam de lignis
Genes. 6. leuigatis. Arcana verò significatione arbor hominem
Homo Matth. 7. significat. vt, Omnis arbor bona bonos fructus facit. &,
Matth. 12. Non potest arbor mala bonos fructus facere. &, Ex fructu arbor cognoscitur. Sed arboris radix humanum cor
Matth. 3. significat. vt, Iam securis ad radicem arborum posita
Cor. Prosperitas est. Arbor crescens, hominem prosperitate & secun-
Iob. 15. dis rebus vtentem; contrà verò deficiens arbor, hominem ad miseriam prolabentem significat. vt, Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam, non recedet de tenebris, ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritus oris sui. &,
Iob. 19. Quasi euulsæ arbori abstulit spem meam.

Arbores agri, siue ligna regionis, populi sunt; inter quas, quæ sublimiores sunt, superborum & potentum; quæ verò humiliores, modestiorum hominum imagi-
Ezech. 19. nem referunt. vt, Et scient omnia ligna regionis, quoniam ego Dominus humiliaui lignum sublime, & exal-
taui lignum humile, & siccaui lignum viride, & fron-
Apocal. 3. dere feci lignum aridum. &, Tertia pars arborum concremata est. Est autem varia & multiplex arborum natura, quæ ex specie, fructu & materia atque efficien-
tia obseruatur. Namq. ligna Sethim, & cedri, & buxi
Exod. 25. operibus faciendis, & domibus ac tabernaculis fabri-
3. Reg. 5. candis cùm aptas, tum æternas suppeditant materias.
Genes. 3. & Arbor scientiæ boni & mali in medio paradisi fuisse dicitur. Et arbor vitæ etiam fuit, quæ certa significatione Christum indicauit veram vitæ arborem, ipsamque
Christus hominum vitam & lucem. & Lignum cedrinum in
Iohan. 1. certis sacris adhiberi Deus iusserat, non sine arcana si-
Leuit. 14. gnificatione. Et ligna Thyina commendata sunt: vn-
3. Reg. 10. de & Salomon disputasse dicitur super lignis à cedro,
3. Reg. 4. quæ est in Libano, vsque ad hyssopum; qui nascitur in
Crux. pariete. Aliquando lignum pro cruce scribitur, aut alio
Deut. 21. ex ea materia statuto patibulo. vt, Maledictus, qui pendet in ligno. Ex varia igitur arborum natura, varia etiam nominum significatio obseruatur. Cuius rei nos nonnulla proferemus exempla.

ARBORES.

ARBORES autumnales caducam, fluxam & exi-
Inutilis res gui vsus rem significant; s. s. E. Arbores autumnales
Iuda. infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ.

ARBVSTA, FRVTETA.

ARBVSTA populos & oppida præcipuè signifi-
Oppida. cant arcana translatione. vt, Requiescent omnes in tor-
Isai. 7. rentibus vallium, & in cauernis petrarum; & in omnibus frutetis.

CEDRVS.

ARBORVM omnium maximè procera Cedrus in
Psal. 36. Libano monte præcipuè cõmendatur. vt, Vidi impium
Numer. 24. eleuatũ & exaltatum sicut cedros Libani. Et quasi ce-
Ezech. 31. dri super aquas. &, Cedri non fuerunt altiores. Estque
Psalm. 27. natura sua robustissimum & firmissimum hoc plantæ genus: sicut scriptum est. Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.

Sublimitas Arcano autem sensu Cedrus robur & sublimitatem magnam, atque potentiam quandam præstantem significat, qualis magnis regibus aut esse, aut arrogari solet.
Ierem. 22. vt, Nunquid regnabis, quoniam confers te cedro? &,
4. Reg. 14. Carduus Libani misit ad cedrum, quæ est in Libano. &,
Isai. 2. Super omnes cedros Libani. Et succidit cedros, tulit
Isai. 1. ilicem. Euangelij Christi magnitudinem, sublimem-
Euangeliũ que virtutem apud Ezechielem significat. In monte
Ezech. 17. sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam.

PINVS.

AD eandem rationem refertur Pinus, quæ & ipsa bonam, & secatu facilem, & duratione perpetuam, exhibet materiam, arbor proceræ altitudinis, pingui succo abundans, & igni fouendo ac nutriendo aptissima: sicut scriptum est. Plantauit pinum, quam pluuia
Isai. 44. nutriuit, & facta est hominibus in focum. Pro sublimi
Sublimitas autem hominum conditione vsurpatur. vt, Gloria Li-
Isai. 60. bani ad te veniet, vt abies, & buxus, & pinus simul.

PALMA.

PALMA arbor, stipite recto multis velut gradibus circũuallato, altissimè & rectissimè crescit in ramos simplices multis & longis foliis ornatos lentis & flexibilibus, quæ non facilè rumpantur: radix & truncus ex multis seminibus meliùs, quàm ex simplici, coalescit: viret semper, interque perpetuò virentes arbores nitidissima est, & iucundissima: ætatem longissimam agit, fructum proferens in racemis multiplicem & suauissimum; qui cibum suppeditat satis corpori iucundum & commodum, duratque vltra omnium aliorum mollium & dulcium fructuum tempus. Arboris ipsius lignum nullo, quamuis grauissimo, pondere premi aut frangi fertur. Quibus ex rebus omnibus effectum est, vt palmarum rami in festis & celebritatibus gestentur, & imagines ipsæ insculptæ in templi ornamenta refe-
Prosperitas. rantur. Atque ex palma similitudines afferuntur ad
Psal. 91. prosperitatis incrementum significandum. vt, Iustus vt palma florebit. Namque ipsa palmæ species, à longè prospecta, caulem florentem, atque adeò lilium
Cantic. 5. referre videtur. Et comæ eius sicut elatæ palmarum. Et statura tua similata est palmæ, vbera tua botris. Et

Cantic.7. dixi, Ascendam in palmam,& apprehendam fructus eius. Diuturnæ quoque ætatis imaginem palma repræsentat. vt, Sicut palma multiplicabo dies.

Iob. 29.

Victoria. Victoriæ quoq., & veræ,nullisque aduersis rebus im minutæ, aut deiectæ virtutis signum palma est. Quam ob rem rebus præclarè gestis in principum pompa à populo ob virtutis testimonium gestabatur, vel ab ipsis etiam, qui rei bene gestæ participes fuerant. vt, Cum laude & ramis palmarum, & cinnyris, & cymbalis, & nablis, & hymnis. Et turba multa, quæ venerat ad diem festum, cùm audissent, quòd venit Iesus Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum,& exierunt obuiam ei.&, Iohannes vidit turbam magnam stãtes ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis; & palmæ in manibus eorum. Illud autẽ obiter obseruare operæpretium duximus, Ciuitatem palmarum eandem esse, quæ alio nomine Iericho dicitur.

1.Mach. 13

Iohan. 12.

Apocal.7.

Deut.34.
Iudic. 1.
Iudic. 3.

QVERCVS.

QVERCVS, quã Hebræi אלה dicunt, quibusdã vlmus est,aliis & melius ilex, inter proceras & duras, ætatẽque ferentes arbores censetur. Folia decidua habet, expoliaturque per hyemem frondibus,ramos extendit quàm latissimè. Vnde & similitudines ducũtur ad prosperitatem & amplificationem familiæ vel populi significandam. vt, Et erit in ostẽsionem sicut terebinthus, & sicut quercus, quæ expandit ramos suos.

Isai.6.

Vires. Magnas etiam vires & robur atque potentiam refert quercus. vt, Ego autem exterminaui Amorrhæum à facie eorum, cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus.

Amos .2.

Potentes. Quercus Basan potentiores & opulentiores homines significant. Namque nomen ipsum אלה vel אלון potentiam & extensionem indicat. sic Isaias,Super omnes quercus Basan. & Zacharias, Vlulate,inquit, quercus Basan. Quercus defluentibus foliis populum reipublicæ facie, & vitæ ornamentis atque commodis, & magis etiam arcanè,diuina gratia destitutum,significat. vt,Cùm fueritis velut quercus defluentibus foliis.

Isai.2.

Zacha.11.

Isai. 1.

OLIVA, OLEASTER.

OLIVA arbor,solido ligno,& non minùs pulchro stipite, pingui tamen, ramos habet perpetuò virentes, & qui tempestatem, præter cæteras arbores, diutissimè ferant; & aquis immersi, nec tam citò corrumpãtur, nec virorem amittant. Quam ob rem prima hæc arbos restituti orbis argumentum Noë fecit. Fructus eius gustu acris, sed conditus iucundior redditur, & expressus optimum liquorem remittit ad multos hominum vsus commodissimum; quod præter cætera ignem quoque alat lucentissimum & purissimum, lucemque in mediis tenebris effundat iucundam;præterea inuncta corporum membra recreet & reficiat, atque ad multorum morborum paranda remedia adhibeatur,sicut scriptum est. Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua dij vtuntur & homines? &, Vt exhilaret faciem in oleo.

Genes. 7.

Iudic. 9.

Duratio. Perpetuitatem,durationem,soliditatem & virtutem egregiam significat oliua. Quam ob rem Salomonem duos Cherubim de lignis oliuarum templo indidisse legimus, ex eademque materia ostia & postes interioris adyti construxisse. Habet autem hoc proprium præter cæteras arbores oliua, quod æstate floret,& fructum per autumnum ad mediam vsque hyemem perfert, omnemque illam temporis iniquitatem naturæ suæ pinguedine & virtute sustinens compensat,maturitatemq; in radicibus & stipite concepto efficit magis, quàm ex ambientis aëris commoditate. Quam ob rem internæ animorum disciplinæ,atque virtutis veræ & solidæ,ab omnique communi & vulgari vsu longè remotæ, omniaque pericula & incommoda sustinentis,speciem refert: sicut scriptum est. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei,speraui in misericordia Dei in æternum, & in sæculum sæculi.

3.Reg. 6.

Disciplina.

Virtus.

Psal. 51.

Homines eos, qui & religionis virtutem præstare debent, oliuas vocat Scriptura. vt, Dabo in solitudinẽ cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ. De duabus oliuis vel oliuarum spicis,quibus sacerdos & rex indicabantur, abundè in commentariis Zachariæ scripsimus, & ad eundem modum exponere licet duas oliuas in Apocalypsi.

Religio. Isai. 41.

Zachar. 4.

Apocal. 11.

Oliuam populum Israeliticum cælestis doctrinæ muneribus auctum, & fidei virtute, vt decuit, valentem, non vno tantùm loco Paulus Apostolus appellauit: oleastrum verò populũ gentilem. vt, Tu cùm oleaster esses, insertus es in oliuam bonam. Porrò nouellæ oliuarum, filios paternæ pietatis ac virtutis discipulos, & imitatores repræsentant. vt, Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.

Israel. Gentes. Rom. 11. Filij pij. Psalm. 127.

Oliua fructu defecta, anni sterilitatem & rerum inopiam arguit. vt, Quasi oliua proijciens fructũ. &, Mentietur opus oliuæ. & L ignum oliuæ non floruit.

Iob. 15. Habac. 3. Agge. 2.

AMYGDALVS.

AMYGDALVS festinationem & pręcocem rei gerendæ maturitatem significat: quia amygdalus florem prima omnium arborum profert. Atque hanc pœnarum inferendarum festinationem intellexit Ieremias; cùm virgam amygdalinam à Deo ostẽsam vidit: quam Interpres noster Virgam vigilantem vertit. Est enim שקד Hebraicum amygdali nomen, à verbo deductum, quod prẹuenire,& summo manè surgere significat. hęc ratio facilè docebit significationem virgæ Aaronis; quæ florens, atque proferens amygdalas, indicauit Leuiticæ tribus electionem ad sacerdotium, cum qua nulla tribus comparari in ea re posset: quando hæc prælecta cæteris fuerat, vt amygdalus prima florem & fructum prolatura, cæteris arboribus anteuenit.

Festinatio.

Ierem. 1.

Num.17.

VITIS.

OMNIVM lignorum humillima & infirmissima vitis est,arborisque speciem vix refert, fructus tamen copia atque vsu arboribus cæteris longè præstat: sicut scriptum est. Locuta sunt ligna ad vitem, Veni & impera nobis. quæ respondit eis, Nunquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines? &, Ego quasi vitis fructificaui. Expetit autem culturam vitis præter cæteras arbores,eamque curam fructus copia & elegantia persoluit. Ad hanc rationem illa pertinet Iacobi sentẽtia: Ligans ad vineam pullum suum,& ad vitem,ô fili mi,asinam suam. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Ex vite multæ rationes ad sermonum arcanorum vsum petuntur, vt fecunditatis & fructus atque sobolis & rei familiaris prosperitatem. vt, Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Et prosperum etiam rerum successum vitis cum fructu onirocritis significat. vt, Videbam coram me vitem, &c.

Indic.9.

Eccles. 24.

Genes. 49.

Sobolis.

Psalm. 127.

Prosperitas

Genes. 40.

Significat etiam vitis populum religiosum & pium, cuius commendatio ex fructu,hoc est,ex pietatis studio & exercitatione petitur;dignitas autem & honor atque securitas ex diuinæ tutelæ præsidio contingit: aliàs verò si hæc desint, miserum & instabilem atque perditu facillimum significat populum. Hanc omnem rem disertissimè Deus apud Ezechielem est persecutus. Fili hominis, quid fiet de ligno vitis, &c. Atque ob huiusmodi virtutis defectum Israel ab Hossea vitis frondosa siue stulta est appellatus. Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei.

Pietas.

Ezech. 15. 17.&19.

Ose. 10.

Magis autem arcano & maxima significatione pleno modo vitis Christum significat Ecclesiæ caput Catholicæ. cuius virtus in membra dimanans,optimorum fructuum fecunditatem suggerit. Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est. &, Sicut palmes non potest

Christus

Iohan. 15.

ferre

ferre fructum, nisi manserit in vite. &, Ego sum vitis vera, & vos palmites.

Vitis fructu defecta, sterilitatem & inopiam arguit. vt, Infirmata est vitis, ingemuerunt omnes, qui lætabantur corde. *Isai. 24.*

FICVS SIVE FICVLNEA.

FICVS inter vtilissimas arbores locum habet non postremum, quòd fructum ferat suauem, & non solùm maturitatis tempore vtilem, sed ad hyemis quoque & bonam anni partem asseruatu facilem ac perpetuò iucundum, eundem præterea ad saturitatem vsque sine nocumento edulem. Aliâs verò arbor ipsa excisa non satis idoneas ad opus materias suppeditat, vtpote infirmioris ac minus densi ligni. Iam verò generositatē ficus paradisus ille voluptatis probat, in quo hanc plantam fuisse Moses indicat. *Genes. 3.*

Fecunda regio.

Fecundæ regionis ac temperati cæli signum est ficus arboris opportuna copia, sicut scriptum est. Terram frumenti & hordeorum, in qua ficus & malogranata nascuntur &, De ficubus loci illius tulerunt. &, Adduxistis nos in locum istum, qui seri non potest: qui nec ficum gignit. Inter cæteras arbores certissima veris & æstatis index ficus est. Vere enim ineunte grossos, æstate autem aduentante ramos progerminatos, & integra folia ostendit: sicut scriptum est. Ficus protulit grossos suos. &, A ficu discite parabolam: cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia enata, scitis quia propè est æstas. Ficus etiam Ierosolymam ciuitatē, & eum, qui ad illam pertinebat, Iudaicum populum parabolicōs significat. vt, Arborem fici habebat quidam, &c. Idque non modò nomine, sed ipsa planta etiam repræsentatū est, quam Christus petitam, quòd sine fructu inueniret, execratus est. Et apud Ieremiam, Non sunt ficus in ficulnea. *Deut. 7. Num. 13. Num. 20. Aestas. Cantic. 2. Marc. 13. Ierusalem. Luc. 13. Marc. 11. Ierem. 7.*

Sterilitas.

Extremæ autem sterilitatis signum est ficuum desideratus fructus. vt, Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis. &, Vinea confusa est, & ficus elanguit. Cætera exempla omnia ad hæc, quæ commemorauimus, genera referuntur. Iam verò de fructibus nonnihil dicamus. *Habac. 3. Ioel. 1.*

FRVCTVS.

CAP. LXX.

FRVCTVVM genera omnia ad animantium, præcipuè verò ad hominum vsum producta sunt: sicut scriptum est. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuersis, quæ mouentur in terra, in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Sunt autem fructus, terrę, & regionis fertilitatis, & commoditatis ad habitandum indices: sicut scriptum est. Et ostenderunt fructus terræ, & narrauerunt, dicentes, Venimus in terram ad quam misisti nos, quæ reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest. *Genes. 1. Fertilitas. Numer. 13.*

Est autem nomen fructus Hebraicè פרי à verbo פרה deductum, quod significat propagare, generare & denum amplificare, virtutemque suam proferre.

Soboles.

Ex qua re effectum est, vt nomen fructus pro omni sobole & propagatione tam hominum & aliarum animantium, quàm arborum etiam vsurpetur. vt, Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ. &, Benedictus fructus ventris tui, & fructus terrę tuæ, fructusque iumentorum tuorum. Et quodcunque reliquum erit de domo Iuda, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum. *Leuit. 23. Deut. 27. 4. Reg. 19.*

Officium. *Psal. 1.*

Officium humanum cuiuscunque personæ aut conditionis aut muneris, fructus dicitur. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. &, De fructu manuum suarum plantauit vineam. &, Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. &, Facite fructum dignum pœnitentia. &, Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum; aut arborem malam, & fructum eius malum. &, Ex fructibus eorum cognoscetis eos. &, Terra dedit fructum suum. &, Fructus impij ad peccatum. Non rarò autem fructus pro ipso humanorum studiorum & operum præmio consequenti, siue commodum id, siue incommodum sit, pro meritorum ratione vsurpatur. Etenim vt arborum plantationis, sic etiam humanarū actionum fructum esse, Deus voluit, qui malā plantauerit arborem, malos; qui bonam, bonos fructus percipiet. vt, Acquiesce igitur ei, & habeto pacem; per hæc habebis fructus optimos. &, Dicet homo, si vtique est fructus iusto, vtique est Deus iudicans eos. &, Fructus iusti lignum vitæ. &, De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis. Et dicite iusto, quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. &, Visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit Dominus. &, Quod si viuere in carne, hoc mihi fructus operis est. *Osa. 10. Matth. 3. Matth. 12. Matth. 7. Psalm. 66. Prouerb. 10. Præmium. Iob. 22. Psal. 57. Prouerb. 11. Isai. 3. Ierem. 21. Philip. 1.*

FRVCTVS etiā pro liberis vsurpatur. vt, Comederunt mulieres fructum suum.

Operum etiam præmia fructus dicuntur. vt, Quem ergo fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? Fructus etiam doctrinæ efficientiam vsumque significat, s. s. E. Vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut in cæteris gentibus. *Operum præmia. Rom. 6. Doctrinæ efficientia. Rom. 1.*

Fructuum collectio pacem & securitatem significat, s. s. E. Vos autem colligite vindemiam & messem, & oleum, & condite in vasis vestris, & manete in vrbibus vestris. Fructus æstiui breuissimæ durationis sunt, & omnes, nullo relicto, colliguntur; aut pereūt sponte decidentes s. s. E. Hæc ostendit mihi Deus: Et ecce vncinus pomorum. Hebraicè, calathum æstiuorum legimus. Fructuum autumnalium racematio laboriosa est, & exigui emolumenti s. s. E. Væ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos; non est botrus ad comedendum. *Pax. Ierem. 40. Breuis duratio. Amos. 8. Raritas. Mich. 7.*

VVÆ.

VVA fructuū omnium præstantissima & vsus & asseruationis causa habetur. Namque & matura comeditur ad saturitatem vsque minimo nocumento: sicut scriptū est. Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit. Vinum etiam remittit optimū & suauissimum potum, si quis modicè sumat (aliâs verò nocentissimum.) vt, Vinum, quod lætificat cor hominis. Deinde etiam pensilis & passa per totum fermè annum vtiliter asseruatur, atque ad viarum & bellorum viaticum opportuna est. Ita Abigail centum ligaturas vuæ passæ cum aliis muneribus Dauidi obtulit. &, Ægyptio iuueni defatigato panem & aquam, & carycarum partem, & duas ligaturas vuæ passæ Dauid dare iussit. Vuarum etiam in arcanis sermonibus mentio est, & gratum officium atque obsequium iucundum eo nomine somniorum coniectoribus significat. vt, Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maturescere. Tuli ergo vuas, & expressi in calicem, quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. &, Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas. &, Non est vua in vitibus. &, Quasi vuas in deserto inueni Israel. &, Nunquid colligunt de spinis vuas? &, Neque de rubo vindemiant vuam. Huic rei contrarium illud est. Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. Vua acerba diuinam offensionem humana culpa concitatam significat. vt, In diebus illis non dicent vltrà, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, sed vnusquisque in iniquitate sua morietur. Omnis homo qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius. Vuæ maturæ vineæ terræ decoctā iam & ad summum malitiæ gradum perductam hominum culpam & iniquitatem proximamque punitioni significat. vt, Mitte falcem tuam acutam &, vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ sunt vuæ eius. *Deut. 23. Psal. 103. 1. Reg. 25. 1. Reg. 30. Officium gratum. Genes. 40. Isai. 5. Ierem. 7. Ose. 9. Matth. 7. Luc. 6. Offensio. Deut. 32. Ierem. 31. Apocal. 14.*

BOTRVS.

Fructus bonus. Officium. Mich. 7.

BOTRVS bonum fructum significat & vtilem, & officium. vt, Non est botrus ad comedendum.

MVSTVM.

Vehementia. Iob. 32.

MVSTVM vehementem vim atque efficacitatem, animiq́ue impetum magnum, aliquãdo interpretamur, S. S. E. Et venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit.

VINVM.

VINVM ex vuis optimum fit, ex aliis autem rebus potus quoque, non tamen adeò suauis, nec gratus aut efficax paratur: sed quod ex genimine vitis remittitur, id propriè vinum dicitur, ventriculo vtilis, & cordi iucundus potus, si modestè sumatur: sicut scriptum est. Non possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines. Et in risum faciũt panem & vinum. Et lætabitur cor eorum quasi à vino. &, Modico vino vtere propter assiduas tuas infirmitates stomachi.

Iudic. 9. Eccles. 10. Zacha. 10. 7 1. Timo. 3.

Idem si copiosius hauriatur, magnum corpori ac menti nocumentum affert. Nam præterquam quod membra nimio calore & humore penetrans debilitat, mentem quoque abalienatam ad omne flagitium admittendum impellit: sicut scriptum est. Veni, inebriemus vino patrem nostrum, dormiamusq́ue cum eo, &c. &, Ne intuearis vinum quando flauescit: cùm splenduerit in vitro color eius, ingreditur blandè; sed in nouissimo mordebit, vt coluber, & sicut regulus venena diffundet.

Genes. 19. Proverb. 24.

Conuiuiũ. Iob. 1. Isai. 22. Ebriosi.

Vinum bibere, si addatur hæc oratio ciborum mentioni, epulare & iucundum conuiuium significat. vt, Filiis tuis & filiabus vescentibus, & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti. Et comedere carnem & bibere vinum. Bibentes vinum, epitheton est ebriosorum, & voluptati deditorum hominum corruptioris vitæ. In me psallebant, qui bibebant vinum. &, Venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras.

Psal. 67. Isai. 56.

Continẽtia Amos. 6. Eccles. 2.

A vino abstinere, vitam parcam & continentem agere est: sicut scriptum est. Caro & vinum nõ introierunt in os meum. &, Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuitaremq́ue stultitiam.

Iucunditas Cantic. 1.

Vinum pro omni iucũditatis extremæ vsu in comparationibus adhibetur. vt, Meliora sunt vbera tua vino.

Mysteriũ. Isai. 55. Cantic. 5. Zach. 9. Proverb. 21.

Ex huius autem rationis similitudine diuini spiritus efficientia in iis, quibus illabitur, vini & lactis nominibus indicatur. vt, Venite, emite absque vlla commutatione vinum & lac. &, Bibi vinum meum cum lacte meo. Ad hanc rationem refertur illud. Et vinum germinans virgines. Vinum & oleum delitiarum omnium summam in sermonibus referunt. vt, Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum & oleum, non ditabitur.

Vltio. Psal. 74. Psal. 59. Ierem. 25. Ierem. 51.

Diuinam quoque vltionem, penitus ad intimas vsq. hominum mentes penetrantem, vinum significat. vt, Quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto. &, Potasti nos vino compunctionis. &, Sume calicem vini furoris. Et calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram.

Doctrina efficax. Isai. 1. Matt. 2.

Doctrinam animos ad rem gerẽdam, atque ad actionum exercitationes informantem, vini nomine sacer sermo exprimit. vt, Vinum tuũ mixtum est aqua. Hinc illa Christi sententia. Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres, &c. sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet. quo in loco vtres ijdem ex eadem translatione animi sunt, quibus doctrinę ratio communicatur.

Prosperitas. Ierem. 47.

Vinum in primo permanens vase, rerum statum florentem, & nondum mutatum, apud Ieremiam significat. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis, nec transgressus est de vase in vas.

OLEVM.

OLEVM in vtilissimorum fructuum numero est: sicut scriptum est. Et abundantiam frumenti, vini & olei. &, Deus tuus introducet te in terram bonam, terram frumenti, olei ac mellis. Eius vsus varius, & per omnia probatissimus in cibis condiendis, in lucernis incendendis, in medicamentorum compositione, atque in vnguentorum deliciis, & in antiquis sacrificiis spectatur: sicut scriptum est. Et similam frixam oleo. Et fabam & lentem & frixum oleo cicer. &, Non habeo panem, nisi quantum pugillus potest capere farinæ, & parum olei in lecytho. En colligo duo ligna, vt faciam illud mihi & filio meo: &, Oleũ ad luminaria cõcinnãda. & oleum ad nutrimenta ignium. &, Non sunt curata medicamine, neque fota oleo. &, Laui te aqua, sanguinem tuum mundaui ex te, & vnxi te oleo. Et Samaritanum vulnera hominis à latronibus sauciati, infundẽs oleum & vinum, curasse Christus ait. &, Cùm ieiunas, vnge oleo caput tuum, ne videaris ieiunans. &, Omni tempore sint vestimenta tua candida: & oleum de capite tuo non deficiat. Et in sacris factitandis crustulam conspersam oleo, & similam conspersam oleo tuso adhibitam legimus. Est autẽ olei vis lenis & blanda, sed quæ leuiter ad internas vsque corporum partes penetret, & latè permanet: sicut scriptum est. Et intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. &, Nitidius oleo guttur eius. &, Oleum effusum nomen tuum.

Genes. 27. Deut. 7. 2. Reg. 6. 3. Reg. 17. Exod. 25. Exod. 35. Isai. 1. Ezech. 16. Luc. 10. Eccles. 9. Exod. 29. Ibidem. Psalm. 107. Proverb. 5.

Lætitia. Psalm. 103. Psal. 140. Psal. 44.

Ex his rationibus aut res ipsa, aut nomen eleganti significationis genere vsurpatur. Namq. oleum iucunditatem & lætitiam ostendit: sicut scriptum est. Vt exhilaret faciem in oleo. &, Oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meum. &, Oleum in habitaculo iusti. Et propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.

Gratia. Facultas.

Diuini quoque spiritus efficacitatem & gratiam ad munus rectè & alacriter obeundum additam, oleum in sacerdotibus, regibus, prophetisq́ue inungendis & initiandis adhibitum, idq́ue fragrantissimo odore gratum, & commendatum significabat. vt, Assumpto vnctionis oleo vnges tabernaculum cum vasis suis, vt sanctificetur. & applicabis Aaron & filios eius ad fores, &c. vt vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. Et Dauid à Samuele vnctus est. & hoc significabant duo filij olei splendidi apud Zachariam.

Exod. 40. 1. Reg. 10. Zach. 4.

Animi preparatio. Matth. 25.

Significat etiam animi pręparationem ex fidei, & virtutis, actionumq́. bonarum exercitatione, ad diuinum spiritus sancti accipiendum donum. hoc est, quod dicitur de prudentibus & imprudentibus virginibus.

Spiritus sancti vnctio. Iohan. 2.

Denique vnctio spiritus sancti, gratiam noui Testamenti, hominibus confirmatis præsentem, recondita significatione indicat. vt, Sed vos vnctionem habetis à sancto, & nostis omnia. &, Vos vnctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis: & non necesse habetis, vt doceat vos aliquis, sed vnctio eius docebit vos de omnibus.

FICVS, FRVCTVS.

FICVS ex optimorum fructuum genere sunt & recentes, vbi maturuerint, comeduntur, & ad totum annum Sole passæ adseruantur, ac præter omnes fructus cæteros citissimè & copiosissimè proueniunt. Quam ob rem maximæ sterilitatis argumẽtum est ficuum desideratio: sicut scriptum est. Non sunt ficus in ficulnea, folium defluxit. Significant autem ficus homines, quorum aliquem vsum esse oportet: quæ si probentur, homines probos; si verò improbentur, prauos indicant. vt, Ostendit mihi Dominus, & ecce duo calathi pleni ficis positi ante templum Domini. & paulò pòst. Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt solent esse ficus primi temporis: & calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterãt, eò quòd essent malæ, &c. quæ in illo loco Propheta refert. Ex eadem ratione improbandos & reijciendos homines significant ficus malæ. vt, Ponam eos quasi ficus malas, quæ comedi non possunt,

Ierem. 7. Condition varia. Ierem. 14. Ierem. 29.

possunt, eò quòd pessimæ sunt. Et de viris bonis dixit Michæas, Præcoquas ficus desiderauit anima mea. *Mich. 7.*

Ficus autem sine adiuncto boni vel mali, opera honesta & probanda significat, eò quòd sua natura ficus in bonorum fructuum recensetur numero: sicut scriptum est. Neque de spinis colligunt ficus. Apud D. verò Iacobum ficus vt certum fructus, & notissimum genus est, sic quoque certa hominum studia & explorata significat. vt, Nunquid potest, fratres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus? *Opera honesta. Luc. 6. Certum studium. Iacob. 3.*

FRVTEX, ARVNDO, CALAMVS. CAP. LXXI.

FRVTICVM genus arundo maximè distinguit, quę nunquam in arborem excrescit, humido solo præcipuè proueniens, caua interius, longioribus foliis & facilè friabilis atq. agitabilis: sicut scriptum est. Et percutiet Dominus Deus Israel, sicut moueri solet arudo in aqua. Est aũt leuitatis & vanæ atq. inanis rei vel personæ symbolum arundo, siue ipsa ad repræsentandam rem vsurpetur, siue in orationem tantùm nomine appellato producatur. Quam ob rem qui Christi irridebant regnum, arundinem in dextera eius posuerunt. Et percutiebant caput eius arundine. Et Christus Iohannis auctoritatem confirmans aiebat: Quid existis videre in desertum? arundinem vento agitatam? *3. Reg. 14. Vanitas. Leuitas. Matth. 27. Marc. 15.*

Arundineus baculus leue subsidium & persæpè incommodum significat. vt, An speras in baculo arundineo atque confracto Aegypto? &c. Et scient omnes habitatores terræ, quia ego Dominus, pro eo, quòd fuisti baculus arundineus domui Israel. *Incommodum. 4. Reg. 17. Ezech. 29.*

Arundo etiam mensuræ nomen est apud Iohannem Theologum. Et qui loquebatur mecũ, habebat mensuram arundineam auream. &, Mensus est ciuitatem de arundine per stadia, &c. &, Calamus mensuræ in manu eius. Et datus est mihi calamus similis virgæ. *Mensura. Apocal. 21. Ezech. 40. Apocal. 11.*

Humidioris etiam loci signum calamus est: sicut scriptum est. Sub vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus. Et orietur viror calami & iunci. Quamobrem huius generis defectus aquarum penuriam arguit. vt Calamus & iuncus marcescent, &c. Calamus quassatus rem vel personam nullis viribus valentem significat. vt, Calamũ quassatum non confringet. *Humiditas Ariditas. Iob. 40. Isai. 19. Isai. 42.*

Calamus etiam ex materia instrumentum ad scribendum significat. vt, Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. &, Multa habeo tibi scribere, sed nolui per atramentum & calamum. Est etiam calamus aromatis genus ex arbusti humilitate fortasse dictus. vt, Calamum suaue olentem de terra longinqua. &, Stacte & calamus in negotiatione tua. *Scribẽdi instrumentũ. Psal. 44. 3. Iohan. Aroma Ierem. 6. Ezech. 27.*

PLANTARVM PARTES. CAP. LXXII.

RADIX prima plantarum pars & velut caput est, ex cuius incolumitate & virtute reliquis partibus salus & vita communicatur integris, abscisis verò restitutio contingit. Ex eiusdem autem pernicie vel incommoditate interitus toti plantæ affertur: sicut scriptum est. Plantasti radices eius, & impleuit terram. &, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et erumpet radix eius vt Libani. &, Radices eius densabuntur. Et quod non habebat radicem, exaruit. &, Iam securis ad radicem arborum posita est. Primum autem radix cuiuscunque rei imum & firmissimum fundamentum, initiumque significat, vnde & radices montium dicuntur. vt, Et ædificauit altare ad radices montium. &, Accessistis ad radices montis. Radix tua & generatio tua de terra longinqua. Et radicem verbi inueniamus. *Psalm. 79. Isai. 11. Ose. 14. Iob. 7. Marc. 4. Matth. 3. Fundamẽtum. Exod. 24. Ezech. 16. Iob. 19.*

Deinde etiam personarum, familiarum, generis rerumque aliarum, de quibus sermo fit, firmitudinem & prosperitatis atque propagationis spem, radix in orationem inducta ostendit. vt, Radix iustorum non commouebitur. Et ibid. Radix iustorum proficiet. &, Plantasti eos, & radicem miserunt. Et erit quasi lignum, quod plantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas. Et si radix sancta, & rami. Igitur radicum extirpatio aut excisio, aut aliâs læsio, absolutam calamitatem & internecionem arguit. vt, Si senuerit radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius. &, Interire faciam in fame radicem tuam. &, Contriui fructus eius desuper, & radices eius subter. *Prouerb. 12. Ierem. 12. Rom. 11. Calamitas. Iob. 14. Isai. 14. Amos. 2.*

Cogitationum & affectuum etiam, actionum & studiorum humanorum initium, & fontem, radix significat. vt, Ne sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. &, Radix omnium malorum est cupiditas. &, Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi. *Cogitatio. Affectus. Deut. 29. Timoth. 6. Hebr. 12.*

LIGNVM.

LIGNA homines significant multis in locis apud Prophetas. At verò lignũ humidũ, virtutibus præditũ hominem: contrà aridũ, virtute carentem significat. vt, Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum sublime; & exaltaui humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. *Homines. Probitas Improbitas Ezech. 17.*

Lignum putridum infirmam rem significat, S. S. E. Reputabit enim quasi paleas ferrum; & quasi lignum putridum æs. Lignum viride virtute magna præditum virum. aridum verò lignum inutilem hominem interpretamur, S. S. E. Si in viridi ligno hoc fit; in aridо quid fiet? *Infirmitas. Iob. 41. Virtus. Improbitas Luc. 23.*

Lignum tribum Israeliticam significare, ex illo consilio Moysis didicimus, quod de coniungendis virgis singularum tribuum, auctore Deo, præbuit: atque ex hac ratione scriptum est apud Prophetam. Et tu fili hominis, sume tibi lignum vnum, & scribe in eo Iudæ & filiorum Israel sociorum eius. *Israelis tribus. Ezech. 37.*

Lignum vitæ Christum significat: Et dabo ei edere de ligno vitæ. Et ex vtraque parte fluminis lignum vitæ efferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatẽ gentium. *Christus. Apocal. 2.*

TRVNCVS.

RADICIBVS truncus innititur, earumque virtute viuit, & ramos ipse sustinens alit: sicut scriptum est. Lignum habet spem, si præcisum fuerit, rursum reuirescit, & rami eius pullulant; si senuerit in terra radix eius, & in puluere mortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quasi cùm primùm plantatum est. Significat autem consilium, & rem aut personam vel negotium, quibus prosperitas futura speratur. vt, Equidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum: repente flauit in eos, & aruerunt. *Iob 14. Prosperitatis spes. Isai. 40.*

RAMVS.

RAMI plantam ornant, fructuique ferendo in fructiferorum genere aptantur, & auiculis iucundas mansiones aut nidis ponendis commoditates habent: sicut scriptum est: Et relinquetur in ea sicut racemus, & sicut excussio oleæ duarum vel trium oliuarum in summitate rami. Et fit arbor ita, vt volucres cæli veniant & habitent in ramis eius. &, Aut inter spissos arborum ramos auium sonus suauis. Arcano autem sermone rami speciem ipsam rerum significant, quæ conspicitur quidem & adnotatur, veruntamẽ minor est dignitate, quàm fundamentum & radix. Itaque in familiis rami frequentiam filiorum; in negotiis ostentationem rerum ipsarum; in diuitiarum definitione pecuniam & possessionis externã faciem; atq. vt summatim dicamus, nõ tam res ipsas, quàm rerum partes indicant: sicut scriptum est. Et erit in ostẽsionẽ sicut terebinthus, & sicut *Isai. 17. Matth. 13. Sapient. 17. Species rerum. Filij. Isai. 6.*

quercus,

quercus, quæ expandit ramos suos. Generis & populi alicuius partes & familiæ apud Ezechielem rami dicũtur. Cumque germinasset, creuit in vineam latiorem, humili statura, respicientibus ramis eius ad eam. &, Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis. &, Si radix sancta, & rami sancti.

Familiæ. Ezech. 17. Ezech. 31. Rom. 11.

Propagationis spem ramus quoque apud eundem significat. vt, De vertice ramorum eius tenerum distringã; & plantabo super montẽ excelsum & eminentẽ, &c.

Propagatio Ezech. 17.

Negotiorum & rerum frequentiã, prosperitatisque speciem, ramorum nomine auctores describũt. vt, Eleuati sunt rami eius præ aquis multis. Totius porrò rerum status prosperi imaginem Daniel eleganter expressit. Magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingẽs cælũ, aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ, folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius. Et esca vniuersorum in ea, subter eam habitabũt animalia, & bestiæ: in ramis eius conuersabuntur volucres cæli. & Oseas, Erumpet radix eius vt Libani: ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius.

Negotiatio Ezech. 31. Prosperitas Daniel 4. Osee. 14.

FRONDES.

RAMIS decus frondes sunt, & nimium æstum arcent. Ramos ligni densarum frondium antonomaticõs Deus ad festum tabernaculorũ celebrãdum sumi iussit.

Leuit. 23. Posteritas.

Significant autem frondes nepotes ad familias propagandas idoneos. vt, Summitatem frõdium eius auulsit, & transportauit in terram Chanaan. &, In terra bona super aquas multas plantata est, vt faciat frondes. Et fructus eius, & frondes eius creuerunt ex aquis multis. &, Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosus.

Ezech. 17. Ibidem. Ezech. 31

FOLIVM.

FOLIVM arborum, & herbarum dicitur, idemque præstat atque de frondibus diximus. Est autem minimẽ in partibus plantæ dignitatis folium, & facilè corrumpitur, singulis annis deponitur; & vbi exciderit, nullius ponderis aut momenti esse censetur, nisi ex singulari naturæ facultate ad medicinam sit vtile; idque dum ramis hæret, vel leuissima venti mouetur vi, & postquam decidit, citò perit vel impellitur. Quam ob rem pro re leuissima ac nullis viribus valente vsurpatur. vt, Terrebit eos sonitus folij volantis. &, Cõtra folium quod vẽto rapitur, ostendis potentiam tuam. &, Cecidimus quasi folium vniuersi. Species etiam, & forma dignitasque personarum singularum folij nomine significatur, quantum exterius decoris ostendi potest. quod si ex vera virtute oriatur, gratum perpetuumque est: sin verò inanem tantùm ostentationem præferat, deciduum, & ingratum habetur. Hinc illæ sententiæ. Et folium eius non defluet. Et erit folium eius viride. &, Folia eius pulcherrima. Et illæ rursus, Et eritis velut quercus defluentibus folijs. &, Defluit folium de vinea. &, Nihil inuenit in ea præter folia.

Leuitas. Vilitas. Leuit. 26. Iob 13. Isai. 64. Dignitas. Psal. 1. Ieremi. 17. Daniel 4. Isai. 3. Isai. 34. Marc. 11.

SILVÆ SIVE SALTVS.

SILVA, aut præstantissimæ in silua vel saltu arbores, magnates significat. vt, Gloria saltus eius & carmeli eius ab anima vsque ad carnem consumetur.

Magnates. Isai. 10.

DE LVMINARIBVS EORVMQVE EFFICIENTIA.

CAP. LXXIII.

ATQVE adeo vt ea, quæ condita fuerant, omnia, quæque deinceps condenda erant, lucis, & noctis vicissitudine, & commoditate vterentur, propriasque naturæ virtutes aptiùs, & commodiùs ostenderent, & producerent singula, cælestibusque efficientijs terrestria iuuari possent, dixit Deus, Fiant luminaria in firmamẽto cæli, & diuidant diem ac noctem, vt sint in signa, & tẽpora, & dies & annos. Fecitque Deus duo luminaria, luminare maius, vt præesset diei; & luminare minus, vt præesset nocti, Et stellas: & posuit eas in firmamento cęli, vt præessent diei ac nocti, & lucerent super terram. Ex hac autem præfectura diei ac noctis, vices, & variæ efficientiæ pro stellarum & luminarium varia ratione, oriuntur. Hinc signa accipiuntur tempestatum, hinc tempora constituuntur mensium duodena, atq. annorum quaterna. Atque de luminaribus, quatenus ad lucis, & luminis definitionem attinet, abundè iam disseruimus: nunc verò alia ratione est agendum. Luminaria mærentia miserrimorum & calamitosorum tẽporũ indicia sunt: sicut scriptum est, Omnia luminaria cæli mærere faciam super te. Significant autem luminaria, summa ac planè diuina virtute præditos homines; quales ij sunt, qui diuini spiritus efficiẽtia renouati, nouas & admirabiles Dei creaturas inter cæteros mortales agunt: sicut scriptum est. Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo.

Genes. 1. Ezech. 32. Calamitas. Præstantia. Philip. 2.

SOL.

SOL maius luminare splendore caloreque suo cætera omnia vincit, atque effectu ipso superat: sicut scriptũ est. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit, vt gigas, ad currendam viam; à summo cælo egressio eius. Et occursus eius vsque ad summum eius, neque est qui se abscondat à calore eius. &, Solem in potestatem diei, & lunam, & stellas in potestatem noctis. Atque in significationum generibus diei partes sol cumprimis indicat iuxta cõstitutũ sibi à Deo præceptũ. vt, Erũt in signa & tẽpora. Quam ob rem prima, vltima, media diei, & similiter noctis partes huiusmodi orationibus adnotantur. Sol egressus est super terram. ortusque est statim sol: &, Cùm incaluisset sol. &, Reddes ei ante solis occasum. &, Antequam sol occũberet. &, Mortuus est occidente sole. &, Cùm sol occumberet, sopor irruit super Abraham. Neque verò temporum tantùm, sed terrarum etiam, & locorum index sol est. vt, Trans Iordanem ad solis ortum. &, Qui vergit ad solis occubitum. &, A solis ortu vsque ad occasum, omnis terra significatur. & apud Sapientem, Sub sole vniuersus orbis est. Sol eximiam virtutis, & dignitatis pulchritudinem atque diuinum quoddam significat decus. vt, Lux solis erit septempliciter. Et non occidet vltrà sol tuus. &, Thronus eius sicut sol in conspectu meo. &, Fulgebunt iusti tanquam sol in regno patris mei. & illud, Alia claritas Solis, alia Lunæ.

Psalm. 17. Psalm. 135. Dici partes. Genes. 19. Genes. 32. Exod. 16. Deut. 24. 3. Reg. 22. 2. Paral. 17. Genes. 15. Deut. 4. Notatio. Deut. 11. Psal. 106. Eccles. 1. Pulchritudo. Isai. 30. Psalm. 77. Matth. 13. 1. Cor. 15.

Sol iustitiæ Christus est: sicut scriptũ est, Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. &, Facies eius erat vt sol.

Malach. 4. Christus. Matth. 17. Apocal. 10.

Solem & Lunam patrem, & matrem interpretatus est Iacob. Eadem simul prosperitatem significant. vt, Lux Lunæ sicut lux Solis, & lux Solis erit septẽpliciter.

Genes. 37. Pater. Isai. 30. Mater. Prosperitas.

Eadem etiam naturalem hominum intellectum, & illius opus ratiocinationem, arcanè indicant. vt, Nõ erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucẽ sempiternam. &, Occumbet sol super prophetas, & obtenebrabitur super eos dies.

Intellectus. Isaia. 60. Micha. 3.

Solis obscuratio, & cæterorum luminarium obtenebratio, calamitosa, & miserrima tempora significat. vt, Erit in die illa, occidet sol in meridie. &, Sol, & Luna obtenebrati sunt.

Calamitas. Amos. 7. Ioel. 2.

LVNA.

LVNA secũdum à Sole luminare, est mensium spacia cursu proprio definiens: sicut scriptum est, Fecit lunam in tempora. Eadem noctis tempus ad efficientiam præcipuè occupat: sicut scriptum est, Per diem sol non vret te; neque luna per noctem. &, Lunam, & stellas in potestatem noctis. &, De pomis fructuum solis ac lunæ.

Psal. 103. Psal. 120. Psalm. 135. Deut. 33.

Apud

Mater. Genes. 37. Apud onirocritas luna matrem significat. vt, Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti, num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te?

Perfectio. Luna in comparationibus perfectam quandam naturam, & suo in genere absolutam significat: sicut scriptũ est, Sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis. Ex qua ratione illud apud Iob explicãdum est: Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. Psalm. 77. Iob. 25.

Felicitas. Luna felicitatis & secundarum rerum præcipuè spiritualium vsum significat. vt, Et erit lux lunæ sicut lux solis. Isai. 30.

Lux mẽtis. Luna & sol mentium lucem, & naturalem cognoscendi facultatem. vt, Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, &c. Isai. 60.

Pulchritudo. Pulchritudinis quoque exemplum luna est. vt, Pulchra vt luna, electa vt sol. Cantic. 6.

Gratia. Luna plena gratiæ diuinæ vsum commodissimum significat. Quasi luna plena in diebus suis lucet. Eccles. 50.

Inconstantia. Luna leuitatem & inconstantiam animorum quorũdã refert: sicut scriptũ est, Stultus sicut luna mutatur. Eccl. 27.

STELLA.

NOCTIS imperium cum Luna stellæ obtinent lucentes, & pulchritudinem efficientiamque suam mundo ostendentes: sicut scriptum est. Et luminare minus vt præesset nocti, & stellas. Et Lunam & stellas in potestatem noctis. Genes. 1. Psal. 135. Earum numerus & vsus omnium hominibus ignotus, Deo autem conditori notus est. Qui numerat multitudinẽ stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Psalm. 146. Ex his autem rationibus stellarum nomen in sermonem inducitur. namq. aut innumerabilem multitudinem significat. vt, Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli. Et estis hodie sicut stellæ cæli. &, Plures fecisti negotiationes tuas, quàm stellę sunt cæli. Aut etiam significat varia ingenia hominum, eademque præstantia, virtutesque diuersas. vt, Et stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. &, Stella à stella differt.

Copia. Multitudo. Genes. 22. Deut. 1. Nahum. 3. Ingenia varia. Iob. 25. 1. Cor. 15.

Arcanè etiam stellæ & Ecclesias & Ecclesiarum ministros indicant. vt, Septem stellæ, angeli sunt septem Ecclesiarum. Ecclesiæ. Apocal. 1. Aliquando prosperitatem, & secundarum rerum vsum & facultatem, nomine stellarum interpretamur. vt, Quoniam stellæ cæli, & splendor earum, non expandent lumen suum. &, Hæc dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ, & stellarũ in lumine noctis. &, Nigrescere faciam stellas eius. &, Stellæ retraxerunt splendorem suum. Prosperitas. Isai. 13. Ierem. 31. Ezech. 32. Ioel. 2.

Iacob in Iosephi somnio stellarum nomine fratres definiuit. Genes. 37. Fratres. Denique stella ex Iacob orta, Iesum Christum Dei filium, & ministrum, orbisque lucem, & salutem in Balaam responsis indicat. Numer. 24. Iesus. Eundem autem ipsa stella Magis indicauit: Qui viderunt stellã in Oriente, & venerunt adorare eum. Matth. 2. De quo scriptum est, Ego sum stella splendida & matutina. Apocal. 22.

Stella matutina in medio nebulæ gratiam & decus refert apud Ecclesiasticum. Eccles. 49. Gratia. Ex cæli luminarium & stellarum ordine & habitu vario varię etiam in firmamento rerum constitutiones efficiuntur, vt serenum, nubilum, pluuiæ, imbres, fulgura, tonitrua, fulmina, ignes, grando, nix, glacies, & spiritus procellarum: quæ omnia & verbum Dei faciunt, & significatione nõ carent, atque ita scriptum est de luminaribus. Vt sint in signa & tempora. Signa varia Genes. 1.

SERENVM.

SERENI cæli similitudo Deum propitium, fauentemque significat; sicut scriptum est. Et viderunt Deũ Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini, & quasi cælum, cùm serenum est. Deus benignus. Exod. 24.

NVBES.

NVBIVM prima secundum naturam significatio humoris est, ex quo ipsæ concrescunt; quæ si densæ, & cõmunes fuerint, pluuiam indicãt proximam. vt, Cumque obduxero nubibus cælum, &c. &, Nubes distillauerunt aquis. &, Qui ligat aquam in nubibus. &, Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Humor. Genes. 9. Iudic. 5. Iob. 26. Psal. 17.

Aliquando pro cælo ipso, & cæli in terras efficientia vsurpatur. vt, Veritas tua vsque ad nubes: & quis in nubibus æquabitur Domino? Cælum. Psal. 35.

Persæpe etiam nubes Dei latentem præsentiam, sed manifestam efficientiam significat. vt, Nunquam defuit columna nubis. Et cum eo pariter columna nubis. &, Gloria Domini apparuit in nube. &, Veniam ad te in caligine nubis. &, Impletur domus Dei nube, &c. Compleuerat enim gloria Domini domum Dei. Nubes illã lucida & illuminans noctem, quę filios Israelis in mari præcedens ducebat, Christi corpus verũ, & mysticum significabat. Cuius arcanæ rationes ex eiusdem benignitate nobis opportuno explicabuntur loco. Dei efficientia. Exod. 13. Exod. 14. Exod. 16. Exod. 19. 2. Paral. 5. Exod. 14. Christi corpus.

Nubes celerrimi & altissimi volatus speciẽ referunt. vt, Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Et ita præsentem & citissimam orbis gubernationem & prouidentiam. vt, Qui ponis nubem ascensum tuum. &, Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius. Celeritas. Isai. 60. Psalm. 103. Prouidentia. Ierem. 4.

Nubis dies, tristia, obscura, & calamitosa tempora interpretamur. vt, Dies nubis tempus gentium erunt. &, Solem nube tegã. &, In die nubis & caliginis. Copiam & densitatem atque communionem virtutis apud eundem vatem nubes indicat. vt, Ascendens super populum Israel quasi nubes. Ezech. 30. Ezech. 31. Ezech. 34. Copia. Ezech. 37.

Postremò rem quæ deficere & disijci, dissiparique potest, nubes significat. vt, Deleui quasi nubem iniquitates tuas. Fluxibilitas. Isai. 44.

VENTVS.

CAP. LXXIIII.

VENTVS, nubes cogit, pluuiamque efficit. Vnde miraculi indicandi causa dictum est. Non videbis ventum neque pluuiam, & alueus iste replebitur aquis. 4. Reg. 3. Aliquãdo idem exiccat & exugit aquas. vt, Vidit spicas Pharao vento vrente percussas. Genes. 41. & Deus in mare induxit ventum vrentem tota nocte, qui desiccauit pauimentum maris. hic est subsolanus ventus. Exod. 10. Aliquando nubes disijcit, & serenum cælum reddit, vt aquilo: sicut scriptum est, Ventus Aquilo dissipat pluuias. Prouerb. 25.

Omnium autem ventorũ communis est vehementia, celeritas, & libera vagatio: sicut scriptum est, Spiritus vbi vult spirat, & audis vocem eius. Vehementia. Iohan. 7. Ex his autem rebus significationes, & comparationes ac similitudines sumuntur. Celeritatis. vt, Elapsus est super pennas venti. &, Qui ambulas super pennas ventorum. Celeritas. 2. Reg. 22. Psal. 103. Impulsionis. vt, Sicut puluis, quem proijcit ventus à facie terrę. &, Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam. &, Mouebuntur ligna syluarum à facie venti. &, Ventus transiens fugabit eos. Psal. 1. Iob. 13. Impulsio. Isai. 7. Iob. 37.

Fluxæ ac fugacis & incertæ rei. vt, Memento quia ventus est vita mea. &, Qui conturbat domum suam, possidebit ventos. &, Qui retinet eam, quasi ventum teneat. &, Ventus & inane simulachra eorum. Fugacitas. Iob. 7. Prouerb. 11. Prouerb. 27. Isai. 40.

Popularis auræ vel inconstantis sententiæ. vt, Arundinem à vento agitatam. Et circunferri omni vento doctrinæ dixit Paulus. Inconstantia. Luc. 7. Ephes. 4.

Ventorum quatuor nominibus vel omnibus vel singulis appellatis, quatuor mundi plagæ indicantur. vt, Congregabit electos à quatuor ventis. &, A quatuor ventis veni spiritus. Orbis cardines. Matth. 24. Ezech. 37.

MERIDIES.

MERIDIES rẽ publicè, & magna cũ animi deliberatione atque constãtia gerendã significat. vt, Induxi super matrem adolescentis pastorem meridie. Aperta & deliberata actio. Ierem. 15.

Significat etiam terram Israeliticam ijs, qui Babylone sunt. Sic apud Ezechielẽ Hebraicè est, Fili hominis, pone faciem tuam ad meridiem, & stilla ad sanctuaria. Israelis terra. Ezech. 21.

Rem etiam clarissimã & maximè conspicuã indicat Res manifesta.

meridies S.S.E. Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem. Psal. 36.

SVBSOLANVS.

SVBSOLANVS idem est, qui Hebræis קדים, nostris Interpretibus ventus vrens dicitur. Is stragem, vastationem, & desolationem significat. vt, Percussi vos vento vrente. &, Facies eorum ventus vrens. Amos 4. Calamitas. Habac. 1.

AQVILO.

AQVILO sinistram mundi partem occupat, & significat. vt, Vide terram ab eo loco, in quo nunc es, ad Aquilonem & meridiem, ad orientē, & occidentem. &, Ad Aquilonem, & austrum. &, Dicam Aquiloni, Da. Sinistra pars Genes. 13. Deut. 3. Isai. 43.

Significat etiam orbis partem in habitationem hominibus concessam. vt, Aquilonem & mare tu creasti. Namque maxima terræ pars aquilonem spectat. Habitabilis Psal. 77.

Aliquando Chaldæam regionem significat. vt, Ollam succensam video, & facies eius ad Aquilonem. &, Eum qui ab Aquilone est, procul faciam à vobis. Chaldæa. Ierem. 1. Ioel. 2.

Nonnunquam diuini verbi impetum, vim & efficaciatem nubes omnes vanitatis dissijcientem, Aquilo significat. vt, Ab Aquilone pandetur omne malum. Verbū Dei. Ierem. 1.

In Ierosolymæ vrbis descriptione Aquilonis latera Sion montem indicant. vt, Latera Aquilonis, ciuitas regis magni. Sion. Psal. 47.

AVSTER.

AVSTER dexteræ orbis plagæ index est. vt, Ad Aquilonem & ad Austrum. &, Plagam Austri in meridiem. Indicat etiam solitudinem eā, in qua filij Israel commorati aliquando sunt. vt, Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan. Dextera mundi. Deut. 2. Ezech. 47. Deserum. Habac. 3.

Et propter plagæ calorem Auster terram calidam, & arentem significat. vt, Terram australem & arentem dedisti mihi. &, Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Calida regio. Iosue 15.

Auster etiam apud Danielem Ægypti regnum significat. Et confortabitur rex Austri, &c. Aegyptus. Daniel. 11.

OCCIDENS.

VENTVS ab Occidente nomen proprium non habet in sacris libris, sed ventus tantum dicitur, parte, vnde flat, indicata, quo vsus Deus locustas ex Ægypto in rubrum mare expulit. Sed Occidens pro ipso vento aut pro regione & plaga mundi vsurpatur. vt, Venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro. Exod. 10. Luc. 13.

PLVVIA, IMBER.

CAP. LXXV.

PLVVIAM ex nubibus concretam venti demittunt: sicut scriptum est, Nubes & ventus, & pluuia non superueniens, &c. Habet autem & genus hoc arcanam significationem vt viuificationis & recreationis. Veniet nobis quasi imber temporaneus, & serotinus terræ. &, Deducam imbrem in tempore suo, & pluuiæ benedictionis erunt. Et dabitur pluuia semini tuo, vbicumque seminaueris in terra. Pluere abundantiam & copiam maximam significat. vt, Pluit super eos sicut puluerem carnes. & Concrescat in pluuiam doctrina mea. Prouerb. 25. Recreatio. Ose. 6. Ezech. 34. Copia. Psal. 77. Deut 32.

Pluuiam hyemē synecdochicōs interpretamur. vt, Imber abijt, & recessit. Pluuia & ros beneficium magnum soli Deo acceptum referendum significat. vt, Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum quasi ros à Domino, & quasi stillæ super herbam, quæ non expectat virum, & præstolatur filios hominum. Hyems. Cantic. 2. Beneficium Mich. 5.

Pluuia lachrymas apud Ecclesiastem. Et reuertantur nubes post pluuiam. Pluuia & grando tribulationem, & bellum, impetumque potentiæ vehementis, sicut impetus grandinis, sicut turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum. Et subuertet grando spē mendacij, & protectionem aquæ inundabunt. Quanquam & hoc arcanam magis habet significationem, quam suo loco exponere spes est. Lachrymæ. Eccles. 12. Cl[illegible]as. Is. 26.

ROS.

ROS copiam multitudinemque significat maximā. S.S.E. Et operiemus eum, sicut cadere solet ros super terram. Copia. Multitudo 2. Reg. 17.

Ros & pluuia, beneficia à solo Deo exspectanda, & conferri solita significat. vt, Erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum quasi ros à Domino. Beneficia Dei. Mich. 5.

Benignitas & gratia, secundarumq. rerū vsus, roris nomine & similitudine significantur. S.S.E. Sicut fremitus leonis, ita & regis ira. Et sicut ros super herbam, sic & hilaritas eius. Gratia. Benignitas. Prouerb. 19.

Ros matutinus, res fluxa, instabilis, & quæ citò perit, S.S.E. Idcirco erunt quasi ros matutinus præteriens. Instabilitas Ose. 13.

FVLGVR ET FVLMEN EX EADEM CAVSA.

FVLGVR incenso aëre fit, ignemque refert velocissimum, qui non antè caueri aut præuideri possit, quàm editus fuerit. Quam ob rem velocitatis & in expedienda re improuisæ festinationis, atque diuinæ cuiusdam, eiusdemq. præstātissimæ, & omnino irrefragabilis virtutis significationes ex fulgurum imagine sumūtur. Hinc est, quod diuinæ præsentiæ & virtutis argumento legimus; Dominus dedit tonitrua, & grandinem, & discurrentia fulgura super terram. &, Ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura. Vltio præsentissima, acerrima & insuperabilis fulguris mētione indicatur. vt, Si acuero vt fulgur gladium meum. &, Splendor ignis. &, De igne fulgur. &, Facies eius velut species fulguris. &, Exibit vt fulgur iaculum. &, Facta sunt fulgura & voces. &, In splendore fulgurantis hastæ tuæ. Celeritas. Velocitas. Exod. 9. Exod. 19. Vltio. Deut. 23. Ezech. 1. Daniel 10. Zach. 9. Apocal. 16. Habac. 3.

Propter celeritatem nimiam dictum est: Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Aliquando rei efficacitatem manifestam, & omnibus cōspicuam maximè arcana ratione indicat fulgur. vt, Sicut fulgur exit ab Oriente, & apparet vsque in Occidentem. &, Sicut fulgur coruscans de sub cælo in ea, quæ sub cælo sunt fulget, &c. Luc. 10. Efficacitas. Matth. 24. Luc. 17.

GRANDO.

GRANDO nulli rei commoda, sed omnibus incommoda tantum diuinæ in improbos animaduersioni inseruire videtur, quandoquidem satis, plantis, pecudibus, & hominibus ipsis nocere deprehenditur. Quam ob rem Dei aduersus peccatores iram testatur. vt, Adhuc retines populum meum, & non vis dimittere eum. En pluam cras in ipsa hora grandinem multam nimis, &c. &, Intonuit de cælo Dominus, grando & carbones ignis. &, Ecce validus & fortis Dominus sicut impetus grandinis. &, Subuertet grando spem mendacij. &, Grando magna sicut talentum descendit de cælo in homines. Hæc omnia calamitatem hominibus ob culpas illatam significant. Ira. Exod 9. Psal. 17. Isai. 17. Apocal. 16. Calamitas.

NIX.

EX eadem materia, qua & aqua, nix efficitur, frigida omnino natura & cādidissima, terris etiam, si opportunè immittatur, vtilis: sicut scriptum est, Quomodo descendit imber & nix de cælo, & illuc vltrà nō reuertitur, sed inebriat terrā, & germinare eam facit. Cuius nominis ex his rationibus certa vsurpatio est. nam dies niuis hyemem significant. vt, Ipse descendit, & interfecit leonem in media cisterna in tempore niuis. Isai. 55. Hyems. 1 Paral. 11.

Candoris similitudinē extremam & puritatis significationem habet. vt, Si lotus fuero quasi aquis niuis. &, Super niuem dealbabor. &, Candidiores Nazaræi eius niue. Candor. Puritas. Iob 9. Psal. 50. Thren. 4.

Lepræ etiam manifestæ albedinem & notam indicat. vt, Moses protulit manum leprosam instar niuis. &, Maria conspecta est candenti lepra vt nix. &, Giezi regressus est quasi nix leprosus. Niuis vsus in æstu frigerium magnum, & consolationem affert: sicut Lepra. Exod 4. Num 12. 4 Reg 5. Reg. 3. 10.

ſicut ſcriptum eſt, Sicut frigus niuis in die meſſis, ita legatus adueniens ei, qui miſit eum. Proverb. 25.

At verò nix in æſtate demiſſa importunā rem ſignificat. vt, Quomodo nix in æſtate, & pluuiæ in meſſe, ſic indecens eſt ſtulto gloria. Importunitas.

GLACIES.

IN frigidarum naturarum genere glacies eſt, durior quàm nix, minus candens, ex eadem tamen materia: ſicut ſcriptum eſt, De cuius vtero egreſſa eſt glacies, & niuis quis eſt pater? In antitheſim caloris; & ignis affertur. vt, Ignis, grando, nix, glacies: ſed ad euaneſcentis proſperitatis, negotij, rei aut conſilij imaginem deſcribendam appellatur. vt, Ingrati enim fides tāquam hybernalis glacies tabeſcit. &, Sicut in ſereno glacies diſſoluentur peccata. Iob. 37. Euaneſcentia. Pſal. 147. Sapient. 16. Eccl. 3.

NEBVLA.

NEBVLA minoribus & tenuioribus partibus, quàm aqua, nix, & glacies, cōſtat, atq. ita magis diffunditur & citius diſſoluitur: ſicut ſcriptum eſt, Qui dat niuem ſicut lanam, nebulam ſicut cinerem ſpargit. Pſalm. 147.

Propter extenſionem, & aëris impedimentum, diuinam maieſtatem, efficientia quidem manifeſtam, mortalibus autem oculis inacceſſibilem, indicat nebula; quā ob rem Deus in nebula ſæpe deſcendiſſe, & veniſſe dicitur. vt, Nebula impleuit domum, & non poterant ſacerdotes ſtare, & miniſtrare propter nebulam: Impleuerat enim domum gloria Domini. & Dominus dixit, vt habitaret in nebula. Maieſtas. 3. Reg. 7. Ibidem.

Res, quæ omnino diſijci diſſipariqué poteſt, & euaneſcere, nebulæ ſimilitudine notatur. vt, Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua. Euaneſcentia. Iſai. 44.

Cælorum ſupernorū ſpecies, & proſpectus nebulæ ſimilis eſſe dicitur. vt, Sicut nebula texi omnem terram. Cælum. Eccleſ. 24.

Nebula turbinibus agitata, inutilem, & inconſtantem hominem apud D. Petrum ſignificat. 2. Pet. 2. Inconſtans.

TEMPESTAS.

TEMPESTAS perſecutionis & calamitatis, vltionis, atque omnis infeſtæ, & difficilis rei ſenſum ſignificat: qua in definitione pœnas etiam ferendas intelligimus. vt, Apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte opprimet eum tempeſtas. &, Morietur in tempeſtate anima eorum. &, Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum veniet. Hoc loco vltionem ſignificat vehementem, ſicut & in illo: Et dabo lapides prægrandes deſuper irruentes, & ventum procellæ diſſipantem. Perſecutio. Calamitas. Iob. 27. Iob. 36. Ierem. 23. Ezech. 13

Vim & potentiam inſuperabilem aliquando tempeſtas exprimit. vt, Dominus in tempeſtate, & turbine viæ eius. & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine auſtri. Vis magna Nahum. 1.

TVRBO.

TVRBO, iudicio diuino allatam vltionem aduerſus improbos, & ad proborum liberationem, ſignificat in arcanis definitionibus. vt, Quia ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ eius, reddere in indignatione furorem ſuum: & increpationem ſuam in flamma ignis. Et Dominus, in tempeſtate, & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius. Vltio. Iſai. 66. Nahum. 1.

Exercitus impetuoſus. Ierem. 4.

Exercitus impetuoſiſſimus, & inſuperabilis, his verbis turbinis, & tempeſtatis, deſcribitur: Ecce quaſi nubes aſcendet, & quaſi tempeſtas currus eius.

DE ANIMALIBVS.

CAP. LXXVI.

PRIMA omnium animantiū genera, piſces & aquatilium monſtrorum formæ, atque illis digniores etiam natura proximæ aues, & volatilia extitere, quæ liquidiores mūdi huius partes occupare, ornare, frequētareque poſſent: quorū natura omnis & humidior eſt, & aëris partē cū humiditate obtinet: caloris verò nō multū habet, ideoque frigus difficilius, quàm æſtū perfert, de quibus ſcriptū eſt: Dixitque Deus, Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli. Horum autem genera omnia non eſt nunc animus perſequi ad definiendum, ſed quædam tantùm adnotare ad ſacrorum ſermonum vſum opportuna. Geneſ. 1.

PISCES IN GENERE.

PISCIVM omniū natura muta eſt: nā cùm in aëre non reſpiret, vocem emittere non poteſt: eſtque hoc genus præter cætera animalia fecundiſſimum. Ex quo fit, vt ſacris libris copioſiſſima ſoboles *piſceſcendi* verbo, vt ita reddam ורדו Hebraicè indicetur. vt, Et creſcant in multitudinem ſuper terram. Hebraicè eſt, *Et piſceſcant*. Horū natura in aquis tantùm viuit, vnde aliquando petuntur deſcriptiones ad aquarum penuriam, vel temporum ſterilitatem indicandam. vt, Computreſcent piſces ſine aqua. &, Sed & piſces maris congregati ſunt. Ad manifeſtam Dei prouidentiam, & virtutem probandam, piſces etiam appellantur. vt, Narrabunt tibi piſces maris. &, Volucres cæli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Geneſ. 47. Tempora. Iſai. 50. Oſe. 4. Prouidētia. Iob. 12. Pſalm. 7.

Metaphoricè, & ex quodam metonymiæ vſu piſces pro populo frequenti Ægypti dixit Ezechiel. Et agglutinabo piſces fluminum tuorū ſquamis tuis: & proijciam te in deſertum, & omnes piſces fluminis tui. Populus frequens. Ezech. 29.

Extremum in omni animalium natura genus, & poſtremi ſenſus in comparationibus haberi piſces obſeruauimus. vt, Et commouebo à facie mea piſces maris, & volucres cæli, &c. &, Congregans volatilia cæli, & piſces maris. Hominum quoque copiam multam Deo probandam ſignificant piſces. vt, Erunt quoque piſces multi ſatis, poſtquam venerint illuc aquæ iſtæ. Ad hāc autem rationem alludens Chriſtus dicebat: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. &, Sagenæ miſſæ in mari, & ex omni genere piſcium congreganti. Poſtremū genus. Exech. 37. Sopho. 1. Hominum copia bona. Exech. 47. Mate. 1. Matth. 13.

Pro reptilium genere vſurpatur etiā piſcis. vt, Si petierit patrē filius piſcem, nūquid dabit ei ſcorpionem? Reptile. Matth. 7.

Atque vt hæc natura ex omnibus generibus animātium maximè bruta, & vocis expers eſt, ita etiam ad pertubatum, & politia carentem viuendi ſtatum ſignificandum adducitur. vt, Et facies homines velut piſces maris, & quaſi reptilia non habentia ducem? Temeritas. Habac. 1.

CETE SIVE DRACONES.

MAXIMVM, & vaſtiſſimum in mari genus Dracones ſunt, quos Scriptura cete quoque appellat: qua in natura Leuiathan excellit, animans ad diuinam prouidentiam oſtendendam cumprimis creata, cui maxima in mari libertas & licentia eſt vagandi, & cæteros piſces deuorandi: ſicut ſcriptum eſt, Hoc mare magnū, & ſpacioſum manibus, illic reptilia, quorum nō eſt numerus: animalia puſilla cum magnis: illic naues pertranſibunt, Draco iſte, quē formaſti ad illudendum ei. Pſal. 103.

Maximam potentiam, & vim, tyrannidemq; immodicam nomen ceti appellatum ſignificat. vt, Nunquid ego mare ſum aut cetus? &, Tu cōtribulaſti capita draconum in aquis. &, Conculcabis leonem & draconem. &, Rex Ægypti draco magne. &, Leoni gentium aſſimilatus es, & draconi, qui eſt in mari. Significat etiam allegoricos Luciferum mundi tyrānum, & omnes eius tyrannidis præcipuos principes. vt, In die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo ſuper Leuiathan ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum; & occidet cetum, qui in mari eſt. &, Ecce draco magnus, ruffus, &c. Tyrannis potentia. Iob. 7. Pſal. 77. Pſal. 90. Ezech. 29. & 32. Iſai. 27. Apocal. 12. 13. 16. & 20.

Dracones autem terreſtres aquaticorum naturę affines ſunt, immite genus, & ferum; conſortium hominum fugiens; veruntamen in vrbium ruinis libenter

Vastitas. commoratur. Quam ob rem euersionis, desolationis
Isai. 13. & solitudinis argumento est. vt, Replebuntur domus
Ierem. 49. draeorum draconibus. &, Aser erit in habitaculum dra-
conum. &, Babylon in habitaculum draconum. Hor-
Lamentatio. ribilis autem Draconum vox miseram & calamitiosam
Michæ. 1. lamentationem refert. vt, Faciam planctum velut dra-
conum.

SERPENS.

INVISA hominibus, & infesta serpentium natura est, animalium, præter cætera omnia terrestria, & marina genera viuacissimorum, & callidissimorum: sicut scriptum est. Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Et estote
Genes. 1. Matth. 10. prudentes sicut serpentes.

Mala mens Malam mẽtem, & malum animum, & rem aut per-
Matth. 23. sonam nocentem serpens significat. vt, Serpentes, & ge-
nimina viperarum. &, Nunquid pro pisce serpentem
Luc. 11. dabit? Summum periculum ab hostibus, idque per
Periculum insidias allatum, serpentium nomen indicat: sicut scri-
Ierem. 7. ptum est. Quia ecce ego mittam vobis serpentes regu-
Amos. 9. los, quibus non est incantatio. &, Mandabo ibi serpen-
Eccl. 10. ti, & mordebit eos. &, Si mordeat serpens in silentio,
nihil eo minus habet, qui occultè detrahit.

Porro serpens diabolum humani generis acerrimum
Diabolus & nocentissimum hostem illum significat, qui explica-
Genes. 2. tionis causa antiquus serpẽs dicitur. vt, Serpens erat cal-
2. Cor. 11. lidior, &c. &, Sicut serpens Heuam seduxit. Et serpẽs antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas.

COLVBER.

Insidiæ COLVBER, insidiatorem, & nocentem, oppresso-
Nocumentum. rẽque significat: vt, Fiat Dan coluber in via. &, Ingre-
Genes. 49. ditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber. &,
Prouerb. 23. Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. &, Si ingre-
Eccles. 10. diatur domum, & admoueat manum suam super pa-
Amos. 5. rietem, & mordeat eum coluber.

SCORPIO.

Negocia laboriosa Inutilia. SCORPIONVM oua, negotia laboriosa, & inutilia,
Isaia. 59. ipsisq. auctoribus nocentia indicant. vt, Oua aspidũ siue
scorpionũ ruperunt. Sunt enim scorpiones venenatæ ac
Ezech. 2. malignæ naturæ, eiusmodiq. ingenia indicant hominũ,
Malignum negotium. atque adeo dęmonum malorum studia artesque signi-
Luc. 11. ficant, s. s. e. Quoniam incredulı, & subuersores sunt
tecum, & cum scorpionibus habitas. &, Si petierit ouũ,
Luc. 10. nunquid illi porriget scorpionem? &, Dedi vobis pote-
Apocal. 9. statem calcandi super scorpiones, & serpentes. &, Data
est illis potestas, sicut habent potestatẽ scorpiones terrę.

RANÆ.

Pseudoprophetæ. RANÆ immunda animalia, & loquacia pseudopro-
phetas significant. s. s. e. Et vidi de ore draconis, & de
Apocal. 16. ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ spiritus tres im-
mundos, in modum ranarum.

AVES VOLVCRES.

CAP. LXXVII.

MVLTIPLEX auium genus est & cæterarum animantium, quæ pennis vtuntur; omnibus autem communis est sobolis numerositas. Nam quæ infecundissimæ habentur, singulis tamen annis nec minus quàm geminos pullos procreant: sicut scriptum est.
Genes. 1. Auesque multiplicentur super terram. Sunt autem in auium genere quædã feræ, rapaces, & carniuoræ; quædam verò mitiores, moribus omnino dissimiles. Quam ob rem varios hominum mores vtraque pars refert. Atque ex hac re factum est, vt mitiores ad sacrificia peterentur, alijs reiectis, idq. non sine arcana significatione, quod in esu ipsarum etiam est obseruãdum. Ex hoc genere comparationes ac similitudines sumuntur, & aliæ etiam petuntur ad sermonem rationes.

Dexterias Ex celeritate motus, & volatus, qua hoc genus præter cæteras omnes animantium naturas valet: sicut scriptum est, Homo natus ad laborem, & auis ad volatũ: fit vt ministerij celeritas huiusmodi imaginibus Iob. 5.
indicetur. vt, Vocans ab Oriente auem, & de terra Isai. 46.
longinqua virum voluntatis meæ.

Instabilitas, & sedis ac mansionis incertitudo, atque Instabilis.
paupertas, auium similitudine ostenditur. vt, Sicut auis Isai. 16.
fugiens, & pulli de nido auolantes, sic erunt filię Moab Matth. 7.
in transcensu Arnon. &, Vulpes habent foueas, & volu- Ezech. 7.
cres cæli nidos. &, Ephraim quasi auis auolabit.

Vagos, aduenas, & ignotos etiam significat auis, vt, Aduena.
Ita & volucres cæli veniant & habitent in ramis eius. &, Osee. 9.
In ramis eius conuersabũtur omnes volucres cæli. Quia Matth. 13.
& aues cæli portabunt vocem tuã: & qui habent pen- Daniel. 4.
nas, annuntiabunt sententiam. Eccl. 10.

Volucres cæli diabolum aliquãdo significare docuit Diabolus.
Christus Dominus. Charitatis, & affectus, & curæ Matth. 13. Charitas.
erga suos imaginem imitantur aues. vt, Quoties volui Luc. 13.
congregare filios tuos, quemadmodum congregat auis
nidum suum! &, Sicut aues volãtes, sic proteget Domi- Isai. 31.
nus filios Israel, &c.

Sæpe autem auium rapacium commemoratio magnam stragem, & sepulturæ defectum portẽdit. vt, La- Strages. Genes. 40.
cerabunt volucres carnes tuas. &, Qui mortuus ex Ba- 3. Reg. 16.
sa fueritin regione, comedent eum volucres. &, Feris
auibus, omniq. volatili, & bestijs terræ dedi te ad deuo- Ezech. 39.
randum. &, Clamaui voce magna dicens omnibus aui- Apoc. 19.
bus, quæ volabant per medium cæli, Venite, & come-
dite. Auium defectus loci vastationem significat. vt, Ierem. 9.
A volucre cæli vsque ad pecora transmigrauerunt.

Porro quarundam auium naturam indicantes, quæ Solitudo.
ex his sumuntur comparationes, adnotabimus.

AQVILA.

FORTISSIMA, & robustissima in auium genere, & velut regina, Aquila est in rapacium natura enumerata: sicut scriptũ est, Aquilam scilicet, & gryphen, &c. Deut. 14.
Estque in eo genere cæterarum omnium velocissima, & quæ volatu in superna omnium altissimè contendat: sicut scriptum est. Nunquid ad præceptum tuum
eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? Iob. 39.

Præsidij, & tutelæ significationem habet Aquila. vt, Tutela.
Quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & Exod. 19.
assumpserim mihi. &, Sicut aquila prouocans ad vo- Deut. 32.
landum filios suos, & super eos volitans.

Celeritatem in conficienda re, & dexteritatem Celeritas.
etiam significat aquilæ volatus. vt, Adducet super te Deut. 27.
Dominus gentem de longinquo, & de extremis terræ
in similitudinem aquilæ volantis cum impetu. &, 2. Reg. 1.
Saul & Ionathan aquilis velociores canebat Dauid. &, Ierem. 4.
Velociores aquilis equi eius. &, Quasi aquila super Osee. 7.
domum Domini.

Propter singularem mutandæ plumę naturam symbolum est Aquila magnæ tristitiæ primùm, deinde in-
staurationis rerum secundarum. vt, Dilata caluitium Mich. 1. Mæstitia.
tuum vt aquila. &, Renouabitur vt aquilæ iuuentus Psal. 102.
tua.

Rapaces & auidi atque lucro inhiantes, & prædæ, Rapacitas.
aquilarum nomine, significantur. In ea enim re cæte-
ras aues aquilæ antecellunt: sicut scriptum est, Per- Iob. 9.
transierunt, quasi naues poma portantes, & sicut aqui-
la volans ad escam. &, Comedant eum filij aquilæ. Prouerb. 30.
&, Volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Habac. 1.
&, Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & Matth. 24.
aquilæ. Huius vitij vitandi causa, aquila in esu car-
nium prohibetur: sicut scriptum est. Aquilam scilicet Deut. 14.
& gryphen.

Aquila regium symbolũ est, vnde & Babylonicũ re- Regnum.
gnũ aliquando Aquilæ nomine significatũ est. vt, Aqui- Ezech. 17.
la grandis magnarũ alarum, longo membrorum ductu.
&, Leęna illa, quæ alas habebat aquilæ, Danieli visa. hoc Daniel. 7.
significabat: atq. ita interpretatus est Esdras: Aquilam, 4. Esd. 11.
quam vidisti ascendentem de mari, hoc est regnum,
quod visum est in visione Danieli fratri tuo.

Aliquan-

Aegypti regnum. Ezech. 17. Apocal. 7.12 & 4.

Aliquando regnum Aegypti, vt apud Ezechielem. Et facta est aquila altera grādis magnis multisque plumis. In Apocalypsi duobus locis aquila regnum; tertio autem magis arcanam rem significat.

ACCIPITER.

Ex rapacibus auibus accipiter quoque est: singulis annis mutat plumas: sicut scriptum est. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandēs pennas suas ad austrum? In feritatis igitur detestationem in ciborum vsibus repudiabatur: sicut scriptum est, Accipitrem iuxta genus suum.

Iob. 39. Feritas. Leuit. 11.

PASSER.

Vtilis auis ex mansuetiori genere passer est, certa sede carens, & loca mutans, inter munda genera computatus, imbellis omnino, & qui nullum aliud genus lædat. Quam ob rem non sine magna significatione humanæ naturæ ad sacrificia expetebatur. Est autem vtilis, & esui aptus.

Leuit. 14.

Significat autem in comparationibus humilitatem à potentia & superbia alienam, deinde paupertatem, & solitudinem, atque diuinæ prouidentiæ & præsidij expectationem. vt, Multi dicunt animæ meæ, transmigra in montem sicut passer. Et factus sum sicut passer solitarius in tecto. &, Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.

Humilitas. Paupertas. Psal. 10. Psal. 101.

Vagatio. Proverb. 26. Matth. 10. Vilitas.

Vagationem, & loci incertitudinē. vt, Sicut auis ad alta transuolans, & passer quolibet vadens. Res vtilis, tamen vilis pretij, passeris nomine dicitur. vt, Nonne duo passeres asse veneunt, &c.

STRVTHIONES.

QVÆDAM auium genera sunt, quæ in desertis, & desolatis atque aridis, & incultis locis agunt, suoque cantu vastitatem ipsam indicantes horridiorem reddunt. In his connumerantur quædam, quibus Hebraicum nomen est עיים à siccitate deductum, & qui appellantur בְּנֵי יַעֲנָה, quos nō incubare ouis excludēdis aiunt. Latini filios struthionis interpretantur. Hoc genus, & vastitatem & tristitiam, horrorem & suorum etiam negligentiam significat, & ideo inter vetitos cibos enumeratur. Horum rationum exempla sunt. Frater fui draconum, & socius struthionum. &, Habitabunt ibi struthiones. &, Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto.

Vastitas. Mœstitia. Deut. 14. Iob. 30. Isai. 13. Thren. 4.

COLVMBA.

COLVMBA domestica ac familiaris auis, omnium generum simplicissima est, facillimeque seducitur, metu maximè omnium terretur, & tamen aucupem ad proximum spatium expectat, neque ferè periculum cauere nouit, antequam sentiat. Vnde ab Hossea dictum est. Ephraim quasi columba seducta, non habens cor. magna in volando contentione valet, ita vt quamlongissimè auolet, & reuolet. Quam ob rem à Noe emissa est ex arca post coruum, causa cognoscendi num aliqua terræ pars à diluuio iam libera esset. Cantu querelā, & gemitum imitatur, vbi quiescit, cogitabundorum habitum præfert: est in simplicium, & innocentum atque mūdarum auium definitione, ideoque & sacrificijs, & cibis apta non sine arcana significatione: sed geminæ perpetuò ad sacrificia petūtur mas, & fœmina, ea ratione, qua homo interior & exterior Deo simul sacrificari debent; quoniā hoc genus maris & fœminę societatem præcipuè obseruat. Volatū celerem, & fugam lōgissimā in comparatione indicat columba. vt, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Ecce elongaui fugiens, &c. &, Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?

Hosse. 7. Genes. 7. Leuit. 1. Celeritas. Psalm. 54. Isai. 60.

Amor. Fides. Cantic. 1. Cantic. 2. Ecclesia. Canti. 5. 4. Esd. 2.

Amoris fideiq. cōmunis ac reciprocæ symbolum est columba in Cāticis. Oculi tui columbarum. Et columba mea, formosa mea. &, Vna est columba mea. Estque Ecclesiæ imago eadem: Soror mea columba mea. ita Esdras exposuit: Ex omnibus auibus nominasti tibi columbam vnam.

Mœstitiæ & cogitationis atque metus descriptionem ostendunt columbæ. namque in fenestris meditabundæ videntur. Nidificant autem in rupium foraminibus sobolis conseruandæ causa, & metu omnium auium rapacium & aucupum; quibus expositæ ad prædam sunt. Quæ verò in locis apertioribus & liberioribus agunt, certius expectant periculum. Ob has res illa exempla leguntur. Estote quasi colūba nidificans in summo ore foraminis. Et erunt in montibus quasi columbæ conuallium, omnes trepidi. Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba. Quasi columbæ meditantes gememus. Simplicitatem & innocentiam hæc auis præter cæteras refert. Quam ob rem à Christo præceptum nobis est: Estote simplices sicut columbæ. Hoc autem expressit Spiritus sanctus in columbæ specie super Christo in aëre visus.

Mœstitiā do. Ierem. 47. Ezech. 7. Psal. 37. Isai. 57. Matth. 10. Simplicitas. Iohan. 1.

TVRTVR.

TVRTVR proximum, & affine columbis genus, societatis maritalis fidem colit, & perpetuò seruat; gemit potius, quàm cantet. Eiusdem in sacrificijs, & in cibis vsus. Peregrina auis est, & peregrinum hominē significat. vt, Turtur inuenit nidum, vbi reponat pullos suos. Est etiam prouidentiæ & cognitionis symbolū. vt, Turtur & hirundo, & ciconia cognouerunt tempus suum. Verisque signum aduenientis. vt, Vox turturis audita est in terra nostra.

Leuit. 1. 5. Psal. 73. Peregrinus. Prouidentia. Ierem. 7. Cantic. 2. Vers. 12.

GALLINA, GALLVS.

DOMESTICA, & familiaris auis gallina est, atque adeo vtilis, quæ simul cum gallo familiam aliquam refert non malè curatam, sed gallus arrogantiam quamdam præ se fert: sicut scriptum est. Tria sunt, quæ bene gradiuntur: Gallus succinctus lumbos suos. Hic diei, & noctis partes cognoscit & voce indicat. Namque meridiem & noctis medium denuntiat: sicut scriptum est, Quis dedit gallo intelligentiam? Quam ob rem ab iter facientibus, & nauigantibus temporis indicandi causa asportari solet: sicut scriptum est: Quemadmodum asportatur gallus gallinaceus. Vnde, & peregrinationis imaginem exprimit. Galli cantus certam temporis horam notat. vt, An galli cantu, an mane. &, Priusquam gallus bis vocem dederit, ter me negabis. &, Statim gallus cantauit. Gallina autem curæ, & affectus & solicitudinis erga suos symbolum est. vt, Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos, sub alis. &, Sub vmbra alarum tuarum protege nos. Et ita vos collegi, vt gallina pullos suos sub alas suas.

Proverb. 30. Iob. 38. Isai. 22. Peregrinatio. Marc. 13. Luc. 22. Tempus certum. Iohan. 17. Matth. 23. Cura. 4. Esd. 1.

PERDIX.

PERDIX cibi causa expetitur, ideoque aucupem timet maximè, quem non nimium fugere potest, propterea quòd nec volatu valet lōgo, nec pedibus ad currendum sit velocissimis; quam ob rem latibula quærit. In similitudinem autem affertur hominis afflicti, & exagitati à potentioribus magna contentione: sicut scriptum est, Sicut persequitur perdix in montibus. Nonnunquam diuitiarum alienarum malesuadam appetentiam, & iniustam possessionem perdix significat. vt, Perdix fouit quæ non peperit.

Afflictio. Pressura. 1. Reg. 26. Auaritia. Ierem. 17.

HIRVNDO.

HIRVNDO peregrina auis est, quæ certa tempora anni ad migrandum obseruat. Vnde ad certam muneris cuiusque & officij obseruationem ostendendam appellatur, vt ciconia etiam. vt, Turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus suum. Expectationis, & desiderij symbolum hirundinum pulli sunt. vt, Sicut pullus hirundinis, sic clamabo.

Prouidētia. Ierem. 7. Expectatio. Isai. 37.

CICONIA.

CICONIA peregrina auis temporis opportuni prouidentiam imitatur, & docet: sicut scriptum est. Turtur & hirundo, & ciconia custodierunt tempus suum.

Prouidētia. Ierem. 7.

VOLARE.

VOLANDI verbũ celeritatẽ humana maiorẽ, vltra omnem comparationem significat, S. S. E. Et ascendit super Cherubim, & volauit super pennas ventorum. &, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? &, Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere. Quia facient sibi pẽnas quasi aquilæ, & volabunt in cælum. &, Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?

Celeritas. Psal. 17. Psal. 54. Prouerb. 33. Isai. 60.

OVVM.

OVA diuitias & fortunas populorũ significãt, S. S. E. Et sicut colligunt oua, quæ relicta sunt: sic ego vniuersam terrã congregaui, & non fuit, qui moueret pennã.

Diuitiæ. Isai. 10.

Cura, cogitationis, & intenti studij significationem indicãt oua ex similitudine auium aut reptilium à quibus fiunt & fouentur, S. S. E. Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt. hoc loco magnum studium, & auctoribus ipsis inutile, alijs verò pernitiosum significatur, vt inferiùs explicat Propheta: Qui comederit ex ouis eorum, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum.

Cogitatio. Cura. Isai. 29.

Aliquando rem vtilem & salubrem significat ouum. vt, Si filius patrem petierit ouum, nunquid porriget ei scorpionem?

Vtilis res. Luc. 11.

ALÆ, PENNÆ.

ALÆ & pennæ, ad volandum datæ sunt volucribus, S. S. E. Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo? Celeritatem autem significat: vt, Habebat alas, velut alas miluij. Et spiritus in alis earum.

Volatus. Psal. 54. Zach. 5.

Significat etiam protectionem efficacem, & tutelã, pro rerum necessitate, & temporum vsu opportunam. Namque fortiores aues vt aquilæ, pullos suos, quos alis fouent & tuentur, mutare possunt in loca commoda, & tuta, S. S. E. Expandit alias suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. &, Sub vmbra alarum tuarum protege me. &, Quoties volui congregare filios tuos, vt congregat gallina pullos suos sub alis.

Tutela. Deut. 32. Psalm. 16. Matth. 23.

Alæ per metonymiam velorum nauis imaginem, & nauigationis significationem habent; vt, Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ. &, Quatuor orbis plagas, terræ alas dixit Ezechiel.

Vela. Nauigatio Orbis partes. Isai. 18. Ezech. 7.

PENNÆ.

PENNÆ ad velocissimam fugam significandam inducuntur, S. S. E. Quia facient sibi pennas quasi aquilæ, & volabunt in cælum. &, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? & ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. &, Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris.

Fuga. Prouerb. 23. Psal. 54. Psalm. 138.

Protectionem, & tutelam aliquando pennarum nomine interpretamur. vt, Si ego vniuersam terram congregaui, & non fuit, qui moueret pennam. &, Sub pennis eius sperabis.

Protectio, tutela. Isai. 10. Psalm. 90.

INSECTORVM GENERA QVÆDAM.

CAP. LXXVIII.

APES insectorum omnium generosissimum est, & efficiẽtia vtilissimum, exiguo corpore, tamen prudentissimo, & admirabili sensu politicæ vitæ, & ciuitatis instar habet, & in commune laborat; mel conficit omnis dulcedinis extremum: sicut scriptum est, Breuis in volatilibus est apes, & initium dulcoris fructus eius.

Eccles. 11.

In sermonum similitudinibus apes, magnam, & contentiosam multorum hominum vim, & conspirationem ad aliquem alium exagitandum, & molestandum indicat: sicut scriptum est. Egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, obuiam veniens persecutus est vos sicut solent apes persequi. &, Circundederunt me sicut apes. &, In die illa sibilabit Dominus api, quæ est in terra Assur. hic frequentem quoque exercitum significat.

Cõspiratio frequens. Deut. 2. Psal. 117. Isai. 7.

MVSCA.

MVSCA infestum insectum est, & detrimentum, calamitatem & corruptionem affert, & significat; sordidosque homines imagine refert, inter plagas numeratur: sicut scriptum est. Et venit musca grauissima in omnem terram Ægypti, corruptaque est terra ab huiusmodi muscis. &, Muscę morientes perdunt suauitatem vnguenti. Et exercitum innumerabilem atque infestissimum illo loco significat. Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti.

Plaga. Exod. 7. Eccles. 10. Exercitus. Isai. 7.

CVLEX.

CVLICEM pro exiguo & leui vitio, & minus infesto animi morbo, protulit Christus. Excolãtes culicem, & deglutientes camelum.

Vitium exiguum. Matth. 23.

LOCVSTA.

LOCVSTA inter plagas recensetur infestissimas, & nimiũ nocentes; breuis tamen est vitæ animal, & quod contento itinere in exitium tendat: sicut scriptum est. Sicut vmbra cùm declinat, ablatus sum, & excussus sum sicut locustæ. Ex hac natura quædam genera comeduntur, cuiusmodi victum tenuem, & facilè parabilem Iohanni Baptistæ Euangelistæ ascribunt.

Psalm. 107. Leuit. 11. Matth. 3.

Est autem locusta signum calamitatis magnæ Dei consilio ad correptionem hominum allatæ. vt, Ego inducam cras locustam. &, Sementem multam iacies in terram, & pauca congregabis, quia locustæ deuorabunt omnia. &, De fumo putei exierunt locustæ in terram, & data est illis potestas, &c. &, Residuum locustæ comedit bruchus.

Calamitas. Exod. 10. Deut. 27. Apocal. 9. Ioel. 1.

Multitudinem hominum nimiam, & nocentem significat locusta. vt, Multiplicati sunt super locustas, & non est eis numerus. &, Veniebant cum tabernaculis suis, & instar locustarum vniuersa complebant. &, Custodes tui quasi locustæ. Et paruuli tui quasi locustæ locustarum. Significat etiam officiorum, & actionum societatem cõstantem sibi ipsi & certam. vt, Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas.

Frequentia. Ierem. 46. Iudic. 6. Nahum. 3. Societas. Prouerb. 30.

ARANEA.

ARANEA perpetuo labore consumitur raro & exiguo fructu potita; eosque significat, qui in leuissimis rebus, & curis vitam impendunt aliâs breuem & ærumnis plenam. vt, Tabescere fecisti, sicut araneã, animam meam. &, Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Aranearum telę magnum laborem in rebus inutilibus magna spe, sed frustra positũ significant. vt, Nõ placebit ei vecordia sua, & sicut tela araneæ spes eius. &, Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt. &, Quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ.

Vita laboriosa. Psal. 37. Spes inanis. Psal. 79. Iob. 7. Isai. 59. Ose. 8.

CARIES.

CARIES calamitatem, & internecionem paulatim afferendam significat. vt, Ego ero quasi tinea Ephaim, & quasi putredo domui Iuda. Illud *putredo* Hebraicè *caries* est.

Calamitas. Internecio. Ose. 5.

ANIMALIA QVADRVPEDIA.

CAP. LXXIX.

OMNIVM animantium naturæ in quatuor genera summa à sacris auctoribus diuidũtur. Ea sunt בהמה, quod animal dicunt Latini: עוף, quod volatile dicimus: רמש, quòd calcatile: & שרץ, quod motabile vertere possumus. Ad primum genus omnes quadrupedes referuntur: Ad secundum pennatarum omnes species: Ad tertium verò minorum animantium & humilium, quæ quatuor quidem pedibus mouentur, & terram calcant, sed eam proximè contingunt, vt mures, ranæ, bufones, rubetæ. Quarti verò generis illa sunt, quæ vel quaternis vel pluribus etiam pedibus procurrunt, rependo tamen magis quàm calcãdo.

In qua

In qua definitione ſerpentes, viperę, lacerti, ſtelliones, & omnes in vniuerſum beſtiolarum, & vermium formæ continentur; quorũ omnium ferè natura in arcanis ceremoniis & ritibus immunda cenſetur. Ac de tribus quidẽ poſtremis generibus nonnihil diſſeruimus: nunc deinceps primum genus tractabimus, quod duabus etiam partibus diſtinguitur. Altera propriè eſt manſuetioris naturæ animantium, quæ paſtu & terræ fructibus aluntur, ſiue illa hominibus familiaria, ſiue ſylueſtria ſint: cuiuſmodi ſunt Armenta, pecora, cerui, capreæ, vri & alia. Altera verò ferarum, & earum, quæ raptu & ſanguine viuunt, aut carnibus veſcuntur; qualia leones, tygrides, pardi, lupi, vulpes, canes & feles commemorare poſſumus. Illa prior pars totius generis nomen commune בהמה ſibi vſurpare ſolet. hæc poſterior חיה propriè, hoc eſt viuens ſiue animans dicitur: noſtri Interpretes interdum beſtiam, nonnunquam etiam feram vertunt.

ANIMAL. בהמה

PRINCIPIO Behema omne animal à rationis vſu alienum ſignificat. Quam ob rem ſerpens ex Deo audiuit: Maledictus tu inter omnia animantia & beſtias terræ. &, Deleuit omnem ſubſtantiam, quæ erat ſuper terram, ab homine vſque ad pecus. & perpetua eſt hæc diſtinctio hominis & בהמה in ſacris libris. In hoc genere duæ adhuc definitiones obſeruantur: altera animalium mundorum; cuiuſmodi ſunt, bos, ouis, capra & ceruus: altera immundorum, vt equi, aſini, muli, ſuis, & leporis, quorum omnium rationes & naturas Noacho exploratas fuiſſe conſtat. Vtrumque genus affertur ad ſimilitudines & comparationes hominum peruerſi iudicij, & qui de rebus ex opinione magis & ſenſu, quàm ex ratione ac veritate ſtatuunt. vt, Quid reputati ſumus vt iumenta, & ſorduimus coram vobis? &, Qui docet nos ſuper iumenta terræ, & ſuper volucres cæli erudit nos. &, Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. &, Vt iumentum factus ſum apud te.

Geneſ. 3. *Geneſ. 7.* *Geneſ. 7.* Stultitia. Fatuitas. *Iob. 17.* *Iob. 35.* *Pſalm. 47.* *Pſalm. 72.*

Huius generis animalium defectus extremam vaſtationẽ ſignificat: vt, Adhuc audietur in loco iſto, quem vos dicitis eſſe deſertum, eò quòd non ſit in eo, nec homo nec iumentum in ciuitatibus Iuda & foris Ieruſalem, quæ deſolatæ ſunt abſque homine, & abſque habitatore & abſque pecore. &, Vaſtabit terram hanc, & ceſſare faciet ex ea hominem & iumentum. Gentes à Lege & certo notitiæ Dei vſu alienas ſignificat allegoricos nomen hoc, addito agri nomine. vt, Sed & beſtiæ agri, quaſi area ſitiens imbrem, ſuſpexerunt ad te. &, Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt ſpecioſa deſerti. Et vaſtitas animalium deterrebit eos.

Vaſtatio. *Ierem. 33.* *Ierem. 36.* Exlex. *Ioel. 1.* *Ioel. 2.*

ANIMANTES.

ANIMANTIVM natura inimicarum mutua pax, temporum felicitatem & tranquillitatem maximã ſignificat. vt, Lupus & agnus paſcentur ſimul: ſic leo & bos comedent paleas.

Felicitas. *Iſai. 65.*

Deſolatio. Vaſtatio. *Iſai 34.*

Animantia ſilueſtria, in vrbibus habitantia, loci vaſtationem arguunt: vt, Ibi habuit foueam ericius. Et enutriuit catulos, & circumfodit, & fouit in vmbra eius: Illuc congregati ſunt milui.

Imperia. *Daniel. 7.* Nationes. *Acton. 10.*

Animalia fera quatuor, regna quatuor ſiue orbis imperia apud Danielem ſignificant. Animalia varia varias gentes & orbis terræ nationes interpretatus eſt D. Petrus. Et animalia immũda gentes idolorum cultrices.

BOS.

IN hoc autem animalium genere primas tenet bos, hominibus ad multa vtilis; ſiquidem & agris colendis, & curribus, oneribuſque trahendis iuuare, & horum femellæ lacte paſcere poſſeſſorem poſſunt: & occiſum etiam hoc animal, mundum, eſuique aptum habetur. Conſtat autem minori ſumptu & negligentiorem cuſtodiam ſui fert: ſicut ſcriptum eſt. Et leo quaſi bos comedet paleas. Et fœnum vt bos comedet. Quas ob res omnes inter præcipuas diuitias in re ruſtica hoc genus habetur: ſicut ſcriptum eſt. Habeo boues & aſinos, & ſeruos, & ancillas. &, Fuere ei boues & oues & aſini. Et boues eorum craſſæ. Eſt autem bos certa alicuius res & poſſeſſio propria, nimirũ eius, à quo alitur, cuius vſus ad ipſum tantùm ſpectat, neque vſurpari ab alio ſine iniuria poteſt. vnde Samuel aiebat, Vtrum bouem cuiuſquam tulerim aut aſinũ. &, Nõ concupiſces, &c. Non bouem, non aſinum. Boues ſiue vaccę, eò quòd ſemel per annum pariant, & anni etiam labores atque agri culturæ opus adiuuẽt, annorum ſymbola ſunt apud ſomniorũ coniectores, vt ex Pharaonis ſomnio conſtat.

Iſai. 11. *Daniel. 4.* Diuitiæ *Geneſ. 32.* *Geneſ. 12.* *Pſal. 143.* Bos. *1. Sam. 12.* *Deut. 5.* Annus. *Geneſ. 41.*

Bos cornupeta nocens animal ſignificat, non tamen ad nocendum natum, ſed ex propria prauitate ad id adductum, atque allegoricos hominem nocentem, cùm tamen nocere ab hominis natura ſit alienum. Vnde illa præcepta ſunt de boue cornupeta vitando & cuſtodiendo, atque inhibendo, ac nonnunquã puniendo.

Nocumentum. *Exod. 21.*

Argumento ex contentione ducto ſignificat bos rem alienam, quam opportunè adiuuare debeamus. vt, Nõ videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem; & præteribis. &, Si videris aſinum fratris tui, aut bouem cecidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſubleuabis cum eo. &, Cuius veſtrum aſinus aut bos cadet in foueam.

Alienum. *Deut. 5.* *Luc. 14.*

Bos triturans hominem ad alterius commoda laborantẽ & intentum. vt, Non ligabis os bouis triturantis.

Deut. 25. *1. Cor. 9.*

Illud etiam ex comparatione dictum eſt: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſrael non cognouit, &c. Ad hanc comparationis etiã rationem illud pertinet. Boues & pecora non guſtent quicquam, & iumenta clament ad Dominum in fortitudine.

Seruitus. *Iſai. 1.* *Ionæ. 3.*

VITVLVS.

VITVLVS ſaginatus populum opulentum, exciſioni tamen iudicio diuino deſtinatum interpretamur. S. S. E. Mercenarij quoque eius, qui verſabantur in medio eius, quaſi vituli ſaginati verſi ſunt: & fugerunt, nec ſtare potuerunt, quia dies interfectionis eorum venit. Vituli & tauri, principes & potentes, & ſuperbi dicuntur. vt, Quoniam effuſi eſtis ſicut vitulus ſuper herbam, & mugiſtis ſicut tauri. Et hoſtes fortes & feri vituli dicuntur. vt, Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obſederunt me.

Populus damnatus. *Ierem. 46.* Principes. *Ierem. 50.* Inimici. *Pſal. 21.*

OVIS.

OVIS animal natura ſua vtile, omni ex parte innocens, præterea & mite, quod cura indiget paſtoris, aliâs periturũ facilè, & erroribus ac periculis obnoxium; ſignificat autem homines quales eſſe oporteret, quos libenter Deus in ſuam cuſtodiam tutelamque recipiat, S. S. E. Ite potius ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Et attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Et ſi fuerint alicui centum oues; & errauerit vna ex illis, nonne relinquet nonaginta nouem in deſerto, & quæret illam, &c. Hoc loco & multis aliis peculiaris & delectus populus oues dicuntur. vt, Et ſtatuet oues quidem à dexteris ſuis. Oues etiam ſimili tropo diſcipulos interpretamur. vt, Ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor ponit animam ſuam pro ouibus. Oues ſine paſtore homines recto conſilio deſtitutos, & rectore commodo carentes, exponimus. vt, Vidi vniuerſum Iſrael diſperſum in montibus, ſicut oues abſque paſtore.

Homines. *Matth. 10.* *Matth. 7.* *Matth. 18.* Populus peculiaris. *Matth. 25.* Diſcipuli. *Iohan. 10.* Conſilij inopia. *Paral. 18.*

Oues etiam ex mũdorũ animaliũ genere ſunt, lana, lacte & carne hominibus vtiles, atque in optimarum diuitiarum, & ſimpliciſſimi, atque innocentiſſimi quęſtus cenſu ſcribuntur. Quam ob rem Abel ouium paſtor fuiſſe dicitur. Idque obſeruarunt Abraham, Iſaac & Iacob cum filiis omnibus, qui ſeſe paſtores ouium profitebantur. Eſt autem ſimpliciſſimum animal & innocentiſſimum, ideoque inter mundas & innocentes

Diuitiæ ſimplices. *Geneſ. 4.* *Geneſ. 12.* *Geneſ. 29.* *Geneſ 47.*

pecudes primum obtinet gradum. vt, Tanquam ouis ad occisionem ductus est. Significat igitur hominem simplicem atque vtilem, & officiosum erga alios, innocentem pariter & purum. Quam ob rem primogenitus asini oue redimitur in ceremoniis antiquis.

Isai. 53. Innocentia. Officium. Exod. 34.

Hoc genus maximè omnium cura diligentiaque indiget hominum, ideoque populum significat: cui si diligens & sedulus desideretur rector, perit prorsus, & in vitia dilabitur, atque in exitium tendit. Est autem hæc translatio in sacris libris illustris & multis exemplis nota. vt, Ne sit populus Domini sicut oues absque pastore. &, Vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? &, Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos. &, Erraui sicut ouis quæ periit. Quære seruum tuum Domine. Et omnes nos quasi oues errauimus.

Populus. Numer. 27. Ierem. 13. Psal. 117. Isai. 53.

Oues pingues ditissimi in populo homines dicuntur. vt, Pinguissimum pecus assume, compone quoq; strues ossium sub ea. Et oues eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis. Oues occisionis, homines ad pœnas ferendas ex diuini iudicij sententia iustissima traditi. vt, Dedisti nos tanquam oues escarum. & Æstimati sumus sicut oues occisionis. Cùm de ouibus mentio fit, Deus pastorem & custodem refert, qui suæ curæ mercedem exigit, virtutum, pietatisq; exercitationem & bonorum operum cumulum. vt, Et dixi ad eos, si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam; & si non, quiescite. Ouium pastus in loco desolationem & vastitatem significat. vt, Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt, & requiescent ibi, & non erit qui exterreat.

Diuites. Ezech. 24. Psal. 143. Damnati. Psal. 43. Zach. 11. Vastitas. Isai. 17.

ARIES.

ARIES in ouium grege masculus stupida natura, sed petulantiori, quàm fœmina, est capitosum animal, & erga debiliores sui gregis violentum, salax quoque & contentiosum. Ideoque non sine significatione ad sacra adhibetur, in quibus adeps præcipuè incenditur & armi: atque in sacrificiis pro peccato duo arietes offerebantur; sed discrimen est inter immaculatum arietem, & maculis notatum, de quibus aliquando opportunè dicere dabit Deus. Sunt arietes in Basan optimi.

Leuit. 4. Deut. 32.

Solet autem arietum nomen pro principibus & potentibus atque tyrannis vsurpari. vt, Carnes fortium comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis.

Principes. Ezech. 39.

Arietem cornu omnia petentem & ventilantem, quem Daniel vidit, regnum Persarum est interpretatus. Arietem verò bicornem, Persarum & Medorum exposuit.

Persarum regnum. Daniel. Persæ & Mædi.

AGNVS.

AGNVS, vltra naturæ simplicitatem, ætatis etiam imperitiam habet. Quam ob rem simplicissimus & innocentissimus est. Id quod tum lusu & saltu, tum etiam errore declarat. Namque intrepidè cum coæqualibus colludit; nihil nocens cuiquam, sed quadam quasi saltatione gestiens. Cùm verò errat, perturbatus omnino, atque ducis desiderio maximè affectus esse videtur. Vagatur autem nimium, & quò cursum intendat nescit. Ex quo fit, vt in innocentis & miseri, atque errantis vel populi, vel hominis cuiuspiam similitudinem vocetur. Magnæ lætitiæ & gesticulationis similitudinem explicuit Vates. Montes exultastis, vt arietes, & colles sicut agni ouium. Simplicitatis verò & ignorantiæ imaginè optimè Sapiens expressit. Quasi agnus lasciuiens & ignorans, quòd ad vincula stultus trahatur. &, Nunc pascet eos Dominus quasi agnum in latitudine. Simplices & puri, innocentes ac iusti homines, agni dicuntur. Et pascentur agni iuxta ordinem suum. Et habitabit lupus cum agno. Pascetur in possessione tua in die illo agnus spaciosè. &, Ego mitto vos sicut agnos in medio luporum. Populum quoque pium & nouam Ecclesiæ sobolem referunt agni: sicut scriptum est. Pasce agnos meos.

Simplicitas. Error. Psal. 113. Lætitia. Ignorantia. Prouerb. 7. Ose. 4. Innocens. Isai. 5. Isai. 11. Isai. 30. Luc. 10. Iohan. 21.

Iesum Christum Dei Filium ad totius humanæ naturæ expianda peccata à patre destinatum & missum Agnum Dei sacri auctores appellarunt: qui quasi agnus coram tondente se obmutuit. &, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. & qui occisus est, & aperit librum & soluit septem signacula eius.

Iesus Christus. Isai. 53. Apocal. 5. Apocal. 6.

CAPRA, CAPER, HIRCVS.

CAPRA inter munda pecora censetur, insolentius animal, quàm ouis, lacte carneque vtilis, & pilis etiam, ex quibus telæ fiunt, quas pluuia minimè omnium penetrat. Quam ob rem ex huiusmodi pilis vela tabernaculo parata sunt.

Proverb. 27. Exod. 25. Num. 15.

Ad sacrificia ducitur quoque capra cum humanæ stultitiæ, & petulantiæ significatione. Et in his hircus caprarum frequentior est, quòd is sexus insolentior sit & audacior. Hircus ille emissarius solenni ritu execrabilis, & in desertum relegatus, Christum factum pro nobis maledictum significabat. Hirci quoque potentiores homines & principes significant. vt, Super hircos visitabo, quia visitabit Dominus exercituum gregem suum domum Iuda. Hircus verò caprarum, monoceros, quem vidit Daniel, Græcorum imperium significare ipse indicauit.

Petulantia. Stultitia. 1. Esd. 6. Ezech. 43. Leuit. 16. Christus. Zach. 10. Daniel. 7. Græcorum imperium.

HOEDVS.

HOEDVS propter ætatem & temperatioribus affectibus est, & meliori ac suauiori carne commendabilior, quàm capra aut hircus. Vnde & splendidioribus conuiuiis adhibetur: sicut scriptum est. Et faciam tibi hœdum de capris. Significat autem Hœdus mansuetioris ingenij homines, minusque importunos. vt, Pardus cum hœdo accubabit. Hœdi in agmine primi incedunt, ideoque fugam præripientium symbolum sunt. vt, Estote quasi hœdi ante gregem.

Iudic. 15. Mansuetudo. Isai. 11. Fuga. Ierem. 50.

Populum ob noxam & peccata puniendum significat in loco. vt, Deducam eos quasi agnos ad victimam, quasi arietes cum hœdis.

Ierem. 51. Pœnis addicti.

Hominum partem illam, quæ vel à religione aliena est, vel cùm religionem veram profiteatur, tamen eiusdem religionis virtutem & simplicitatem moribus non refert, atque ad sanctitatis veræ gradum non peruenit, Hœdos appellauit Christus. Et statuet oues quidem à dextris; hœdos autem à sinistris.

Math. 25. Mali homines.

CERVVS.

CERVVS pedum pernicitate & cursu valet velocissimo, atque habitu corporis eleganti gratus est, siti affectus vehementer expetit aquam. Significat autem dexteritatem in rebus agendis & promptitudinem maximam. vt, Nephtali ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis. Similis esto dilecte mi capreæ hinnuloque ceruorum. Magnam liberationem & expeditam euasionem periculi indicat cerui similitudo inducta. vt, Qui posuit pedes meos tanquam ceruorum.

Dexteritas. Genes. 49. Cantic. 2. Liberatio. Psal. 17.

Integram sanitatem significauit Isaias, dicens: Tunc saliet sicut ceruus claudus. Vehemens desiderium cerua sitiens refert: sicut scriptum est. Quemadmodum desiderat cerua ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Illud verò maximam sterilitatem & communè significat, quod apud Ieremiam legimus. Nam & cerua in agro peperit & reliquit, quia non erat herba. Personam amabilem & gratam, qualem sponsam & vxorem viro oportet esse, Ceruam charissimam dixit Sapiens. Hinnulus in hoc genere gratissimus & iucundissimus & aspectu & habitu putatur. Quam ob rem frequens in Cãticis huius comparationis mentio est.

Isai. 35. Sanitas. Auiditas. Psal. 41. Ierem. 14. Sterilitas. Prouer. 5. Gratia. Decor. Cant. 4. 7.

BVBALVS.

STVPIDIVS, quàm boui, bubalo ingenium est & indocilius, idque significauit Amos. Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis?

Amos. 6. Stupiditas.

CORNV.

CORNVA regnorum imaginem exprimere non vno loco videmus. Cornu simplex vnicum imperium Alexan-

Regna.

Alexandri regnum. Daniel. 8. Alexandri; quod deinde in quatuor regna diuisum est, apud Danielem exponimus. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis: cumque creuisset, factum est cornu magnum: & orta sunt quatuor cornua subter illud. Aliquando superbiam, arrogantiamque significat cornu; vt, Nolite exaltare cornu. Nolite tollere in altum cornu vestrum. Cornu & vngulæ robur & arma ad impellendum & propugnandum, atque vincendum significant. vt, Quia cornu tuũ ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas.

Superbia. Arrogantia. Psalm. 74. Mich. 4.

Virtus. Fortitudo. Psal. 88. Psalm. 91. Decus. Honor. Psal. 111. Cornu virtutis, fortitudinis & victoriæ symbolum est, S. S. E. In beneplacito tuo, exaltabitur cornu nostrum. &, Exaltabitur sicut vnicornis cornu meũ. Decus etiam & honorem significat. vt, Cornu eius exaltabitur in gloria.

EQVVS.

EQVVS animal bello gerendo idoneum est. Nam & equitem dorso gerit, & currus trahit commodissimè & expeditissime; frenis enim paret, & facillimè ducitur: sicut scriptum est. Equus paratur ad diem belli. Solent autem impotentiori libidine in fœminas exardescere, copiosissimoque abundant semine.

Proverb. 21. Iacob. 3. Ierem. 5. Ezech. 23.

Ex equis etiam rationes petuntur ad arcani sermonis structuram. Magnum enim & magnis viribus & apparatu instructum bellum esse putatur, in quo equi sunt, cuius rei multa exempla sunt. Equum & ascensorem deiecit in mare. Fortitudo mea & laus mea Dominus. Et montem plenum equorum cùm vidit Elisæi puer, magnum sibi ac præceptori præsidium aduersus inimicos missum intellexit. Et humanorum apparatuum ad bellum maximus esse censetur currus & equi. vt, Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri sperauimus. Et à fortitudine tua Domine dormitauerunt, qui ascenderunt equos.

Apparatus bellicus. Exod. 15. 4. Reg. 6. Psalm. 19.

Honor. Est etiã honoris insigne, equo vehi, maximè à rege, vel principe donato. Huius rei causa Mardocheus equo vectus spectãdus & honorandus per vrbem ductus est. & scriptum etiam est. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram. Libidinosum & impotenti nequitia hominem, vel gẽtem aliquam, equus significat: idque ad arcanam libidinem, hoc est idololatriã quoque refertur. vt, Equi amatores & emissarij facti sunt; vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniunt. Et insaniuit libidine super concubitum eorum.

Esther. 6. Eccles. 10. Libido. Nequitia. Idololatria. Ierem. 5. Ezech. 23.

Equus velocitatem significat. vt, Vir ascendens equũ rufum. Regnum Babylonicum equi rufi, nigri verò Persicum, at albi Græcorum, varij verò Romanorum imperium Zachariæ significabant.

Zacha. 1. Regna orbis.

Homo nequam. Hominem à rationis vsu alienum, & appetitu magis, quàm iudicio actum, equus aliquando in similitudinibus refert. vt, Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

Psalm. 31.

MVLVS.

MVLI etiam ad bellum, sed ineptiores, ad onera verò accipienda & portanda aptiores sunt. horum vsus regibus & regum etiam filiis ad vehendum erat. Salomonem enim super mulam regis Dauid circũductum, omni populo regio nomine salutandum legimus.

3. Reg. 1.

Stupiditas. Est autem mulus equo stupidior & ineptior, cui homines à rationis vsu alieni, & vitio corrupti, similes esse dicuntur. vt, Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

Psalm. 31. Tob. 6.

ASINVS.

ASINVS, domesticum & familiare animal, sed in immũdorum generibus connumeratum est, stupidum & tardum ingenio, verùm laboris & oneris patientissimum, & ad longam etiam viam tolerandam non ineptum. His enim filios Iacob frumẽta ex Ægypto asportasse legimus. Hoc genus etiam inter armenta & diuitiarum partes censetur. vt, Habeo boues & asinos, &c.

Genes. 42. Diuitiæ. Genes. 32.

Possessio. Est asinus certi domini, quam ob rem in legibus officij erga proximum curari, & custodiri præcipitur, argumentoque est à minori ad maiores etiam proximorum res curandas. Si ceciderit bos aut asinus in cisternam, &c. Si occurreris boui amici tui, aut asino erranti, reduc eum. &, Asinum pupillorum abegerunt. Non arabis in boue simul & asino. Varij ingenij & disparis conditionis personas significat. Asinum osseum dixit Iacob filium fortem, & laborum tolerãtem, atque agro exercendo idoneum significans.

Exod. 21. Exod. 23. Iob. 29. Deut. 22. Genes. 49. Fortis.

Disciplinam perperam institutam illud significat: Flagellum equo, & chamus asino. Illud ad ingrati animi vitium maxima cum contẽtione amplificandum apud Isaiam exprobratum populo est. Bos cognouit possessorem suum: & asinus præsepe domini sui: Israel me non cognouit. Sepultura asini ignominiosam sepulturam, dedecus etiam post mortem obeundum significat. Est enim sepultura asini sterquilinium.

Proverb. 26. Mala disciplina. Isai. 1. Gratitudo. Ierem. 22. Dedecus.

Carnes asinorum dixit Ezechiel, vt impuram & impotentem libidinem, & mõstrosam stupri appetentiam significaret. Modestiam summam & profundam humilitatem Christi regis indicauit Zacharias illo oraculo. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam & super pullum filium asinæ.

Ezech. 23. Libido. Humilitas. Zach. 9. Iohan. 12.

ONAGER.

ONAGER consiliorum & actionum temeritatem & insolentiam significat, S. S. E. Onager assuetus in solitudine; in desiderio animæ suæ attraxit ventum.

Temeritas. Ierem. 2.

CAMELVS, DROMEDARIVS.

MAGNVM animal camelus est, & ad onera ferenda commodissimus; diuitiarum non ignobilis pars in ea regione, vbi ali commodè potest: propter vastitatem autem corporis pro re maxima & conspicua vsurpatur, siue in bonam, siue in malam partem. vt, Deglutientes camelum, & culicem excolantes. &, Facilius est camelum per foramen acus transire, &c.

Conspicuũ. Matth. 24. Luc. 17.

Aliquando cameli pro regione ipsa, vbi frequentissimi sunt, appellantur. vt, Inundatio camelorum operiet te, Dromedarij Madiãn, & Epha.

Regio. Isai. 60.

SVS SIVE PORCVS.

SVS in animalium vetitorũ numero erat, eò quòd ferarum genus partim referat, & studiosè immunditiam affectet, atque in illis regionibus minus sanus cibus esse perhibetur: cuius caro frequenter lepra inficitur, in aliis regionibus meliori carne constat.

Stultitiæ & indisciplinati animi, atque inanibus & mundanis rebus intenti imaginem refert porcus: sicut scriptũ est. Nolite mittere margaritas vestras ante porcos. Deinde etiam vitium studiosè cõceptum, & vltro aditum, atq. admissum, significat illud Prouerbiũ: Sus lota in volutabro luti.

Indisciplinatus. Matth. 7. Vitij studiũ. 2. Petr. 2.

DE FERIS.

CAP. LXXX.

FERARVM duo genera sunt; alterum domesticum magis, vt canis; alterum silueſtre & immansuetum, vt lupus, vrsus, leo, pardus. Hæc posteriora animalia regionis, siue bestiæ agri dicũtur. Præter hæc media quædam natura est, vt onagrorum & rhinocerotũ; quæ nec feræ prorsus, nec mansuetæ dicuntur. Atque de his etiam nunc deinceps ordine dicendum est.

Ferarum locus desolationem & vastam solitudinem arguit: vt, Gaudium onagrorum pascua gregum, &c.

Solitudo. Isai. 32.

Feræ corpora comedentes; cruentæ & maximæ victoriæ argumento sunt. vt, Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum.

Strages. Isai. 56.

CANIS.

CANIS ingenio & sensu valet acutissimo, & tamen affectibus est immodicis præditus amoris, libidinis, odij & inimicitiarum atque crudelitatis & sæuitiæ; præterea immundus est, omnia comedens etiam putrida & immunda, atque salacissimus etiam, turpissimoque libidinis

dinis ſpectaculo notatus, inter homines educatus, nec ab humana carne abſtinet, ſanguinis etiam lingendi auidiſſimus, ſæpiſſimè mingit & vbique. Hæc adeò naturæ obſeruatio effecit, vt in contemptibilium vel crudelium, vel prophanarum, vel aliàs abominandarum perſonarum ſignificatione oſtendenda, Canis nomen vſurpetur. Neque verò homines tantùm, ſed res quoque reijciendæ canibus deſtinantur, vt execrabiles. Namque canis nec ad ſancta admittitur in ſacrificium, nec ipſe partem aliquam ſacrificij comedere permittitur. Ingratum, importunum, & moleſtum aliquando ſignificat canis; cuius officium tametſi conſtet, tamen ingratum ſit. vt, Nunquid caput canis ego ſum aduerſus Iudam hodie?

Crudelitas. Prophanitas. Ingratus. Moleſtus. 2. Reg. 3.

Execrabilis 2. Reg 16. 4 Reg 7. Eccleſ. 9.

Execrabilem & deſpectum quoque ſignificat. vt, Quare maledixit canis hic moriturus domino meo regi? &, Quid enim ſum ſeruus tuus canis, vt faciam rem iſtam magnã? &, Melior eſt canis viuus leone mortuo.

Inuidens detractor. Pſal. 21.

Inimicum & inuidentem detractoremque refert. vt, Circundederunt me canes multi. &, Erue de manu canis vnicam meam.

Propheræ cuſtodes. Iſai. 56. Prouerb. 26. Periculum.

Canes aliquando pro Prophetis, & iis, qui paſtoribus populi ad cuſtodiam & conſilium addũtur: vt, Canes muti non valentes latrare. Periculum imprudenter aditum ſignificat illud prouerbium, Sicut qui apprehendit auribus canem, ſic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixæ alterius. Pro gentilibus & prophanis hominibus, ac vitio deditis, & diſciplinæ contemptoribus, impuriſque animis. Quid ſancto homini ad canem? &, Nolite ſanctum dare canibus. &, Non eſt bonum ſumere panem filiorum & dare canibus. &, Videte canes, videte malos operarios. &, Canis reuerſus ad ſuum vomitum. Et foris canes venefici & impudici & homicidæ.

Gentiles prophani. Eccleſ 13. Matth. 7. Marc. 7. Philip. 3. 2. Pet. 2. Apocal. 22.

LVPVS.

LVPVS infeſtum animal eſt celeri ad nocendum ingenio & motu, neque tantùm famis explendæ auiditate, quantùm natiua malitia & crudelitate nocens: ſicut ſcriptum eſt. Lupus rapit & diſpergit oues. vnde lupis epitheton malignis apud Eſdram eſt.

Iohan. 10. 4. Eſdr. 5.

Ferocitas. Eccleſ. 13.

Ferox & immite ingenium hominis ſignificat lupus. vt, Si communicabit lupus agno. Quam ob rem miraculi, & magnæ rerum mutationis in melius prædicendę cauſa, dixit Propheta: Et habitabit lupus cum agno. &, Lupus & agnus paſcentur ſimul. Animum prædæ auidum & inhiantem diripiendis rebus deſcripſit Iacob: dicens, Beniamin lupus rapax: manè comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia. Auaros & alienarum appetentes rerum ſignificat etiam lupi nomẽ, eos, qui fraude, dolo & iniuria alios ſpoliant. vt, Iudices eius lupi veſperę: & principes eius in medio illius quaſi lupi rapiẽtes prædam. &, Veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

Iſai. 11. Rapacitas. Iſai. 65. Geneſ 49. Auaritia. Soph. 3. Matth. 7.

Hoſtes. Ierem. 5. Habac. 1. Satan Hypocritæ Euangelij hoſtes. Matth. 10. Actor. 20.

Hoſtes etiam infeſtiſſimi & crudeliſſimi hoc indicantur nomine vt, Lupus ad veſperam vaſtauit eos. &, Velociores lupis veſpertinis. Hoſtem illum communem humani generis Satanam, eiuſque membra hypocritas, & falſorum dogmatum miniſtros, lupos dixit Chriſtus, atque omnes homines veritatis Euangelicæ inimicos. vt, Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. &, Mercenarius videt lupum venientem, & fugit. &, Ego ſcio, quòd intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces.

VVLPES.

VVLPES viribus quidem exiguis, calliditate verò & aſtu prædita eſt, atque his artibus prædas ſibi parat, canes & cuſtodes fallit ſæpè. Eſt autem non modò auibus & hædis, agnisque & minoribus pecudibus infeſta, ſed & vineis & ſatis nocet quandoque. Eius mentio in argumentis calliditatis, doli & nocumenti eſt. omnino iniquum genus & infeſtum eſt inter feras prioris definitionis computatum. Pro hoſte exiguis viribus, conſilio autem ſagaci, vſurpatur. vt, Si aſcenderit vulpes, tranſiliet murum eorum lapideum: & propter Sion montem, quia diſperiit. Vulpes ambulauerunt in eo. Pro nocenti, callido, & fraudulento miniſtro. vt, Quaſi vulpes in deſerto, Prophetæ tui Iſrael erant. &, Capite nobis vulpes paruulas, quę demoliuntur vineas. Tyrannum audacem & ignobilem, callidum, & fraude atque arte populari ſibi proſpicientem, Herodem, vulpem appellauit Chriſtus.

Hoſtis doloſus. 2. Eſdr. 4. Thren. 5. Ezech. 13. Fraudulentus. Cantic. 2. Herodes. Luc. 13.

LEO.

LEO fera eſt generoſiſſima, tamen quæ prædas eſcæ tantùm cauſa proſequitur. ea ferociſſima & fortiſſima habetur, omnibus pecoribus & armentis terribilis; animi magnitudinem & imperium quoddam in cæteras animantes imitatur; pectore intrepido & imperterrito conſtat. Multa de hoc genere alio in loco dicere, Deo volente, continget: nunc quæ ad ſermonem ſpectant, attendamus. Fortitudinem intrepidam, & terroris erga alios imaginem refert leo. vt, Quid fortius leone? &, Qui eripuit me de manu leonis. &, Rugitus eius vt leonis. &, Clamauit leo ſuper ſpeculam domini, ego ſum. Leonum catuli, hoſtes rabidi ſunt & fortiſſimi. Et ſuper eum rugierunt leones. Et dentes eius vt leonis; & molares eius, vt catuli leonum.

Fortitudo. Terror. Iudic. 14. 1. Reg. 17. Iſai 5. Hoſtes rabidi. Ierem 2. Ioel. 1.

Prædator. Ierem 4. Ezech. 19. Ezech. 22. Ezech. 31.

Prædatorem & tyrannum violentum. vt, Aſcendit leo de cubili ſuo, & prædo gentium ſe leuauit. Eduxit vnum de leunculis ſuis: leo factus eſt. &, Cõiuratio prophetarum in medio eius, ſicut leo rugiens, rapienſque prædam. &, Leoni gentium aſſimilatus es.

Rex fortis Deus. Ierem. 49. Ezech 19. Regnum potens.

Regem alio fortiorem, vel Deum regum omnium potentiſſimum. vt, Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbia Iordanis. Leæna regnum vel populum potentem. Quare mater tua leæna inter leones cubauit? &c.

Victor. Oſe 5. Oſe. 13. Nahum. 1. Prouer. 27.

Leo fortem, impauidum, & victorem ſignificat. vt, Ego ſum quaſi leæna Ephraim, & quaſi catulus leonis domui Iuda. &, Conſumam eos ibi quaſi leo. &, Iuit leo, vt ingrederetur, & catulus leonis; & non eſt qui eripiat. & Leo cepit ſufficienter catulis ſuis. &, Iuſtus autem quaſi leo confidens.

Vltio inſtans. Amos. 3. Zachar. 11. Pſal. 21.

Leo rugiens vltionis certæ cõminationem. vt, Nunquid leo rugiet in ſaltu, niſi habuerit prædam? Nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili ſuo, niſi aliquid apprehenderit? &, Leo rugiet, quis non timebit? &, Vox rugitus leonum, quoniam vaſtata eſt ſuperbia Iordanis. &, Sicut leo rapiens & rugiens.

Tyranni rapaces. Soph. 3. Pſal. 21. Pſalm. 57. Pſalm. 90.

Leonis catuli, principes & tyranni rapaces. vt, Principes eius in medio eius quaſi leones rugientes. &, Salua me ex ore leonis. &, Molas leonum confringet Dominus. &, Conculcabis leonem & draconem.

Principatus Geneſ. 49. Mich 5. 1. Paral 16. Tyranni nocentes. Iob. 4.

Fortitudinem inſuperabilem & principatum inter cæteros. vt, Catulus leonis Iuda ad prædam aſcendiſti, fili mi; requieſcens accubuiſti vt leo. & Gad quaſi leo requieuit. & Dan catulus leonis &, Erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum, quaſi leo in iumentis ſyluarum. &, Facies eorum quaſi facies leonis.

Leonum genera omnia ſimul potentes tyrannos, nocenteſque homines referunt. vt, Rugitus leonum & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti ſunt.

Cædes. Thren. 5.

Leo in abſcondito prædam ineuitabilem & cædem, quam cauere effugereque non ſit. vt, Vrſus inſidians factus eſt mihi, leo in abſconditis.

PARDVS.

AD leonum naturam proximè accedit illa fera, quam Pardum Latini interpretantur, maculoſa pelle & non minori, quàm leo, ſæuitia, longè autem maiori celeritate prædita. Pardorum cubilia difficilem & horribilem habitationem ſignificant. vt, De cubilibus leonum, de montibus pardorum.

Habitatio horribilis. Cant. 4.

Vis maxima, & ad prędas faciendas ſtragesque edendas fortiſſima, & celerrima, pardi ſimilitudine ſignificatur: quã ob rem & ad fortiſſimos hoſtes, & ad Deum ipſum refertur hoc nomen. vt, Pardus vigilans ſuper ciuitates eorum. Et ero eis ſicut leæna, & ſicut pardus in via

Vis maxima. Deus. Ierem. 5. Oſe. 13.

in via Assyriorum. Et leuiores pardis equi eius. *Habac. 1.*

Mores duros & contumaces, ac penè in naturam alteram conuersos, maculosa pardi pellis refert. Vnde apud Ieremiã dicebat Deus: Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas; & vos poteritis benefacere cùm didiceritis malum. Græcorum imperium ab Alexandro inchoatum, & in quatuor regna diuisum, Pardi imagine visa indicauit Daniel. *Mores duri. Ierem. 13. Daniel. 7.*

TYGRIS.

Ex præda & raptu viuit hoc animal, & similes hominum potentum significat mores. vt, Tygris perijt, eò quòd non habet prædam. *Rapacitas. Iob. 4.*

VRSVS.

VRSVS non tantùm ingenio & celeritate, quantùm virium robore valet: incenditur autem & irritatur maximè vbi læsus fuerit; aut aliquo impulsus affectu: insidiatur pecori: sed aliis etiam rebus, præter carnes, pascitur. Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, &c. Sunt aliquando diuini iudicij ministri & satellites: sicut scriptum est. Egressique sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt quadraginta & duos pueros. *1. Reg. 17. 4. Reg. 2.*

Tyrannidem, rapinam, & prædæ cupiditatem imponentem refert vrsus esuriens. vt, Leo rugiens & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. *Tyrannis. Prouerb. 27.*

Vehementem affectum & animi perturbationem vrsi rugitus significat. vt, Rugiemus quasi vrsi omnes. &, Tu nosti patrem tuum, & eos, qui cum eo sunt, esse fortissimos & amaro animo velut vrsi raptis catulis. Et expedit magis vrsæ occurrere, &c. Vim magnam & validam, efficacemque admodum ad deprimendum, & superandum, vrsus insidiator ostendit. vt, Vrsus insidians. Et quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus. Quam ob rem Persarum regnum vrsus expressit apud Danielem. Cætera exempla ad hæc referenda sunt. *Perturbatio Isai. 59. 2. Reg. 17. Prouerb. 17. Vis magna Thren. 5. Amos. 5. Persarum regnum. Daniel. 7.*

APER.

APER ferox animal est, non tamen carniuorum, sed quod naturali sæuitia etiam homines ipsos adortus lædat; arboribus, satis & vineis nocens: vnde & hostes feroces & diabolum Ecclesiæ inimicum significat. vt, Et exient vt apri de sylua, & aduenient in virtute magna, & constabunt in pugnam cum illis. &, Exterminauit eam aper de sylua. *Hostes. 4. Esd. 15. Diabolus. Psal. 79.*

HOMO.

CAP. LXXXI.

VLTIMVS omniũ & præstantissimus animãtium creatus homo est, diuini imperij instar in terris erga cætera animalia habiturus; sensu, mente & cogitatione valens, industriaque præditus, vt dominari in cætera posset, vtpote qui ad imaginem & similitudinem Dei creatus erat; ad imaginẽ אֱלֹהִים hoc est Dei iudicis & gubernatoris atque imperatoris. Masculus & fœmina creatus est. crescendi & procurandi facultate auctus: neque verò animantium modò, sed arborum, herbarumque omnium vsu & fructu donatus: sicut scriptum est. Ecce dedi vobis omnem herbam, &c. Atque hactenus illa prima hominum perfecta constitutio fuerat, ex qua omnium artium & scientiarum facultas, atque omnis humani boni adipiscendi copia diuino beneficio manauit: sicut scriptum est. Quid habes quod non accepisti? Sed hostis antiqui calliditate & opera effectum est, vt homo in culpam delapsus, alterius etiam partis rerum compos & conscius fieret, videlicet malorum sensu & experimento auctus. Vnde etiam aduersarum rerum, animique perturbationum & corporis molestiarum multa genera defluxêre. Inde partæ molestiæ, inde morbi, inde pericula initium habuere; hinc inimicitiæ, odia, rixæ, simultates, bella, neces & mors vtraque, spiritualis & corporalis, consecuta sunt. *Genes. 1.*

Ex his autem definitionibus variæ rerum, sermonumque rationes proficiscuntur ad varias artes & partes relatæ: quæ nonnũquam humanam perfectionem, interdum etiam miseriam, & fragilitatem humanam spectant; quorum omnium distinctio obseruanda est. Quædam enim quamuis mente & animo atque cognitione hominum effecta sint, tamen imperfectionis & inopiæ magis, quàm perfectionis & beatitatis initia habent: cuiusmodi sunt, nauigatio, medicina, belli exercitationes, vestimentorum ars & vsus; quibus omnibus carere & non indigere melius fuerat, quàm vti. Illud enim integro hominum statui contingere potuit, hoc autem rebus lapsis & perturbatis inuectum est. Oportet igitur huius discriminis non immemorem esse eum, qui rerum & sermonum peritiam legendis nostris quærit.

SERMONIS VSVS DE HOMINE.

VARIE & multipliciter in sermonem hominis nomen inducitur iuxta argumenti & sententiæ rationem, quam vel ex antecedentium & subsequentium orationum obseruatione, vel ex adiunctorum expositione cognoscere est. Nam pro tota ipsa natura humana hominis nomen vsurpatur: vt, Factus est homo in animam viuentem. & in die, qua creauit Deus hominem. &, Quis fecit os hominis. Aut pro quouis ex ipsa natura indiuiduo: vt, De manu hominis requirã eum. Aut etiam in distinctionem cæterarum animãtium, velut genus quoddam diuersum effertur. vt, Delebo ab homine vsque ad pecus. Et erunt in hominibus & in iumentis vlcera, vesicæ, &c. Præterea inter ipsos homines distinctio fit. vt, Homo iustus vel improbus, mundus vel immundus. &, Recedite à tabernaculo hominum impiorum. &, Donec consumeretur congregatio hominum bellatorum de castris. Et Moyses homo Dei, & multi etiam ex prophetis hoc cognomentum meruere. Et Booz homo potens est appellatus. Huiusmodi autem orationes ipsæ sese attendẽtibus explicabunt. *Humana natura. Genes. 2. Genes. 5. Exod. 4. Genes. 9. Indiuiduũ. Distinctum. Genes. 6. Exod. 9. Num. 16. Hominum distinctio. Deut. 2. Deut. 33. Ruth 2.*

Est & alia nominis distinctio huius ab ipsis Hebraicis fontibus petenda. Namque varia tum voce, tum significatione nomina Latini Interpretes vno hominis verbo transferunt. Imprimis enim Adam Hebræum propriè, si vllum aliud homo verti potest, vt illis fidem habeamus, qui hominem ab humo dictum tradunt: vt ADAM cui nomen ex terra, ex qua assumptus fuit, est factum. Atque hoc nomen hominis naturam ipsam indicat in eo loco constitutam, in quem post peccatum deuenit. Namque de prima illa naturæ integritate iam amissa, nulla potuit post ruinam oratio propriè institui: donec publica salute per Christum allata, & innouatis rebus ille primus homo, & homo vetus, & terrenus Adam, dici cœpit: & alter, qui illi extincto succedit, nouus homo, secundus homo & cælestis homo, dicitur. de quo mysterio alias plura. Itaque Adam in prioris testamenti libris hominum statum illum, qui illis temporibus obtinebatur, significat. In nouis autem voluminibus hæc ratio optimè distinguitur & differitur. Huius nominis antiqua exempla ferè innumera sunt. vt, Cùm cœpissent homines multiplicari super terram. &, Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. &, Videns Dominus, quòd multa malitia hominum esset. &, Nequaquam maledicam terræ propter homines. &, Verè scio, quòd ita sit, quòd non iustificetur homo compositus Deo. atque adeò hominis nomen illam imperfectionem & tenuitatem significat, quæ maximæ Dei virtuti ex defectu opponitur. vt, Ægyptus homo, & non Deus. Denique hominis appellatione apud Paulum eum intelligimus plærunque qui diuini spiritus nondum est particeps. Deinde verò אנוש ENOS hominem quoque vertunt Interpretes, atque verbum ipsum infirmum, miserum & fragilem significat: quod imitari conati Latini MORTALIS dixerũt. Huius quoque significationis multa exempla sunt. vt, Militia est vita hominis super terram. &, Quid est homo, quia magnificas eum? &, Nunquid sicut videt *Adam. Genes. 6. Genes. 7. Isai. 31. Imperfectio. 1. Cor. 3. ENOS. Infirmitas. Iob. 7. Ibidem. Iob. 10.*

homo

homo & tu vides? &, Nunquid vt dies hominis, dies tui? Et quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? &, Exurge Domine, non confortetur homo. &, Sciant gentes, quoniam homines sunt.

Ioh. 26. Psalm. 9. Ibidem.

Præterea & homo ex Hebraico nomine אישׁ reddi solet, quod propriè hominem ea parte, qua præstat, significat. Virilitatem enim & efficacitatem hæc vox indicat, vnde pro masculo in omni animantium genere vsurpatur, vt vir apud Latinos. quam quidem rationem cùm sæpè interpretes obseruent, persæpè tamen prætermittunt. Fuerit autem magni semper momenti huiusmodi distinctiones obseruare in Hebraicis libris, aut ab iis, qui Hebraicè norunt, obseruatas petere, alioqui magno sententiæ & argumenti detrimento negligendas. Igitur homo ex hac voce אישׁ translatus, marem hominem, significat. vt, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ.

Vir. Genes. 3.

Significat etiam homo ex hac voce conuersus, vel ex voce גֶּבֶר, potentem aliquem & præstantem virum, quacunque in re ille valeat, siue diuitiis & opibus, siue virtute & facultate, siue arte aliqua. vt, Cœpit Noe vir agricola: & Homo simplex, rectus & timens Deum. Et imposuit puerum super lectum hominis Dei. &, Fili hominis, vsquequo graui corde? &, Etenim homo pacis meæ, in quo speraui. &, Quique terrigenæ & filij hominum. Et virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. Est etiam homo ex eodem Hebraico verbo redditum nomen commune distributiuum, eiusdem significationis cum quisque, vnusquisque, quicunque & quispiam. vt, Homo, qui obtulerit ex vobis, &c. Et homo de filiis Israel. &, Homo, qui mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas. Et inimici hominis, domestici eius. Et non reliquit hominem nocere eis.

Potens. Genes. 9. 4. Reg. 4. Psal. 4. Psal. 40. Psalm. 47. Vnusquisque. Leuit. 1. Numer. 27. Mich. 7. Psal. 104.

DE PARTIBVS HOMINIS, ANIMA ET CORPORE.

CAP. LXXXII.

PRÆCIPVA in homine pars anima est, quæ re ipsa atque natura vnica cùm sit; sicut scriptum est; Et à leonibus vnicam meam: tamẽ agendi patiendique facultate multiplex est, ideoque variis nominibus dicitur Hebraicè, & variis etiam verbis à Latinis interpretibus indicatur. Qua enim vitæ, motus & sensus compos est, anima dicitur; & qua ea quæ ad vitam alendam spectant, vel efficere vel appetere, vel accipere potest, vt esurire, comedere, sitire, bibere, dormire & quiescere, ac vigilare, moueri, profutura persequi, & nocitura fugere: omnis hæc ratio atque vsus ferè cum aliis animantibus cõmunis ad eam animæ pertinet vim, quæ Hebraicè נֶפֶשׁ dicitur, apud Latinos Interpretes animã sonat. vt, Producant aquæ reptile animæ viuẽtis. Creauitque Deus cete grandia & omnem animam viuentem atq. motabilem, quam produxerunt aquæ in species suas. &, Vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli & vniuersis, quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Et factus est homo in animam viuentem. Et omne, quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Itaque animæ viuentis nomen commune homini cum cæteris animantibus est, quatenus ex Hebraico verbo נֶפֶשׁ vertitur.

Genes. 1. Genes. 7. Homo.

Atque hoc nomen ex ea, quam indicauimus, ratione sæpè pro homine, siue singulari indiuiduo hominis vsurpatur. vt, Omnes animæ eorum, qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta. Et Ioseph nati sunt in terra Ægypti animæ duæ. Et iuxta numerum animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni. Et anima, quę tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum à bestia est, &c.

Exod. 1. Genes. 49. Exod. 12. Leuit. 12.

Non rarò anima vitam ipsam, qua homo viuit, respirat, sentit & mouetur, significat: vt, Mortui sunt omnes, qui quærebant animam tuam. Et salua animam tuam, noli respicere post tergum. Et anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. &, Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.

Vita. Exod. 4. Genes. 19. Psalm. 123. Marc. 7.

Interdum etiam pro iis affectionibus & appetitionibus, quæ ad vitam ipsam animãtem tuendam vel corrumpendam spectant, vt fame, siti, auiditate, saturitate & tædio, voluptate, dolore. vt, Anima nostra arida est. Nihil aliud vident oculi nostri, nisi man. &, Affligetis animas vestras. qua oratione ieiunium significatur. Et vinum quoque & sicera & omne quod desiderat anima tua. &, Quare misero data est lex, & vita his, qui in amaritudine animæ sunt? Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. &, Tristis est anima mea vsque ad mortem.

Passiones. Appetitus. Num. 11. Numer. 29. Deut. 14. Iob. 3. Luc. 12. Matth. 26.

Nonnunquam anima cogitationem & desiderium, consilium, arbitrium, & denique propositum aliquid agendi feriò susceptum, atque adeò ipsam mentem significat. vt, Affer mihi, vt comedam: & benedicat tibi anima mea antequam moriar. &, In consilium eorum non veniat anima mea. &, Benedic anima mea Dominum. &, Magnificat anima mea Dominum.

Cogitatio. Mens. Genes. 27. Genes. 49. Psal. 103. Mens. Luc. 1.

Sæpè etiam ipsa anima, quatenus immortalis est, suum nomẽ obtinet. vt, Custodiat animam tuam Dominus. &, In patientia vestra possidebitis animas vestras. &, Quam sicut ancoram habemus animæ tutam. &, Suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. &, Abstinete à carnalibus concupiscentiis, quæ militant aduersus animam. Alterum animæ munus est cogitatio, & quæ ex cogitatione consequitur, voluntatis inclinatio in aliquam partem, quod Latini animum dicunt; in quo amoris & odij atque studij & negligentiæ vis effectusque est. Multa autem ad hoc genus pertinentia, animi nomine appellato, Interpretes significãt. vt, Iudith filia Beeri, & Basmath filia Elon, ambæ offenderunt animum Isaac & Rebeccæ. Et omnis voluntarius & prono animo offerat eas Domino. Et congregati sunt pariter, vt pugnarent contra Israel vno animo eademque sententia. &, Cùm esset Anna amaro animo. &, Æquo animo esto. &, Videns Noemi, quòd obstinato animo Ruth decreuisset secum pergere. &, Qui dominatur animo suo, melior est expugnatore vrbium. &, Vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita fit & perficiendi ex eo quod habetis. Eadem anima vt deliberata ratione aliquid intendit, & cupit, atque incitato studio agit, mens dicitur à Latinis Interpretibus. vt, Obtulerunt mente promptissima. Hinc etiam incircuncisam mentem dixit Deus. &, Quare subuertitis mentem filiorum Israel? &, Secura mens quasi iuge conuiuium. Hoc conscientiam Latini dicunt. Et non rectè cogitant in mente sua. &, Propter quod succincti lumbos mentis.

Sapiens. 1. Reg. 1. 3. Reg. 21. Ruth. 1. Proverb. 16. 2. Cor. 7. Mens. Exod. 35. Leuit. 16. Num. 32. Proverb. 15. Cõscientia. Isai. 44. 1. Pet. 1.

Aliquando pro reminiscentia siue memoria vsurpatur. vt, Annos æternos in mente habui. &, In mente habe, qualiter acceperis, & audieris, & serua.

Reminiscentia. Psalm. 76. Apoca. 3.

SPIRITVS.

EADEM etiam animæ natura immortalis, agilis, quæ efficacitate & vi magna prædita est, quæque summam dignitatis definitionem obtinet, Spiritus dicitur; qua voce vicinum aliquid & affine cælestibus animis habere anima hominis indicatur. Namque illæ, quę supra naturam humanam, & infra naturam diuinam immortales & efficaces virtutes ad ministerium creatæ sunt, spiritus dicuntur. vt, Qui facis angelos tuos spiritus. De hominis autem anima scriptum est. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam. &, Spiritus redeat ad eum, qui dedit illum. &, Benedicite omnes spiritus, & animæ iustorum Domino.

Psalm. 103. Psal. 145. Eccl. 12. Danieli. 3.

Sed magis impropriè aliarum quoque animantium viuificans anima spiritus dicitur. vt, Auferes spiritum eorum, & deficient, & reuertentur in terram suam. &, Omnis spiritus laudet Dominum. Illa verò frequentissima

Anima. Psalm. 103. Psalm. 150.

tissima, plurimisque exemplis obseruata ratio est, qua spiritus pro facultate & virtute ad aliquid agendum, in eaque actione præstandum vsurpatur. Et pro vehementi aliqua affectione siue perturbatione. Namque ipsum nomen spiritus vehementem efficacitatem aut motum significat; ab illa natura sumpto vocabulo, quæ quòd quiescere nesciat, sed moueri & mouere agitareque alia consueuit, à Latinis ventus, à Græcis ἄνεμος est appellata. Atque hanc efficacitatem hominibus à Deo datam esse, & non rarò augeri, apertè testantur Scripturæ: sicut scriptũ est. Sed, vt video, spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Atque omnis prudentiæ, sapientiæ & intelligentiæ, omnis denique artis singularis virtus in aliquo spectata, spiritus nomine indicatur. vt, Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Et loqueris cum sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiæ. Et Iosue filius Nun repletus est spiritu sapientiæ. &, En proferam vobis spiritum meum. &, Deus spirituum omnis carnis.

Præstans virtus. Iob. 32. Genes. 41. Exod. 28. Deut. 34. Prouerb. 1. Numer. 27.

Spiritus etiam pro animo & consilio. vt, Non remansit in eis spiritus. Et à pusillanimitate spiritus & tempestate. Et loquar in tribulatione spiritus mei. Et spirituum ponderator est Deus.

Animus. Iosue. 5. Psal. 54. Iob. 7. Prouerb. 16.

Et pro ira & indignatione nimia. vt, Et requieuit spiritus eorum, quo tumebant contra eum. Ad hunc modum spiritus zelotypiæ dicitur. Et exacerbauerunt spiritum eius. Et vanitas & afflictio spiritus. Et anxiatus est super me spiritus meus. Pro efficacitate & virtute absolutè sine adiuncto. vt, Quò ibo à spiritu tuo? Et spiritus meus attenuabitur.

Indignatio Iudic. 8. Numer. 5. Psalm. 105. Eccles. 1. Efficacitas Psalm. 138. Iob. 17.

CORPVS.

ALTERA hominis pars, eaque inferior corpus est, sensibus magis exposita, crassaque constans natura, nimirum terrea, quam ob rem grauis, caduca & corruptibilis est, nisi animæ virtute ex Dei efficientia contineatur: multis membris constat, ideoque minus firma, nisi capitis virtute & facultate artus omnes foueãtur. huius vitia animam quoque tentant, eiusque actiones lædunt & impediunt: sicut scriptum est. Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam.

Sapien. 9.

Aliquando autem corpus pro tota inferiori hominis parte, hoc est, pro homine exteriori vsurpatur, qui constat non carne & ossibus tantùm, sed sensu atque appetitu reluctante & aduersante mentis imperiis. vt, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? &, Mortuus est Christus, vt destruatur corpus peccati. &, Si Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est. Sæpissimè verò Ecclesia multiplici & vario hominum ordine constans, corpus appellatur. vt, Multi vnum corpus sumus. &, Non sit schisma in corpore, sed pro inuicem sollicita sint membra.

Inferior hominis pars. Rom. 7. Rom. 6. Rom. 8. Ecclesia. Rom. 12. 1. Cor. 12.

Corpus etiam rem solidam, veram & perfectam significat, vmbrę aut vanitati, inanitatiq. contrariam. vt, In Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

Colos. 2.

CORPORIS PARTES.

CORPORIS autem multæ partes sunt, quæ primum naturæ varietate in duo diuiduntur homogenea dicta, videlicet carnem & ossa; quanquam vtraque pars carnis nomine interdum indicatur. vt, Equi eorum caro, & non spiritus. Verùm varia vtriusque partis natura, varia etiam nominum exactè examinata significatio est. Ossa namque duriora & diuturniora sunt, caro mollis est, & citiùs lædi, corrumpique potest: sicut scriptum est. Nec caro mea ænea est. Atque ex ea naturæ contemplatione varia ad orationũ significationes exempla petuntur. Caro enim naturam teneram, mollem, fragilemque significat. vt, Pelle & carnibus vestisti me. &, Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum. &, Non timebo quid faciat mihi caro. &, Recordatus est, quia caro sunt. &, Nunquid oculi carnei tibi sunt? &, Cum illo est brachium carneum, nobiscum Deus noster. Mollitudinem etiam & facilitatem duritiæ contrariam. vt, Auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum. Et dabo vobis cor carneum.

Isai. 31. Iob. 6. Fragilis res. Iob. 10. Iob. 19. Psal. 55. Psalm. 77. Iob. 10. 2. Paral. 32. Facilitas. Ezech. 11. Ezech. 36.

Pudenda etiam caro dicuntur, & ex consequenti peccati confusio caro appellatur. Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarũm carnium. Et quorũ carnes sunt vt carnes asinorum. & Incircuncisos carne dixit Ezechiel.

Pudenda confusio. Ezech. 16. Ezech. 23. Ezech. 44.

Carnes etiam pro hominibus dixerunt Vates, vt carnes in olla, habitatores vrbis intelligamus. vt, Cõsumentur carnes, & coquetur vniuersa compositio. &, Nisi abbreuiasset Dominus dies illos; non fieret salua omnis caro. Et erunt duo in carne vna. & non sunt duo, sed vna caro. Et videbit omnis caro salutare Dei.

Homines. Ezech. 24. Matth. 24. Marc. 10. 8. Luc. 3.

Caro humana audacia corruptelaque, omnis spiritus puritati & legis diuinæ integritati repugnans: atque vt vna complectamur definitione, hominem Adami veteris filium paternaque nequitiæ hæredem. vt, Non multi sapientes secundùm carnem. &, Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. &, Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. &, Conuersati sumus in desideriis carnis nostræ: facientes voluntatem carnis. Caro & sanguis homo dicitur, vel humanæ prudentiæ vel sapientiæ consilium non illustratum diuino spiritu. vt, Continuò non acquieui carni & sanguini. &, Caro & sanguis non reuelauit tibi. Huc pertinet illud: Nunquid quæ cogito, secundùm carnem cogito? Hinc dicta est sapientia carnis.

Adam 1. Cor. 1. Gal. 6. Ephes. 2. Humanum ingenium. Galat. 1. Matth. 16. 2. Cor. 1. Ibidem.

Carnales homines dicuntur, qui nondum immutati sunt diuini spiritus efficientia & virtute. vt, Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: Adhuc enim carnales estis. &, Abstinete à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam. Et odientes eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam.

Carnales. 1. Cor. 3. 1. Petr. 2. Inde.

Carnalis etiam aliquando simpliciter dicitur, idemque significat, quod humanus & corporeus; non vt vitium, sed vt fragilitatem ipsam naturæ humanæ sonet, quatenus natura humana quibusdam rebus indiget, dum in hac vita est, vt ali regique possit. vt, Si nos spiritualia vobis seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? &, Serui obedite dominis carnalibus. Et carnalem regem dixit Esther.

Humanus. 1. Cor. 9. Ephes. 6. Esth. 14.

SANGVIS.

SANGVIS animalis corporis pars est, & in cæteris animantibus præter hominẽ vel animæ ipsius sedes habetur: sicut scriptum est. Quia anima omnis carnis in sanguine est. Ex quo factum est, vt sanguis animæ, hoc est, vitæ humanæ loco & in sacrificiis vsurpetur, & in sermonibus appelletur: sicut scriptum est. Quia anima carnis in sanguine est: & ego dedi illum vobis, vt super altare in eo expietis pro animabus vestris.

Leuit. 16. Anima. Leuit. 17.

Sanguis igitur animam, siue vitam significat hanc mortalem; quam qui alicui eripit, sanguinis reus dicitur: vnde & homicidium sanguinis nomine dicitur. vt, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Et quicunque effuderit sanguinem hominis, fundetur sanguis illius per hominem. Et sanguis sanguinem tetigit. Et si essemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. Calumnia & quæcunque fraus aut vis, & maleficium. vt, Manus vestræ sanguine plenæ sunt. &, Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem. &, Auferam sanguinem eius de ore eius. Sanguis etiam pro animi humani ingenio & consilio, vt iam superiùs diximus, vsurpatur. vt, Caro & sanguis non reuelauit tibi.

Vita. Homicidiũ Genes. 4. Genes. 9. Hos. 4. Matth. 23. Maleficiũ. Isai. 1. Isai. 33. Zach. 9. Ingenium humanum. Matth. 16.

ADEPS.

ADEPS & pinguedo abundantiam, saturitatem & suauitatem atque prosperum rerum vsum significat, s.s.e. Cum adipe agnorum & arietum filiorũ Basan. &, De quorum victimis comedebãt adipes. Et sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. &, Adipe frumẽti

Saturitas. Iucunditas. Deut. 32. Psalm. 62.

Exuberãtia natiua Psal. 16. Psal. 72.

satiat te. Natiua quædam exuberantia tam in malam quàm in bonam partem adeps dicitur, vt, Adipem suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam. &, Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum; transierunt in affectum cordis.

PINGVEDO.

Fertilitas. Gloria. Diuitiæ. Genes. 41. Isai. 17. Psal. 77.

PINGVEDO hubertatem & fertilitatem significat, vt magnus ille onirocrita interpretari nos docuit. Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ, septem hubertatis anni sunt. Diuitias & gloriam. Et erit in die illa, attenuabitur gloria Iacob; & pinguedo carnis eius marcescet. &, Occidit pingues eorum.

OSSA.

Genes. 50. Genes. 2. Genes. 29.

FIRMISSIMA in corpore pars ossa sunt, quibus cætera caro membraque omnia fulciuntur: ea post consumptam carnem diu durant, & quandam veluti corporis conseruant substantiam. Quam ob rem sua ossa vt ex Ægypto in terram promissam asportarentur, testamento mandauit Ioseph. Et quoniam detracta caro crescere rursus & restitui potest etiam in senioribus corporibus, vt curandis vulneribus accidere videmus; ossa verò detracta non restituuntur: ex eo efficitur, vt rem ipsam vel personam ossa magis, quàm caro referant, vtpote quæ non mutentur, sed eadem maneant, certamque naturam contineant. Ex his naturæ obseruationibus ad sermonis arcani vsum exempla ex ossibus sumuntur. Nam consanguinitatis & generis communionem significat. vt, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. &, Os meum es, & caro mea. Et os tuum sumus & caro tua. Adeò autem hæc ratio valet, vt lingua Hebraica hoc nomine עצם, quod os vertimus, pro Latino pronomine IPSE, IPSEMET, IDIPSVM, vsurpet.

Labor, Quies. Psal. 34. Isai 66. Ierem 23. Thren. 1.

Ossa laboris & quietis subiectum sunt. vt, Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi? &, Ossa vestra quasi herba germinabunt. Et contremuerunt omnia ossa mea. &, Misit ignem in ossibus meis.

Robur. Psal 37. Iob 33. Psal. 6. Iob. 40. Virtus, Sanitas. Proverb 3. Proverb. 15. Proverb. 14. Proverb. 17. Thren 3. Calamitas. Impuritas. Matth. 23.

Robur & integritas viriũ, harumq. defectus ossium nomine appellato in vtramque partem indicatur. vt, Non est pax ossibus meis. Et omnia ossa eius marcescẽt. Et conturbata sunt ossa mea. Et ossa eius velut fistulæ æris. Ossa plena medullæ, virtutis & sanitatis consistentiam significant; contrà verò vacua. vt, Medullis ossa illius irrigantur. &, Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum. &, Fama bona impinguat ossa. &, Putredo ossium inuidia. Et spiritus tristis exiccat ossa. Atque ossa confracta extremam calamitatem significant. Ossa mortuorum immunditiam & corruptionem: vt similes esse dixit Christus hypocritas sepulchris dealbatis, quæ exterius apparent speciosa hominibus, intrinsecus autem sunt plena ossibus mortuorum.

Penitissima in rebus. Habac. 4. Principes. Ezech. 24.

Compages & medullæ penitissima quæque rerum significant, S. S. E. Pertingens est verbum Dei, vsque ad diuisionem animi ac spiritus, compagum quoque ac medullarum. Ossa etiam ciuitatũ vel regni & reipublicæ principes appellauit propheta. Congere, inquit, frusta eius in eam, omnem partem bonam, femur & armum electa & ossibus plena. Pinguissimum pecus assume, compone quoque strues ossium sub ea.

NERVI.

Genes. 32. Opificium. Iob. 10. Motus, Vita. Ezech. 37.

NERVI in corpore membris colligandis & motibus exercendis aptantur. Signum autem est nerui lesio, quæ motum vitiat: sicut scriptum est. Tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit: ipse verò claudicauit pede. Admirandum Dei in homine opificium neruorum aptatio indicat: sicut scriptum est. Ossibus & neruis compegisti me. Significat autem neruorum vsus vitam & vitæ exercitationem. vt, Dabo super vos neruos. Et vidi & ecce super ea nerui.

CVTIS.

Cutis membra omnia vestit, atque ab iniuriis temporum & cæli defendit: durioris, quàm caro, & tolerantioris naturæ est; speciem & venustatẽ membrorum præcipuè continet & ostendit, aut amissam arguit. Impuritatem omnem prodit, vt in scabie & lepra manifeste deprehẽditur. vt, Cùm viderit lepram in cute. Et si color albus in cute fuerit: & cutis, quam ignis exusserit. Atque toto illo capite de lepra, cutis vitia consuetudinem vitiosam & sua contage alios corrumpentem significant. Maciem & debilitationem maximam vel famem illa oratio indicat. Cutis mea aruit, & contracta est. &, Deuoret pulchritudinem cutis illius. Et cutis mea denigrata est. Et adhæsit cutis eorum ossibus. hoc famis indicium est. Levit. 13. Vitium contagiosum. Macies. Iob. 7. Iob. 18. Thren. 4.

Rerum integrum statum cutis integritas & decus; contrà verò cutis imminutio significat. vt, Comminuet cutem, & consumet vniuersa regna. Atque hactenus de partibus, quas homogeneas philosophi vocant. Nunc porrò deinceps partes illas perstringemus, quæ ex iis, quas superiùs commemorauimus, constant, & animæ ac vitæ instrumenta sunt, & communi verbo membra vocantur. Rerum status integer. Daniel. 2.

CAPVT.

PRIMA in animalis corpore pars caput est, ex quo in cætera membra vis distribuitur, idque velut arx quædam est, in qua præcipua animæ virtus & efficientia gubernatioque obseruatur. In illa enim parte sensuum integra & plena communicatio, & cogitationum conuentus, & deliberationum, consiliorumque postrema absolutio est. Quam ob rem vt situ summum, sic natura primum & præcipuum membrum habetur. Ideoq. frequentes in sacrificiis manuum super hostiarum capita impositiones sunt, & in ministrorum initiationibus & consecrationibus frequens etiam huius rei, nec significatione carens mentio est. vt, Et fundens oleum super caput eius. &, Pones tiaram in caput. Et imponet manum super caput victimæ. Exod. 29.

Omnium rerum principium & præcipua quæq. pars caput eleganter appellatur. vt, In capite libri scriptum est de me. Et lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Et caput circuitus eorum. Et in capite turbarum clamitat. Et conuersus ad lecturi caput. Princeps in negotio vel regno, vel consilio, vel alia quacunque ratione caput dicitur. vt, Caput Syriæ Damascus, caput Damasci Rasim. &, Disperdet Dominus de Israel caput & caudam, incuruantem & refrenantem. Longæuus & honorabilis ipse est caput. Et constituet te Dominus in caput & non in caudam. Et constituisti me caput gentium. Principium Psal. 39. Psal. 117. Proverb. 5. Genes. 47. Isai. 7. Isai. 9. Deut. 28. Psal. 17.

Caput pro persona ipsa vsurpatur sæpissimè. vt, Fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazarei inter fratres suos. &, Dolor ipsius in caput eius. &, Gloria mea & exaltans caput meum. &, Addatur gratia capiti tuo. &, Benedictio Domini super caput iusti. Persona. Genes. 49. Psal 7. Psalm. 3. Proverb 1. Proverb. 10.

Principes etiam absolutè capita appellantur aut vertices. vt, Deuorabit partem Moab & verticem filiorum tumultus. Consilium, studium & cogitationem studiose initam, caput etiam dicimus. vt, Ipsum conteret caput tuum. Princeps. Ierem. 48. Consilia. Genes. 3.

FRONS.

FRONS pudoris, verecundiæ & modestiæ theatrum præcipuum est: vnde si hæc absint, impudentiæ atq. improbitatis maximæ argumẽtum sumitur, S. S. E. Domus Israel attrita fronte est. Aliquando autem in vitio, aliquando verò in virtute & constantia frontis durities ponitur. vt, Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum. Perpetuus locus professionis & studij indicandi in fronte est. S. S. E. frequentissimè. Donec signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. &, Ne læderent, &c. nisi tantùm homines, qui non habebant signum Dei in frontibus suis. Probitas. Improbitas. Ezech. 3. Professio. Apocal. 9. Apoc. 7. Apocal. 9.

COLLVM, CERVIX.

COLLVM proxima capiti pars cæterarum membra cum capite coniungit, libertatem vel seruitutẽ indicat, ideoque vario rerum genere vel ornatur vel impeditur: vt torque

vt torque vel iugo.atq. ornamentis appendendis decet. Amplexibus etiã necessarissimorum aptatur: sicut scriptum est. Et amplexatus est eum, & stringens collum eius. Et collo torquem auream circumposuit. Et supellex varia ad ornanda colla contigerit. Igitur in seruitutis & libertatis sermonibus mentio colli fit. vt, Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis. &, Ponite pedes vestros super colla regum istorum.

Superbiæ & arrogantiæ atque proteruitatis signum est collum extentum, id quod Israëlis filiabus Isaias exprobrat. Vrbem aliquam regiam & præstantiorem cæteris collum significat. vt, Et ibit per Iudã inundans, & transiens vsque ad collum veniet. Et spiritus eius vsque ad collum eius. Idem de ceruice obseruauimus in libertatis & seruitutis atque etiam contumaciæ significationibus.

Pectvs.

Pectvs cogitationum officina est, quam ob rem in sacrificiis mysticè postulatur. Et Aaron iubetur insigne iudicij supra pectus gestare. In arcanis autem sermonibus pectus cogitationes & consiliorum inceptiones. vt, Supra pectus tuum gradieris. Et cùm eleuasset faciem & ardẽtibus oculis furorem pectoris indicasset.

Viscera.

Viscera affectibus plurimum commouentur s. s. e. Cõmota sunt viscera eius. Pro corde aliquando nomen hoc vsurpatur. vt, Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? Et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Sæpissimè affectum, cogitationem & amorem atque commiserationem significat. vt, Viscera mea ad murum cocti lateris. Et multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum super me continuit se. Et viscera eius abundantiùs in vobis sunt.

Cor.

Cor cogitationum & affectuum omnium fons est, & significationem obtinet studiorum. s. s. e. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Mentem & intellectum quoq. significat: vt, Obcæcatum est insipiens cor eorum. Et ipse autem non sic arbitratur: & cor eius non sic existimabit. Cor fortitudinis sedes est, fortitudinemque significat. vt, Et cor tuum non formidet. &, Erit cor fortium Moab, in medio eorum sicut cor mulieris. Demùm sapientiæ, intellectus, prudentiæ & existimationis significationem cor obtinet. atque ita cor magnum pro superbia ponitur; vt, Visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur. Cor durum pertinaciam & obstinationem in malum significat sæpè apud Prophetas. item, incircuncisum cor. vt, Abierunt post prauitatem cordis sui. &, Omnis autem domus Israel incircuncisi sunt corde. Denique cor & ossa tristitiæ, laboris, lætitiæ & quietis subiectum sunt, s. s. e. Videbitis & gaudebit cor vestrum: & ossa vestra quasi herba germinabunt.

Intestina.

Ex intestinorum recta habitudine multum roboris; contrà verò ex aduersa, multum debilitatis corpori accedit, s. s. e. Defecerunt præ lachrymis oculi mei. Conturbata sunt viscera mea. Et multis aliis in locis, vbi quæ Latinè viscera legimus, intestina propriè dicuntur Hebraicè.

Brachia.

Brachia in ministris membris vim & vsum habent præcipuum; à pectore enim robur nanciscuntur, & motum à cerebro per collum, spiritus autem à vicino sibi corde excipiunt: ex quibus rebus sermones proferuntur arcani. Brachium enim vim & robur fortitudinemque significat. vt, Redimam eos in brachio excelso. &, Deduxit te Dominus ex Ægypto in manu forti & brachio extento. &, Donec annuntiem brachium tuum generationi omni, quæ futura est. &, Tuũ brachium cũ potentia. Et saluauit sibi brachium suum. Duo brachia magnum robur. vt, Brachia mea populos iudicabunt. Brachium auxilium & societatem. vt, Brachium vniuscuiusque sedebit sub vmbraculo eius in medio nationum.

Robur magnum. Isai. 51. Auxilium. Ezech. 31.

Manvs.

Manvs omniũ humani corporis membrorum ad multos variosque vsus, atque adeò ad multarum rerum exercitationem habilissima est, & vni homini præcipuè data, quæ rationis & mentis variæ cognitioni ad vsus inseruiat. Est autem varius de manibus sermo, quatenus varium earum habitum obseruamus: de quo nobis aliâs proprio loco dicendum est. nunc verò de earum arcana aut symbolica significatione agimus.

Ministerium cordis manus significat, & omnem vim & virtutem, aut efficacitatem humanam. vt, Omnis manus dissoluetur, & omne cor contabescet. Ministerium cordis. Isai. 13.

Amicitiæ & societatis habet symbolum. vt, Ecce dedit manum suam. Potentiæ & violentiæ significationem habet. vt, A pauperis iniuria auerterit manum suam. Manus etiam opera actionesque significant, vnde manus innocentes & nocentes dicuntur. vt; Lauabo inter innocentes manus meas. Et secundùm puritatem manuum mearum, quæ est in me. &, Innocens manibus & mundo corde. Imperium quoque manus dicitur. vt, Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dextram eius. Manus Domini bona, auxilium & gratiam. vt, Et dedit ei rex secundùm manum bonam Domini super eum. Et venit in Ierusalẽ iuxta manum Domini bonam super se.

Amicitia. Ezech. 17. Potentia. Ezech. 18. Opera. Psalm. 72. Psal. 17. Psal. 24. Imperium. Psal. 89. Gratia. Auxilium. Esdr. 7.

Aliâs, manus Domini, tribulationem vel pœnam, vel afflictionem significat. vt, Extende paululum manum tuam. Et alioqui mitte manum tuam. Et quia manus Domini tetigit me. Denique omnem efficientiam manus significat. vt, Tradentur in manus gladij.

Afflictio. Iob. 1. Iob. 2. Iob. 19.

Manus multæ rapiendi facultatem. vt, Vbi manus multæ sunt, claude. Rapina. Eccles. 42.

Dextera.

Manvs dextera agẽtem, & qui præcipuus in opere est, indicat; contrà sinistra, eùm, cuius nihil in opere efficiundo interest. vt, Nesciat sinistra tua id quod facit dextera tua. Significat etiam opus, actionem & efficientiam. vt, Nec dicet, Fortè mendacium est in dextera mea. Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante faciem eius gentes. &, Qui eduxit ad dexteram Moysen. Et dextera tua suscepit me. Et à resistentibus dexteræ tuæ. Et dextera tua inueniat omnes inimicos tuos. Et hæc mutatio dexteræ excelsi. &, Dextera Domini fecit virtutem. Dextera etiam Meridiem, & læua Septentrionem. vt, Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis.

Matth. 6. Efficientia. Isai. 44. Isai. 63. Psal. 17. Psal. 118. Psal. 16. Psal. 20. Isai. 54. Psal. 76. Meridies. Isai. 54.

Potentiam & imperium. vt, Ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. &, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Gratiam quoque diuinamque tutelam significat dextera; & sinistra improbationem, & repudiationem. vt; Statuet oues quidem à dextris, hædos autem à sinistris. Auxilij vim habet. vt, Auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici. Rectitudo & consilium rectum dextræ nomine indicatur; contrà verò sinistræ. vt, Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius.

Potentia. Imperium. Psal. 86. Psal. 109. Gratia. Matth. 25. Thren. 2. Consilium. Eccles. 10.

Iuramenti symbolum dextera est: sicut scriptum est. Iurauit Dominus in dextera sua. Et apud Ezechielem charissimæ rei symbolum habet dexterum latus: sicut scriptum est. Et cùm compleueris hæc, dormies super latus tuum dexterum secundò.

Iuramentũ Isai. 62. Charares. Ezech. 4.

Sinistra.

Sinistra manus ad res agendas minus habilis, quàm dextera est; ad ferenda verò onera, atque ad res fortiter comprehendendas aptior. Sisaram enim manu dextera malleum, sinistra verò clauum arripuisse legimus. & Gedeonis milites tenuerunt sinistris manibus lampades: & dextris sonantes tubis. Est autem sinistra

Iudic. 5. Iudic. 7.

inferioris conditionis in quocunque argumento.

Quam ob rem Iacob manum dexteram posuit super caput Ephraim minoris fratris; sinistram verò super caput Manasse, dicens: Iste quidem erit in populos & multiplicabitur; sed frater eius minor maior erit illo. Vnde pro inferiori nota vsurpatur. vt, Non declines ab ea ad dextram vel ad sinistram. Dextera & sinistra vel claram vel minus perspicuam rationem significant. vt, Nec declinet in partem dexteram, nec ad sinistram. Significat etiam errorem sinistra. vt, Cor stulti in sinistra eius. Vt dextra Meridiem, sic etiam sinistra Septentrionem significat. Si ad sinistram quid agam: non apprehendam eum. &, Ad dextram enim & ad læuam penetrabis. A dextris & à sinistris pro secundis & aduersis rebus dixit Paulus.

Genes. 49. *Deut. 17.* Error. *Eccles. 10.* Septentrio *Iob. 23.* *Isai. 54.* *1. Corinth. 6*

VENTER.

VENTER in omni animali ea pars dicitur, quæ alimento recipiendo, concoquendoque apta est: in qua & ventriculus, & animalia membra cætera continentur: vt intestina, iecur, splen. atque ad hanc rationem pertinent multæ orationes, quæ de victu alimoniaque proferuntur. vt, Nec est satiatus venter eius. &, Vtinam adimpleatur venter eius. &, De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. &, Iustus comedit & replet animam suam: venter autem impiorum insaturabilis.

Alimẽtum & victus. *Iob. 20.* *Psalm. 16.* *Proverb. 13.*

Venter etiam tam in viris quàm in fœminis ad generationem & prolem significandam appellatur. vt, Duo populi ex ventre tuo diuidẽtur. &, Nunquid ego Deus sum, qui priuaui te fructu ventris tui? Et benedictus fructus ventris tui. &, Quia non conclusit ostia ventris, qui portauit me. Et de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Nonnunquam venter viscera significat, & affectuum ac perturbationum sedem indicat. vt, Liuor vulneris abstergit mala, & plagæ in interioribus ventris. Et venter meus intremuit ad tactum eius. Et venter meus ad Moab quasi cithara sonabit. Et viscera mea ad murum cocti lateris. Et conturbatus est venter meus. &, Cõturbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus. Et illud mysteriis plenum Christi promissum, Qui credit in me, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Ad hanc significationem arcanè pertinet: Et amaricatus est venter meus.

Proles. *Genes. 25.* *Genes. 30.* *Deut. 28.* *Iob. 3.* *Psalm. 131.* Affectus. *Prouer. 20.* *Cantic. 5.* *Isai. 16.* *Thren. 4.* *Psal. 30.* *Iohan. 7.* *Apoca. 10.*

Aliquando & voluptatum concupiscentiam, libidinemque significat venter. vt, Quorum Deus venter est. &, Huiuscemodi Christo Domino non seruiunt, sed suo ventri.

Voluptas. Libido. *Philip. 3.* *Rom. 16.*

VMBILICVS.

VMBILICVM pro optimo, firmissimo & vberrimo loco, sacer sermo vsurpat, s. s. E. Et super populum, qui est congregatus ex gentibus, qui possidere cœpit & esse habitator vmbilici terrarum.

Situs optimus. *Ezech. 38.*

TERGVM.

TERGVM obliuioni, negligentiæ, fraudi & peruersitati significandæ seruit. vt, Proiecisti post tergum tuũ omnia peccata mea. Et verterunt ad me tergum & nõ faciem. Fugam etiam significat tergum versum s. s. E. Itaque rex Sodomorum & rex Gomorræ terga verterunt, ceciderunt que ibi. Et ascenderunt tria millia pugnatorum, qui terga statim vertẽtes percussi sunt. Tergum alicuius sequi, vel post tergum ire, idem est quod ducem eundem proponere & sequi, s. s. E. Et auersi sumus, ne iremus post tergum Dei. &, Qui auerterunt de post tergum Domini, & qui non quæsierunt.

Obliuio. Neglectio. *Isai. 38.* Fuga. *Genes. 14.* *Iosu. 7.* Disciplina. Professio. *Isai. 59.* *Sophon. 1.*

DORSVM, SCAPVLA.

DORSVM ferendis oneribus aptum constantiam habet, roborisque sedes est: sed quia cognoscendi sensibus præter tactum destituitur, nullam propriam actionem aut ministerium sortitur, vno tantum ferendi & patiendi vsu excepto. Quam ob rem in patientiæ, tolerantiæ, laborum & molestiarum ferendarum sermonibus dorsi nomen vsurpatur. Namque eorum, qui victi, seruitioque addicti sunt, & grauem seruitutem vel molestissimam victoriam pati coguntur, dorsi mentio fit. vt, Percute dorsa inimicorum eius. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum. &, Quoniam pones eos dorsum in reliquiis tuis. Et posuisti tribulationes in dorso nostro. Et diuertit ab oneribus dorsum eius. Et super omne dorsum ciliciũ. Castigationis etiã. vt, Virga in dorso eius, qui indiget corde. Et flagellum & camus asino: & virga in dorso imprudentum. &, Conteram virgam eius in dorso eius. Scapula etiam, siue posterior pars corporis, negligentiam & obliuionem significat. vt, Proiecisti post tergum tuum.

Seruitus victoriæ perpessio. *Deut. 33.* *2. Reg. 12.* *Psal. 20.* *Psal. 65.* *Psal. 80.* *Ierem. 48.* Castigatio. *Prouerb. 20.* *Prouerb. 26.* *Nah. 1.* Negligẽtia *3. Reg. 14.*

VBERA.

VBERA terræ fertilitatem & etiã pecorum copiam interpretamur, eò quòd vbera assiduam lactis copiã lactentibus & nutriendis sufficiunt. vt, Super vbera plangite; super regione desiderabili, super vinea fertili.

Fertilitas. *Isai. 32.*

Vbera integra virginitatem, integritatem morum: & contrà vbera compressa, corruptionem, officij violationem, religionisq. contaminationẽ significant, s. s. E. Ibi subacta sunt vbera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum. Inter vbera collocari, maximi amoris signum est.

Integritas. Corruptio. *Ezech. 23.*

IECVR.

IECVR amoris & impotentium affectuum sedes est, s. s. E. Donec transeat sagitta iecur eius. &, Effusum est in terra iecur meum, super contritione filiæ populi mei. Hinc adeò est, quod in sacrificiorum ritibus, frequẽs de iecoris reticulo flãmis inurendo, mentio est.

Affectus. *Prouerb. 7.* *Thren. 2.* *Leuit. 1. 2. & 3.*

RENES.

RENES cogitationum sedes dicuntur, earum præcipuè, quæ ab animali natura hominis proficiscuntur: atque ideò, pro cogitationibus ipsis & cõsiliis eiusmodi nomen vsurpatur. vt, Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorũ. &, Ego Dominus scrutans cor & probans renes. Et insuper vsque ad vesperam increpuerunt me renes mei. &, Quia tu possedisti renes meos.

Cogitatio animalis. *Ierem. 12.* *Ierem. 17.* *Psal. 15.* *Psal. 138.*

Est etiã roboris vis & præcipua pars in renibus & lumbis; sed renes lumbis communicant alimentum, & robur, vnde robori & firmitudini significandæ aptantur, s. s. E. Et erit cinctorium renum eius fides, & dissolutio geniculorum. &, Defectio in cunctis renibus. &, Cõpages renum eius soluebantur.

Fortitudo. Virilitas. *Isai. 11.* *Nahum. 2.* *Daniel. 5.*

CRVRA.

CRVRA columnæ sunt quibus corpus fulcitur; & vehicula quibus mouetur: atq. ita motus ministerium & significationẽ sortiuntur. sed reuelata crura diligentiam in motu, incessuque significant, & præparationem ad longum iter. vt, Reuela crura, transi flumina.

Motus. Migratio. *Isai. 47.*

PEDES.

PEDES extrema pars est: sicut scriptum est: A planta pedis vsque ad caput: qua corpus continetur, mouetur & quiescit: Et fundamenti vicem in omni alia re obtinet, s. s. E. Non inuenit, vbi requiesceret pes eius. Et pedes ligati ambulandi libertatem amittunt, donec soluantur. Itaque captiuitatem significant ligati pedes. vt, Pedes tui non sunt compedibus aggrauati. Et in laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Contrà verò libertatem & salutem illa significant: Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum. Et ipse euellet de laqueo pedes meos. Et pes meus stetit in directo. Et statuisti in loco spacioso pedes meos.

Isai. 1. *Genes. 7.* Captiuitas. *2. Reg. 3.* *Psalm. 9.* Libertas. *Psal. 17.* *Psal. 25.* *Psal. 30.*

PEDES impositi alicui subiectionem, oppressionemque indicant, s. s. E. Ite & ponite pedes super colla regum istorum. Et paulò pòst, Sic enim faciet Dominus omnibus hostibus vestris, aduersum quos dimicatis. Illa verò constantiam & firmitudinem suæ mentis compotem: Statuit supra petram pedes meos. Et eripuit animam meam de morte, & pedes meos de lapsu.

Subiectio. *Iosue. 10.* Constantia *Psalm. 39.* *Psal. 55.*

lapsu. Et fili hominis sta supra pedes tuos. & statuit me supra pedes meos. Actio vitæque consuetudo pedum nomine indicatur. vt, Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. &, Prohibe pedem tuum à semitis eorum. Et veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Et pes tuus non impinget. &, Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei. Et lucerna pedibus meis verbum tuum.

Ezech. 2. Ezech. 3. Actio. Consuetudo. Psal. 72. Proverb. 1. Psal. 13. Proverb. 3. Psalm. 117.

Sub pedibus Dei mundus & hæc inferiora esse dicuntur. Namque cælo insidens, & pedibus terræ innixus, à prophetis pingitur Deus. vt, Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum. Huc illud pertinet. Et caligo sub pedibus eius.

Mundus. Isai. 66. Psal. 17.

Sub pedibus hominis esse, subiectionis & potentiæ, dominiique est. vt, Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. &, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Dominiū. Psalm. 46. Psal. 110.

Pes etiam commoditatem ad aliquid agendum & oportunitatem significat. vt, Si manus tua, vel pes tuus, scandalizat te. Et non veniat mihi pes superbiæ.

Cōmoditas Matth. 18. Psal. 35.

Est etiam rerum omnium postrema pars, pes, idemque significat: vt pes lecti. ideoque pro extremo orbis imperio, hoc est, Romano, Daniel pedes interpretatus est. Pedes alterius apprehendere, vel ad pedes procidere, sese submittentis, & misericordiam salutemque implorantis est. vt, Cumque venisset ad virum Dei, apprehendit pedes eius. &, Procidit ad pedes eius.

Extremitas Daniel. 2. 4. Reg. 4. Matth. 28.

Pes etiam mensuræ nomen est, vt aliàs docebimus.

Mensura.

ARMVS.

ARMVS & pectus sacerdotem & principem significat, s. s. e. Congere frusta eius, in eam omnem partem bonam pectus & armum.

Sacerdos. Princeps. Ezech. 24.

Ossa primarios viros interpretamur, s. s. e. Omnem partem eius armum & pectus electa & ossibus plena.

CALCANEVS.

CALCANEVS postrema pedis pars, rerum, negotiorum & totius vitæ finem significat. vt, Iniquitas calcanei mei circundabit me. Infirmitatem humanæ naturæ. vt, Ipsi calcaneum meum obseruarunt. Et mysticè magis, Tu insidiaberis calcaneo eius.

Finis. Psalm. 49. Infirmitas. Psal. 55. Genes. 3.

DIGITVS.

DIGITVS in manibus & in pedibus articulatissimus vltra cætera membra est: ideoq. ad mouēdas, tractandas, efficiendasque res maximè idoneus. Quam ob rem, pro virtute & efficiendi facultate digitus vsurpatur. vt, Digitus Dei est hic. &, Si ego in digito Dei eijcio dæmonia. &, Tabulæ scriptæ digito Dei. &, Opera digitorum tuorum, Lunam & stellas quæ tu fundasti. Et qui docet manus meas ad bellum, & digitos meos ad prœlium. Digitus vnus opera exigua adhibita: vt, Alligant onera importabilia, quæ nec ipsi digito attingunt. &, Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam. Est etiam mensura digitus in sacris rationibus frequens.

Efficacitas. Exod. 8. Luc. 11. Deut. 9. Psal. 8. Psal. 143. Opera exigua. Matth. 23. Luc. 16. Mensura.

LINGVA.

LINGVA membrum animantibus, ad vocis vsum, atque ad gustandi facultatem datum est; homini ad sermonem plurimum seruit: quare pro sermone ipso, & vario verborum atq. orationis vsu accipitur. vt, Vnusquisque secundùm linguam suam. Et confundamus linguas eorum. Vsurpatur etiam pro oratione ipsa, siue probanda, siue improbanda. vt, A flagello linguæ absconderis. &, Occidet eum lingua viperæ. &, Sub lingua eius labor & dolor. &, Linguam nostram magnificabimus. Linguæ peregrinæ mentione inducta, maximum terrorem & miseræ seruitutis expectationem aut vsum prophetæ denuntiarunt. vt, Ecce ego adducam super vos gentē longinquam, gentem, cuius ignorabis linguam. Et linguam quā non nouerat, audiuit.

Loquendi facultas. Genes. 10. Genes. 11. Oratio. Iob. 5. Iob. 20. Psal. 10. Psal. 11. Terror. Ierem. 5. Psalm. 77.

Aliquando per translationem, lingua idem quod ora siue littus, vel margo, significat. Et initium eius à summitate maris salsissimi & à lingua eius.

Ora. Iosue. 15.

DENTES.

DENTES ad cibum conterendum, ad orisque ornamentum dati sunt animantibus: sicut scriptum est. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, &c. Et dens putridus & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ. Namque ex contrario sensu arguitur dens elegans & candidus decori esse oris & vsui. &, Risum dentium, dixit Sapiens.

Num. 11. Prouer. 25. Eccles. 19.

Ex translatione autē dentes pro nocendi & crudeliter agendi facultate & exercitatione vsurpantur, tum in cæterarum animantium; tum in hominum etiam mentione facta: Nam est (vt Salomon ait) generatio, quæ pro dentibus gladios habet: & commandit molaribus suis. Vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Iuxta hanc rationem scriptum est, Frenduerunt super me dentibus suis. Dentes eorum arma & sagittæ. Et infremuerunt contra me dentibus suis.

Nocendi facultas. Crudelitas. Prouer. 30. Psalm. 34. Psalm. 35. Iob. 16.

SPVTVM.

CONTVMELIÆ genus factum in ignominiā alicuius, qui conspuitur, qui eo modo infamis & execrabilis indicatur, s. s. e. Abominantur me, & longè fugiunt à me: & faciem meam conspuere non verentur. &, Flagellabunt eum, & conspuent eum. Et faciem meam non auertit ab increpantibus & conspuentibus.

Iob. 30. Marc. 10. Isai. 50.

CAPILLVS.

CAPILLI ad ornatum capitis faciunt, & fœminis decoris & honestatis causa, copiosi magis crescūt, s. s. e. de Absalonis elegantissima cæsarie. Et D. Paulus, Mulier, inquit, si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli ei ad velamen dati sunt.

Contumelia. 2. Reg. 14. 1. Cor. 11.

In sermonis autem vsum, capillorum mentio fit, ad copiosissimam & innumerabilem multitudinem indicandam: vt, Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. &, Capilli capitis vestri omnes numerati sunt, à Deo videlicet. Significat etiam capillus, in comparationibus, rem vilem & nullius ferè momenti, & cuius ratio non habenda videatur, quæ tamen à Deo habetur, s. s. e. Si fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram. &, Capillus de capite vestro non peribit.

Multitudo. Psalm. 39. Matth. 10. Res minimi momēti 3. Reg. 1. Luc. 21.

Capillorum nutritio, vel etiam abscisio, pro vario ritu, ad religionis ceremonias pertinet. Sic gentilis mulier ad religionem veram traducta, capillos abscindere iubetur. Ætatem etiam significat capillus. vt, Non potestis facere vnum capillum album aut nigrum.

Religio. Num. 6. Aetas. Matth. 5.

NARES.

NARES præter oris ornamentum totius vsui respirationis & aspirationis seruiunt, sicut scriptum est. Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est. Præterea olfactus sensus instrumenta sunt: sicut scriptum est. Applicant ramum ad nares suas. Et putredinem castrorum vestrorum in nares vestras ascendere feci. Et è contrario, Nares habent, & non odorabunt.

Isai. 2. Ezech. 8. Amos. 4. Psalm. 113.

In naribus autem indignationis & iræ indicatio est. vt, Ascendit fumus de naribus eius. Et de naribus eius procedit fumus. In naribus circulus alligatus seruitutem significat; qualem bruta & iumenta ab hominibus domita, patiuntur, omni iuris sui facultate alienam. vt, Nunquid pones circulum in naribus eius? &, Ponam ergo circulū in naribus tuis. Nares amplæ longanimitatem & patientiam magnā indicant, sic Deus Hebraicè אֲרֹךְ אַפַּיִם hoc est, latis naribus, appellatur. Et perpetuò naris nomine, ira apud Hebræos describitur. Qui patiens est, multa gubernatur prudentia. contrà verò qui impatiens est, ille latis naribus, hic angustis, Hebraicè dicitur.

2. Reg. 22. Iob. 41. Seruitus summa. Iob. 40. Isai. 37. Ioel. 2. Prouer. 14.

LABIA.

LABIA præterquàm quod ori gratiam & decus addunt, ad orationis vsum & verborum prolationem plurimùm conferūt; rectè enim composita labia, rectè loqui & pronuntiare possunt: contrà verò indecora &

malè sita, s. s. r. Non scio loqui, quia incircuncisus labiis sum. Vsurpatur labium pro lingua linguæque prolatione siue dialecto. vt, Erat terra labij vnius & verborum eorundem. Et vnus est populus, & vnum est labium. &, Ibi confusum est labium vniuersæ terræ.

Exod. 6. Lingua. Genes. 11.

Labium etiam vel labia, verba ipsa, orationemque significant à mentis consilio profectam. vt, Anima, quæ iurauerit & protulerit labiis suis, vt vel malè quid faceret vel benè. Et in omnibus his non peccauit Iob labiis suis. Et non loquentur labia mea iniquitatem. Et labia dolosa in corde, & corde locuti sunt. Et labia nostra à nobis sunt. Et venenum aspidum sub labiis eorum. huius generis plurima exempla sunt.

Oratio. Leuit. 5. Iob. 1. Iob. 27. Psal. 11.

Frenum in labiis imperium, quod detractare quispiam nequeat. vt, Ponam frenum in labiis tuis.

Imperium. Isai. 35.

Labium linguæ & verbum populi, fabula publica est, quam populus de miseris vsurpat. vt, Et ascendistis super labium linguæ & opprobrium populi.

Fabula publica. Ezech. 36.

Labia dulcia suauiloquentiam; contrà verò amara. quorum multa exempla sunt.

Suauiloquentia. Cant. 4.

FACIES, VVLTVS.

TOTIVS corporis summum & dignissimum locũ facies obtinet, animi vltra ceteras partes index persæpè probatus, non tamen perpetuò certus. laudantur igitur, & indicantur multorũ mores & ingenia ex facie: vt Rachelis, Dauidis, & aliorum. Est autem perturbati animi argumentum in facie frequentissimum. vt, Quare concidit facies tua? Faciei verò nomen ad multiplicis sententiæ orationes vsurpatur: ex quibus bona pars ad habitus refertur. de quo argumento, altero libro nobis est agendum: partem verò simpliciorem hoc loco exponemus. Faciem pro naso vertit Interpres: Inspirauit in faciem eius spiritum vitæ. Facies animi mutationem indicat. vt, Video faciem patris vestri, quòd non sit erga me, sicut heri & nudiustertius. Præsentiam & aspectum vel respectum. vt, Abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini, in medio ligni paradisi. Efficacitatem & auctoritatem. vt, Repleta est terra iniquitate à facie eorum.

Genes. 29. 1. Reg. 6. Genes. 6. Nasus. Genes. 2. Animi mutatio. Genes. 31. Præsentia. Genes. 3. Auctoritas Genes. 6.

Gratiam & beneuolentiam actiuè. vt, Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis ampliùs faciem meam. &, Recede à me, & caue ne vltrà videas faciem meam. Et ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. &, Abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem. &, Multi requirunt faciem principis. &, Illuminet vultum suum super nos. Gratiam quoque & studium alterius, passiua significatione, facies indicat. vt, Ecce, audiui vocem tuam. &, Honorauí faciem tuam. &, Ne confundas faciem meam. &, Ex multarũ personis facierum.

Gratia. Genes. 44. Exod. 10. Numer. 6. Deut. 31. Prouer. 29. Psalm. 66. Gratia. 1. Reg. 25. 3. Reg. 2. 2. Cor. 1.

Nonnunquam indignatio & ira faciei nomine indicatur. vt, Ponam faciem meam contra eam. &, Ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem eius succidam. Achab etiam indignabundus faciem diuertisse scribitur.

Indignatio Leuit. 20. 2. Reg. 21.

Notitiam & cognitionem facies significat. vt, Abscondit eum à facie Arhaliæ, vt non interficeretur.

Notitia.

In faciem aliquid fieri, apertè, palàm. vt, Nisi in faciem benedixerit tibi. &, Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Et foderunt ante faciem meam foueam.

Apertè. Iob. 1. Psalm. 49. Psal. 56. 57.

Improbè, publicè & apertè, ac sine respectu, quod fit in faciem, vel ante faciem, fieri dicitur. vt, Quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati. Et sustinetis, si quis in faciem vos cædit.

Improbitas Actor. 3. 2. cor. 11.

Facies dura in partem malam proteruiæ & contumaciæ indicium est. vt, Filij dura facie, & indomabili corde. In bonam quoque partem facies dura constantiam & fortitudinem significat. vt, Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.

Proteruitas Ezech 2. Constantia Fortitudo. Ezech. 3.

OCVLI, PALPEBRÆ, CILIA.

OCVLI, pulcherrima & vtilissima, charissimaque in tota facie pars, quæ præter ornamẽtum, vsum etiam affert optimi sensus, sicut scriptum est. Aurem audientem & oculum videntem Deus fecit vtrumque. Actionibus etiam & indicationibus illa pars deseruit, vt ex nutibus obseruatur. in quo varia genera sunt, quædam probata, improbata alia: sicut scriptum est. Annuit oculis, terit pede. Et oculũ qui subsannat patrẽ. Quiete & vigiliis præcipuè vel occupantur, vel exercẽtur oculi: sicut scriptum est. Ne dederis somnum oculis tuis, ne dormitent palpebræ tuæ. Oculorum verò nomen, varia significatione in sermonibus vsurpatur: id quod in libro De habitu & gestu docebimus: nunc simpliciora tantùm genera indicare contenti.

Prouerb. 20. Prouerb. 6. Prouerb. 30. Prouerb. 6.

Oculi mentem, iudicium, cognitionem, opinionem & fidem significãt. vt, Visi sunt oculis insipientium mori. Et lucerna corporis tui est oculus tuus. &, Non intelligit, quoniam omnia videt oculus eius, & qui finxit oculum, non considerat?

Iudicium, cognitio, fides, opinio. Sap. 3. Matth. 6. Eccles. 23.

Curam & prouidẽtiam, tutelam, gratiam, fauorem, custodiam. Ecce oculi Domini super metuentes eum. &, Oculi Domini super iustos, & oculi eius in pauperem respiciunt. &, Firmabo super te oculos meos. &, Super lapidem vnum septem oculi sunt.

Cura, gratia, custodia. Psal. 32. Psal. 31. Zach. 11.

Præsentiam, facultatẽ & potestatem. vt, Mille anni ante oculos tuos, tanquã dies hesterna quę præteriit.

Præsentia. Psalm. 89.

Cogitationem & consilium atque attẽtionem: item appetitum. vt, Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiant in morte. Et oculos suos statuerunt declinare in terram. Et oculi mei semper ad Dominum. Vnusquisque offensionem oculorum suorum abijciat.

Cogitatio. Appetitio. Psal. 12. Psal. 16. Psal. 24. Ezech. 20.

Oculi, prophetas & præpositos ministros arcanè significant. vt, Claudet oculos vestros, prophetas & principes vestros.

Prophetæ. Ministri. Isai. 29.

Oculus dexter, prudentiam & rectum consilium, & rem charissimam. vt, Gladius super oculum dextrum eius. & Oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur. &, Si oculus tuus dexter scandalizat te.

Prudentia. Zach. 11. Matth. 5.

Oculi etiam impudentiæ & nequitiæ indices habentur. vt, Fornicatio mulieris in oculis eius: & ab omni irreuerentia oculorũ eius caue. Oculi & oculorũ pupillæ rem amabilem, charam & obseruandam. vt, Serua legem meam, quasi pupillam oculi tui. &, Custodi me Domine vt pupillam oculi. &, Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei.

Impudentia. Eccles. 26. Res chara. Prouerb. 7. Psalm. 16. Zachar. 2.

Oculus malus inuidiam, auaritiam. vt, An oculus tuus nequam est. Et nequam est oculus liuidi. &, Oculus malus, blasphemiæ, &c. Oculi elati superbiæ indices. vt, Eleuasti oculos tuos in excelsum contra sanctum Israel. Et oculi sublimes hominis humiliabuntur. Et oculi sublimes deprimentur. Oculi ictus breuissimum tempus, & quasi momẽtum significat. vt, In momento, in ictu oculi.

Inuidia. Auaritia. Matth. 20. Eccles. 14. Marc. 7. Superbia. Ambitio. 4. Reg. 19. Isai. 2. Isai. 5. Tẽpus breuissimum. 1. Cor. 15.

PALPEBRÆ.

PALPEBRÆ oculis ad custodiã & recreationem, somniq̃ue capiendi vicissitudinem additę sunt. Quamob rem apertæ attentionem; remissæ & occlusæ, negligentiam vel securitatem significant. vt, Palpebræ meæ caligauerunt. Et si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem. Et oculi eius vt palpebræ diluculi. Et palpebræ eius interrogant filios hominum.

Iob. 16. Psalm. 7. Iob. 41. Psal. 10.

AVRES.

AVRES obedientiam & veritatis cognoscendæ studium significant. vt, Qui habet aures audiendi audiat.

Obedientia. Matth. 13.

BARBA.

BARBA viris, & ad humoris, in capite, excretionẽ, & ad oris decus, dignitatemque data est, vnde ludibrij loco habetur incõcinna barbæ præcisio, sicut scriptum est. Tulit itaque Hanon seruos Dauid, rasitque dimidiam partem barbæ eorum, &c. Et impexa horrensque barba mœstitiam & sordidatum hominem indicat. Sic enim Mephibosetb filius Saul descendit in occursum regis

Ludibrium. 2. Reg. 10. Mœstitia. 2. Reg. 19

regis illotis pedibus & intonsa barba. Contrà verò decoris & lætitiæ causa, barba pexa, suaui vnguento inungitur. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Barba rasa mœstitiæ signum erat, & doloris. Vt in cunctis capitibus eius calutium, & omnis barba radetur. &, Octoginta viri rasi barba, & scissis vestibus, & squallentes.

Lætitia. Psalm. 132. Dolor. Mœstitia. Isai. 15. Ierem. 41.

DE NATVRALIBVS QVIBVSDAM ACTIONIBVS SIVE AFFECTIONIBVS.

CAP. LXXXIII.

ATQVE de corporis humani partibus, ad quas etiam aliorum animantium membra referuntur, satis ad indicandum sermonem dixisse, nobis videmur. Nunc verò quædá actiones, quę ad vitam & vitæ vsum pertinent, obseruandæ sunt. Illarum autem duplici modo distincta ratio est. Nam quædam homini cum cæteris animantibus communes, etiam in ipsis naturæ initiis fuere, quarum vsus & post peccatum perseuerauit: nec tamen vitio vel culpa vel defectu aliquo omnino alienus, vt comedendi & gignendi, pariendiqúe consuetudo: quæ cùm integra olim & sine molestia cõtigisset, humana culpa corruptionẽ admiserũt. Sicut scriptum est. In dolore paries filios tuos. Quædam verò sunt, quæ sui ortus occasionem à culpa habuere, quanquam non semper aut omnibus cùm accidunt, culpam arguant, vt morbi, lassitudines, labores, curæ, necessitates, inopiæ, diuitiæ, paupertas, cæteræque animorum & corporum affectiones, ac tandem mors. Vtrumque genus, quam commodissimo potuerimus ordine, & quàm breuissima oratione tractabimus.

Genes. 3.

PVRITAS.

PVRITATIS verbo nitor, decus & cultus significatur. vt, Destruxisti cum ab emundatione: & sedem eius in terram collisisti.

Cultus. Decus. Psal. 88.

ODOR.

ODOR aut suauis est aut ingratus; ille gratiam & amabilitatem, præterea etiam bonam famam: hic verò contra significat. vtriusque exempla sunt. Fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone & seruis eius. &, Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Et quæ de odore suauitatis, in sacrificiis, sæpè dicuntur. Et odor eius vt libani. Odor etiam pro argumento certissimo cognoscẽdæ rei vsurpatur. Vt odorem notitiæ suæ manifestat per nos, in omni loco. Quia Christi bonus odor sumus, in iis qui salui fiunt, & in iis, qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem, & aliis odor vitæ in vitam. Odoratæ res secundum successum & optabilem euentum significant. vt, Manus meæ distillauerunt myrrham, id est, grata omnia mihi euenerunt. &, Quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate, quasi libanus odorem suauitatis habete; florete flores quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam.

Gratia. Odium. Exod. 5. Cantic. 1. Genes. 8. Ose. 14. Notitia. 2. Corinth. 2. Successus. Canti. 5. Eccl. 39.

CIBVS, COMEDERE.

CIBVS solidus arcanam sapientiam, quam perfecti tantùm capere possint, significat; de qua nos aliàs plura. vt, Facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. perfectorum autem est solidus cibus.

Sapientia arcana. Hebr. 5.

Communicatio in cibo & pane amicitiam, societatem, consuetudinemqúe significat. vt, Qui comederunt tecum, ponent insidias subter te. &, Qui comedebat panem meum, magnificauit super me supplantationem. &, Qui simul dulces capiebas cibos. Et fuerunt ibi apud Dauid tribus diebus, comedentes & bibentes. &, Ne desideres cibos eius. &, Cibos lugentium non comedetis. Omne obsonium cibi nomine indicatur. vt, Fac cibos vt comedas. Et collegerunt cibos duplices. Et cibos emetis ab eis.

Consuetudo. Abd. Psal. 13. Psal. 54. 1. Paral. 12. Proverb. 23. Ezech. 24. Obsonia. Genes. 27. Exod. 16. Deut. 2.

Omnem præterea victus rationem atq. prospectum, & certum rei familiaris vsum, hoc nomen annotat. vt, Erat cibus Salomonis per diem triginta cori similæ, &c. &, Parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius. Cibare pane & potu lachrymarum est, in perpetuo mœrore aliquem tenere; contrà verò, suauibus & salubribus cibis cibare. vt, Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in mensura. &, Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. &, Cibabo eos absynthio. Et cibauit me cinere.

Victus. Familiaris res. 3. Reg. 4. Psal. 64. Iucunditas. Mæstitia. Psalm. 79. Psalm. 8. Ierem. 23. Thren. 3.

Cibare aliquem est commoditatibus illius prospicere. vt, Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. &, Cibabo te hęreditate Iacob patris tui. Comedere idem quod vastare & perdere. vt, Esuriet & comedet ad sinistram, & non saturabitur. Non comedere, indignantis & perturbati est. vt, Achab auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem.

Officium. Proner. 25. Rom. 12. Perdere. Isai. 9. Indignãtis. 3. Reg. 21.

MORDERE carpere acerbissimè & reprehendere aut accusare vehementer & iniquè, s. s. E. Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum; qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem. sed huius loci interpretationem commodiorem in Commentariis nostris conscripsimus: Verè enim mordere pro comedere hic ponitur, quamuis ad accusationem transferri verbum possit.

Miche. 3.

DVLCE.

IVCVNDVM & gratum auditui, visui aut existimationi iucundum, translato verbo, dulce dicitur. vt, Animæ enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur. &, Dulcis & rectus Dominus. &, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! Et pro pulchro, bono & honesto vsurpatur etiam. vt, Ponentes amarum in dulce, & dulce amarum.

Iucundum. Gratum. Iob. 6. Psal. 24. Psal. 118. Isai. 5.

AMARVM.

AMARVM insuaue est, & ad animum, ingenium, moresque transfertur; & significat difficile & importunum aut triste. vt, Cùm esset Anna amaro animo. &, Quia amara erat anima vniuscuiusque viri, super filiis suis & filiabus. Et irritationem etiam hoc modo significatam legimus. vt, Tu nosti patrem tuum & viros, qui cum eo sunt, esse fortissimos, & amaro animo. Et gentem amaram & velocem.

Triste. 1. Reg. 1. 1. Reg. 30. Irritatio. 2. Reg. 17. Habac. 1.

Difficultatem & molestiam illa significant exempla: Interiderunt arcum rem amaram. &, Nouissima autem illius amara quasi absynthium. Malum & importunum amarum dicimus. vt, Ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. &, Amarum est, reliquisse te, Domine. Difficultas morum. vt, Diligite vxores, & nolite amari esse ad illas. &, Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris.

Molestia. Psal 63. Proverb. 5. Importunũ malum. Isai. 5. Ierem 1. Difficiles mores. Colos. 3. Iacob. 3.

PANIS.

PANIS præcipuam in hominum victu laudem obtinet. vt, Qui solus vitam alere possit, s. s. E. Sufficientia vitæ hominis in pane & aqua. Vnde panis pro omni victus ratione vsurpatur. vt, Sic comedent filij Israel panem pollutum. Panis verò & aqua victum simplicem describit. vt, Panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Et repleti prius pro panibus, se locauerunt. Et non satiabitur pane indigens. Et in domo mea non est panis

Cibus omnis. Eccles 29. Ezech. 4. Simplex victus. Isai. 33. 1. Reg 2. Isai. 3. Eccl. 14.

Panem alterius comedere, est vitæ partem illi debere. vt, Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Panis rem vtilem & necessariam significat. vt, Si quem petierit filius eius panem, nunquid lapidem dabit illi? Panis donum & beneficium significat. vt, Non est bonũ sumere panem filiorum, & dare canibus. Et cibauit illum pane vitæ & intellectus.

Vitæ debitum. Psal 40. Res vtilis. Matth. 7. Beneficium. Matth. 15. Eccles. 15.

Comedere panem cum aliquo, conuiuium celebrare est. vt, Comederunt cum eo panem.

Conuiuiũ. Iob. 42.

Panis etiam doctrinam significat arcanè. vt, Parauli petierunt panem. Panis fractio, communicatio corporis Christi est, interprete Paulo.

Doctrina. Thren. 4. Eucharistia 1. Corint. 10.

MEL.

MELLIS nomen suauitatem & iucunditatem significat.

Iucunditas

Prosperitas. gnificat. Adiuncto autem lactis vel butyri nomine, abundantiam, prosperitatemque perfectam indicat. vt, In die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de terra Ægypti, in terram, quam prouideram eis, fluentē lacte & melle. &, Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis & butyri. Et mel & lac sub lingua tua.

Ezech. 20. Iob. 20. Cant. 4.

Sapientia. Mel & fauus sapientia & scientia. vt, Comede, fili mi, mel, quia bonum est, & fauum dulcissimū gutturi tuo.

Proverb. 24.

Voluptas. Delitiæ. Mel etiam rem optabilem iucundamque significat: cuius modi sunt voluptates & delitiæ, quibus modum adhibere oportet, S. S. E. Mel inuenisti, comede quod satis est tibi, ne fortè satiatus euomas illud.

Proverb. 25.

FAVVS.

Suauitas. FAVVS dulcedinis, suauitatis atq. iucunditatis primas tenet, remque tum suauem, tum salubrem significat, S. S. E. Dulciora super mel & fauum. Et fauus distillans labia tua. &, Comede fili mi mel, quia bonū est, & fauum dulcissimum gutturi tuo.

Psal. 18. Salubritas. Cantic. 4.

CONVIVIVM.

Amicitia. CONVIVIVM amicitiæ & hilaritatis causa instituitur, atque ad rei alicuius initiatæ monumentum; vt in natalibus ablactationibusq. liberorum: & in nuptiis & magnorum consiliorum aut munerum initiis, sicut de Abraham, Ioseph, Samson, Absalon, Assueroque scriptum est. Significat autem conuiuium lætitiam & iucundū vitæ vsum. vt, Secura mens quasi iuge conuiuium. &, Ecce serui mei comedent, & vos esurietis.

Genes. 21. Genes. 43. Iudic. 14. 2. Reg. 13. Esther. 1. Lætitia. Proverb. 15. Isai. 65.

Voluptas. Voluptatem & delitias quoque significat. vt, Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. &, Ne ingrediaris domum conuiuij, neque vadas ad plangendum. Consuetudinem & familiaritatem. vt, Noli esse in conuiuijs peccatorum. Et filij Iob singulis diebus faciebant conuiuia per domos. &, Nunquam manducaui omne commune & immundum. Arcanè consuetudinem & cōmunicationem significat. Et fecerunt tumulum, & comederunt super eum. &, Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.

Eccl. 7. Ierem. 16. Consuetudo. Proverb. 23. Iob. 1. Actor. 10. Genes. 31. Cantic. 5.

FERMENTVM.

Doctrina pestilens. DOCTRINÆ malæ & pestilentis, quæ & veritatem & honestatem contaminet, fermenti nomen significationem indicat. vt, Cauete à fermento Pharisæorum, & à fermento Herodis. Et modicum fermentum totam massam corrumpit. Significat etiam originalis peccati contagem illam, quæ humanum genus omne & infecit, & cōtaminauit. de qua scriptum est, Expurgate vetus fermentum, & non in fermento veteri, nec in fermento malitiæ. Prætereà & secretæ ac latentis vis, atque ab exiguis initiis ad magnam & manifestam efficaciam pertinentis significationem habet fermentum, S. S. E. Simile est regnum cælorum fermento, quod accipiens mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentetur totum.

Matth. 16. Galat. 5. Peccatum commune. 1. Cor. 5. Vis penetrans & crescens. Matth. 13.

AZYMVM.

Synceritas. AZYMVM arcanæ significationis est, & mentem ab omni malitia remotam, omniq. dolo alienam, atque omnino simplicem & candidam significat. vt, Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua consperſio, sicut estis azymi. Itaque epulemur non in fermento veteri, nec in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis.

1. Cor. 5.

MASSA.

MASSA totum negotium simplex & bene institutum, à priuata ratione & inuidia alienū, significat, S. S. E. Si delibatio sancta, & massa sancta. Et modicum fermentum totam massam corrumpit.

Rom. 11. 1. Cor. 5.

BVTYRVM.

Fertilitas. Prosperitas. BVTYRVM & lac victus abundantiam, & ex consequenti, fertilitatem & optimum rerum vsum. vt, Præ vbertate lactis comedent butyrum. Butyri & mellis flumina summas delitias & iucundissimā vitæ facultatem interpretamur. vt, Non videat riuulos fluminis; torrentes mellis & butyri. Butyrum & oleum prosperitatem & rerum copiam. vt, Quādo lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.

Isai. 7. Iucunda vita. Iob. 20. Prosperitas. Iob. 29.

POTVS.

POTVS altera alimenti pars est, qua & nimius calor temperatur, & membrorum lassitudo reficitur. eius enim natura vt liquida magis, ita citiùs in venas penetrat. Sunt autem varii potus, in quibus simplicissimus aquæ est, & commodo tempore gratissimus. Ita Dauid potum aquæ de puteo Bethlehem desiderasse scribitur. Inter officia humana commoda & grata potūs oportunè exhibitus numeratur, S. S. E. Bibe domine mi: & camelis tuis dabo potum. Et esuriui, & dedistis mihi potum. &, Quisquis potum dederit vni ex istis minimis meis.

2. Reg. 23. Genes. 24. Matth. 25. Matth. 10.

Contrà etiam miseriam vehementem atque efficacem potus significat, addita annotatione fellis, amaritudinis, vel lachrymarum. vt, Potum dedit nobis Dominus aquam fellis. &, Potum dabis nobis in lachrymis, in mensura. &, Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum & inebrians.

Miseria vehemens. Ierem. 8. Psalm. 79. Habac. 2.

LAC.

LAC cibum simplicem, suauem tamen atque vtilem interpretamur, quod eius doctrinæ symbolum est, qua homines ante adeptam sanctificationem imbutos esse oportet. hanc doctrinam pœnitentiæ vocamus, quæ & recta in Deum fide & bonorum operum exercitatione & consuetudine definitur: de qua scriptum est. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nōdum enim poteratis. Et facti estis quibus lacte opus sit, nō solido cibo. Sicut modò geniti infantes rationabiles, sine dolo, lac concupiscite. Huius lactis significationem indicabat sponsus mysticè locutus, Bibi vinum meum cum lacte meo.

Simplicitas doctrinæ. 1. Cor. 3. Hebr. 5. 1. Pet. 2. Cantic. 5.

Lactis copia felicitatem & secūdarum rerum vsum: atque ad spiritualem prosperitatem spectat hæc ratio, S. S. E. Et erit in die illa, nutriet homo vaccam boum & duas oues: & præ hubertate lactis comedet butyrum. Lac & vinum affluentiam suauitatis & tranquillæ iucunditatis. vt, Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac.

Prosperitas. Isai. 7. Suauitas. Tranquillitas. Isai. 55.

Lac & mel omnis saturitatis & iucunditatis fructū indicant; quibus aquarum copia addita perpetuas delitias affluentesque ostendit, S. S. E. In die illa leuaui manum manum pro iis, vt educerem eos de terra Ægypti, in terram, quam prouideram eis, fluentem lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras. Et erit in die illa, stillabunt montes dulcedine: & colles fluent lacte: & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ.

Abundantia integra & affluens. Ezech. 20. Ioel. 3.

DORMIRE.

DORMIRE ad naturæ animalis recreationē spectat; significat autem absolutè quietem & tranquillitatem atque securitatem: vt, Dormietis, & non erit qui exterreat. &, Ego dormiui, & soporatus sum. Et in pace in idipsum dormiam & requiescam.

Securitas. Leuit. 26. Psalm. 3. Psal. 4.

Nonnunquam verò negligere vel negligētiam dormiendi verbo indicamus. vt, Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel. &, Vsque quo piger dormies? &, Igitur non dormiamus sicut & cæteri.

Negligētia. Psalm. 120. Proverb. 6. 1. Thess. 5.

Dormire, iacere, & vitæ quasi vsu expertem esse, interpretamur aliquando. vt, Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitatem domus Israel super numero dierum, quibus dormies super illud.

Cessare, carere vsu vitę. Ezech. 4.

Dormire etiam cum aliquo, honestè dicitur, pro concumbere. vt, Inebriemus patrem nostrum vino, dormiemusque cum eo. &, Qui dormierit cum nouerca &c. Dormire etiam idem quod mori est in sacris libris. vt, Dormiam cum patribus meis. Et erit cùm dormierit dominus meus rex cum patribus suis, &c.

Coire. Genes. 19. Leuit. 20. Mori. Genes. 47. 3. Reg. 1.

SOMNVS.

QVIETEM somnus significat. vt, Si dedero somnū oculis meis, & palpebris meis dormitationem. Et suauis erit

Quies. Psalm. 131. Proverb. 3.

uis erit ſomnus tuus. &, Dulcis eſt ſomnus operanti. *Eccleſ. 5.*

Somnus fallaciam & deceptionē, atque ementitam felicitatem ſignificat. vt, Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Quietem etiam indicat, & laborum finem, qualem afferre mors ſolet. vt, Nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem. &, Donec atteratur cælum, non vigilabit nec conſurget de ſomno ſuo. &, Dormiat ſomnum ſempiternum. &, Vado, vt à ſomno excitem Lazarum. *Fallacia. Pſal. 75. Laborum finis. Mors. Iob. 3. Iob. 14. Ierem. 51. Iohan. 11.*

Negligentia & ſocordia ſomnus appellatur. vt, Noli diligere ſomnum. &, Vſque quo de ſomno conſurges? *Negligentia & Ceſſatio. Prouerb. 20. Prouerb. 24.*

Somnum etiam pro concubitu Sapiens dixit; Ex delectamento ſomni conuenientis. *Cōcubitus. Sapient. 7.*

CVBARE.

INDIGNANTIS hominis, & præ animi impotentia ſtare non valentis, eſt cubandi habitus aliquando, S. S. E. Venit ergo Achab in domum ſuam indignans & frendens, ſuper verbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth Iſraelites, dicens, &c. Et proijciens ſe in lectulum ſuum, auertit faciem ſuam ad parietem, &c. *Indignatio 3. Reg. 21.*

SOMNIVM.

SOMNIVM pro vaticinio aut vaticinij quodam genere, qui dormientibus offertur. vt, Iacob vidit in ſomniis ſcalam ſtantem. &, Abimelech per ſomnium Deus eſt viſus & locutus. Et de Ioſephi, Pharaonis, & aliorū ſomniis multa. Significat etiam ſomniū incertum ſpectrū dormienti viſum. vt, Non augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia. Vanū & inſtabile conſilium hoc nomine dicitur. vt, Et erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ multitudo omnium gentium. &, Velut ſomnium auolans, non inuenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna. &, Velut ſomnium ſurgētium, Domine, in ciuitate tua, imaginem ipſorum ad nihilum rediges. *Vaticinium Geneſ. 28. Geneſ. 20. Gene. 37. 40 Num. 12. Incertum viſum. Leuit. 19. Vana res & inſtabilis. Iſai. 29. Iob. 20. Pſal. 72.*

VIGILARE, & VIGILIA.

VIGILIA propriū animātium vitæ opus eſt, quando ſomnus mortis magis, quàm vitæ, obtinet imaginē, S. S. E. à contrario ſenſu. Ipſe ad ſepulchra ducetur: & in congerie mortuorum vigilabit. *Iob. 21.*

Significat autem hoc verbum acre & incenſum ſtudium, & euētus optati exſpectationem. vt, Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo, ſitiuit in te anima mea. Et, Beatus qui cuſtodit vias meas, & qui vigilat ad fores meas quotidie. Diligentem quoque cuſtodiam, operamque alicui rei gerendæ adhibitam, & conſiliorum frequentiam hoc verbo interpretamur. vt, Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatē, fruſtrà vigilat qui cuſtodit eā. &, Ianitori præcepit vt vigilet. &, Vigilate & orate. &, Beati ſerui illi, quos cùm venerit dominus, inuenerit vigilantes. Inſidiis etiam & ineundæ prædæ, ac perdendi ac nocendi intentum animum hoc verbum indicat. vt, Vigilantes ad prædā præparant panē liberis. *Studium. Expectatio. Pſal. 62. Prouerb. 8. Diligentia. Pſal. 126. Marc. 13. Luc. 12. Inſidiæ. Iob. 24.*

VIGILIA.

VIGILIA ſolicitudinem & animi attentionem ad virtutem, atque ad preces fundendas, nocturnum tempus vltra conſuetudinem vſurpatum ſignificat. vt, In vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate, &c. Et in labore & ærumna, & in vigiliis multis. *Solicitudo. 2. Cor. 6. 2. Cor. 11.*

Eſt etiam certa nocturnarum horarum nota. Namq. olim ciuitatum & caſtrorum excubiæ, paſtorumque contubernia noctis obſeruationem quatuor vigiliis partiebantur; atque ex hac ratione prima, ſecunda, tertia & quarta vigilia dicuntur. vt, Iam aduenerat vigilia matutina. &, Anticipauerunt vigilias oculi mei. *Horæ noctis. Exod. 14. Pſal. 76.*

ESVRIRE, FAMES.

ESVRIRE ſecundùm naturam neceſſarij alimenti indigentiam ſubleuandam indicat, S. S. E. ex Antitheto: Eſurienti ſubtraxiſti panem. *Iob. 22.*

Significat autem hoc verbum vehemēs deſiderium rei vel omnino neceſſariæ & vtilis, vel maximè ſaltem appetitæ. vt, Animæ eſurienti etiam amara dulcia eſſe videntur. Et animam eſurientem ſatiauit bonis. &, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. *Appetitus. Deſiderium Iob. 6. Pſal. 106. Matth. 5.*

Præterea inopiam maximam & grauiſſimam hoc verbū ſignificat. vt, Diuites eguerunt, & eſurierunt. &, Furatur enim, vt eſurientem impleat animam. &, Anima diſſoluta eſuriet. IDEM autem & fames ſignificat, inopiā, videlicet, vel ſpiritualiū, vel temporalium bonorum. vt, Fāmem patientur vt canes. &, Attenuetur fame robur eius. &, Non affliget fame animam iuſti. At verò fames magis arcana deſcriptione iuſtificationis defectum & deſiderium ſignificat. vt, Nō portetis vltrà opprobrium famis in gentibus. Hinc à Seruatore noſtro dictum legimus: Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Et in diebus famis ſaturabuntur. *Inopia. Pſal. 33. Prouerb. 6. Prouer. 19. Inopia. Pſal. 58. Pſal. 38. Iob. 17. Iuſtitiæ deſiderium. Ezech. 36. Matth. 5. Pſal. 36.*

SITIRE, SITIS.

SITIS importuna affectio animantibus, non tamen præter naturam accidit: ea enim neceſſarii potus afferre deſiderium ſolet, S. S. E. Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria. Significat autem ſitis nomen, ſiue ſitire verbum, vehemens deſiderium, atque ingentem appetitæ rei cupiditatem. vt, Sitiuit anima mea ad Deum. &, Sitiuit in te anima mea. Et aqua frigida animæ ſitienti. Inopiam quoque indicat maximam. vt, Eſurientes & ſitientes anima eorum in ipſis deficit. Et quaſi area ſitiens imbrem. &, Cucurri in ſiti, ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant. *Exod. 17. Deſiderium Pſal. 41. Pſal. 62. Prouerb. 25. Inopia. Pſal. 106. Ioel. 1. Pſal. 61.*

Sæpiſſimè etiam à vatibus hoc verbum ad illud maximum diuinæ iuſtificationis indicandum deſiderium vſurpatur. vt, Omnes ſitientes venite ad aquas. &, Effundam aquam ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam. Sic etiam apud Euangeliſtas non rarò. Qui ſitit, veniat ad me, &c. *Iuſtitiæ expetitio. Iſai. 55. Iſai. 44. Iohan. 7.*

ADMIRATIO, STVPOR.

ADMIRATIO, ſtupor & huiuſmodi animorum affectiones, ex grauiſſima & inſperata re cognita ſam & ſpectata, proficiſcuntur. cuiuſmodi ſunt miracula & beneficia maxima. Item iudicia ſeueriſſima, & punitiones præterea grauiſſimæ, S. S. E. Omnes videntes admirati ſunt, conturbati ſunt, tremor apprehēdit eos. &, Obſtupeſcite & admiramini; fluctuate & vacillate. Inebriamini, & non à vino: mouemini, & nō ab ebrietate. Et eris opprobrium & blaſphemia, & exemplum in omnibus gentibus. &, Stupebant autem omnes, qui illum audiebant, ſuper prudentia & reſponſis eius, & videntes admirati ſunt. Et admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam. *Grauiſſimæ res. Pſal. 47. Iſai. 29. Ezech. 5. Luc. 2. Apocal. 13.*

CONFVSIO.

CONFVSIO eorum eſt, qui ſententia, voto & exſpectatione fruſtrantur, S. S. E. In te Domine ſperaui, non confundar in æternum. Conſilium inopis confudiſtis. Confundantur omnes iniqua agentes. &, Spes autem non confundit. *Fruſtratio ſententiæ. Pſal. 70. Pſal. 13. Pſal. 24. Rom. 5.*

VOX, SONVS, CLAMOR, VLVLATVS, FREMITVS.

ANIMANTIVM ferè omnium communis vox eſt: Sermo verò homini vni datus eſt ad ſocietatem humanam celebrandam & conſeruandam præcipuè inſtitutus: deinde ad omnem animi motum explicandum productus. Sed de voce & ſonitu, qui inſtrumento aliquo editus vocis vicem ſubit, prius agendum eſt. Vox ſponſi & ſponſæ, molarumque ſonus lætitiæ argumentum edunt: vt, Perdamque ex eis vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem ſponſi & vocem ſponſæ, vocem molæ, & lumen lucernæ. &, Vox gaudij & vox lætitiæ, vox ſponſi & vox ſponſæ, vox dicentium, Confitemini Domino exercituum. *Lætitia. Ierem. 25. Ierem. 33.*

Vox admonitionis cuſtodiæ & concurſus cauſa editur. vt, Vox enim annuntiantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim, concitate gentes, &c. Vox turbæ exercitum arguit. vt, Vox multitudinis in montibus quaſi populorum frequentium, vox *Admonitio Ierem. 4. Exercitus. Iſai. 13.*

ſonitus

sonitus regum & gentium congregatarum. Tuba-
Denuntiationes. rum & buccinæ sonus vel clangor denuntiat vel bel-
lum, vel miseros aliâs, & calamitosos dies, vel pœni-
tentiam indicit, & orationis ieiuniique tempora; &
cùm sonatur præter consuetum tempus, horror incu-
titur audientibus. Harum obseruationum illa suo ordi-
ne exempla sunt. Canite tuba, præparentur omnes,
Ezech. 7. & nō est qui vadat ad bellum. &, Dies tubæ & clango-
Sopho. 1. ris super ciuitates munitas, & super angulos excelsos.
Ioel. 2. &, Canite tuba in Sion, iubilate in monte sancto meo.
Amos. 3. &, Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expaue-
Superbia. scet? Vocis & oculorum eleuatio superbiæ & arro-
4. Reg. 19. gantiæ signum est, S.S.E. Contra quem exaltasti vocem
tuam, & eleuasti in cælum oculos tuos?

Clamor indignationem in aduersarium indicat: vt,
Indignatio Mich. 6. Vox Domini ad ciuitatem clamat. Clamor etiam
Vis, Iniuria Iob. 19. qui Hebraicè חמס dicitur, vim, iniuriamque perpesso-
rum est, eamque indicat. vt, Ecce clamabo vim patiēs;
Isai. 5. & nemo audiet. &, Spectaui vt faceret iustitiā, & ecce
clamor. Vox magna, & intrepida, liberam & constan-
Libertas. Constantia tem animi propositi confessionem & professionem si-
gnificat. vt, Et respondit Matthathias, & dixit magna
1. Mach. 2. voce: Et si omnes gentes regi Antiocho obedient, &c.

LACHRYMÆ.

Dolor ex iniuria. LACHRYMÆ dolorem & mœstitiam doloris &
Eccles. 4. mœstitiæ causam significant. vt, Verti me ad alia, &
vidi calumnias, quæ sub Sole geruntur; & lachrymas
innocentium, & neminem consolatorem.

VLVLATVS.

Desiderium Isaia. 15. VLVLATVS rerum oportunissimarum vel charissi
marum desiderium arguit. vt, Super Nabo & super
Isai. 23. Medaba, Moab vlulabit. &, Anima eius vlulabit sibi. &,
Ierem. 25. Vlulate naues maris, quia vastata est domus vnde veni-
re cōsueuerant. &, Vlulate pastores, & clamate: & con-
spergite vos cinere optimates gregis. Et vox clamoris
pastorum, & vlulatus optimatum gregis, quia vastauit
Dominus pascua eorum.

Calamitas. Salutis etiam desperationē & certam calamitatem
Isai. 13. vlulatus indicat. vt, Vlulate, quia propè est dies Domi-
Iacob. 5. ni, quasi vastitas à Domino veniet. &, Agite nunc di-
uites plorate, vlulantes in miseriis vestris, quæ adue-
Exercitus. nient vobis. Fremitus frequentissimum exercitum,
Ose. 10. translato à fluctibus verbo. vt, Consurget tumultus in
populo tuo, siue fremitus ex Hebraico.

RISVS, RIDERE.

Iucunditas. Felicitas. RISVS iucundam & lætam rem significat. vt, Ri-
Genes. 21. sum fecit mihi Dominus. &, Donec impleatur risu os
Iob. 8. tuum. &, Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.
Luc. 6.

Voluptas. Voluptatem & delitias quoq. risus nomine dici ob-
Eccles. 3. seruamus. vt, Tempus flendi, & tempus ridēdi. &, Væ
Luc. 6. vobis qui ridetis nunc. &, Risum reputaui errorem. &,
Eccl. 2. Risus vester in luctum conuertetur. &, In risum fa-
Iacob. 4. ciunt panem & vinum. Plausus etiam Latinis di-
Eccl. 10. Plausus. ctus, in sacris libris risus dicitur. vt, Melior est ira risu,
Eccles. 7. quia per tristitiā vultus corrigitur animus delinquentis.
&, Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus
Ibidem. Prouerb. 29. stulti. &, Vir sapiens cum stulto contendens, siue ira-
scatur, siue rideat, non inueniet requiem.

Irrisio. Sæpè etiam risus idem cum irrisione est. vt, Qui ha-
Psal. 2. bitat in cælis, ridebit eos. &, Non de pœnis innocen-
Iob. 9. tium rideat. &, Sustinete me, vt ego loquar, & post
Iob. 29. mea (si videbitur) verba, ridete.

GAVDIVM.

Gaudium, præterquàm, quod animorum iucun
Thren. 5. Iucunditas ditatem significat, S.S.E. Defecit gaudium cordis nostri;
sæpè etiam externam exultationem, siue risum, siue
Gratulatio. canticum, siue gratulationem & bonum nuntium in-
Psal. 29. terpretamur. vt, Conuertisti planctum in gaudiū mihi.
Psal. 51. &, Auditui meo dabis gaudium & lætitiam. &, Tunc
Psalm. 125. repletum est gaudio os nostrum. &, Haurietis aquas
in gaudio de fontibus saluatoris. &, Vocem gaudij & Ierem. 16.
vocem lætitiæ. Voluptatem quoque, gaudij verbo Voluptas.
exponimus. vt, Extrema gaudij luctus occupat. &, Stul- Proverb. 14.
titia gaudium est stulto. &, Gaudio dixi, quid frustrà Proverb. 15.
deciperis? Magis autem recondito sensu illam ani- Eccl. 2.
morum pacem & tranquillitatem significat, quam Pax
Christus per spiritum sanctum illis donat, quos ex ve- Spiritus.
teri homine in nouum transmutat. vt, Intra in gau- Matth. 25.
dium Domini tui. &, Euangelizo vobis gaudium ma- Luc. 2.
gnum, quod erit omni populo. &, Hæc locutus sum Iohan. 15.
vobis, vt gaudium meum in vobis sit: & gaudium ve- Iohan. 22.
strum impleatur. Et gaudium vestrum nemo tollet à Rom. 15.
vobis. &, Deus autem spei repleat vos omni gaudio & Gal. 5.
pace in credendo, &c. &, Fructus autem spiritus, cha-
ritas, gaudium, pax.

CANTVS, CANERE, CANTICVM, CANTATIO, PSALLERE.

CANTVS vel lætitiæ publicæ vel priuatæ, vel gra- Lætitia.
tulationis, vel plausus causa suscipitur. harum obseru- Gratulatio.
tionum illa exempla sunt. vt, In te cantatio mea sem- Plausus.
per, & tu adiutor fortis. &, Quomodo cantabimus Psalm. 70.
canticum Domino, in terra aliena? &, Vocem cantan- Psalm. 136.
tium ego audio. & dixerunt, Cantemus Domino, glo- Exod. 33.
riosè enim magnificatus est. &, Cantabo Domino, qui Exod. 15.
bona tribuit mihi; psallam nomini Domini altissimi. Psal. 12.
Et cantabimus & psallemus virtutes tuas. &, Cantate Psal. 20.
Domino canticum nouum, cantate Domino omnis Psal. 95.
terra. &, Nónne huic cantabant per choros, dicentes, Isai. 59.
Percussit Dauid mille, &c. &, Ego autem cantabo for- 1. Reg. 21.
titudinem tuam.

PARABOLA.

IN parabolam dari aliquem, ad extremam abiectio- Abiectio misera.
nem & vltionem pertinet. vt, Et dabo eos in oppro- Ierem. 24.
brium & in parabolam, & in maledictionem vniuersis Thren. 3.
locis, ad quæ eieci eos. &, Ego sum psalmus eorum.

CONIVNCTIO ET SOCIETAS HOMINVM.

CAP. LXXXIIII.

ET ædificauit Dominus costam, quam tulerat de
Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam. hoc
initium omnis humanæ societatis & necessitudinis in
multas partes, variasq. rationes est propagatum. Qua-
rum præcipuas hoc opere indicabimus.

MASCVLVS.

MASCVLVS in omnium animantium genere no-
bilior & dignior est; naturamque sortitur tum fortio-
rem, tum habiliorem. Ideoque prior semper appella-
tur, S.S.E. Masculum & fœminam creauit eos. Præter- Genes. 1.
ea ad publicorum munerum ministeria masculus præ-
cipuè deligitur. vt, Omnis masculus de genere Sacer- Leuit. 6.
dotali, vescetur de carnibus eius, quia sanctum sancto- Perfectio.
rum est. Atque in sermonis arcani vsu, masculus rem
perfectam, firmam & efficacem, atque ex animi sen- Isai. 66.
tentia succedentem significat. vt, Antequam veniret Malach. 1.
partus eius, peperit masculum. &, Maledictus dolosus,
qui habet in grege suo masculum; & votum faciens
immolat debile. Et peperit filium masculum, qui Apocal. 12.
recturus erat omnes gentes in virga ferrea.

FOEMINA.

FOEMINA minoris roboris & fortitudinis est, at-
que rebus magnis in bello, pacéue gerendis minus ha-
bilis, ad minora tamen ministeria, & ad familiarem
vsum idonea, S.S.E. Si masculus fuerit, interficite eum; Exod. 1.
& si fœmina, reseruate. &, Percute me, ne fortè dica- Iudic. 9.
tur, quòd à fœmina interfectus sim. Imperfectio.

Significat autem in sermone hoc genus, imbellem & Imbecillitas.
deterioris notæ rem. vt, Mulieres venientes & docen- Isai. 27.
tes eam: non est enim populus sapiens. &, Gladius ad Ierem. 50.
omne vulgus, quod est in medio eius, & erunt quasi
mulieres. Et deuoratum est robur eorum, & facti sunt Ierem. 51.
quasi mulieres.

VIRGO, VIRGINITAS.

VIRGINITATIS reuerentiam & sanctitudinem ex sacris libris nos aliâs Deo dictante indicaturi, eos, qui ex huius conditionis similitudine sumuntur sermones, nunc breuibus exponemus.

Virgo gentem nunquam antea domitam sub iugúmue missam significat. vt, Calumniá sustinens virgo filia Sidonis in Chetim consurgens transfieta. Et subsannauit te virgo filia Sion. Et contrita est virgo filia populi mei. Et integritatem & decorem aliquando indicat. vt, Reuertere virgo Israel, reuertere. Et virgo Israel proiecta est in terrá suam; non est qui suscitet eam. &, Virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunque ierit. Virgines è domibus prodeuntes, & perturbatæ, magnam populi trepidationem, & ciuitatis afflictionem indicant, S.S.E. Sed & virgines quæ conclusæ erant, præcurrebant ad Oniam: aliæ autem ad muros: quædam verò per fenestras aspiciebant, &c.

Indomita Gens. Isai. 23. Isai. 37. Ierem. 14. Amos. 5. Apocal. 14. 2. Mach. 3.

NVPTIÆ, SPONSI.

NVPTIÆ & vox sponsi lætitiam significant. vt, Vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc in te.

Idem etiam pacem & tranquillitatem, & iucundum rerum vsum. vt, Perdamque ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ. &, Nunquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis sponsus est, &c. Per sponsum Christum, per sponsam Ecclesiam Christi interpretamur. vt, Qui habet sponsam, sponsus est.

Lætitia. Apocal. 18. Tranquillitas. Ierem. 25. Matth. 9. Christus Ecclesia. Iohan. 3.

VIR, MARITVS.

VIR allegoricè legem significat, cuius conditionibus humana natura tenetur ante iustificationem, S.S.E. Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est Legi.

Rom. 7.

VXOR.

VXOREM allegoricos templum significare, quò populus conuenit domestica consuetudine, Deus ipse docuit Ezechielem, S.S.E. Locutus sum ad populum manè, & mortua est vxor mea vesperè, &c.

Ezech. 24.

PATER.

PATER generis initium est, & primus familiæ institutor. vt, Cham ipse est pater Chanaan. Et eris pater multarum gentium. Ex qua re effectum est, vt pro cuiuscunque rei, vel artis, vel negotij auctore, principe, atque excellenti antistite, hoc nomen vsurpatum sit. Sic Iabel fuit pater habitantium in tentoriis atque pastorum. vt, Iubal fuit pater canétium cithara & organo.

Genes. 9. Genes. 17. Auctor. Princeps. Magister. Genes. 4. Iubal.

MATER.

MATER alterum principium generis, quæ sobolis futuræ semé fouet & viuificat, S.S.E. Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Eua, quòd esset mater cunctorum viuentium. Est autem mater pietatis & amoris, solicitudinis & indulgentiæ symbolum. vt, Quomodo, si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos.

Genes. 3. Amor. Indulgétia. Isai. 66.

Vrbes etiam matrum nomine & imagine significantur. vt, Erubesce Sidon. ait enim mare fortitudo maris, dicens, Non parturiui & non peperi, & non enutriui iuuenes.

Vrbs. Isai. 23.

CONCIPERE.

CONCIPERE matribus propriè conuenit, sed per translationem ad eas cogitationes refertur, quæ magno studio suscipiuntur. vt, Sed conceptum sermoné tenere quis poterit? &, Ecce concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Et concipietis ardorem, & parietis stipulam. & concupiscentia cùm conceperit.

Cogitare. Iob. 4. Psal. 7. Isai. 33.

PARERE, PARTVS.

CONCEPTIONEM partus sequitur, nisi abortu sit perturbatus. est autem grauissimus parturientibus dolor fœminis post peccatum indictus. vt, In dolore paries filios tuos. Significat autem partus negotiorum euentum siue bonum, siue malum. vt, Concepit laborem, & peperit iniquitatem. Et concipietis ardoré & parietis stipulam. Et peperimus spiritum salutis.

Gen. 3. Euentus. Iob. 15. Isai. 33. Isai. 26.

Liberationem quoq. partus significat. vt, Antequam parturiret, peperit. Parturientium autē cùm magna anxietas & dolor grauis esse dicatur, cuiuscunq. rei aut negotij difficultas horrenda, huiusmodi significatur orationibus. Dolores parturientis veniét ei. Et filia Sion quasi parturiés. &, Mulier cùm parit, tristitiá habet, &c.

Liberatio. Isai. 66. Difficultas. Ose. 13. Mich. 4.

FILIVS.

FILIVS primogenitus charum amatumque caput. vt, Quia factus sum Israeli pater, Ephraim primogenitus meus est. Filia gentem aut nationem addito aliquo explicante. vt, Sicut mater, ita & filia eius.

Amatus. Ierem. 31. Gens, Nario. Ezech. 16.

Præstantissimam & fortissimam in vnoquoque genere rem, primogenitam dicimus. vt, Consumat brachia illius primogenita mors. Atque ita Christus primogenitus mortuorum, siue primogenitus ex mortuis appellatur.

Præstantia. Iob. 17. Apocal. 1.

PVER, INFANS.

PVER, infans, simplicitatem & innocentiam moribus præstat, & nomine repræsentat suo. vt, Sicut modò geniti infantes rationabiles, sine dolo. &, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Et delectabitur infans ab vbere matris suæ. Et magistrū infantium habentem formam scientiæ. Puer familiarem famulum & ministrum significat. vt, Cùm prophetarent in castris, cucurrit puer, & nuntiauit Moysi. Et descendat tecum Phura puer tuus. &, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Dominus. Puer paruulus insipientiam, imperfectionem & imbecillitatem significat. vt, Nolite pueri effici sensibus. Et puer scribet eos. &, Puer paruulus minabit eos.

Simplicitas Innocentia 1. Pet. 2. Psal 8. Impentia. Isai. 11. Minister. Num 11. Iudic. 7. Hebr. 2. Imperfectio. 1. Cor. 14. Isai. 10. Isai. 11.

IVVENIS.

IVVENVM florens ætas plus virium quàm consilij habet. ad voluptates & lusus procliuior est, S.S.E. Iunior sum tempore, vos autē antiquiores: propterea veritus sum vobis indicare meá sententiam. &, Exultatio iuuenum fortitudo eorum. Et iuuenes defecerunt de choro psallentium. Iuuenis nomen rerum imperitiam & inexperientiam aliquando indicat. vt, Iunior fui, etenim senui, id est, à primis imperitiæ annis, vsque ad senectam; quæ multis exemplis edocta est. Et miraculi argumento scriptum est: Iuuenes vestri visiones videbunt. Iuuenis etiam fortitudinem roburque significat, vt à contrario scriptum est, Iuuenes in infirmitate cadent. &, Laqueus iuuenum omnes. Et iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

Iob. 32. Prouerb. 20. Imperitia. Psal. 36. Ioel. 2. Robur. Isai. 40. Isai. 42. Thren. 1.

VIR.

VIR principatum, robur, fortitudinem, animique constantiá natura sortitur. at his partibus fœmina præstat, S.S.E. Hæc vocabitur virago, quoniam de viro est assumpta. Et sub viri potestate eris. &, Neque in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Genes. 2. Genes. 3. Psalm. 146.

Significat autem vir præstantiá in ea facultate, arte vel virtute, vel vitio, cuius mentio fit. vt, Noe vir iustus atque perfectus. Et erat Esau vir gnarus venandi. Iacob autem vir simplex & habitans domi. &, Prouideat rex virum sapiétem. & Virum sanguinū & dolosum, dixit Psaltes. &, Viri diuitiarum. Principem quoque & magnatem aliquem indicat. vt, Deferte viro munera. &, Non audebant videre faciem viri. &, Moysi enim huic viro nescimus quid acciderit.

Præstantia. Genes. 6. Genes. 25. Genes. 41. Psal. 5. Psal. 75. Princeps. Genes. 43. Genes 44. Exod. 32.

SENEX.

SENIBVS virium minus, prudentiæ verò plus, secundùm naturam est: illud ex effeto, per ætatem, corpore; hoc ex longo rerum vsu accidit. vnde miraculi loco scribitur, seni iam emortuo natum filium Abrahæ. Et consilio ineundo senes adhiberi solent. vt, Vade & congrega seniores Israel, & dices illis. &, Honora personam senis. In publicarum rerum administratione senes. Et senes eius prudentiam doceret. Ostendunt autem senum, aut senectutis verba, longæuam vitam, maximè verò adiuncto epitheto. vt, Mortuus est in senectute bona. Et senectus mea in misericordia vberi. &

Genes. 21. Exod. 6. Leuit 19. Prudentes. Vita longa Genes. 25. Psal. 91.

non erit

non erit amplius infans dierum: & ſenex, qui nõ compleat dies ſuos. Huc pertinet: Et viri baculus in manu eius, præ multitudine dierum. Prudentiæ quoque ſapientiæ & auctoritatis ſignificationem obtinent nomina hæc. vt, Corona dignitatis ſenectus. Et in cathedra ſeniorum laudabũt te. Et dignitas ſenum canicies. Et ſuper ſenes intellexi. Debilitas, & imbecillitas, his etiam nominibus indicatur, vt Pater noſter ſenex. &, Erat autem Abraham ſenex. Et habeas qui conſoletur animam tuam, & enutriat ſenectutem tuam.

Iſai. 65. Zach. 7. Prudentia. Auctoritas. Prouerb. 16. Pſal. 106. Pſalm. 118. Debilitas. Geneſ. 19. Ruth. 4.

SOCIETATES ET RELATIONES.

CAP. LXXXV.

EX iis, quas ſuperius indicauimus, ætatibus & perſonis hominum inter conſuetudines ac ſocietates oriuntur. Quarum variæ ſpecies ſunt.

SOCIVS, SOCIETAS.

SOCIETATIS ratio mutuam operam & auxilium poſtulat & ſignificat. vt, Mulier, quam dediſti mihi ſociam, ipſa dedit mihi, & comedi. &, Gradiamur ſimul, eroque ſocius itineris tui. Et dedi ei ſocium Ooliab.

Mutua opera. Geneſ. 3. Geneſ. 33. Exod. 31.

Vitæ quoque & conditionis ſimilitudinem, vox hæc ſignificat. vt, Frater fui draconum & ſocius ſtruthionũ. Et principes tui ſocij furum. &, Nolo vos ſocios fieri dæmoniorum. Et ſocios gaudij mei omnes vos. Et in altero ſocij taliter conuerſantium effecti. &, Vos eſtis in ſocietate filij eius.

Conſuetudo. Similitudo Iob. 30. Communicatio. Iſai. 1. 1. Cor. 10. Philip. 1. Hebr. 10. 1. Cor. 1.

CONCVRSVS.

CONCVRSVS plerumque cognoſcendi cauſa fit, & in rebus repentinis, admirationemque efficit: & ferè tumultibus & turbis affinis eſt, s. s. E. Populus concurrens augebatur cum Abſalon. &, Concurrite vndique ad victimam. Admirationis & commodi proprii cauſa etiam fieri ſolet. Sic enim concurrebant multitudo vicinarum ciuitatum Ieruſalem, adferentes ægros, &c. &, Cùm nullus obnoxius ſit, de quo poſſimus reddere rationem concurſus iſtius.

Cognoſcendi auiditas. 2. Reg. 15. Exech. 39. Admiratio. Tumultus. Actor. 5. Actor. 19.

CONVENTVS.

CONVENTVS idem multorum ſtudium arguit, & ſignificat, communionemque conſiliorum aut rerum: à cõcurſu, hoc differt, quòd qui cõueniunt, quam ob rem conueniatur ſciunt: qui verò concurrunt, plerumque ignorant, antequam conuenerint. Itaque affinis eſt concurſus tumultibus quã conuentus, s. s. E. Omnes hi conuenerunt in vallem ſilueſtrem, quæ nunc eſt mare ſalis. Cumque indigeret aqua populus, conuenerunt aduerſum Moyſen & Aaron. &, Principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. &, In conueniendo populos in vnũ, & reges, vt ſeruiant Domino. Et protexiſti me à conuentu malignantium. Hæc omnia præter eam, quam indicauimus, rationem, facultatem quoque ad agendum ſignificant. Nam coniunctis viribus facilius expeditur negotium.

Idem ſtudium. Geneſ. 14. Num. 20. Pſal. 2. Pſalm. 101. Facultas.

POPVLVS.

POPVLVS non ſolùm gentem & numerum capitum, ſed religionis & ſtudiorum quoque partes ab aliis diſcretas ſignificat. vt, Duo populi ex ventre tuo diuidentur: populuſque populum ſuperabit. Significat etiam genus & partes certas notiſſimas, quas quiſque imitetur & ſequatur. vt, Et appoſitus eſt populo ſuo. &, Ego congregor ad populum meum. Quibus in locis & aliis eiuſmodi, ſtatus eorum, qui ex hac vita deceſſere, ſignificatur. Et in illis etiam locis populus Eccleſiam, & vitæ, dignitatiſque communionem ſignificat. Exterminabitur de populo. Et peribit de populis ſuis. Populus ſempiternus illi dicuntur, qui iam diu perierunt: vt, Detraxero te, cum his, qui deſcendunt in lacum ſempiternum.

Factio. Religio. Geneſ. 25. Gene. 35. Status. Defunctorum vita. Geneſ. 49. Eccleſia. Communitas. Vita. Exod. 30. Leuit. 7. Mortui. Exech. 26.

CIVITAS.

APVD Latinos Interpretes, Ciuitas plerumque idem eſt, quod Romano ſermone vrbs dicitur: continet autem vrbs muros & ædificia, propriè verò ciuitas ciues: ſed vtcunque ſit, præter pauca loca ciuitas in ſacris, & ædificia & ciues complectitur. Prioris ſignificationis multa ſunt exempla. vt, Cain ædificauit ciuitatem. Et Ninus ædificauit Niniuen & plateas ciuitatis. &, Cale, hæc eſt ciuitas magna. Poſterioris verò illa. Zebul enim princeps ciuitatis. Et principe ſtriginta ciuitatum. Ciuitas frequens felicitatem ſignificat. vt, Plateæ ciuitatis complebuntur pueris & infantibus. Ciuitas ſupra montem poſita, Apoſtolos & diſcipulos ſuos Euangelij præcones & teſtes, dixit Chriſtus. Ciuis eſt, qui ciuitatis legibus, moribus & ornamentis, atque commoditatibus vtitur. vt, Anima, quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit, ſiue ciuis ille fuerit, ſiue peregrinus. &, Ne quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. &, Non eſtis hoſpites & aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei.

Vrbs. Geneſ. 4. Geneſ. 10. Ciues. Iudic. 9. Iudic. 10. Proſperitas. Zacha. 8. Matth. 5. Munerum communitas. Numer. 15. Leuit. 19. Epheſ. 2.

VIDVITAS, & ORBITAS.

VIDVITAS humilitatem, priuationem, & ſplendoris dignitatiſque abdicationem ſignificat illo loco, apud Iſaiam. Sede vidua tacens: & intra in tenebras filia Chaldæorum. Et in illo, Non vocaberis vltrà derelicta, &c.

Deſolatio. Iſai. 47. Iſai. 62.

PÆDAGOGVS.

PÆDAGOGVS inſtitutorem eorum, qui minori intellectu & facultate ſunt: qualem Legem fuiſſe, Paulus affirmat.

Inſtitutor. Gal. 3.

HÆRES, HÆREDITAS.

HÆRES eſt, ad quem alterius bona, vel naturæ vel adoptionis iure poſſidenda pertinent. Itaque participationem in vita, & proprietatem poſt vitam, hæredis nomen indicat. vt, Ecce vernaculus meus hæres meus erit. Et non erit hic hæres tuus, ſed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredem. Ad hanc autem rationem illud ſpectat, quòd Chriſtus, qua Deus eſt, hæres eſt vniuerſorum ſecundùm naturam, vtpote patris filius; & qua homo eſt, hæres quoque dicitur, quippe qui Dei filius & meritò etiam obedientiæ perpetua hæreditate digniſſimus, s. s. E. Hic eſt hæres. Et Quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula. Ex cuius plenitudine, cùm omnes acceperint homines. Hæredes etiam dicuntur, quicunque hæreditatem capiunt ſalutis. Nam Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide & hæredes regni, quod repromiſit diligentibus ſe.

Participatio & poſſeſſio bonorum. Geneſ. 15. Hebr. 1. Iacob. 2.

HOSPES.

HOSPES, & is, qui alium hoſpitio excipit, & is, qui exceptus fuerit, dici ſolet. Prior ratio humanitatis & officij ſignificationem habet. Poſterior verò alienationem à ciuitatis vſu, & dignitate, atque adeò humilitatem quandam & indigentiam ſignificat, fereque eadem cum peregrino eſt. Prioris exempla ſunt. Caius hoſpes meus. &, Petat vnuſquiſque à vicinis ſuis, & ab hoſpita ſua. &, Hoſpitales inuicẽ ſine murmuratione. &, Hoſpilitatem nolite obliuiſci. Et introduxit eum in hoſpitium ſuum. Poſterioris verò ſignificationis huiuſmodi exempla ſunt. Tanquam memoria hoſpitis vnius diei. Hoſpes eram, & collegiſtis me. &, Alienati à conuerſatione Iſrael: & hoſpites teſtamentorum. Et defuncti ſunt, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes & ſalutantes, & confitentes, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram.

Humanitas. Rom. 16. Exod. 3. 1. Pet. 4. Hebr. 13. Geneſ. 14. Alienatio. Indigentia. Sapient. 5. Matth. 25. Epheſ. 2. Hebr. 11.

PEREGRINVS.

PEREGRINI nomen, & peregrinandi verbũ idem ferè quod hoſpes, ſignificat. Sed hoſpes certum quoddam hoſpitiũ habere videtur, peregrinus incertum: & ignotior peregrinus quàm hoſpes eſt. Itaq. inopię & indigentiæ rationibus, hæc verba explicantur: vt, Deſcendit Abraham in Ægyptũ vt peregrinaretur ibi. Et hæc eſt Hebron, in qua peregrinatus eſt Abraham & Iſaac.

Inopia. Geneſ. 12. Geneſ. 35.

Et

Et peregrino molestus non eris; scitis enim aduenarum animas, quia peregrini fuistis in terra Ægypti. Et agri in sepulturam peregrinorum empti mentio in Euangelio facta est. Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos &c. Peregrini quoque nomen adiectiuum idem significat quod rarum & egregium, vel alienum à communi consuetudine, vt altaris peregrini cultus. Et peregrinum est opus eius, ab eo. Et induti sunt veste peregrina. Illud etiam animaduertendum est, res vrbium & terrarum peregrinationis suæ tanquam ad separum pertinentes, à peregrinis negligi, maximè verò ab iis, qui breui tempore commorantur. Ex qua ratione huiusmodi loca explicari possunt. Quare quasi colonus futurus es, & quasi viator declinans ad manendum? &, Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere à carnalibus concupiscentiis. Et idem Petrus, ob eam causam peregrinationem vitam hanc dixit, & tabernaculum Interpres vertit. Humanitatis autem testimonium illud est, quòd Paulus Lucam peregrinationis suæ comitem appellat.

Exod. 23. Matth. 27. Isai. 60. 2. Paral. 14. Isai. 28. Sopho. 1. Neglectio. Ierem. 14. 1. Pet. 2. 1. Pet. 1. Genes. 47. Officium. 2. Cor. 8.

ADVENA.

ADVENA idem quod hospes est, sed qui diutius commoratur, & publicis commodis non tam fungitur, quàm vtitur; vtpote quia & ratione & rerũ vsu distinguitur; atque ita illum significat, cui ciuitatis & populi dignitas tribuitur. vt, Ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices? &, Aduena sum & peregrinus, vos date mihi sepulchrum vobiscum. Inopiæ quoque significationem habet aduenæ nomen. vt, Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui: siue aduenæ qui tecum commoratur in terra, & intra portas tuas est. &, Non peruertes iudicium aduenæ. Et non reuerteris vt colligas reliquias, sed relinques aduenæ, pupillo ac viduæ. Et iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei.

Alienus. Genes. 19. Genes. 23. Inops. Deut. 24. Ephes. 2.

VIATOR.

VIATOR vel peregrinus animum sui tantum itineris conficiendi studiosum, & obuias in itinere res, aut oblata quęque sine cura vel sollicitudine spectantem, ac propterea res omnes alias negligentẽ tanquam ad se nõ pertinẽtes indicat, S. S. E. Quare futurus es quasi colonus, & quasi viator, declinans ad manendum. Huc etiã illa D. Petri oratio spectat: Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere à vitiis. Significat etiam hominem hospitem ignotum, & breuissima consuetudine exceptum, cum quo minimum negotij, aut amicitiæ antea fuerit initum, nec futurum exspectetur. Estque in ratione humanæ societatis extremus gradus. vt, Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori aperui. Prætereà vulgarem, aut quemlibet sine conditionis delectu hominem significat viator in loco. vt, Interrogate quemlibet de viatoribus: & hæc eadem illum intelligere cognoscẽtis. Et terra deserta erit, exculta quæ quondã fuerat desolata in oculis omnis viatoris, id est, publicè. Improuisum & imparatum negotium, tamen certum viatoris similitudine indicamus. vt, Veniet tibi quasi viator egestas.

Negligẽtia Ierem. 14. Ignotus. Iob. 31. Incerta conditio. Iob. 21. Ezech. 36. Imparata res & certa. Prouerb. 6.

ALIENIGENA.

ALIENIGENA illum significat, qui quanquam eodem ciuitatis & religionis iure vtatur, tamẽ in tribubus Israelis non connumeratur, sed aliunde oriundus censetur. Quam ob rem, à sacrorum ministerio excluditur & functione, S. S. E. Tam vernaculi quàm emptitij, & alienigenæ circuncisi sunt. Et hæc est religio Phase: Omnis alienigena non comedet ex eo. Et alienigena non comedet ex eis, quia sancti sunt. Et insuper, Et alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cùm venerit de lõginquo &c. Et mihi alienigenæ amici facti sunt. Sæpè etiam eum significat, qui non solùm à genere, sed ab Israelitarum religione alienus est. vt, Detester cubile incircuncisorum, & omnis alienigenæ, &, Non est inuentus, qui daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et vos scitis, quomodo abominatio sit viro Iudæo accedere ad alienigenam. Interdum aũt hospitis, aduenæ, peregrini, alienigenæque significationes permisceri solent: id quod sententiæ ratio suis in locis indicabit.

Ciue minor Genes. 17. Exod. 12. Exod. 29. 3. Reg. 8. Paganus. Esther. 14. Luc. 17. Actor. 10.

Alienigenæ vel peregrini nomen, in sermonibus de bello, terrorem auget, S. S. E. Et dissipabo terram & plenitudinem eius, in manus alienorum. Significat etiã hominem à sacrorum communione, atque ex consequenti, à morum consuetudine alienum & profanum quempiam. vt, Omnis alienigena non comedet ex eo. &, Ne quis accedat alienigena & qui non est de stirpe Aaron. Et duximus vxores alienigenas. &, Mihi alienigenæ subditi facti sunt. &, Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

Terror. Ezech. 30. Profanus. Exod. 12. Num. 16. 1. Esdr. 10. Psal. 59. Luc. 17.

GENS.

GENTIVM nomine plerumque eæ appellantur, quæ à vero Dei cultu alienæ sunt; distinguunturq. hoc nomine ab Ecclesia olim Israelitica. Nunc verò Ecclesia & à Synagoga, & à Gentibus, & ab hæreticis & schismaticis distinguitur. Igitur gentium nomen alienationem significat; S. S. E. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt. Et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessiones tuas terminos terræ. Aliquando nomen gentium pro posteritate Chanaan vsupatur. vt, Manus tua gentes disperdidit.

Alienatio. Psal. 78. Psal. 2. Chananæi. Psalm. 43.

BARBARVS.

BARBARI vel alienigenæ vel alieni nomen appellatum, terrori est & horrori maximo: ideoque in hunc modum frequenter apud prophetas legimus. vt, Dissipabo terrã & plenitudinẽ eius in manus alienorũ.

Terror. Ezech. 30.

GENTES PRIVATÆ.

SCYTHÆ immanes ac barbari habentur, S. S. E. Miseros autem, qui, etiam si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur. Græci, Israelitarum, propter religionis odium, inimici habẽtur. Eiusq. nominis appellatio amplificationem inimicitiæ indicat. vt, Filios Iuda & filios Ierusalem vendidistis filiis Græcorum. Gentilitatis etiam, & alienæ à vero Dei cultu religionis symbolum est. vt, Et suscitabo filios tuos Sion, super filios tuos Græcia. Et Iudæo primùm & Græco. &, Non est apud Deum distinctio Iudæi & Græci.

1. Mach. 4. Gentilitas inimicitia. Ioel. 3. Zach. 9. Rom. 1. Rom. 10.

GRÆCIA.

GRÆCIAM pro vniuersa gentilitate, dixit Zacharias: Suscitabo filios tuos Sion, super filios tuos Græcia. Aliquando cultissimam inter gentes nationem nomen Græcorum significat. vt, Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.

Gentilitas. Zach. 9. Rom. 1.

ARABS.

ARABEM pro pastore prophetę dixerunt, per Synecdochen. vt, Non fundabitur vsque ad generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs.

Pastor. Isai. 13.

REX.

REGIS nomen aliquando sacræ literæ vsurpant, vt præstantissimam & fortissimam in vnoquoque genere rem significent. Sic enim apud Iob regem interituum legimus, siue vt Hebraicè ad verbũ est, Regem conturbationum.

Iob. 18.

SALOMON.

EX personarũ & nominũ exemplis artes, vel studia vel facultates significantur, quibus illi maximè excelluere; vt ex persona Salomonis humana gloria, fastus & secundarum rerum vsus elegantissimus indicatur, S. S. E. Amen dico vobis, Neque Salomon in tota gloria sua, non fuit vestitus, sicut vnum ex his.

Gloria. Splendor. Nitor. Matth. 6.

DE REBVS HVMANO VSVI INVENTIS.

CAP. LXXXVI.

CÆTERARVM verò rerum, quæ post humanæ naturæ ruinam vel ad correctionem & commodiorem vitæ vsum quæ sitæ & inuentæ, vel ad miseriam

augendam adiectæ sunt, seriem oportunã subiiciemus.

Animorum enim instructiones, refectiones & communicationes variis rebus & actionibus efficiũtur, quarum pars verbis & sermone, pars etiam rebus constat.

NOMEN.

NOMEN ad res significandas impositum esse, idq. in propria & communia diuidi, nemo est, qui nesciat. Quædam autem nominum obseruationes sunt ad sacrum & arcanum sermonem pertinentes. Namq. persæpè nomina induntur ad futuræ vel præteritæ rei significationem & cõmemorationem. vt, Dixit Dominus ad me, Voca nomẽ eius, accelera spolia detrahere, festina prædari. Nonnunquam nomen ipsum personæ locum vicemque refert. vt, Tu fili hominis, sume tibi lignum vnum, & scribe super illud Iudæ & filiorum Israel, sociorum eius. Et tolle lignum alterum, & scribe super illud, Ioseph, lignum Ephraim & cunctæ domus Israel sociorumq. eius. Nomina certa personarũ & locorum dignitatis confirmandæ causa appellantur. vt, Num ignoratis quòd Dominus Deus Israel dederit regnum Dauid super omnem Israel? & paulò inferiùs, Præualuerunt, inquit, contra Roboam filium Salomonis. inferius etiam: Et eiecistis Sacerdotes Domini filios Aaron, atque Leuitas. Aliquando nomen aliquod appellatum professionis cuiuspiam & studij symbolum est. vt, Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.

Rerum futurarum vel præteritarũ recordatio. — Isai. 8. — Nomẽ pro persona. — Ezech. 37. — Dignitas. — 2. Paral. 13. — Professio. — Matth. 7. — Matth. 19.

Nomen idem quod virtus, facultas, efficientia, auctoritas, valet frequentissimè. vt, Vidimus quendam eijcientẽ dæmonia in nomine tuo. &, Iis qui credunt in nomine eius. Et in nomine eius gentes sperabunt. Et in nomine Iesu Christi Nazareni, surge & ambula.

Virtus. — Luc. 9. — Iohan. 1. — Matth. 12. — Actor. 3.

Nomen pro fama vsurpatur. vt, Oleum effusum nomen tuum. &, Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ. Negato nomine, res etiam esse negatur. vt, Nomen impiorum putrescet. Et quod nomen eius, & quod nomẽ filij eius si nosti? Nomen pro munere & ministerio ponitur cũ verbo Vocare. vt, Qui numerat multitudinẽ stellarum, & omnibus illis nomina vocat. &, Ego vocaui ex nomine Bezeleel. Et omne, quod vocauit Adam animam viuentem, hoc est nomen eius. Et de ventre matris meæ, recordatus est nominis mei.

Fama. — Cant. 1. — Prouer. 22. — Nomen negatum. — Prouer. 10. — Prouer. 30. — Ministeriũ. — Psalm. 146. — Exod. 31. — Isai. 49.

Nomina dantur, explicantur & scribuntur ad studium & consilium asseuerandum, & professione quadam confirmandum. vt, Porrò de Zabulon, qui egrediebantur ad prælium, &c. Et de Nephtali, & de Dan, & de Aser, &c. Nonnunquam contemptus & humilitatis exprobrandæ causa nomen alicuius aut patris aut fratrum eius profertur. vt, Non est nobis pars in Dauid, nec hæreditas in filio Isai. &, Nonne hic est faber, & fabri filius & mater eius dicitur Maria; & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas?

Consilij professio. — 1. Paral. 12. — Ignobilitas — 2. Paral. 10. — Marc. 6.

VERBVM.

VERBVM idem significat, quod mente cogitatum oreque pronuntiatum est: habet tamen in natura certam definitionem; atque rebus ipsis, & rerum efficientiis actionibusque conuenit. Ex hac autem ratione ad multa significanda traducitur. Namque res ipsas veras & certa definitione notabiles indicat. vt, Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Et eo quòd fecisti verbum istud. Negotium quoque aut consilium significat, & omnem rei cuiuspiam vel personæ rationem. vt, Gloria Dei est cælare verbum. &, Quia reprobastis verbum hoc. Et palàm factum est verbum istud.

Res. — Luc. 1. — 2. Reg. 2. — Negotium Consilium — Prouer. 25. — Isai. 30. — Exod. 2.

Aliquando idem valet quod argumentum, vel sententia orationis actionisue alicuius. vt, Si non crediderint tibi, nec audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. Et munera subuertunt verba iustorum. Et non potero immutare verbũ Domini.

Argumentum. — Sententia. — Exod. 4. — Exod. 23.

Mandatum — Exod. 19. — Deut. 2.

Mandatum, quod Latinis dicitur, verbum quoque in sacris vocatur, S. S. E. Cumque retulisset Moyses verba populi ad Dominum. Et misi nuntios ad Sehon regem Hesebon verbis pacificis. &, Non addetis ad verbum, quod ego vobis loquor. — Deut. 4.

Illud autem maximi mysterij est, quod secunda in diuinis persona Verbum dicitur, S. S. E. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & verbum caro factum est. — Dei Filius. — Iohan. 1.

Euãgelium quoque verbum dicitur. vt, Loquebatur eis verbum. Et orta persecutione propter verbum: & qui audiunt verbum & suscipiunt, &c. Et vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem. — Euangelium. — Marc. 2. — Matth. 13. — Luc. 1.

Verbum populi est fabula publica, quæ de miseris & afflictis circunfertur. Sic apud Ezechielem; Ascendistis super labium linguæ & verbum populi. vbi noster Interpres rectè vertit, *opprobrium*. — Fabula. — Ezech. 36.

ORATIO.

ORATIO quid communiter significet, omnes norunt. sed in religionis argumento petitionem, postulationem, supplicationem & deprecationem significat. vt, Respice ad orationem serui tui. &, Audi hymnum & orationem. &, Intende voci orationis meæ. &, Orationes iustorum exaudiuntur. &, Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. — Petitio. — Supplicatio. — 3. Reg. 8. — Psal. 5. — Prouerb. 15. — Prouer. 28.

VERITAS.

VERITATEM ita definimus, vt editis orationi aut similitudini aut exemplo rem conformem, & consentaneam esse dicamus. Opponitur autem in oratione veritas mendacio. Exemplo vel parabolæ veritas ita opponitur, vt vmbra corpori, imago rei ipsi ex qua efficta est. Itaque veritatem ipsam rem certam & constantem esse dicimus. Veritas igitur ad promissum relata, promissorum præstitum effectum; ad conuenta verò & dicta, constantiam significat. vt, Non est enim veritas, nõ est misericordia, & non est scientia Dei in terra. &, Loquimini veritatem vnusquisque ad proximum suum. — Effectus — Constantia — Ose. 4. — Zach. 8.

Veritas etiam cum misericordiæ nomine coniuncta, beneficium præstitum, aut præstandum significat. vt, Si facitis misericordiam & veritatẽ cum domino meo. Et misericordia & veritas te non deserant. — Beneficium — Genes. 24. — Prou. 3.

Sæpè etiam veritas iusti & æqui cognitionem studiumque significat. vt, Prouide autem de omni plebe viros sapientes & timentes Deum, in quibus sit veritas. &, Tu fecisti cum patre meo Dauid misericordiam, sicut ambulauit in cõspectu tuo, in veritate & iustitia. &, Quia in veritate & in iudicio induxisti omnia hæc, propter peccata nostra. Christi autem veritas, diuinum Spiritus sancti beneficium in homines collocatum; & nouorum hominum regeneratio est, S. S. E. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre. Et lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum. &, Quem ego mittam vobis spiritum veritatis. Et sicut est veritas in Iesu, deponere veterem hominem, &c. Ipse etiam Iesus Christus, qui summam rerum omnium, quæ ad vitam & salutem pertinent, in se completissimam perfectissimamque continet, veritas appellatur. vt, Ego sum via, veritas & vita. Et veritas liberabit vos. — Acquitatis studium. — Exod. 18. — 3. Reg. 3. — Daniel. 3. — Christi veritas. — Ioh. 1. — Iohan. 15. — Ephes. 4. — Christus. — Iohan. 14. — Iohan. 8.

IVDICIVM. משפט

IVDICIVM in sacris litteris idem quod æquitatem significat frequenter. vt, Scio quòd præcepturus sit filiis suis, vt faciant iudicium & iustitiam. Et non timeatis à facie viri, quia Dei iudicium est. Pœnam quoque ex sententia lata repetitam, iudicium sacri auctores dicunt. vt, Ego redimam vos in brachio excelso, & in iudiciis magnis. Et in diis Ægyptiorum faciam iudicia. — Æquitas. — Genes. 18. — Deut. 1. — Pœna. — Exod. 6.

Leges quoq. ad publicarum rerũ & hominum inter se societatem conseruandã, latæ, iudicia propriè vocantur. vt, Ibi constituit ei præcepta atque iudicia. &, Hæc sunt iudicia, quæ propones eis. Si emeris seruum Hebræum &c. Et custodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. Diuinæ prouidentiæ & humanarum rerum curæ significationem illustrem iudicij & iudicare verbum habet. vt, Et ipse iudicabit orbem in æquitate; parauit in iudicio thronum suum. — Politicæ leges. — Exod. 15. — Exod. 21. — Prouidẽtia. — Psal. 9.

Et aufe-

Psal. 10. Et Auferuntur iudicia tua à facie eius Et diriget mansuetos in iudicio. Aliquando iudiciũ, iudicum munus officiumq. significat, quam iudicationẽ dicere possumus. quæ significatio, alij verbo Hebraico דין respondet. vt, Nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies: pauperis queque non misereberis in iudicio. Iudicium quoque iustam cuiusquã damnationem dicimus, causamque iudicatam interpretamur. vt, Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mũdum, &c. Et neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. &, Nunc iudicium est mũdi. &, Quoniã iudiciũ Dei est in eos, qui talia agũt. Nam iudiciũ quidem ex vno in cõdemnationem, &c.

Iudicatio. Exod. 23. Causa iudicata. Iohan. 3. Iohan. 5. Iohan. 12. Rom. 2. Rom. 5.

LAVS.

LAVDARI solent ea, quæ probantur, aut quæ magna vtiliaq. putantur. Est igitur laus magnitudinis, vtilitatis aut beneficij accepti argumentum, idque significat. vt, Fortitudo mea, & laus mea Dominus. &, Ipse est laus tua, & Deus tuus Et tibi laus; cuncta enim, quę in cælo, & quæ in terra, tua sunt. Agnitionem & testimonium magnitudinis atque dignitatis quoque significat. vt, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. &, Tu autem in sancto habitas laus Israel. Et semper laus eius in ore meo. Carmen etiam gratulatorium laus appellatur. vt, Auditam facite vocem laudis eius. &, Magnificate eum in laude. Et venient in Sion cum laude.

Argumentum magnæ rei. Exod. 15. Deut 10. 1 Paral. 29. Testimonium. Psal. 8. Psal. 21. Carmen. Psalm. 65. Psal. 68. Isaia. 35.

SALVTATIO.

SALVTATIO, mutuæ pacis & charitatis signum est. vt, Egressus Moyses in occursum cognati, adorauit, & osculatus est eum: salutaueruntque se mutuo. Et egressus est Saul obuiam Samueli, vt salutaret eum.

Est etiam salutatio honoris exhibitio, & dignitatis testimonium. vt, Descendimus ad salutandos filios regis & filios reginæ. Et Pharisæi & Scribæ salutationes in foro amare arguuntur.

Salutationem prætermittere aut eius est, qui consuetudinem alterius aspernatur, aut qui negotio suo intentus, intermissionem vitat. vt, Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi. Et neminem per viam salutaueritis.

Pax. Amicitia. Exod. 18. 1 Reg. 13. Dignitatis testimonium. 4. Reg. 10. Matth. 23. Negotij studium. 4. Reg. 4. Luc. 10.

PARABOLA.

PARABOLA propriè carmen dicitur, notabili sententiæ argumẽto, & dicendi genere sublimi ac figurato cõpositum. cuiusmodi in oraculis & vatum respõsis plurima exempla sunt, s. s. e. Assumptaq. parabola sua, dixit Balaam. Et addidit quoq. Iob, assumens parabolã suam, & dixit. Præterea etiam parabola sententiã significat breuem, ad institutionem vitæ ac morum concinnatam s. s. e. Locutusque est Salomon tria millia parabolas. Et animaduertet parabolam & interpretationem eius. Significat quoque parabola rei gestæ vel gerendæ exemplum, siue rei ipsius, siue doctrinæ causa editum. perinde enim ad disciplinam vtrumuis valet: plerumque autem ex exemplo edito, parabola sumitur. vt, Sume tibi parabolam istam contra regem Babyloniæ. &, Narra parabolam ad domum Israel. &, Christus Dominus in parabolis locutus est multa.

Carmen sublime. Num. 23. Iob. 27. Prouerbiũ. 3. Reg. 4. Prouerb. 1. Exemplum Isai. 14. Ezech. 17. Matth. 13.

Parabola etiam pro vulgi fabula, de cuiuspiam probroso aut infami exemplo suscepta vsurpatur: & extremæ abiectionis argumentum est. vt, Factus sum illis in parabolam. &, Tradam eam in parabolam. &, Posuit me quasi prouerbium vulgi; & exemplum sum coram eis. &, Dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terræ, in opprobrium & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionem. Et eris opprobrium, & blasphemia, & exemplum, & stupor omnibus gentibus.

Fabula vulgi. Psal. 48. 2. Paral. 7. Iob. 17. Ierem. 24. Ezech. 5.

IMAGO.

IMAGO pro simulacro aliquando vsurpatur. vt, Ne fortè decepti faciatis vobis similitudinem, sculpturam aut imaginem masculi vel fœminæ, similitudinem omnium iumentorum, quæ sunt super terram. &, Ingressusque est omnis populus terræ templum Baal, & destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt valide. Significat quoque imago idem quod exemplum virtutis & efficientiæ, ab aliquo exemplari, pro naturæ cuiusque modo, deductum. vt, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram. &, Nam quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Aliquando rem leuem exiguæ subsistentiæ in specie quidem æstimatam, reuera autem caducam & parui ponderis. vt, Veruntamen in imagine pertransibit homo.

Simulacrũ. Deut. 4. 4. Reg. 11. Exemplum Genes. 1. Rom. 8. Leuis res. Psal. 38.

Quandoque etiã imago substantiã & definitionẽ ipsam rerum significat. vt, Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.

Substantia. Hebr. 10.

Imago rem tenuem & ferè spiritualem, aut saltem à materiæ crassitie alienam aliquando significat. vt, Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis. Significat etiam, cùm ad res diuinas refertur, virtutis diuinæ veram & certam repræsentationem, ita vt repræsentatio Latina significatione Oratorũ, & Iurisconsultorũ, modò à nobis vsurpetur. vt, Vmbrã habens lex futurorum bonorũ, non ipsam imaginem rerum. &, Quos præsciuit conformes fieri imagini filij eius. &, Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cælestis. Nonnunquam imago pro re leuissima, fluxa & euanescente, atque adeò pro adumbrata felicitate, nec vera, nec constanti vsurpatur. vt, Veruntamẽ in imagine pertransibit homo. &, In ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Species spiritualis. Iob. 4. Repræsentatio. Hebr. 10. Rom. 1. 1. Corin. 15. Fluxa res. Psalm 38. Psalm. 72.

SPECTACVLVM.

SPECTACVLVM semel pro admirabili re vsurpatur in Latinis Bibliis: Ipse quoque interfecit virum Ægyptium, virum dignum spectaculo. Præter hoc autem exemplum cætera spectacula & horrenda & grauissima sunt; probrosaque existimantur, qualia eorum qui supplicio afficiuntur ignominioso. vt, Omnis turba eorum, quæ aderat ad spectaculum istud. &, Spectaculum facti sumus omnibus hominibus. &, In altero quidẽ opprobriis & tribulationibus spectaculo facti.

Admirabile 2. Reg. 23. Ignominia. Luc. 23. 1. Cor. 4. Heb. 10.

SCRIBERE, SCRIPTVRA.

SCRIBENDI vsus maximus est ad communicandam rerum actionumque notitiam: quandoquidem verba ore prolata cum præsentibus tantùm communicari possunt, eaque semel emissa non constant, atque auditorum mẽte sæpè excidunt. Scriptura verò eadem multis constansque est; & commissam sibi sententiam fideliter refert, atque ad absentes & ad posteros quoq. transmittit, s. s. e. Scribe hoc ad monumentum filiis Israel. Igitur memoriæ conseruandæ significationem scripturæ vsus habet. vt, Scribes ea super posteis, &c. &, Ecce scriptum est coram me; non tacebo.

Exod. 17. Memoria. Deut. 11. Isai. 65.

Testimonij quoque exhibendi & contestandæ rei causa res scribuntur. vt, Scribite vobis canticum istud: & scripsit Iosue super lapides, &c. & legem regni scripsit in libro. &, Scribe visum, & explana sermone.

Testimonij. Deut. Habac 2.

Rem præterea maximam, & scitu dignissimam, ac vtilissimam scribendi cura alicui imposita significat. vt, Audiui vocem de cælo dicentem mihi, Scribe; Beati mortui qui in Domino moriuntur, &c.

Res scitu dignissima. Apocal. 14.

Scribitur aliquid in palmis ad recordationẽ. vt, Ecce in manibus meis scripsi te.

Recordatio Isai. 49.

LITERA.

LITERARVM eadem, quæ scribendi, ratio, ac significatio est. quædam autem singulariter orationes obseruantur, quæ priuatum aliquid significant. vt, Scire, literas eruditionis; nescire verò, vulgaris ingenij notam refert, s. s. e. Quum dederint scienti literas, dicet, Non possum legere, quia signatus est: & dabitur nescienti literas, & dicet, Non possum legere, quia nescio literas. &, Quomodo hic literas scit? &, Videntes autem Petri constantiam, & Iohannis, cognito quòd homines essent sine literis & idiotæ, admirabantur.

Eruditio. Isai. 29. Ruditas. Iohan. 7. Actor. 4.

Literæ sacræ diuinorum librorum studium significant. vt, Memento, quòd ab infantia sacras literas nosti. Testimonium etiam & affirmationem, certamque sententiam literæ significant. vt, Videte qualibus literis scripsi vobis. &, Nos neque literas accepimus de te à Iudæa. Litera autem in singulari numero ipsam simplicem sacræ legis obseruationem à mysterio & spiritu seiunctam interpretamur. vt, Qui per literam & circuncisionem præuaricator legis es. Et circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Et idoneos nos fecit ministros noui Testamenti, non literæ, sed spiritus; litera enim occidit, spiritus autem viuificat.

Verbum scriptum. 2. Timoth. 3. Testatio. Gal. 6. Actor. 28. Lex sine spiritu. Rom. 2. 2. Cor. 3.

Thau litera apud Ezechielem tessera erat & signũ eorum qui à communi damnatorum sententia ad vitam excepti essent.

Ezech. 9. Vitæ signũ.

Iota & apex, minimæ notæ sunt, resque aliarum comparatione minimas, & minimè æstimatas significant, vt, Amen dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.

Minimæ res. Matth. 5.

NVMERVS.

NVMERVS ad certam rem indicandam refertur. vt, Sin autem minor est numerus, quàm vt sufficere possit ad comedendum agnum. &, Quinquaginta & quinquaginta duo, iuxta numerum annorum.

Certa rẽs. Exod. 12. Leuit. 25.

Ordinem etiam certum numerus significat. vt, Qui habetur in numero à viginti annis, &c. Et iuxta numerum prouinciarum. &, Qui educit in numero militiam cæli. Et alius de numero discipulorum.

Ordo. Exod. 30. 1. Reg. 6. Matth. 8. Isai. 40.

Numerus præterea, numeratio, & numerabile, res certas, & ab infinito omnino distantes indicat. Vnde negatio numeri, multitudinem & penè infinitudinem arguit. vt, Ingens quippe numerus erat. Et absque vllo numero. Neque erat numerus vulgi. &, Multiplicati sunt super numerum, qui persequuntur me. &, Stultorum infinitus est numerus.

Terminus finitus. 1. Paral. 5. 2. Paral. 5. Psal. 39. Eccl. 2.

VNITAS.

VNITAS concordiam & pacem, ac mutuam omnino animorum & rerum conformitatem significat, cui pluralitas aduersatur. vt, Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Et donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei. Et multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.

Concordia. Ephes. 4. Actor. 4.

LVDVS.

LVDERE aliquando idem est quod suauiter agere vitam, & gratissimis exercitationibus operam dare. vt, Delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum. Significat etiam canere & saltare. Sic enim Samson ante Palestinos lusisse dicitur. Et præcinebant mulieres ludentes Dauidi, &c. Idolorum cultus exercitatio etiam ludus dicitur. vt, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.

Suauiter agere. Prouerb. 8. Saltatio. Iudic. 16. 1. Reg. 18. Idololatria. 1. Cor. 10.

MVSICA.

DE Musicæ vsu & exercitatione, nos aliâs plura & exactiùs Deo propitio differemus: nunc verò de eius artis & nominum significatione pauca indicabimus. Musicæ exercitatio lætitiæ vsum fructumque indicat apud Prophetas, s. s. e. Et erit transitus virgæ fundatus quam requiescere faciet Dominus super eum in tympanis & citharis. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione co dis, & vos clamabitis præ dolore cordis. Pacem, quietem & otium Musica quoque significat. vt, Quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonus citharardorum tuarum nõ audietur amplius. & vox citharædorum & musicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius.

Lætitia. Isai. 30. Isai. 65. Pax. Otium. Ezech. 23. Apocal. 18.

Est aliquando corruptorum delitiis hominum abusus musicæ. vt, Sume citharam, circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta canticum, vt memoria sit tui. &, Qui canitis ad vocem psalterij, sicut Dauid putauerũt se habere vasa cantici.

Delitiæ. Isai. 22. Amos. 6.

VITIA ANIMI ET CORPORIS.

CAP. LXXXVII.

ANIMI ac corporis post peccati labem, multa vitia sunt, ex quibus quædam culpam semper arguunt. Quædam verò naturæ solùm infirmitatem sæpissimè ostendunt, ex quibus non semper culpa notari potest, vt sunt morbi, afflictiones, & id genus alia, quæ & sine scelere esse possunt, & cum scelere quandoque sunt. Quædam autem animo & corpori communes sunt. vt, Lætitia, pudor, & erubescentia. Quædam alterius partis propriæ: vt æstus, frigus, morbus coporis, dementia, peccatum, superbia, & cætera peccata omnia, quæ animorum censentur vitia: de quorum significatione, quàm commodissima serie dicturi sumus.

TVRPITVDO.

TVRPITVDO, siue ignominia, calamitosa tempora significat, in quibus decus & splendor omnis amouetur, s. s. e. Omnes, qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius.

Calamitas temporum. Thren. 1.

ÆSTVS.

ÆSTVS afflictionem vehemẽtem aliunde allatam significat, quam iis, qui patiuntur, euitare aut declinare, & effugere difficillimum sit. vt, Percutiat te Dominus ardore, & æstu, & aëre corrupto, & rubigine, & persequatur donec pereas. &, Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu. Et quia factus es spes à turbine, & vmbraculum ab æstu. Et non percutiet eos æstus & Sol, quia miserator eorum teget eos. &, Non cadet super illos Sol, neque vllus æstus, quia agnus, qui in medio throni est, teget illos.

Afflictio. Miseria. Deut. 28. Isai. 4. Isai. 25. Isai. 49. Apocal. 7.

FRIGVS.

FRIGVS etiam afflictionis genus significat, quæ animos non tam exagitet, quàm premat & deiiciat, s. s. e. Percutiat te Dominus febri, & frigore. Et non erit lux, sed frigus & gelu.

Afflictio animi. Deut. 28. Zacha. 14.

INFIRMITAS.

INFIRMITAS nonnunquam idem est, quod Latinis, morbus. vt, Infirmitas hæc non est ad mortem. Aliquando pro omni miseria, passione & afflictione vsurpatur. vt, Libẽter gloriabor in infirmitatibus meis. Transfertur autem ad animi vitia, atque ad consequentes culpam pœnas significandas. vt, Multiplicatæ sunt infirmitates eorum. &, Qui sanat omnes infirmitates tuas. Et est alia infirmitas pessima, quam vidi sub Sole, diuitiæ conseruatæ in malum domini.

Morbus. Afflictio. Iohan. 11. 2. Cor. 12. Vitium. Pœna. Psal. 15. Psalm. 102. Eccles. 5.

Significat etiam humanæ & mortalis naturæ doloribus & afflictionibus obnoxiam sortem, à diuinæ naturæ fortitudine & præstantia longè diuersam, s. s. e. Virũ dolorum & scientem infirmitatẽ, & quasi absconditus vultus eius. & Dominus voluit conterere eum in infirmitate. &, Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes portauit. &, Christus crucifixus est ex infirmitate. &, Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. &, Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.

Conditio humana. Isai. 53. 2. Cor. 13. 2. Cor. 12.

EBRIETAS.

EBRIETAS omne luxuriæ studium aut complectitur, aut significat aliquando. vt, Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam. &, Videte ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & non in comessationibus & ebrietatibus. Animorum etiam perturbationem, & mentis impotentiam sapientiæ contrariã ad ruinam pronam ebrietas significat. vt, Inebriate eum, quoniam contra Dominum erectus est. &, Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges, qui sedent de stirpe Dauid super thronum eius; & Sacerdotes & Prophetas, & omnes habitatores Ierusalem ebrietate.

Luxuria. Isai. 5. Luc. 21. Gal. 5. Insipientia. Damnatio. Ierem. 48. Ierem. 13.

CÆCI-

CÆCITAS.

Israelitarũ reprobatio. SIGNIFICAT autem cæcitas illam reprobationis punitionem, quæ Iudæis ob Christum repulsum, accidit, S. S. E. Cæcitas ex parte contigit in Israel, & excæcauit Dominus mentes incredulorum. Rom. 11.

Ignorantia. Cęcitatem corporis vitium, sensusque defectum esse omnes norunt: ad animum autem relatum, ignorantiam & inscitiam arguit, eamque vel ex supina negligentia, vel ex affectato studio admissam. vt, Indignatus est Christus super cæcitate cordis eorum. Sic etiam Paulus gentes alienatas fuisse ait à via Dei, per ignorantiam, quæ est in illis, propter cæcitatẽ cordis ipsorum. Et illud etiam huius significationis est: Cæci sunt, & duces cæcorum. Marc. 3. Ephes. 4. Matth. 15.

MACREDO.

Sterilitas. MACREDINEM sterilitatis significatione explicare docuit nos Ioseph in somniorum interpretatione. Genes. 41.

CLAVDVS.

Miser. CLAVDVS miserum & calamitosum, & à perfectione & integritate alienum significat. vt, In die illa congregabo claudicantem. Mich. 4.

CONFVSIO.

Opprobriũ. CONFVSIO erubescentiam significat, quæ vel vitium ipsa sit, vel ex vitij opprobrio natam. plerumque enim arguit, vel consilij, vel sententiæ mutationẽ, non à ratione, sed à propositi frustratione profectam. vt, Nunquid ignoro quia diligis filium Isai, in cõfusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ? &, Qui oderunt te, induentur confusione. Et ferant confestim confusionem suam, qui maligna loquuntur super me. &, Qui stertit æstate, filius confusionis est. Et non appareat confusio nuditatis tuæ. 1. Reg. 20. Iob. 8. Psal. 34. Prouerb. 10. Apocal. 3.

CONFRACTIO.

Calamitas. CONFRACTIO calamitatem magnam, vel allatam, vel acceptam significat. vt, Tanquam vas figuli confringes eos. &, Confringam eos, nec poterunt stare. Et in ira populos confringes. &, Confregit me, posuit me desolatam. &, Confractione confringentur. Psal. 2. Psal. 17. Psal. 55. Thren. 3. Isai. 24.

Aliquando confractio significat diruptionẽ aliquam in muro vel macerie factam, qua subiri possit locus. Ex translatione vsurpatur pro irruptione in gentem vel turmam aliquã facta. vt, Edixit, vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione, in conspectu eius. hanc confractionẽ Hispanicè *portillo* dicimus. Irruptio. Psalm. 105.

DOLOR.

Afflictio. DOLOR parientium impotentem afflictionem & grauissimã miseriam significat, S. S. E. Antequam parturiret, peperit. Antequam veniret partus eius, peperit masculum. Priora duo verba, parturire & venire partum, Hebraicè, dolores parturientium significant. Et dissoluta est Damascus: versa est Damascus. tremor apprehendit eam. angustia & dolores tenuerunt eam quasi parturientem. Afflictionem quoquẽ repentinam & ineuitabilem, hoc modo describunt sacri auctores: Tunc repẽtinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habenti: & non effugient. Isai. 66. Item. 49. Afflictio ineuitabilis 1. Thess. 5.

MORS.

MORS corporis quanquam omnibus timeatur & vulgatissima sit, tamen quid ea sit, nemo viuentium nouit, neq. indicare potest, nisi ex priuatione vel negatione, vt carentia vitæ esse dicatur. Atq. hæc omnis sensus expers est, vulgariq. nomine à cunctis cognoscitur, hoc modo: nam aliàs scriptum est, Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti? Iob. 38.

Peccatum. At verò est aliud maximum malum, quod translato à morte nomine, mors dicitur. Id autem est illa miserrima conditio, ad quam hominum genus primorum parentum culpa primùm deducta est, atq. singulorum etiam vitio auctam, quam peccatũ ipsum, vel peccati effectum dicere possumus. Dicitur eadem mors animi vel mors spiritus, vel corpus mortis & corpus peccati, & multis aliis eiusmodi infaustis nominibus indicatur. Omne autem grauissimum nomẽ miseriæ superat sensu, de qua scriptum est, In quacunque die comederis, ex eo morte morieris. Et mors peccatorũ pessima. &, Inclinata est ad mortem via eius. &, Pedes eius descendunt in mortem. &, Qui sedebant in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Et percussimus fœdus cum morte. &, Qui credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium nõ venit, sed transit à morte in vitam. Et per peccatum mors. Peccati effectus. Genes. 2. Psal. 33. Numer. 2. Prouerb. 5. Isai. 9. Isai. 28. Iohan. 5. Rom. 5.

Mors peccatum significat, quod à domo Domini alienum esse oportet, S. S. E. Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, & ruinas regum suorum à me, & habitabo in medio eorum semper. Cadauera regum hoc loco significant ruinæ. Mortuus peccatorem aut peccatum ipsum significat, S. S. E. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? Peccatum. Ezech. 43. Peccator. Peccatum. Eccles. 34.

Et quis me liberabit à corpore mortis huius? Et qui destruxit quidem mortem. Aliquando etiam mortis nomine dicitur reprobatio eorum qui non credunt Euangelio. vt, Aliis sumus odor mortis in mortem, & aliis odor vitæ in vitam. De morte secunda plura & maiora sunt dicenda, quàm quæ hic locus capiat. Reprobatio Induratio. 2. Cor. 3. Mors secunda.

CADAVER.

CADAVER prædam apud Matthæum significat: Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Græcè propriè πτῶμα est. Significat etiam cadauer arcanè, opera mortua, hoc est, peccata hominem contaminantia, S. S. E. Nec cadauera contigeritis. &, Qui tetigerit cadauer hominis mortui, & immundus fuerit septem diebus, &c. Cadauer insepultum relinquere, ignominiæ genus habebatur grauissimum, S. S. E. Non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt, & gladio & fame consumentur, & erit cadauer eorum in escas volatilibus cæli & bestiis terræ. Præda. Matth. 24. Opera mortua. Peccata. Leuit. 11. Numer. 19. Ignominia. Ierem. 16.

VITA.

VITA, præter id, quod ad animalẽ definitionem & perfectionem refertur, qua vnumquodq. animal suum genus propriè tuetur, actionesque exercet suas: aliud sublimius significandi argumentum spectat; quo conditio illa beatissima indicatur, quæ propria Deo est, & per gratiam spiritibus & hominibus communicatur, S. S. E. Sanctus vocabitur omnis, qui scriptus est in vita in Ierusalem. &, Quoniam apud te est fons vitæ. &, Lignum vitæ est iis, qui apprehendunt eam. &, In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. &, Sicut pater habet vitam in semetipso, ita dedit & filio habere vitam in semetipso. &, Panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mũdi vita. &, Vita manifestata est. Et Christus ipse vita verè dicitur, S. S. E. Ego sum via, veritas & vita. Conditio beatissima. Isai. 4. Psalm. 35. Prouerb. 3. Ioh. 1. Ioh. 5. Ioh. 8. 1. Ioh. 1. Ioh. 14.

SALVS.

SALVS apud Interpretem nostrum vitæ vsum iucundum nonnunquam significat. vt, Per salutem Pharaonis. Aliquando liberationis & auxilij, vel subsidij allati significationem obtinet. vt, Pro salute enim vestra misit me Dominus. &, Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. &, Cras erit vobis salus cùm incaluerit Sol. Et Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua. Iucunda vita. Genes. 42. Liberatio. Subsidium. Genes. 45. 1. Reg. 11. Psal. 3.

Præterea diuinum beneficium vitæ æternæ, in hominibus per Christum collocandum, salus indicat, multis in locis. vt, Et salus mea non morabitur: dabo in Sion salutem, & Israeli gloriam meam. Et posui te in lucem gentium, vt sit salus mea, vsque ad extremum terræ. Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid, & ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorũ. & Euangeliũ virtus Dei est, ad salutem omni credenti. Cùm à salutantibus salutis nomen vsurpatur, omnem bonæ valetudinis & vitæ, veraeque prosperitatis vsum significat, vt, Iis, qui in dispersione Vita æterna. Isai. 46. Isai. 49. Luc. 1. Rom. 1. Iucunditas vitæ. Prosperitas Iacob. 1.

sunt, fratribus salutem. &, Salutem dicunt fratres, qui
2.Mach.1. sunt in Ierosolymis Iudæi.

PAX.

Concordia. PAX concordiam & quietem significat. vt, Nolite
Matth. 10. arbitrari, quia pacem veni mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium.

LÆTITIA, GAVDIVM, EXVLTATIO.

Iucunditatis vsus. LÆTITIA, gaudium & exultatio animi, affectiones & indicationes etiam sunt in corpore, ex iucundæ
Deut. 28. rei sensu vel opinione profectæ. vt, In gaudio cordisq.
1.Esdr. 6. lætitia, propter rerum omnium abundantiam. &, Fecerunt solemnitates azymorum septem diebus in lætitia, quoniam lætificauerat eos Dominus, &c.

Euangelij effectus. Significat etiam mysticè felicem illam sortem, quæ noui Testamenti fidelibus & obedientibus hominibus obtigit, vt sint filij Dei, liberi à miseria illa grauissima seruitutis peccati, S. S. E. Et lætitia sempiterna veniet
Isaia. 35. super caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt,
Isai. 51. & fugiet dolor & gemitus. &, Gaudium & lætitia in-
Isai. 66. uenietur in ea. &, Videbimus in lætitia vestra. Et cre-
1.Pet.1. dentes exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata. Et
Iohan. 16. tristitia vestra cõuertetur in gaudium, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. &,
Gal.5. Fructus autem spiritus, est charitas, gaudium & pax.

VITIA ANIMI.

ANIMI vitia suas etiam habẽt significationes arcanas, præter id, quod frequenti vsu significant. vt

IMPVRITAS.

Improbitas Abominatio. IMPVRITAS omnis turpitudinem morum, improbitatemque significat, allegoricos accepta; maximam verò abominationẽ muliebris impuritas indicat:
Thren. 1. vt, Facta est Ierusalem quasi polluta mẽstruis inter eos.

PECCATVM.

Concupiscentia Originale. PECCATVM non modò singularia acta & culpas, aduersus diuinam legem, vel rectam rationem admissas significat, vt plerumque solet; sed ipsum omnium malorum fontem, concupiscentiam, & quod originale
Rom. 3. peccatum dicitur. vt, Causati enim sumus Iudæos &
Rom. 5. Græcos omnes sub peccato esse, &c. Et sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per
Rom. 6. peccatum mors. &, Neque exhibeatis membra vestra
Rom. 7. arma iniquitatis peccato. &, Peccatum occasione accepta, per mandatum seduxit me.

Oblatio. Peccatum etiam pro oblatione facta ad expiandum peccatum sepissimè in sacra lingua vsurpatur: & in Te-
Rom. 8. stamenti noui libris. vt, De peccato damnauit peccatum in carne. Et eum, qui non nouerat peccatum, pro
Error. nobis peccatum fecit. Errorem etiam à veritate & certitudine diuersum, & consilium incertum, peccati
Rom. 14. vocabula significant. vt, Omne quod non est ex fide, peccatum est.

Impudẽtia In peccato lætitia & gratulatio, extremæ impudentiæ & peruersitatis est. vt, Nunquid carnes sanctæ au-
Ierem. 11. ferent à te malitias, in quibus gloriata es?

SVPERBIA.

Tyrannus. SVPERBIÆ vocabulum regis potentis & tyranni significatione vsurpatum obseruatur apud Ezechie-
Ezech. 7. lem. vt, Egressa est contritio, floruit virga, germinauit superbia.

MENTIRI, MENDACIVM.

Fallere. MENTIRI idem est quod fallere, vel fraudem fa-
Genes. 26. cere simulata oratione vel actione aliqua. vt, Cur men-
Genes. 7. titus es, eam sororem tuam dicens? Et Israelitæ tule-
Psal. 26. runt de anathemate, & furati sunt atque mentiti. Et mentita est iniquitas sibi. Aliquando falsum testi-
Testimonium falsum. monium dicere. vt, Beati eritis, &c. cùm dixerint omne
Calumnia. Matth. 5. malum aduersum vos, mentientes propter me.

Ex consuetudine & vitio mentiri est timoris & seruitutis argumentũ, quòd serui multa mẽtiantur dominis conturbati metu. vt, In multitudine virtutis tuæ,
Psalm. 65. mentientur tibi inimici tui.

VANVM & VANITAS.

Idololatria. VANITATEM sacræ literæ dicunt, quidquid contra diuinum consilium est, vel à dæmone inuentum, vel ab hominibus initum. Cuius generis sunt idololatriæ,
Consilium prauum. superstitiones, propriæ singulorum cogitationes, à recta ratione alienæ. Deinde incepta & facta hominum diuino proposito obsistentium, quorum multa exempla
Deut. 32. cùm sint, singula, aut bina in singulis generibus indi-
4.Reg.17. cabimus. vt, Ipsi me irritauerunt in vanitatibus suis.
Iob. 11. &, Sequuti sunt vanitates, vanè egerunt, &c. &, Ipse
Psal. 25. videt hominum vanitatem. &, Non sedi cum consilio
Isai. 59. vanitatis. &, Loquuntur vanitates. &, Cor eorum va-
Psal. 5. num est. Præterea quod fructus atque vtilitatis
Inutile. expers est, vanum dicitur. Sic leges populi vanas, &
Ierem. 10. auxilium vanum, Ieremias dixit; & Ezechiel visiones
Ezech. 4. vanas. & Paulus, Ne fortè in vanum currerem. & Iaco-
Galat. 2. bus vanam religionem appellauit eam, quæ rectè non
Iacob. 1. est instituta.

MERETRIX.

COMMVNIS significatio nominis, meretrix, notissima est, cuius exemplum vnũ satis erit. Quã cùm vi-
Genes. 38. disset Iudas, suspicatus est esse meretricẽ. Sed sunt quædam illustria loca, in quibus id nomen non vitium, sed
Caupona. quæstum tantùm significat. Ita enim Rahab meretri-
Iosue. 2. cem interpretamur, & matrẽ Iephte mulierem mere-
Iudic. 11. tricem dictam. Et duas illas fœminas, quæ Salomonem
3.Reg. 3. iudicij causa adiere. Accidit etiam aliquando, vt meretrix pro publico emporio & mercatorum conuen-
Emporium tu, metaphoricôs vsurpetur, vt de Tyro ait Isaias, Sume
Isai. 23. citharam, circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita.
Idololatria. Illud autem grauioris significationis est, cùm meretrix dicitur populus vel congregatio, vano deorum cultui
Ierem. 2. addicta. vt, Sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris
Ezech. 16. meretrix. Et propterea meretrix, audi verbum Domini.

FVR.

FVR per Metonymiam, hominẽ callidũ & res suas quærẽtem, tantumque sibi studentem significat, S.S.E.
Iohan. 10. Fur non venit, nisi vt furetur. Significat etiam artem & rationem acutam & aliis ignotam; ideoque facilè op-
1.Thess. 5. primentẽ imparatos, S.S.E. Sicut fur in nocte, ita veniet.

ADVLTERIVM.

Corruptela Præuaricatio. ADVLTERII verbo omnis corruptela officiique præuaricatio, in rebus & muneribus magnis, significa-
Matth. 12. tur: cuiusmodi est veri Dei cultus prophanatio, & idolatriæ admissio: Et ita scriptũ est, Generatio mala &
Ezech. 23. adultera signum quærit, &c. Et dixi, Quæ attrita est in adulteriis, nunc fornicabitur in fornicationibus suis.
Iacob. 4. &, Adulteri nescitis; quia amicitia huius mundi inimica est Dei? &, Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei.

ARTES.

CAP. LXXXVIII.

POST hæc artium siue vtilium siue inutilium verba nobis exponenda sunt, quatenus nostrum insti-
tutum spectare videbuntur: primamque omnium agri-
culturam recensebimus, vt omnium humanarum ex-
Gen. 3. ercitationum & artium antiquissimam, S. S. E. Et misit eum Dominus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua assumptus est.

ARATIO.

Actio. ARARE quid simpliciter significet, nemo ignorat. Translationem autem admittit, ad actionem aliquam
Deut. 22. consulto initam significandam. vt, Non arabis in boue
Iudic. 14. & asino. &, Si non arassetis in vitula mea, non inueniss-
Isai. 28. setis propositionem meam. &, Nũquid tota die arabit
Ose. 10. arans? Et arastis impietatem. Vsurpatur etiam pro omni
Opus. actione & opere, per Metonymiam siue Synecdochen.
Proverb. 20. vt, Propter frigus piger arare noluit. &, Quis autem vestum

ſtrum habens ſeruum arantem, &c. Ex conſequenti etiam loci vaſtationem, ſolitudinemque ſignificat. vt, Sion quaſi ager arabitur. Curam & culturam animorum, quæ per verbum & prædicationem fit, atque per Euangelij annuntiationem. vt, Conuertar ad vos, & arabimini, & accipietis ſementem. Negotium ſtudioſè ſuſceptum, vt neceſſarium, huiuſmodi imagine ſignificauit Chriſtus, S. S. E. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrorſum, aptus eſt regno Dei. Et præparationem animi atque propoſitum initum ex eadem ratione ſignificat. vt, Arate vobis nouale. Sic Hebraicè apud Ieremiam.

Vaſtatio. *Ierem. 26. Miche. 3.* Cultura animi. *Ezech. 36.* Negotium ſuſceptum. *Luc. 9.* Propoſitū. *Ierem. 4.*

SERERE, SEMINARE.

SEMINARE & ſerere idem ſunt in agriculturæ vſu, idemque ſignificat vtrumque verbum, in arcano ſermone. Namque doctrinam vitæ & morum, & actionum inſtitutionem eiuſmodi tranſlationibus exponimus. vt, Agrum tuum non ſeres diuerſo ſemine. &, Nō ſeres vineam altero ſemine. &, Nolite ſerere ſuper ſpinas. &, Seminauerunt triticū, & ſpinas meſſuerunt. &, Exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. Seminare etiam negotium inſtituere grauiſſimum, cuiuſmodi eſt pœnitētiæ ſtudium, religionis promouendæ cura, S. S. E. Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua. Et ventum ſeminabūt, & turbinem metent. &, Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ.

Doctrina. *Leuit. Ierem. 4. Ierem. 12. Matth. 13.* Negotium graue. *Pſalm. 125. Oſee. 8. Oſe. 10.*

Significat etiam mortalis huius vitæ finē, mortemq; corporis, ex qua reſurgent incorrupti, qui digni habebuntur vita æterna. vt, Seminatur enim in corruptione, ſurget in incorruptione: ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria: ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute. Adhæc beneficij faciendi ſtudium, & omnium humanorum operum exercitationem ſeminādi verbo intelligimus. vt, Qui parcè ſeminat, parcè & metet. &, Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. & quæ ſeminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu & metet vitam æternam.

Corporis mors. *1. Cor. 15.* Beneficia. Opera. *2. Cor. 9. Gal. 6.*

MESSIS.

IN lætiſſimarum, & rurſus in grauiſſimarum comparatione rerum, illuſtrem mentionem ſortitur meſſis, atque ſummæ iucunditatis & lætitiæ ſignificationem illa exempla indicant. Lætabuntur & exultabunt coram te, ſicut qui lætantur in meſſe multa. &, Tranſit meſſis, & finita eſt æſtas, & nos ſaluati non ſumus. &, Inebriabo te lachryma mea Heſebon; quoniam ſuper vindemiam tuam, & ſuper meſſem tuam vox calcantium irruit. hæc enim duo exempla interruptam & ablatam lætitiam ſignificant.

Lætitia. *Iſai. 9. Ierem. 8. Iſai. 19.*

Illa verò exempla grauem calamitatem & magnam cladem indicant diuino iudicio, opportuno allatam tempore. Sed et Iuda, pone meſſem tibi. Et tempus triturę eius. Adhuc modicum, & veniet tempus meſſionis eius. &, Mitte falcem & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit meſſis terræ.

Calamitas. *Oſe. 6. Ierem. 51. Apocal. 14.*

Meſſis etiam oportunitatem conficiendi negotij ſignificat. vt, Meſſis quidem multa eſt, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. &, Sinite vtraq. creſcere vſque ad meſſem: & in tempore meſſis dicam meſſoribus, &c.

Oportunitas. *Matth. 9. Matth. 13.*

Illud autem ex naturæ obſeruatione vſurpatum eſt, vt meſſis pro æſtatis fine, atque adeò pro æſtate tota accipiatur. vt, Cunctis diebus terræ ſementis & meſſis, &c. Iordanis autem ripas aluei ſui tempore meſſis impleuerat. &, Sicut frigus niuis in die meſſis.

Æſtas. *Geneſ. 9. Ioſu. 3. Prouerb. 25.*

Metere etiam, fructum vſumque capere ſignificat, vt, Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. &, De quo non impleuit manum ſuam, qui metit. &, qui ſeminat iniquitatem, metet mala. &, Qui conſiderat nubes, nunquam metet. &, Alius eſt qui ſeminat, alius eſt qui metit. Et ſcio, quòd homo auſterus ſis, metens, quod non ſeminaſti.

Fructus. Vſus. *Pſalm. 125. Pſal. 128. Eccl. 11. Iohan. 4. Luc. 19.*

TRITVRA.

TRITVRA laborem & calamitatem alicui allatam ſignificat. vt, Triturabitur Moab ſub eo, ſicut atteruntur paleæ in plauſtro. &, Ego poſui te quaſi plauſtrum triturans nouum, & triturabis montes. Et filia Babylonis quaſi area tempus trituræ eius.

Calamitas. *Iſai. 25. Iſai. 41. Ierem. 51.*

Significat etiam laborem & opus, fructus gratia adhibitum. vt, Non alligabis os bouis terentis. &, Qui triturat, debet in ſpe fructus triturare.

Opus. *Deut. 24. 1. Cor. 9.*

PRIMITIÆ.

PRIMITIÆ rem ſacram non violandam, ſed cuſtodia & conſeruatione dignam interpretamur. vt, Sanctus Iſrael Domino primitiæ frugum eius.

Sacra res. *Ierem. 2.*

PLANTARE, PLANTATIO.

PLANTATIO ſecuritatis & habitationis diuturnæ opinionem arguit. vt, Dedi locum populo meo Iſraeli: plantabitur & habitabit in eo, & vltrà non commouebitur. &, Seminauerunt agros, & plantauerunt vineas. Et in anno autem tertio ſeminate, & metite, & plantate vineas. &, In diebus Lot plantabant & ædificabāt.

Securitas. *1 Paral. 17. Pſal. 106. Iſai. 37. Luc. 17.*

Plantare etiam ad animum tranſlatum, inſtitutionem & doctrinam morum ac religionis diſciplinam ſignificat, atq. etiam publicarum rerum confirmationē. vt, Ego conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, vt euellas & deſtruas, & diſperdas, & ædifices, & plantes. &, Vineam de Ægypto tranſtuliſti, eieciſti gentes & plantaſti eam. &, Ego autem plantaui te vineam electam. &, Omnis plantatio, quam non plantauerit Pater meus, eradicabitur. &, Ego plantaui, & Apollo rigauit.

Doctrina. *Ierem. 1. Pſal. 79. Ierem. 2. Matth. 15. 1. Cor. 3.*

Plantare & ædificare, longam & perpetuam pacem ſignificat. vt, Et ædificabunt domos, & habitabunt; & plantabunt vineas, & comedent fructus earum. &, Plantaſti eos, & radicem miſerunt; proficiunt & faciunt fructum. Plantare & rigare, curare rem, miniſtrumque ſeſe præbere ſignificat. vt, Ego plantaui, Apollo rigauit.

Pax longa. *Iſai. 65. Ierem. 12.* Curare. *1. Cor. 3.*

RIGARE.

RIGANDI verbum inſtitutæ doctrinæ fouendæ, & procurandæ curam ſignificat. Atque etiam myſticè baptiſmatis ſacramēti exercitationem; vt, Ego plantaui, & Apollo rigauit. & itaque non qui plantat, eſt aliquid; nec qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Qui autem plantat & qui rigat, vnum ſunt.

Cura. Baptiſmus. *1. Cor. 3.*

ERADICARE, EVELLERE.

ERADICATIO plantationi, & re ipſa & ſignificatione opponitur: arguit enim rei improbationē & ſublationem abſolutam, cuiuſcunque generis ea ſint, de quibus agitur, ſiue ad corpus illa, ſiue ad animum pertineant. vt, Quando eradicauerit Dominus inimicos Dauid vnumquemque de terra. &, Progenies mea eradicetur. &, Cogitationes impiorum eradicabuntur. &, Omnis plantatio quam non plantauerit Pater meus, eradicabitur. Eradicatas arbores Iudas appellat nullius frugis, & improbatos homines. Et euellet te, & emigrabit te; & radicem tuam de terra viuentium. Et tempus euellendi quod plantatum eſt.

Improbatio *1. Reg. 26. Iob. 31. Prouerb. 25. Matth. 16. Iude. Pſal. 51. Eccleſ. 3.*

PASCERE, PASTOR, PASTVS.

PASCERE per tranſlationem, regere, gubernare & præeſſe ſignificat. vt, Tu paſces populum meum Iſrael. &, Paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam. Et ad doctrinæ etiam adminiſtrationem paſcere verbum, elegantiſſimè transfertur. vt, Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, qui paſcent vos ſcientia & doctrina. &, Nónne greges à paſtoribus paſcuntur? &, Paſcebant ſemetipſos, & gregem meum non paſcebant. Et Ieſus Petro, Paſce (inquit) agnos meos, & paſce oues meas. Et paſcite qui in vobis eſt, gregem, prouidentes, non coactè ſed ſpontaneè. Atq. vtraque ſignificatio ferè in omnibus locis confunditur;

Regere. *1. Paral. 11. Pſalm 77.* Doctrina. *Ierem 3. Ezech. 34. Iohan. 21. 1. Pet. 5.*

vt Pascere idem sit quod docere & recta disciplina gubernare. Pastor autem regem significat potentem & auctoritate præditum ministrum. vt, Qui dico Cyro, pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Et pastores præuaricati sunt in me. &, Quia stultè egerunt pastores. &, Propheta de pastoribus Israel. & Dormitauerũt pastores tui, rex Assur, sepelientur principes tui. Doctrinæ veræ legitimus minister, cuius summum exemplum Christus est, pastor dicitur. vt, Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. &, Qui intrat per ostium, pastor est ouium. &, Ego sum pastor bonus. Et alios dedit pastores & doctores. & Cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.

Rex. Minister. Isai. 44. Ierem. 2. Ierem. 10. Ezech. 34. Nahum. 3. Doctrinæ minister. Matth. 26. Iohan. 10. Iohan. 11. Ephes. 4. 1. Petr. 1.

Pastus & pascua, disciplinã & spirituale alimentum significat. vt, Facti sunt principes eius velut arietes, non habentes pascua. Et super vias pascentur. Et in omnibus planis pascua eorum.

Doctrina. Thren. 1. Isai. 49.

Pastus copiam, secundas res & prosperũ populi rerũ statum interpretamur. vt, Super vias pascentur, & in omnibus mõtibus pascua eorum. Vastitas & desolatio pascendi verbis nonnunquam significatur. vt, Derelictæ sunt ciuitates Aroer, gregibus erunt, & requiescent, & non erit qui exterreat. &, Accubabunt in medio eius greges, omnes bestiæ gentium.

Prosperitas. Isai. 17. Vastitas. Isai. 17. Sophon. 2.

SILVA.

SILVA siue natura sua constet, siue ex cura & diligentia rusticæ rei alatur, ad incultiores arbores & materiæ cõparandæ, aut lignis scindendis idoneas expetitur, isque eius vsus & significatio est. vt, Quasi in silua lignorum in securibus exciderunt ianuas eius. &, Sicut ignis qui comburit siluam.

Rusticæ arbores. Psal. 73. Psal. 82.

Transfertur autem ad gentes alienas, à vero Dei cultu, & ad ferociores & barbaros animos hominũ significandos. vt, Tunc exultabunt omnia ligna siluarum. Et exterminauit eam aper de silua. Et percussit eos leo de silua.

Gentes feri animi. Psal. 95. Psal. 79. Ierem. 5.

VINEA, VINITOR.

VINEA Synagogam & Ecclesiam significat, S. S. E. Vinea Domini exercituum domus Israel est. &, Vineã ex Ægypto transtulisti. &, Posuerunt me custodem in vineis, & vineam meam non custodiui. &, Quomodo versa est mihi in prauam vinea aliena? &, Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exijt summo manè conducere operarios in vineam suam.

Synagoga. Ecclesia. Isai. 5. Psal. 79. Cant. 1. Ierem. 2. Matth. 20.

Vinitor, gubernator & custos, cultorque exponitur. vt, Dabo ei vinitores eius ex eodem loco.

Gubernator, Custos. Ose. 2.

VINDEMIARE, VINDEMIA.

VINDEMIA excisionem vastationemque significat, maturam & diuino iudicio allatam. vt, Vindemiant eã omnes, qui prætergrediuntur viam. &, Quoniam vindemiauit me, vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui. &, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ sunt vuæ eius. Et misit angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum. Vindemiatores dicuntur hostes vltionis ac prædæ causa inuadentes. vt, Si vindemiatores venissent super te; non reliquissent racemum. Idem exemplum apud Abdiam legimus.

Vastatio. Psal. 79. Thren. 1. Apoc. 14. Hostes. Prædones. Ierem. 49. Abd.

VENATIO, VENATOR.

VENATIO, bellum arte & consilio ac diligentia gestum, significat. vt, Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis. &, Iudas Machabæus factus est sicut catulus leonis rugiens in venatione. Venator autem imperatorem dominandi belloque domãdi auidissimum significat, sicut Nimrod, qui venator fuit robustus coram Deo. Et mulierem laqueum venatorum dixit Salomon, quòd multorum bellorum & malorũ causam esse nouisset. &, Post hæc mittam in eos multos venatores, & venabuntur eos de monte, ibi principes Aquilonis omnes & vniuersi venatores. Laqueus, fouea, rete & pedica, dolos, captionẽ & insidias periculumque indicant: vt, In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Et pluit super peccatores laqueos. &, Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui. &, Frustrà enim iacitur rete ante oculos pennatorum. Lacum aperuit, & fodit eum.

Bellum. Thren. 3. 1. Macha. 3. Bellator. Tyrannus. Genes. 10. Eccles. 7. Ierem. 16. Psal. 9. 10. Psal. 35. Proverb. 1.

PISCATIO, PISCATOR.

PISCATIO bellum etiam significat, paruo periculo, summo quæstu, & capiendi studio susceptum, grauius etiam quàm venatio. vt, Ecce ego mittam piscatores multos (dicit Dominus) & piscabuntur eos. &, Totum in hamò suo subleuauit, traxit illud in sagenã sua: & congregauit illud in rete suum. Mysterio autem magno non caret, quòd Apostolos hominum piscatores appellauit & fecit Christus.

Bellum sine periculo. Captiuatio. Ierem. 16. Habac. 1. Matth. 4. Apostoli.

RETE, LAQVEVS.

RETE exercitum militum significat. vt, Extendam rete meum super eum, & capietur in sagena mea. Et expandam super te rete meum, in multitudine populorum multorum. &, Totum in rete subleuauit, & in sagena sua congregauit illud.

Exercitus. Ezech. 12. & 17. Ezech. 32. Habac. 1.

HAMVS.

HAMVM ex allegoria arma ad committendum prœlium, vincendumque apta interpretamur. vt, Et ponam frenum (Hebraice hamum) in maxillis tuis, & extraham te de medio fluuiorum. &, Totum in hamo subleuauit.

Arma bellica. Ezech. 19. Hab. 1.

DE ARCHITECTVRA EIVSQVE VSV.

CAP. LXXXIX.

RVSTICAS artes architecturæ vsus sequitur, & priuatas domos & publica ædificia tractans, atque ad vitã tum priuatè, tum etiam cõmuniter tuẽdam excogitata, S. S. E. Cognouit autem Cain vxorem suam, quæ concepit & peperit Henoch: ædificauitque ciuitatem, vocauitque nomen ex nomine filij sui Henoch. Itaque de architecturæ partibus nobis dicendum est: quanquam de eius effectis, iam aliàs in capite De loco, est abunde dictum.

Genes. 4.

ÆDIFICATOR, ARCHITECTVS, ÆDIFICATIO, DIRVTIO, ÆDIFICIVM.

ÆDIFICARE commune verbum est, omnem constructionis formam complectens. vt, Aedificauit Dominus costam in mulierem. Cain ædificauit ciuitatem. Ædificauit Noe altare Domino. Pulcherrima translatione ad generis & familiæ posteritatem vsurpatur. vt, Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. &, Quia tu Domine exercituum Deus Israel, reuelasti aurem serui tui, dicens; Domum ædificabo tibi. Et ædificabo in generatione & generationem semen tuum. Prosperitatis & optimæ vitæ vsus symbolum est ædificatio. vt, Aedificauit quoque vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bella surrexerant, pacem Domino largiente. &, Sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens extructam quoque manibus destruet.

Construere. Genes. 2. Genes. 4. Genes. 8. Procreatio. Deut. 19. 2. Reg. 7. Psal. 88. Prosperitas. 2. Paral. 14. Proverb. 14.

Stabilire & statuere negotium vel rem, ædificare dicimus. vt, Destrues illos, non ædificabis eos. Et in æternum misericordia ædificabitur in cælis. Et Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas. &, Tempus destruendi & tempus ædificandi. &, Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, &c. vt ædifices & plantes. Et agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem & non in destructionem. Et si enim, quæ destruxi, iterum ædifico, præuaricatorem me constituo. Aedificator & architectus idem quod studiosus & efficax procurator dicitur ex translatione. vt, Voca-

Stabilire. Psal. 27. Psal. 88. Psalm. 121. Eccl. 3. Ierem. 1. 2. Cor. 13. Gal. 2. Procurare. Isai. 38.

vt, Vocaberis ædificator ſepium. &, Secundùm gratiam Dei, quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui, alius autem ſuperædificat. Totum præterea negotium ædificij nomine & imagine indicatur: id quod Paulus hoc loco, & Ezechiel pluribus capitibus docet.

1.Cor. 3. Negotium Ezech. 40. 41. 42.

VMBRA, VMBRACVLVM.

PRIMA hominum latibula, vmbras fuiſſe credimus, ſiue ex arborum virentium ramis natura conſtantes, ſiue induſtria paratas, S.S.E. Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Dei in medio ligni paradiſi. hinc effectum eſt, vt vmbræ & vmbraculi nomen protectionem ſignificet. vt, Dummodo viris iſtis nihil mali feceritis, quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei. &, Venite ſub vmbra mea, & requieſcite. Et Elias obdormiuit in vmbra iuniperi. &, Sub vmbra dormit in ſecreto calami, & in locis humentibus. Protegunt vmbræ vmbram eius. Et ſub vmbra alarum tuarum protege me. &, Sub vmbra illius, quam deſideraueram, ſedi. Et in vmbra manus ſuæ protexit me. &, Vt veniente Petro, ſaltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur. &, Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æſtu. &, Sub vmbraculo eius habitabat cœtus gentium plurimarum. Et pone quaſi noctẽ vmbram tuam in meridie. Vmbraculum obſeruatorum & cuſtodum locus eſt & commoratio, S.S.E. Et ſicut cuſtos facit vmbraculum. Et relinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea. Et in priori vmbræ ſignificatione, ſcriptum eſt. Sub vmbraculo eius habitabat cœtus multitudinis gentium plurimarum. Et brachiũ vniuſcuiuſque ſedebit ſub vmbraculo eius, in medio nationum.

Genes. 3. Profectio. Latibulum Genes. 19. Iudic. 9. 3.Reg. 19. Iob. 40. Pſal. 16. Cantic. 2. Iſai. 49. Acto. 5. Iſai. 4. Iſai. 16. Ezech. 31. Manſio breuis. Iob. 37. Iſai. 1. Ezech. 31.

VMBRA AD CORPORA RELATA VEL LVCI CONTRARIA.

SVNT & aliæ vmbræ ſignificationes, quæ vel ad corpus referuntur, atque imaginis cuiuſdam imperfectæ rationem habent, vel etiam luci oppoſitæ ſunt. Aliæ verò imaginem & ſignificationem, non verò ſubſtantiam ſignificant, aut virtutem eius, cuius vmbra dicitur. Sic antiqua ſacrificia & myſteria exemplari & vmbræ cæleſtium rerum deſeruire dicta ſunt. & iterum Paulus inquit, Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum. Huiuſmodi vmbra corporis, quòd nunquam vna eademque conſtans ſit, ſed interdum maior, minor interdum, nonnunquam nulla extet, rei fluxæ & inſtabilis ac facilè corruptibilis imaginem habet, S.S.E. Dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram, & nulla eſt mora. Et dies mei ſicut vmbra declinauerunt. Et ſicut vmbra cùm declinat, ablatus ſum. &, Tempus, quod velut vmbra præterit.

Vmbra. Figura lucis. Hebr. 8. Hebr. 10. Inſtabilitas. 1.Paral 29. Pſal. 101. Pſalm. 108. Eccl. 7.

Quæ verò luci opponitur vmbra, metum, errorem, periculumque ſignificat. Dicitur autem & in hac ſignificatione, vmbra mortis. vt, Obſcurent eum tenebræ & vmbra mortis. Et qui producit in lucem vmbram mortis. &, Cooperuit nos vmbra mortis. &, Illuminare iis, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent.

Metus. Pauor. Error. Periculum. Iob. 3. Iob. 12. Pſal 43. Luc. 1.

TABERNACVLVM, TENTORIVM.

TABERNACVLORVM vſus ante domos fuit, qui poſtea in bello & caſtris retentus eſt, & ab iis, qui peregrinam & inſtabilem vitam agitant, cultus, vt à paſtoribus & nationibus quibuſdam, quales filij Kedar & Recabitæ dicuntur eſſe. Vnde Abraham in tabernaculis habitans cum Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis peregrinationem profitebatur. &, Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt a me, quaſi tabernaculum paſtorum. Vſurpatur etiam tabernaculum pro iuriſdictione & communicatione ciuitatis aut regionis. vt, Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem. &, Ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentem amaram & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ; vt poſſideat tabernacula non ſua. &, Vbi tabernaculum impiorum. Et tabernacula eorum in progenie & in progeniem. Omne etiam habitationis genus ſignificat. vt, Scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum. &, Tabernaculum impiorum non ſubſiſtet. Et habitent in tabernaculo illius ſocij eius, qui non eſt. &, Faciamus hîc tria tabernacula.

Peregrinatio. Hebr. 1. Iſai. 38. Regio. Geneſ. 9. Habac. 1. Iob. 21. Pſal. 48. Habitatio Iob. 5. Iob. 8. Iob. 18. Matth. 17.

Tabernaculum etiam pro omni vitæ commoditate, & ſecundo vſu accipitur. vt, Tabernacula iuſtorum germinabunt. Pro familiaritate, præſidio, & tutela maximi alicuius & ſalutaris principis, maximè autem Dei protectoris. vt, Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. &, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? &, Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo; in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui. &, Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem & abſcõſionem à turbine & à pluuia.

Vitæ commoditas. Præſidium. Prouerb. 14. Præſidium. Familiaritas. Sapien. 9. Pſal. 14. Pſal. 26. Iſai. 4.

Templũ Dei veri cultibus conſecratũ, ex antiqua inſtitutione vſus obtinuit, vt Tabernaculum appellaretur. vt, Sanctificauit tabernaculum ſuum in ſæcula. & Polluerunt tabernaculum nominis tui. &, Donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Et introibimus in tabernaculum eius. Et demolitus eſt Dominus tabernaculum ſuum.

Templum. Pſal. 45. Pſalm. 73. Pſalm. 131. Thren. 2.

Eccleſia etiam myſticè nomine tabernaculi indicatur. vt, Suſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit; & reædificabo aperturas murorum eius. Atque ad Eccleſiæ ædificationem, illa longa diſputatio de tabernaculo non manu facto, referenda eſt, quam D. Paulus ad Hebræos ſcribens ſuſcepit. Humanum quoque corpus, in quo anima ipſa à patria ſua peregrinata, commoratur, nomine tabernaculi oſtenditur. Nam qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati. &, Iuſtum eſſe arbitror, quamdiu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in commonitione. &, Certus ſum quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei.

Eccleſia. Amos. 9. Hebr. 9. Corpus humanum. 2.Cor. 5. 2.Pet. 1.

TABERNACVLA KEDAR.

TABERNACVLA Kedar externam humilitatem & afflictionem ſignificant. vt, Nigra ſum, ſed formoſa, ſicut tabernacula Kedar.

Humilitas. Cantic. 1.

Tentoria, domus & palatia regiamq. per Tapinoſin, interpretamur. vt, Repente vaſtata ſunt tabernacula mea. &, Tabernaculũ meum vaſtatum eſt, omnes funiculi mei dirupti ſunt. Paſcua & paſtionis vſum ſignificat. vt, Nec ponet ibi tẽtoria Arabs. Sed aliquando pro caſtrametatione & obſeſſione contra vrbem aliquam vſurpatur. vt, Ad eam venient paſtores, & greges eorum fixerunt ſuper eam tentorium in circuitu. Et collocabunt caulas ſuas in te, & ponent in te tentoria ſua.

Aedes. Palatia. Iere 4. Ierem. 10. Paſcua. Iſai. 13. Caſtra. Ierem. 3. Ezech. 25.

DOMVS.

DOMVS quid ſit, & quam ob rem inſtituta, cuncti norunt, & nos, dum de locis diſſeruimus, latè docuimus. In ſignificationibus magis arcanis ad totam familiam & poſteritatem ſignificandam domus transfertur: idque maiori elegantia Hebraicè, quàm aut Græcè aut Latinè. Namque idem verbum apud Hebræos eſt, ex quo lapidum ad ædificationem commodorum, & filij ad poſteritatem propagandam procreati nomen deducitur. Quam ob rem perpetua atque elegãs in illa lingua trãſlatio eſt. vt, Egreſſus eſt vir de domo Leui. &, Omnis domus Iſrael plangant incendium, quod Dominus ſuſcitauit. In exitu Iſrael de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. &, Cùm multiplicata fuerit gloria domus eius. Significat etiam Domus variam dignitatũ, munerum atque ſtudiorum diſtinctionem. vt, Domus Iſrael ſperauit in Domino: Domus Aaron ſperauit in Domino. Benedixit Dominus domui Iſrael, benedixit domui Aaron. Illud enim Laicum, hoc Sacerdotalem ordinem indicat. Hoc modo dicuntur domus regis familia omnis regia cum miniſtris etiam & magiſtratibus, à populo reliquo diſtincta. Atque ad hanc ſignificationem illud ſpectat: Qui facit vnius moris in domo. &, Audite ergo domus Dauid.

Familia. Exod. 2. Leuit 10. Pſalm. 113. Pſal. 48. Munera. Factiones. Studia. Pſal. 113. Iſai. 7. Pſalm. 67.

Præterea

Repositorium. Psal. 44. Psal. 83.

Præterea domus cuiuscunq. rei cõseruandæ repositorium dicitur, vt theca, armarium vel armamentarium. vt, Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis. Et sepulchra illorum, domus eorum. Et passer inuenit sibi domum.

Templum. Psal. 5. Psal. 68. Disciplina. Studium. Prouerb. 31. Psal. 22. Psal. 25. Psal. 54.

Domus Dei templum significat. vt, Introibo in domum tuam. &, Zelus domus tuæ comedit me. & hoc frequentis exempli est. Illud verò significantius multo: vt domus absolutè vel domus Domini, institutum vitæ & religionis, atque morum disciplinam ostendat. vt, Consideranit semitas domus suæ. Et inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ. &, Domine dilexi decorem domus tuæ. &, In domo Dei ambulauimus cum consensu. Et plantati in domo Domini in atriis Dei nostri florebunt.

Homines. Hebr. 3. 1. Pet. 1. 1. Pet. 4.

Pij quoque homines Dei domus mysticè dicuntur, s. s. E. Christus verò tanquam fidelis in domo sua, quæ domus sumus nos. Et vos tanquam lapides viui, superædificamini domus spiritualis. Et tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei.

TEMPLVM.

Cælum. Psal. 10. Psalm. 17. Isai. 6. Corpus.

TEMPLVM, sacrum locum esse, Deoque dicatum, vel vanis diis consecratum, templum quoque dici nemo ignorat. sed pro cælo ac mundo vsurpatur nomen. vt, Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius. Et exaudiuit de templo sancto suo. &, Quæ sub ipso erant, replebant templum. Corpus etiam humanum animæ templum est, & Christi corpus animæ ac diuinitatis ipsius templum quoque dicitur. vt,

Iohan. 2. Animi. 1. Cor. 3. 2. Cor. 5.

Soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud. ille autem dicebat de templo corporis sui. Hominum quoque animi, vbi diuina gratia aucti & perfecti fuerint, templum Domini dicuntur & sunt. vt, Nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus sanctus habitat in vobis? &, Vos estis templum Dei viui, sicut dicit Deus. Quoniam inhabitabo in illis.

Humana natura. Ecclesia. Ephes. 2. 2. Thess. 2.

Templum Dei, natura humana omnis vel etiam Ecclesia dicitur. vt, In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino. Et filius perditionis, qui aduersatur & extollitur, supra omne quod dicitur Deus, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.

TVRRIS.

Præsidium. Psalm. 60. Prouerb. 18. Cantic. 4. Isai. 5.

TVRRIS quid sit, & quam ob rem parata, iam diximus: transfertur autẽ hoc nomẽ ad præsidium significandum. vt, Esto mihi turris fortitudinis à facie inimici. &, Turris fortissima nomen Domini. &, Nasus tuus sicut turris Libani. Et vbera mea sicut turris. & ædificauit turrim in medio eius.

VILLA.

Negotium Res. Luc. 14. Luc. 15.

VILLA negotium atque curam rei augendæ significat. vt, Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Et misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Et abierunt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam.

TORCVLAR.

Mustum. Ose. 9. Agge. 2.

TORCVLAR ex Metonymia significat mustum. vt, Area & torcular nõ pascet eos. &, Intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas.

Calamitas. Castigatio. Thren. 1. Isai. 63. Ioel. 3. Apocal. 19.

Significat etiam per translationem iudicium constitutum calamitatis certæ alicui populo inferendæ, eiusdemque grauissimæ. vt, Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda. &, Torcular calcaui solus. &, Venite & descendite, quia plenum est torcular. exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorum. &, Torcular vini furoris iræ Dei.

Lex. Matth. 2. Isai 5. Carminis genus. Psalm 8. 80 83.

Apud Isaiam legis exactio & præceptorum exercitatio, torcular dicitur. idemque apud Matthæum, s. s. E. Torcular extruxit in ea. Quod verò in Psalmorũ inscriptionibus pro torcularibus legimus, genus carminis interpretamur, ad cuius normam Psalmorum illorum pedes ac versus concinnati cantatique sunt.

TERMINVS.

Ditio. Genes. 10. Exod. 34. Isai. 10. Ierem. 31. Daniel. 4.

POTENTIAM, ditionem, & dominationem terminus significat, certam tamen, & limite certo præscriptam. vt, Factique sunt termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram vsque, &c. Et cùm tulero Gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos. Et abstuli terminos populorũ, & principes eorũ deprædatus sum. Et reuertentur filij ad terminos suos. &, Aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ.

SEPVLCHRVM.

Finis vitæ. Iob. 3. Iob. 17.

SEPVLCHRVM pro morte ipsa, & vitæ exitu vsurpatur. vt, Gaudent vehementer cùm inuenerint sepulchrum. Et solum mihi superest sepulchrum.

Pernities. Psal. 5. Ierem. 5. Habac. 2.

Significat etiam mortem insatiabilem, & nocendi auiditatem nimiam. vt, Sepulchrum patens guttur eorum. & Pharetra eius quasi sepulchrum patens. Et dilatauit quasi infernus animam suam.

VACVITAS.

Inopia. Genes. 1. Exod. 3. Ruth. 1. Ruth. 3. Iob. 22. Isai. 29. Otiosum. Isai. 55. Habac. 2. 2. Cor. 6. Galat. 2. 2. Pet. 1.

VACVITAS plenitudini contraria, inopiam & calamitatem significat, ex illa antiqua priuationis imagine, qua terra inanis & vacua fuisse dicitur. Itaque scriptum est, Cùm egrediemini, non exibitis vacui, id est, inopes. Et vacuam reduxit me Dominus. &, Nolo te vacuam reuerti. &, Viduas dimisisti vacuas. &, Vacua est anima eius. Anima eius vacua est. Id etiam, quod otiosum vel sine vsu est, vacuum dicitur. vt, Verbum quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum. &. Laborabunt gentes in vacuum, & deficient. &, Gratia eius in me vacua non fuit. &, Ne fortè in vacuum currerem. &, Hæc enim si vobiscum adsint & superent, non vacuos, nec sine fructu constituent vos. Hinc vacuitas & euacuare verbum, pro frustrari, & superuacaneum esse, sæpè vsurpantur.

PLENITVDO.

Vniuersitas. Deut. 33. 1. Paral. 16. Psal. 23.

PLENITVDO, vacuitati contrarium verbum, vniuersitatem rerum significat eleganter. vt, De frugibus terræ & de plenitudine eius. &, Tonet mare & plenitudo eius. &, Domini est terra & plenitudo eius. &, Orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti.

Perfectio. Integritas. Prouerb. 19. Iohan. 1. Colos. 2. Psal. 71. Marc. 4.

Perfectionis etiam magnæ integritatisque imaginem refert hoc nomen. vt, Timor Domini ad vitam, & in plenitudine commorabitur absque visitatione pessimi. &, De plenitudine eius omnes accepimus. &, In Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. &, Quia Euangelium nostrum non fuit ad vos, in sermone tantùm, sed in virtute & in spiritu sancto, & in plenitudine multa. Et plenam mercedẽ recipies. &, Dies pleni inuenientur in eis. Et deinde plenum frumentum in spica.

Prosperitas. Genes. 25. Genes. 41. Ruth. 1. Iohan. 1. Iohan. 16.

Abundantiam & prosperitatem his verbis indicamus. vt, Odor filij mei, sicut odor agri plen. &, Septẽ spicæ plenæ atque formosæ in culmo vno. &, Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Et vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à patre, plenũ gratiæ & veritatis. &, Vt gaudium vestrum sit plenum.

PVTEVS.

Periculum. Isai. 9. Miseria. Thren. 3. Apocal. 9.

PVTEVS siue lacus sine aqua, periculum inextricabile & horrendum, quale apud inferos est, refert. vt, Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos, de lacu in quo non est aqua. Puteus vel lacus cum aquis miserias & calamitates importunissimas significat. vt, Lapsa est in lacum vita mea: posuerunt lapidem super me, inundauerunt aquæ super caput meũ. Dixi, perij. & data est ei clauis putei abyssi.

Insidiæ, periculum. Psal. 56. Prouerb. 23. Periculum. Luc. 14. Ezech. 26. Coniugij vsus. Prouerb. 5.

Præterea puteus à venatorum arte trãslatus insidias, periculumque significat. vt, Deduces eos in puteum interitus. Et puteus angustus aliena. Pro quocunque periculo etiam vsurpatur. vt, Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet? &, Descendentes in puteum, hoc est pereuntes, dixit Ezechiel. Puteum etiam pro legitimi coniugij vsu dixit Salomon. vt, Bibe aquam de cister-

de cisterna tua, & fluenta de puteo tuo.

LACVS.

IISDEM etiam modis lacum interpretamur, siue aquarum plenum, siue aquis carentem, venatorum more effossum cogitemus: periculum enim, insidias & perditionem exponimus. vt, Lacum aperuit, & effodit eum. Et eduxit me de lacu miseriæ. &, Lapsa est in lacũ vita mea. Et inuocaui Dominum de lacis nouissimis.

Pericula Insidiæ. Psal. 7. Psal. 39. Thren. 3.

Est etiam laqueus grauissimum & teterrimum carceris genus quod vel seruis, vel odiosis hominibus ad pœnam paratur, S. S. E. Itaque ingressus est Ieremias in domum laci & in ergastulum. &, Tulerũt Ieremiam & proiecerũt in lacum Melchiæ filij Amelech, qui erat in vestibulo carceris.

Carcer. Ierem. 37. Ierem. 38.

Est etiam illa frequẽs significatio, vt lacus pro sepulchro, communique pereuntium receptaculo, vsurpetur. vt, Saluasti me à descendentibus in lacum. &, Non auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum. &, Deglutiamus eum sicut infernus viuentem & integrum, quasi descendentẽ in lacum. &, Non exspectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam. Illud autem rarum, sed egregiæ significationis est; vt Lacus maternam generis originem interpretemur. vt, Respicite ad petram, ex qua excisi estis; & ad cauernam laci, de qua defossi estis.

Sepulchrũ perditio. Psal. 29. Psalm. 142. Prouerb. 1. Isai. 38. Mater familias. Isai. 51.

FOVEA, FOSSA.

FOVEAM quoque insidias & periculum imprudẽti obiectũ exponimus. vt, Sed erunt vobis in foueam ac laqueum & offendiculum ex latere vestro. Et fouea profunda os alienæ. &, Cui foueæ, cui sine causa vulnera? nonne ijs, qui in vino commorantur? &, Qui fodit foueam, incidet in eam. &, Donec fodiatur peccatori fouea. Latibulum etiam siue hominum, siue ferarum, fouea significat. vt, Habet foueam ericius. &, Vulpes foueas habent. &, Forsitan nunc latitat in foueis. &, Non in fossis inueni eos, sed in omnibus, quæ suprà memoraui.

Periculum. Iosue. 23. Prouerb. 22. Prouerb. 23. Eccles. 10. Psal. 93. Latibulum. Isai. 34. Matth. 8. Ierem. 2.

NAVIS.

NAVIS marinum aut maritimum locum arguit. vt, Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium. Nauis etiam piscationem, sed frequentiùs mercaturę negotia significat. vt, Dan vacabat nauibus. &, In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. &, Illic naues pertransibunt. &, Dies Domino exercituũ super omnes naues Tharsis. &, Vlulate naues maris. &, Nunc stupebunt naues maris, in die pauoris tui. Et naues maris principes tui, in negotiatione tua. Et tertia pars nauium interijt.

Maritima. Genes. 49. Mercatura. Negotiatio Iudic. 5. Psalm. 47. Psal. 103. Piscatio. Isai. 2. Mercatores Isai. 23. Ezech. 26. Apoc. 8.

ANCHORA.

ANCHORÆ nomine & similitudine firmam spem indicat Paulus: Quam sicut anchorá habemus animæ tutã, & firmã & incedentẽ vsque ad intima velaminis.

Spes. Hebr. 6.

SOLIVM.

SOLIVM ex Metonymia vel Synecdoche, regiam potestatem auctoritatemque significat. vt, Vno tantum regni solio te præcedam. &, Iustitia firmat solium. &, Supra astra Dei exaltabo solium meum. &, Non est solium filiæ Chaldæorum. Et solium tuum in generatione, & generationem. Est etiam Sacerdotalis dignitatis locus. vt, Erit sacerdos super solium suum.

Regia auctoritas. Genes. 41. Prouerb. 16. Isai. 14. Thren. 5. Sacerdotalis dignitas. Zachar. 6.

VIA.

VIA doctrinam, institutum, viuendique rationem significat, & negotij exequendi formam. vt, Beati immaculati in via. &, Frustra libantes & impingentes in viis suis in semitis sæculi. &, Vias tuas Domine demonstra mihi. &, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui præparabit viam tuam ante te.

Disciplina institutum. Psal. 118. Ierem. 18. Psal. 25. Matth. 1.

Via etiam pro communi & vulgari prophanaque vitæ consuetudine vsurpatur. vt, Vide vbi non prostrata sis. In viis sedebas, exspectans eos, quasi latro. Atque huc etiam illud spectat, vt via pro duri & vulgaris ingenij moribus ponatur. vt quod de semine secus viam cadente, dixit Christus. Via locus publicus est, in quo id, quod desideres cognoscere ex viatoribus possis, vt, In via sta, & prospice habitatio Aroer. Via spinosa, difficultatis periphrasis est; contrà verò, inoffensa via. vt, Iter pigrorum quasi sepes spinarum, via iustorũ absque offendiculo. Porrò via maximo mysterio Christum significat, per quem aditus accessusque patet ad vitæ lignum reperiendum, S. S. E. Ego sum via. &, Ego vado, & scitis viam.

Vulgaris Mos. Ierem. 3. Marc. 4. Ierem. 48. Difficultas. Facilitas. Prouerb. 15. Christus. Iohan. 14.

SEMITA.

SEMITA angustior est quàm via, neque omnibus nota aut sine errore permeabilis, sed iis tantùm quibus vel disciplinæ ratione, vel consuetudine etiam frequentata est: atque singularitatem quandam semita indicare videtur, ab illa viæ publicitate distinctam. Sic dicuntur semitæ venatorum & aucupum. Quorundam quoque animalium semitæ sunt ad ingressum frequentem, S. S. E. Abscondita est in terra pedica eius. &, Decipula illius super semitam. Atque ita dicuntur semitas maris pisces perambulare.

Iob. 18. Psal. 8.

Quam ob rem pro priuato & singulari alicuius consilio nomen hoc vsurpatur, ex translatione. vt, Semitam meam circumsepsit: & custodiuit omnes semitas meas. &, Intelligas semitas domus tuæ. &, Semitam meam & funiculum meum inuestigasti. &, Sic semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt.

Consilium priuatum. Iob. 19. Iob. 33. Psal. 138. Prouerb. 1.

Singularem etiam & egregiam, atque maiori studio cognoscendam doctrinæ partem, hoc nomine dicimus. vt, Deduxit me super semitas iustitiæ. Et vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. &, Dirige me in semita recta. Priuatæ & variæ hominum erga diuina atque humana cognoscenda, opiniones & traditiones, atque instituta, semitæ dicuntur. vt, State super vias, & videte. Et interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea. &, Quia oblitus est mei populus meus, frustrà libantes & impingentes in viis suis, & in semitis sæculi, vt ambularent per eas, in itinere non trito.

Disciplina subtilior. Psal. 22. Psal. 24. Psal. 26. Variæ opiniones & doctrinæ. Ierem. 6. Ierem. 18.

DE HIS, QVÆ AD ARCHITECTVRAM REFERVNTVR.

CAP. XC.

QVÆDAM etiam verba sunt ex architecturæ tractatione deprompta, quæ ad arcani & figurati sermonis transferuntur vsum, cuiusmodi sunt, quæ vel materiam, vel ædificiorum partes, vel modos vel instrumenta indicant: ea nos breuiter, oblato vtcunque ordine, indicabimus.

MACERIES.

MACERIES hortis vineisque additur ad munimentum & custodiam: significat autem ascriptum & oportunum cuiuscunque rei terminum, certa cura & custodia atque prouidentia conseruatum; qui interim, dum constat, rem ipsam integram illæsamque tuetur. vt, Non est ruina maceria. &, Ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam macerie. &, Dies vt ædificentur maceriæ tuæ. Huic sententiæ illa opponuntur. Interficitis vniuersi vos tanquam parieti inclinato & maceriæ depulsæ. &, Destruxisti maceriem eius. Et diruam maceriem eius, & erit in conculcationem.

Terminus. Munitio. Psalm. 143. Ose. 2. Mich. 7. Psal. 61. Psal. 79. Isai. 5.

Illud autem arcanam magis rem indicat, quod Paulus docet, Medium parietem maceriæ à Christo dirutum, in quo distinctionem populorum & inimicitias ac separationes, variaque studia ad summam pacem & gratiam, concordiamque fuisse traducta significat.

Distinctio populorum. Ephes. 2.

PARIES.

PARIES negotium commoditatis cogitatæ causa susceptum significat; cuiusmodi opus facere solent, qui vel remp. capessunt, vel nouum aliquid ambitionis, vel auaritiæ causa moliuntur. Sic de populo Deus dixit, quòd

Negotium. Ezech. 13.

quòd ædificaret parietem, quem Pseudoprophetæ luto illinirent. & illud etiam ad hanc significationem refertur, quia lapis de pariete clamabit: significat enim iniuria partas res stare nõ posse. Parietem inclinatũ, rem instabilem & labefactatã ruinæque proximã, facilique negotio superabilem, apud Psaltem interpretamur.

Habac. 2.

Res casui proxima. Psal. 61.

Parietem aũt dealbatum hominẽ appellauit Paulus, qui æquitatis & virtutis habitum & speciem præ se ferret; duris autem & ab officio alienis moribus esset: neque firmitudinem illam, & solidam pietatem præstaret, sed muneris tantùm auctoritate mentiretur; plenusque esset intus vitio & rimis, sola persona exteriori contectis.

Vitiosus & hypocrita.

Actor. 23.

MVRVS.

MVRVS, qui extremus in vrbe ædificatur, præsidium & munimentum significat. vt, Pro muro erant nobis, tam nocte quàm die. Et substantia diuitis, vrbs roboris eius. Et quasi murus validus circundans eum. Et sicut vrbs patens absque murorum ambitu.

Præsidium. 1. Reg. 25. Prouerb. 18. Prouerb. 25.

Vrbem ipsam munitam & instructam Metonymicè murum dicimus. vt, Super omnem murum munitum. Et dabo eis in muris meis locum. Vt ædificentur muri Ierusalem. Et transgredi murum, est vrbem capere. vt, In Deo meo transgrediar murum. Et nocte vastatus est murus Moab. Et cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Sion. Illud verò tutelam & custodiam diuinam indicat: Muri tui coram oculis meis. Et occupabit salus muros tuos. Adiunctis verò certis muri significatio augeri solet: vt Murus ferreus firmissimum; murus igneus inaccessum præsidium; murus magnus locum capacissimũ indicet. vt, Tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam murum ferreum inter te & inter ciuitatẽ. &, Ego ero ei (ait Dominus) murus igneus in circuitu. Et habebat murũ magnum & altũ.

Vrbs. Isai. 2. Isai. 56. Psal. 50. Psal. 17. Thren. 2. Custodia. Isai. 49. Isai. 60. Amplificata significatio. Ezech. 4. Zacha. 2. Apocal. 21.

Sine muris habitare, vel securi, vel frequentissimi lateque extensi populi est. vt, Ascẽdam ad terram absq. muro, veniam ad quiescentes habitantesque securè. Et absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius.

Securitas frequentia. Ezech. 38.

Illud autem, quod Psaltes accusat, Tota die circundabit eam super muros eius iniquitas, ciuitatem vi & exactione iniusta custoditam significat, qua custodia nulla est deterior.

Locus explicatus. Psal. 54.

FVNDAMENTA.

FVNDAMENTVM ædificij totius robur & firmitudo est, atque idipsum in omni negotio nomẽ fundamenti significat. vt, Iustus autem quasi fundamentum sempiternũ. &, Exinanite exinanite vsq. ad fundamentum in ea. omnem vrbis firmitudinẽ penitus conuelli significat. Et fundamenta montium conturbata sunt. Et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.

Firmitudo. Prouerb. 10. Psalm. 136. Psal. 17.

Hinc quoque transfertur ad significandam actionem rectè institutam, & consilio optimo initam. vt, Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum suum supra petram. &, Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, &c. Pro principibus & magistris, ac summis in repub. viris, vsurpatur nomen fundamenti. vt, Vbique dedit manum, ceciderunt fundamenta eius.

Consilium Luc. 6. 2. Tim. 2. Principes. Ierem. 51.

Christus, cui omnis veritas, omnisque salutis humanę virtus innititur, fundamentũ appellatur. vt, Ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Et fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.

Christus. Ephes. 2. 1. Cor. 3.

ANGVLVS.

ANGVLVS angustum locum & non satis commodum significat, & vitam priuatam. vt, Melius est sedere in angulo domus, quàm cum muliere litigiosa, & in domo cõmuni. In angulis platearum, dixit Sapiens, vt secretiora & exquisita loca indicaret.

Vita priuata. Prouerb. 21. Loca exquisita.

Anguli ad ædificia relatum nomen significat fundamentum & firmitudinem totius rei. vt, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli. &, Ex ipso angulus, & ex ipso paxillus.

Fundamentum Firmitudo. Psal. 117. Zach. 10.

COLVMNA.

COLVMNÆ superiorum partium domus fulcimen sunt, atque eam vel personam vel rem significant, cui tota respub. vel negotij summa innititur. vt, Qui cõmouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur. hoc loco montes indicantur. &, Ego confirmaui columnas eius. Illa autem exempla sunt ex translatione ad rectam & probatam rei instructionem significandam. Sapientia ædificauit sibi domum; excidit columnas septem. Et Salomon columnas domus suæ fecit argenteas.

Recta instructio & fulcimen. Iob. 9. Psal. 74. Recta instructio. Prouer. 9.

Munimentum & stabilitatem constantiamque significat columnæ nomen. vt, Quippe dedi te in ciuitatem munitam, & in columnam ferream. & Columnam & firmamentum veritatis vocauit Ecclesiam D. Paulus. &, Faciam illum columnã in templo Dei mei.

Constantia Ierem. 1. 1. Timoth. 3. Apoca. 3.

PORTA, OSTIVM.

PORTA aditum cuiuscunque rei, & negotij significat. vt, Non est hic nisi domus Dei & porta cæli. Sic portæ mortis dicuntur vel morbi grauissimi, vel pericula summa. vt, Qui exaltas me de portis mortis. &, Aperite mihi portas iustitiæ: id est, aditum ad iustitiam, & iusti atque æqui cognitionem. Et hæc porta Domini & iusti intrabunt in eam. Et ostium mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarij multi.

Aditus. Genes. 28. Psal. 9. Psalm. 117.

Portæ pro tota ciuitate vsurpantur Metonymicè. vt, Lugebunt portæ eius. quæ oratio infrequentiam significat. Et aliquando etiam frequẽtiam. vt, Vlula porta, clama ciuitas. Et occupabit portas tuas. Et scit omnis populus, qui habitat intra portas vrbis meæ.

Vrbs Frequentia & infrequentia. Isai. 3. Isai. 14. Ruth. 3.

Portam vrbis locum esse iudiciorum & conuentus publici in disputatione de loco docuimus.

Iudicium conuentus.

Vitæ institutio porta dicitur. vt, Intrate per angustam portam; quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem. quàm angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam! Portas, valuas, ostia, labra oris interpretamur apud Ecclesiasten. vt, Et claudent ostia in platea. Porta etiam siue ostium Christus est, per quem ad æterni patris familiaritatem, atq. ad Ecclesiæ munera legitimè obeunda intratur, S. S. E. Amen dico vobis, Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Portæ inferi peccatum est, & peccati regnum, ex quo aditus est ad inferos. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

Institutio vitæ. Matth. 7. Labra. Eccles. 12. Christus. Iohan. 10. Peccatum Matth. 16.

Duodecim portas ciuitatis nouas, Euangelium duodecim ministrorum opera annuntiatum exponimus.

Apostolorũ officium. Apocal. 21.

MEDIVM.

MEDIVM siue ad locum & situm, siue ad magnitudinem vel rem aliquam referatur, optimã & selectissimam partem significat. vt, Hæc dicit Dominus, Ista est Ierusalem; in medio gentium posui eam. Et legem tuã in medio cordis mei. Et in medio autem deos iudicat.

Optima pars. Ezech. 5. Psal. 39. Psal. 81.

RECTVM, CVRVVM.

RECTVM, & obliquum siue curuum, opponuntur; alterum quidem ex translatione bene institutam, iustã & irreprehensibilem rem: alterum verò contrarium significat; suntque verba his respondentia, Hebraicè ישר & עוון. Hoc posterius iniquitatem ferè semper Latini Interpretes vertunt: illud rectum aut rectitudinem. vt, Docebo vos viam bonam & rectam. &, Viuit Dominus, quia rectus es tu. &, Fecit Asa rectũ coram Domino. &, Qui saluos facit rectos corde. Et quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius iudicia.

Iustum. Aequum. 1. Reg. 12. 1. Reg. 29. 3. Reg. 15. Psal. 7. Psalm. 32.

Et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Et solummodo hoc inueni, quod Deus fecerit hominem rectum,

Psalm. 51. Eccles. 7.

Fundamentum Principium Zachar. 10.

rectum, & ipse se infinitis miscuit quæstionibus. Angulus fundamentum & caput significat. vt, Ex ipso angulus, & ex ipso paxillus, &c.

MATERIA.

Præstantia. Canti. 1.

RERVM arte constantium materia nonnunquam ad præstantiam & dignitatem indicandam ostenditur. vt, Tigna domorum nostrarum cedrina. Interdum autem materia & artificium simul exponuntur, vt rei elegantia demonstretur. vt, Murenulas aureas faciemus tibi, cum punctis argenteis. Atque in hoc genere, ne in immẽsum crescat opus singularum rerum naturas & significationes iam à nobis indicatas obseruare, ad oblatorum locorum illustrationem operæpretium fuerit.

Cant. 1.

PETRA.

Auxilium. Præsidium Psal. 71.

PRÆTER ea quæ alibi dicta à nobis sunt, petra refugium & auxilium significare obseruatur. Sic Dauid, Deum petram suam, auxiliumque suum appellat.

Notitia Christi optima. Matth. 16. Rom. 9.

Petram etiam firmissimam illam Christi notitiam exponimus, quam habent ij, qui diuini spiritus virtute illustrati sunt, super quam ædificatur ecclesia Christi, firmissimam, cuiusmodi notitia quia Simõ auctus fuit, Petrus à Christo est appellatus. Christus etiam dictus est lapis offensionis, & petra scandali; idem etiam lapis angularis & probatus.

Christus. 1. Cor. 10.

Petram fluentem Christum esse magno mysterio D. Paulus interpretatur; Bibebant autem de spirituali, consequente eos petra, petra autem erat Christus.

Calamitas grauissima Thren. 3.

Petram vel lapidem imponere alicui, extremam calamitatem & humano modo insuperabilem significat. vt, Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt super me lapidem.

PERPENDICVLVM SIVE TRVLLA.

Iudicium rectum. Isai. 34. Amos. 7. Zach. 1.

PERPENDICVLVM iudicium iustum; & examinationem rectam ad pœnas exigendas adhibitam significat. vt, Extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem. &, Ecce Dominus stans super murum, & in manu eius trulla cæmentarij. Apud Zachariam autem perpendiculum pro linea ad ædificandum admota, interpres vertit.

VECTES.

Coërcens firmitudo Custodia. Iob. 38. Psalm. 106. Isai. 43. Thren. 2. Amos. 1. Ierem. 49. Ezech. 28.

VECTES firmitudinem & obstaculum alicui obiectum, atque coercendi causa propositum significat. vt de mari Deus ait, Circundedi illum terminis meis, & posui vectem & ostia. Et qui contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. &, Propter vos emisi Babylonem, & detraxi vectes vniuersos. &, Perdidit & contriuit vectes eius. Et conteram vectem Damasci.

Illud autem metum, & suspicionem ademptam, securitatemque existimatam significat. Non ostia nec vectes eis.

TRABS.

Spectabilis & conspicua res. Matth. 7.

TRABS in lignorum materia maxima omnium ædificio adaptatorum est: ideò & rem conspicuam & notabilem maximè significat. vt, Vides festucam, quæ est in oculo fratris tui, & trabem quæ in oculo tuo est, non consideras?

CLAVIS.

Facultas. Auctoritas Isai. 22. Luc. 11. Matth. 16. Apoc. 1.

CLAVIS quòd claudat & aperiat, atque aperiens admittat; claudens verò coerceat vel excludat, facultatis auctoritatisque significationem habet. vt, Dabo clauem domus Dauid super humerum eius. & aperiet, & non erit qui claudat; & claudet, & non erit qui aperiat. &, Quia tulistis clauem scientiæ; & nec ipsi introitis, nec alios finitis intrare. &, Tibi dabo claues regni cælorum &c. Et habeo claues mortis & inferni.

LINEA.

Lenta actio Aedificatio Isai. 28. Zach. 1.

LINEA repetita rem paulatim & lentè faciendam significat. vt, Et erit eis verbum Domini, Exspecta re-exspecta; Hebraicè est linea ad lineam. Linea funiculus ædificantium ædificationẽ significat. vt, Linea siue pendiculũ extendetur super Ierusalem. Et quis extẽdit super eam lineam? Aliquando dirutionẽ parare. vt, Tetendit funiculum suum, & non auertit manum suam. Iob. 38. Thren. 2.

DE IIS QVÆ AD BELLI VSVM REFERVNTVR.

CAP. XCI.

DVX.

Rector. Habac. 1. Ierem. 3. Malach. 1. Matth. 2. Actor. 14. Interpres.

DVX rectorem & gubernatorem, quocunque rerum in genere significat. vt, Facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem. &, Voca me, Pater meus dux virginitatis meæ. &, Offer duci tuo, si placuerit illi. &, Ex te exiet dux, qui regat populum meum Israel. Et ducem verbi Interpretem dicebant Lydij.

Præceptor. Matth. 15. Matth. 23. Rom. 2. Magistratus. 1. Pet. 2.

Pro magistro & præceptore eleganter vsurpatur hoc nomen. vt, Cæci sunt duces cæcorum. &, Væ vobis duces cæci. Et confidis teipsum esse ducem. Duces apud D. Petrum eosdem exponimus, quos Latini magistratus dicunt. Siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis, &c.

EXERCITVS.

Terror. Cant. 6.

CASTRORVM aciem terribilem esse indicauit Salomon; atque informidabilium rerum cõparationem induxit, S.S.E. Pulchra vt Luna: electa vt Sol: terribilis sicut castrorum acies ordinata.

SPECVLATOR.

Ezech. 36. Ierem. 6.

PROPHETAM, admonitorem & bonæ doctrinæ ministrum significat nomen speculatoris, S. S. E. Filij hominis, speculatorem dedi te domui Israel. & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis, &c. &, Constituam super vos speculatores.

ARMA.

Bellum. Ierem. 42. Ioel. 3.

ARMA absolutè bellum & pugnam significant, ad quam parantur. vt, Præparate scutum & clypeum; & procedite ad bellum. sed quibusdam adnotationibus adiunctis, significatio augetur vel minuitur, aut mutatur: vt rustica instrumenta in arma bellica conflari, magnum & frequens bellum interpretamur portendi. vt, Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas.

Pax. Isai. 2. Mich. 4.

Rursus arma conflata in rustica instrumenta, belli cessationem, pacisque vsum exponimus. vt, Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Et concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones.

ARMORVM NITOR.

Terror. Nahum. 2. Fortitudo. Ephes. 6.

ARMORVM nitor & rutilatio terrorem incutit, S. S. E. Aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Armatura Dei siue παναοπλία, virtutem fortitudinemque verbi Dei & spiritus eius robur significat, sicut S.S.E. Propterea accipite amaturã Dei.

HASTA, LANCEA.

Sententia. Iosue 8.

HASTA extenta apud Iosue victoriam diuinæ sententiæ auctoritate partam indicabat. Leua (inquit Deus) כידון qui est in manu tua, contra vrbem Hai: Interpretamur autem כידון hastam militarem à ducibus gestatam.

Gẽris nota Ezech. 38.

Hasta & clypeus aliquando certæ gentis notæ sunt. Hac enim descriptione Septentrionales homines Ezechiel indicabat, Multitudinem magnam hastam & clypeum arripientium.

Facultas. Terror. Nahum. 3. Habac. 3.

Hasta fulgurans & studium hostis arguit, & terrorem iis incutit, quibus bellum intenditur. vt, Micantis gladij & fulgurantis hastæ. Et in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ. Quo loco fulgura & fulmina describuntur.

ARCVS, SAGITTA.

Gentis nota. Ierem. 49. Psal. 77.

ARCVS certæ cuiusdam gentis propria & peculiaria arma sunt, quibus demptis bellum aliis facere non possint. vt Elamitarum, S. S. E. Ecce ego confringam arcum Elam & summam fortitudinem eorum. Et filij Ephrem intendentes & mittẽtes arcum. &, Percutiam arcum tuum in manu sinistra tua.

Fortitudo. Ose. 1. Interdum pro robore, fortitudine & facultate vsurpatur. vt, In illa die conteram arcum Israel in valle Iezrahel &, Non enim in arcu meo sperabo. &, Tenens arcum non stabit. Ex ipso angulus, & ex ipso paxillus, & ex ipso arcus prælij. Amos. 2. Zach. 10.

Certum vulnus. Minus periculū, &c. Arcui hæc adscribuntur, percussio cita, & cum minori iaculatoris periculo, & minori eius qui petitur, cautela & prouidētia aut defensione. Deinde certitudo feriendi, atque feriendorum copia, iuxta sagittarum numerum ferè: quas res significandi causa frequens arcus mentio est. vt, Et ait Eliseus, Affer arcum & sagittas. &, Pone manum tuam super arcum, &c. Et omnes arcus eius extenti. &, Tetendit arcum suum quasi inimicus. &, Suscitans suscitabis arcum tuum. quod allegoricè de Christo dictum est. 4 Reg. 13. Isai. 5. Thren. 2. Habac. 3.

Periculum nō cautum Periculum etiam, quod minus præcaueri potest, & plerunque dolo magis quàm virtute allatum, aliquando sacri auctores arcus nomine indicant. vt, Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. &, Intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. Arcus adiuncta materiæ notatione vsus & facultatis significationem auget. vt, Posuisti vt arcum æreum brachia mea. Et fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum. Arcus dolosus personæ alicuius, quæ officium deseruerit & peruerterit, imaginem describit: Namque arcus dolosus sæpius fallit, quàm feriat. vt, Reuersi sunt vt essent absq. iugo; facti sunt, quasi arcus dolosus. Et aueterunt se & non seruauerunt pactum, quemadmodum patres eorum, conuersi sunt in arcum prauum. Arcum tendere, est certo consilio & data opera malum alicui moliri. vt, Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. Psal. 10. Psal. 63. Incrementum significationis. Psal. 17. Iob 20. Officium. deseritum. Ose. 7. Psalm. 77. Consilium puniendi. Thren. 3.

Ensis, Gladius.

Dimicandi propositū. Cant. 3. 2 Reg. 21. Ensis accinctus belli aut dimicationis studium & propositum significat. vt, Vnusquisque ensis super femur eius. Et accinctus erat ense nouo.

Pernities manifesta. Psal. 36. Gladius pernitiem publicè & cominus adductam, (vt Arcus eminus) & occultā significat. vt, Gladiū euaginauerūt peccatores: intenderunt arcū suum: vtrumque, certo consilio initum significat nocumentum. &, Numerabo vos gladio, & omnes in cæde corruetis. Et à gladio maligno eripe me. Efficacitatem magnam, promptam & præsentem gladij nomine & comparatione exponimus. vt, Posuit os meum quasi gladium acutum. atque ita Dei sermo efficax dicitur, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Et de eodē scriptū est. De ore eius gladius vtraq. parte acutus exibat. Et visitabit Dominus in gladio suo duro, grādi & forti super Leuiathā. Isai. 65. Psalm. 143 Efficacitas. Isai. 49. Hebr. 4. Apoc. 1. Isai. 27.

Efficacitas. Terror. Gladius acutus, efficacitatis; politus verò, terroris significationem habet, s. s. e. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti & limati ad fulgendum. Gladius idem quod bellum. vt, Gladius deuorabit vos, &, Viri tui gladio cadent. &, Cōtritio & fames & gladius. Gladium & famem non videbimus. Et gladium euaginabo post eos. Separationē & discordiam eorum, qui varia studia sequuntur. Et non veni pacem mittere, sed gladium. Gladius dolorem & mœstitiam. vt, Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Gladius magistratum indicat ex signo & munere, s. s. e. Non enim sine causa gladium portat. Ezech. 21. Bellum. Isai. 1. Isai. 3. Isai. 51. Ierem. 5. Ezech. 5. Separatio. Matth. 10. Dolor. Luc. 2. Magistratus. Rom. 13.

Secvris.

Secvris inter arma rustica & ad vsum domesticum necessaria computatur, neque bello faciendo apta adeò censetur, s. s. e. Descendebat ergo omnis Israel ad Philistim, vt exacueret vnusquisque vomerem suum & ligonem, & securim, & sarculum. 1. Reg. 13.

Demolitio. Vastatio. Vsurpatur autem in bello securis, iam peracta ferè & confecta re ad demolitionem & vastationem citam, & vehementer, idque significat hoc nomen aliquando vsurpatum. vt, Securibus exciderūt ianuas eius & in securi, & ascia deiecerunt eū. &, Cū securibus venient ei. & pro vastatore rege vel duce positum est in illo loco. Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? Christum omne mendacium, omnem humanam superbiam, arrogantiam & impudentiam, omnem quoque hypocrisim demoliturum & vastaturum, D. Iohannes securim appellabat. Iam securis ad radicem arborum posita est. Psal. 73. Ierem. 46. Isai. 10. Euangelii Christi. Matth. 3. Luc. 3.

Novacvla.

Novacvla acutissimum instrumentum est, & nocumenti improuisi significationem habet, s. s. e. Sicut nouacula acuta, fecisti dolum. Significat etiam exercitum omnia vastantem, neminique parcentem; vt, In illa die radet Dominus in nouacula conducta, in iis, qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum caput & pilos pedum & barbam vniuersam. Nocumentum inopinatum. Psal. 51. Vastatio maxima. Isai. 7.

Fvndæ lapis.

Telvm est citissimum & horrendum quod eminus iactum terrorem, & nocumentum, sine magno iacientis periculo significat, s. s. e. Deuorabunt & subijcient lapidibus fundæ. Pernities repentina & improuisa. Zacha. 9.

Scvtvm.

Scvtvm non tam lædendi quàm protegendi causa paratur, ideoque auxilium, & tutelam, protectionemque significat. vt, Qui saluaris in Domino scuto auxilij tui. Et scutum meum & cornu salutis meæ. &, Apprehende arma & scutum; & exurge in adiutorium mihi. Et scuto circundabit te veritas eius. Et in omnibus sumentes scutum fidei. Hinc est quod Iudæi Romanis scutum miserunt, quo illorum protectionem sibi expeti indicarent. Auxilium. Tutela. Deut. 33. 2. Reg. 22. Psalm. 34. Ephes. 6. 1. Mach. 5.

Serra.

Serra fabrorum instrumentum, vltionem aliquando & pœnarum illationem, vel ipsum, per quem pœnæ inferuntur, significat. vt, Nunquid exaltabitur serra, contra eum, qui secat in ipsa? Serrati currus, vel plaustra agricolarum sunt ad triturandum concinnata, & ad grauissimam stragem faciendam. Huiusmodi currus & plaustra belli, victoria iam parta, adhibebantur aliquando. vt, Populum quoque eius adducens serrauit, & induxit super eos ferrata carpenta. Et ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, & habens rostra ferrantia. Vltio. Isai. 10. 2. Reg. 12. Isai. 41.

Cvrrvs, equitatvs.

Cvrrvs auctoritatis & potestatis principatusq. apud Ægyptios index est, s. s. e. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum. Potestas. Genes. 41.

Potentiam verò & fortitudinem bellicamque virtutem significat. vt, In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium. &, Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini sperabimus. Et quasi tempestas currus eius. Et vox curruum equorum multorum currentium in bellum. Currus regna & imperia significant, eorum, qui bello rem gesserunt. De quatuor curribus à Zacharia visis, satis copiosè in illis commentariis disputauimus. Equitatus fortitudinem & robur bellicamq. strenuitatem significat. vt, Pater mi currus Israel & equitatus eius. Fortitudo. 4. Reg. 19. Psal. 19. Ierem. 4. Apocal. 9. Regna. Zach. 6. Robur. Strenuitas. 4. Reg. 13.

Tvba.

Tvba Euangelium aliquando significat, vtpote vocē Dei longè auditā. vt, Dominus in tuba canet &c. Euangelii. Zach. 9.

De instrvmentis et rebvs molestiæ inferendæ causa institvtis.

Capvt xcvii.

Svnt præterea quædam res hoc in statu hominum institutæ quæ molestiā & seruitutem aut insinuent, aut arguant: quarum genera singillatim percurremus.

Mv-

MVNVS.

MVNVS amicitiæ & honoris causa datum honestissimum & danti suauissimum est, idque significat in primis. vt, Rex autem Salomon dedit reginæ omnia quæ voluit, & petiuit ab eo, exceptis iis, quæ vltrò obtulerat ei munere regio. Et prolatis vasis argenteis & aureis, & vestibus dedit ea Rebeccæ pro munere.

Honor. Amicitia. 3. Reg. 10. Genes. 24.

Præterea etiam munera cultus erga Deum & debitæ seruitutis argumenta sunt. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem & ad munera eius non respexit. Et primitias tantùm offeretis ac munera.

Cultus diuinus. Genes 4. Leuit. 2.

Significant etiam seruitutem & obedientiam principi victori exhibitam. vt, Miserunt filij Israel per Aod munera Eglon regi Moab. Et tibi offerent reges munera. Et reges Tharsis & insulæ munera offerent.

Seruitus. Iudic. 3. Psal. 67. Psalm. 71.

Demùm illa grauissima munera sunt, & iudiciorum vel iudicum corruptionem apertè significant, quæ iudicibus accipiuntur; idque in hoc genere nomine munerum appellato sacri sermones arguunt, S. S. E. Personam non accipies, nec munera. Et munera super innocentem non accepit. &, Omnes diligunt munera.

Iniuria. Corruptio iudicum. Deut. 10. Psal. 14. Isai. 1.

ONVS.

ONVS à iumentis atque adeò à seruis transfertur ad seruitutem, pensionem & tributum significandum. vt, Præposuit itaque eis magistros operum vt affligeret eos oneribus. Et afflixerunt nos Ægyptij, & persecuti sunt imponentes onera grauissima. Et quiescent paulisper ab onere regio. Onus verbi Domini, idem quod epistolam significat missam argumenti grauissimi ex diuina sententia producti. vt, Quod est onus Domini. Et onus Niniue liber visionis. Et onus verbi Domini ad Israel. Legis diuinæ obedientia onus dicitur; quæ si per spiritum Christi præstetur, leuissimum onus reddit, S. S. E. Onus enim meum suaue est.

Seruitus. Tributum. Exod 1. Deut. 26. Ose. 8. Epistola grauis. Ierem. 23. Nahum. Malach. 1. Obedientia Matth. 11.

Doctrinæ & præceptorum quoque onus dicitur vt, Alligant onera grauia & importabilia. Et visum est spiritui sancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria. Indigentiam etiam hoc nomine interpretamur, & molestiam atque defectum, S. S. E. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Et vnusquisque onus suum portabit.

Doctrinæ præcepta. Matth. 23. Actor. 15 Indigentia. Defectus. Ephes. 6.

Molestiam quoque significat exhibitam. vt, Non me contristauit, sed ex parte, vt non onerem vos.

Molestia. 2. Cor. 2.

STIMVLVS.

STIMVLVS impulsum & necessitatē magis adeò ex alterius auctoritate profectā, quàm ex proprio ipsius qui fert consilio. vt, Stimulator ab Aquilone veniet. Et verba sapientum sicut stimuli. &, Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Vt stimulus mortis peccatum.

Impulsus. Ierem. 45. Eccles. 12. Actor. 9. 1. Cor. 15.

Molestiam exhibitā illo loco interpretamur: Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ.

Molestia. 2. Cor. 12.

IVGVM.

IVGVM ex armentorum imagine ad imperium significandum vsurpatum verbum est. vt, Tempus veniet cùm excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. &, Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis: tu ergo imminue de durissimo imperio. &, Proiciamus à nobis iugum ipsorum. &, Ponam iugum ferreū super ceruices tuas. &, Bonum est viro, qui portauerit iugum ab adolescentia sua. &, Tollite iugum meum super vos. Et confregerunt iugum. Hæc omnia iuxta subiecti argumenti rationes, imperium, siue diuinum siue humanum significant, legem & disciplinam sæpè interpretari possumus.

Seruitus. Genes. 27. 3. Reg. 12. Psal. 2. Deut. 28. Matth. 11. Ierem. 5.

VIRGA.

VIRGA virtutem, auctoritatem & potestatem indicat; ideoque frequens huius verbi, in hac significatione, vsus est, atq. illud mysticè dictū est. Reuersusq. est Moyses in Ægyptum, portans virgam Dei in manu sua: hoc, virga Moysis, hoc Aaronis virga perpetuò significat. &, Virgam virtutis tuæ mittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum. &, Reges eos in virga ferrea. Et virga directionis, virga regni tui. Et percutiet terram virga oris sui: Euangelij virtute. Virga aurea regis gestamen est. Et extendit cōtra eam virgam auream, quam tenebat in manu. ideoq. regem significat virga & iudicem. vt, Egressa est contritio, floruit virga. Et egressus est ignis de virga ramorum eius. Christum regem, & iudicem magna auctoritate præditum, virgam appellarunt Prophetæ. vt, Egredietur virga de radice Iessæ. Imperium, pœnam, animaduersionem & correctionem virgam quoque dici obseruamus. vt, Virgam humeri eius confregisti. &, Væ Assur virga furoris mei. Et virga in dorso eius, qui indiget corde. &, Vultis ne vt in virga veniam ad vos? Virga florens potestatis vsus & efficientiæ explicatur: Floruit virga, germinauit superbia. sic etiam auctoritatis vsum significauit virga florens Aaronis.

Virtus. Potestas. Auctoritas Exod. 4. Numer. 17. Psal. 109. Psal. 2. Psal 44. Isai. 11. Rex. Esther. 5. Ezech. 7. Ezech. 19. Christus. Isai. 11. Imperium. Animaduersio. Isai. 9. Isai. 10. Prouerb. 10. 1. Cor. 4. Auctoritatis vsus. Ezech. 7. Numer. 17.

VINCVLA.

VINCVLA leges & obseruationes atque præcepta arcanè intelligimus. vt, Dirumpamus vincula eorum. Et subiiciam vos sceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis. Carceris etiam signum sunt, S. S. E. Et in vinculis meis socios habeo vos. &, Ita vt vincula mea manifesta fierent in omni prætorio. &, Vellem vos omnes esse sicut ego, exceptis vinculis his. &, Nihil morte aut vinculis dignum fecit homo iste. Et vinculis æternis malos angelos reseruatos, Iudas ait.

Præcepta. Leges. Psal. 2. Ezech. 20. Carcer. Philip. 1. Actor. 26. Iude.

Laborem, molestiam, difficultatem & oppressionem vincula dicimus: vt, Dirupisti vincula mea. Et ignorans quòd ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius. Coniunctionem, societatem, concordiamque rerum vel personarum decentem & opportunam. Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Et solliciti seruare vnitatem spiritus, in vinculo pacis.

Molestia. Oppressio. Psalm. 115. Prouerb. 7. Concordia. Cōiunctio. Colos. 3. Ephes. 4.

LAQVEVS.

LAQVEI nomen, & illaqueare verbum, ex venatione desumptum, occultum periculum intentatum aut etiā allatum, & dolos quoq. significat. vt, Laqueos absconderunt pedibus meis. &, Quoniam laqueus facti estis speculationi & rete expansum super Thabor. &, Custodi me à laqueo, quem absconderunt mihi. &, Qui cauet laqueos, securus erit.

Periculum. Dolus. Ierem. 18. Ose. 5. Psalm. 140. Prouerb. 11.

Magnum etiam periculum, quod euitari facilè nequeat. vt, Formido & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. Et fiat mensa eorum coram ipsis, in laqueum. &, Veniat illi laqueus, quem ignorat. &, Vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Sæpè autem cum aliis coniunctum hoc verbum, maximam indicat difficultatem. vt, Laqueus & ruina, laqueus & scandalum.

Difficillimum discrimen. Isai. 24. Psal. 34. 1. Tim. 3.

CATENA.

CATENA captiuitatis & miseræ seruitutis indicium est. Idemque nomen aliquando inductum significat, ex loco à destinatis dicto. vt, Ego Dominus, qui confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis recti. Aliquando carceris obligatio & vincula catenæ nomine significātur. vt, Et si fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis, indicabit eis opera eorum, &c. &, Quod de carcere catenisque quis egrediatur ad regnum. &, Ecce solui te hodie de catenis.

Captiuitas. Seruitus. Leuit. 26. Carcer. Iob. 36. Eccles. 4. Ierem. 40.

Fraude, dolo, & iniuria, oppressionem aliis paratam, apud Isaiam interpretamur. Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum & loqui, quod non prodest.

Oppressio. Isai. 58.

COMPES.

COMPES impeditius vinculum, quàm catena, adhiberi solet, ne quis effugere possit, aut declinare pœnam aut aliàs iniunctam molestiam. vt, Et oculos Sedechiæ eruit, & vinxit eum in compedibus. &, Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar, & aggrauauit in compedibus pedem meum. &, Pedes tui

Detentio Ierem. 52. Thren. 3. 2. Reg. 3.

Carcer arctus. Psalm. 104. Psalm. 149.

non sunt compedibus aggrauati. Carcerem quoque & vinctorum conditionem significat. vt, Humiliauerunt in compedibus pedes eius. &, Ad alligandos reges eorum in compedibus. &, Omnes optimates eorum, confixi sunt in compedibus.

FLAGELLVM.

Seruitium. Exactio. Exod. 5. 3. Reg. 12. Cõtumelia Marc. 15.

FLAGELLVM seruis adhibetur ad contumeliam, & molestiam seruitiique exactionem, S.S.E. En famuli tui, flagellis cædimur, & iniustè agitur contra populum istum. &, Pater meus cecidit vos flagellis: ego autem cædam vos scorpionibus. In suppliciis, more Romano, flagellum ad contumeliam & ignobilitatem adhibetur producendis. Sic Pilatus tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur.

Punitio. Castigatio. Tentatio. Psal. 31. Psal. 37. Psal 34. Iob. 42.

Flagella etiam punitionis, calamitatis, castigationis vel animaduersionis & tentationis etiam significationibus interpretamur. vt, Multa flagella peccatoris. &, Ego in flagella paratus sum. &, Congregata sunt super me flagella, & ignoraui. &, Vixit autem Iob post flagella hæc, centum quadraginta annis.

CRVX.

Esth. 8.

CRVX grauissimum & ignominiosissimum supplicij & mortis inferendæ genus esse, sacris lectionibus didicimus; quam ob rem Mardochæo ab inimicissimo homine Aman excelsa crux parari iubebatur. Atque hanc amplificationem adnotauit Paulus.

Molestia. Afflictio. Difficultas. Matth. 10. Luc. 14.

Sed pro omni vitæ incommoditate & molestia, hominibus piis à mundo & à diabolo collata, vsurpatur crux, cum significatione etiam ignominiæ. vt, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. &, Qui non baiulat crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.

Passionis Christi virtus. 1. Cor. 1. Gal. 5.

Illud verò magnum mysterium est, & quod breui oratione explicari nõ potest, sensumque exigit à diuino spiritu illustratum ad sui contemplationem exactam: quòd Christi mortis & passionis efficientiam illamque commortificationem arcano modo ad pientissimos cultores pertinentem, crucem Christi Apostoli appellant. Euangelizare misit me Dominus non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus stultitia est: iis autem, qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus est. Ego autem, fratres, si circuncisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionẽ patior? Ergo euacuatum est scandalũ crucis.

VENENVM.

Fraus. Fallacia. Psal. 13. Iacob. 3.

VENENVM tecti nocumenti & dissimulati, ideoque periculosissimi & certissimi significationem habet, fraudemq. factam aut dolum artificiosè excogitatum arguit. vt, Venenum aspidum sub labiis eorum. Et linguam, inquietum malum, plenã veneno, dixit Iacobus.

CALCATIO.

Clades. Deut. 33. Isai. 63. Malach. 4.

CALCATIO magnum bellum & atrox cum calcantis partis victoria summa, & maxima calcatorum calamitate & clade. vt, Tu eorum colla calcabis. &, Calcaui eos in furore meo. &, Calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum.

RADERE.

Delere. Ezech. 5.

RADERE omnino delere & vastare significat. vt, Sume tibi gladium acutum radentem pilos, & assumes eum, & deduces per caput tuum.

INSTRVMENTA DOMESTICA ET ARTIVM.

CAP. XCIII.

Vasis nomen commune. Genes. 49. Exod. 2. Nume. 1. Psal. 7.

OMNIA in vniuersum supellectilis & instrumentorum, quorum in singulas artes vsus est, genera, Hebraicus sermo כְּלִי vocat, Latinus Interpres vasa vertit. Sic vasa iniquitatis bellantia pro armis dicuntur. Et postulabit vnusquisque à vicino suo, &c. vasa aurea & argentea. Et tabernaculum & cuncta vasa eius. Et in eo parauit vasa mortis, hoc est iacula. Et cõfitebor tibi in vasis psalmi. Et in vasis papyri super aquas pro nauigiis dixit Isaias. Ex hac definitione plura genera diuiduntur, quædam ad familiaris rei vsum, quædam ad artium expeditionem relata, quorum nonnulla subijciemus exempla, à domesticis incipientes. Psal. 70. Isai. 18.

CLAVIS.

Consilium Auctoritas. Isai. 22. Matth. 17. Luc. 11. Apocal. 1.

CLAVIS consilium certum, ad gerendamque rem idoneum, & auctoritatem significat: ideoque pro virtute Euangelij ponitur. vt, Et dabo clauem domus Dauid, super humerum eius; & aperiet, & non erit qui claudat. &, Tibi dabo claues regni cælorum, &c. Væ vobis Pharisæi & Scribæ, quia tulistis clauem scientiæ. &, Habeo clauem mortis & inferni. &, Data est ei clauis putei abyssi.

MENSA.

Relaxatio. Iob. 36. Psalm. 22.

MENSA reficiẽdæ vitæ causa paratur & instruitur, atque laborũ laxationi aptatur, S.S.E. Requies autẽ mensæ tuæ erit plena pinguedine. Et parasti in conspectu meo mensam aduersus omnes, qui tribulant me.

Copia victus. Psal. 77. Proueb. 9.

Significat autem mensæ paratio victus necessarij copiam satis idoneam. vt, Nunquid poterit parare mensam in deserto, aut parare mensam populo suo? Et immolauit victimas suas, miscuit vinum suum, & proposuit mensam suam.

Familiaritas. 2. Reg. 9. Isai. 65. Luc. 22. 1. Cor. 10.

Mensæ communicatio magnam vitæ familiaritatem, & communem studiorum, & consiliorum vsum: denique necessitudinem significat animorumq. concordiam. vt, Tu comedes panẽ in mensa mea semper. &, Qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eam. Namque hoc, fortunam sibi propitiam, familiaremque reddere velle significabat. &, Ego disposui vobis, vt edatis & bibatis super mensam meam. &, Non potestis mensæ Domini participes esse & mensæ dæmoniorum.

LAMPAS.

Efficacitas. Exod. 20. Iob. 40. Isai. 62. Zachar. 4. Matth. 25. Apocal. 4.

IGNIS efficacissimus est, vt aliâs docuimus, ex qua notatione effectum est, vt lampadis nomen vim, efficientiam & virtutem significet; id quod alio nomine spiritus dicitur. vt, Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & sonitum tubæ. &, De ore eius lampades procedunt, sicut faces ignis accensæ. &, Donec egrediatur vt splendor iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur. &, Ecce candelabrũ aureum totum, & lampas eius super caput eius. Quinque virgines prudentes ornauerunt lampades suas. Et septem lampades ardentes, septem spiritus sunt.

LVCERNA.

Consilium Instructio. 2. Reg 22. Iob. 18. Psalm. 118. Prouer. 6. Iohan. 5.

LVCERNA ad actionum & operum commoditatem optimam paratur, minorẽ tamẽ quàm Solis; ideoque consilium atque directionem & indicationem significat ad aliquid bene agendum & opportunè expediendum, S.S.E. Quia tu lucerna mea Domine, tu Domine illuminabis tenebras meas. &, Lux obtenebrescet in tabernaculo illius. Et lucerna, quæ super eum est, extinguetur. Et lucerna pedibus meis verbum tuum. Et quia mandatum lucerna est. Et ille erat lucerna ardens.

Cura. Rex. 2. Reg. 11. 3. Reg. 11. Apocal. 11.

Curam, vigilantiam & administrationem, studiumque publicæ rei significat. ideoque regum symbolum est. vt, Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel. &, Vt remaneat lucerna Dauid seruo meo, cunctis diebus coram me, in Ierusalem ciuitate, quam elegi, vt esset nomen meum ibi. & Lucerna eius est agnus.

Mens. Matth. 6.

Significat etiam mentem rationis compotem: quam aliâs oculum Christus appellat. vt, Lucerna corporis tui est oculus tuus. Et non egebunt lumine lucernæ.

Verbi Dei vsus. Marc. 4. Luc. 11. 2. Pet. 1.

Lucerna est verbi diuini cognitio & vsus atque communicatio. vt, Nunquid venit lucerna, vt sub modio ponatur; ac non potius super candelabrum? &, Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui

nem, cui benefacitis, attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco. Lætitiæ & oblectationis indicium est lucerna. vt, Perdamque ex iis vocem molæ & lumen lucernæ. Et lux lucernæ non lucebit in te amplius. Lucerna accensa ad inquirendum diligentem & accuratam inquisitionem indicat. vt, Nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter? &, Scrutabor Ierusalem in lucernis.

Lætitia. *Ierem. 25. Apocal. 18.* Diligens inquisitio. *Luc. 15.* *Soph. 1.*

CANDELABRVM.

CANDELABRVM cum lucerna interpretamur, diuinam virtutem, custodiam & tutelam, spiritumque Dei rerum omnium euentum opportunum efficientis, S. S. E. de candelabro à Zacharia viso, Hoc est verbum Domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu neque in robore, sed in spiritu meo, dicit Dominus exercituũ.

Spiritus Dei. *Zach. 4.*

Ecclesia etiam nomine & imagine candelabri significatur. vt, Conuersus vidi septem candelabra aurea, &c. Populus etiam diuini spiritus virtute & efficientia auctus, candelabri imagine à Zacharia est indicatus. vt, Vidi & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput eius.

Ecclesia. *Apoc. 1.* Populus diuino spiritu auctus. *Zachar. 4.*

CANISTRVM, COPHINVS.

CANISTRVM diem significare ex horarum & momentorum serie constantem, maximus ille somniorum Interpres docuit, S. S. E. Tria canistra tres adhuc dies sunt. Cophini vsus seruitutem & ministerium significat. Est enim sporta, quibus ædificatorum operæ ministrant, cõmodam materiam suppeditantes, S. S. E. Manus eius in cophino seruierunt.

Dies. *Genes. 40.* Seruitus. *Psal. 80.*

DE VASIS.

CAP. XCIIII.

VAS vetus & tritum, rem contemptibilem & spernendam significat. vt, Nunquid vas fictile atq. contritũ vir iste Iechonias? Nunquid vas absq. omni voluptate? Quare abiecti sunt, ipse & semen eius? &, Deuoratus est Israel, nunc factus est in nationibus quasi vas immundum. Vas conflatorium, pœnæ, animaduersiones & tentationes dicuntur. vt, Sicut conflatur argentum in medio fornacis; sic eritis in medio Ierusalem. & scietis, quia ego Dominus, cùm effudero indignationem meam super vos. hoc loco, de conflatorio vase agitur.

Res contemptibilis. *Ierem. 22. Ose. 8.* Pœna. Animaduersio. *Ezech. 22.*

Vasa vinaria pro vino Synecdochicôs. vt, Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo: hoc in loco mala, vasa vinaria interpretamur.

Vinum. *Cant. 2.*

Vas hominem interiorem & exteriorem significat: vt concauum vasis, animam; conuexum verò, corpus contineat, S. S. E. Væ vobis Scribæ & Pharisæi, quia mundatis, quod deforis est calicis & paropsidis; intus autem pleni estis rapina & immunditia. &, Stulti, nonne qui fecit quod deforis est, etiam quod intus est, fecit?

Homo. *Matth. 23.* *Luc. 11.*

Vasa instrumenta sunt, quorum nomen pro ministris vsurpatur, & pro hominibus aliis variarum conditionum. vt, In magna autem domo, non solùm sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia; & quædam quidem in honorem, quædam autem in cõtumeliam. Si quis autẽ emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. Vas coniugum vterque dicitur, in quo coniugalis potestas alteri est, S. S. E Vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione & in honore; & non sicut gentes, quæ ignorant Deum, & quasi infirmiori vasculo muliebri, impartientes honorem tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ.

Ministri. Hominum conditiones *2. Tim. 2.* Coniuges. *1. Thes. 4.* *1. Pet. 3.*

CALIX.

CALIX vas est ad bibendum comparatus. id autem nomen eiusque vasis vsus ad sortem alicui paratam, siue iucundam, siue molestam, eam tamen non sine certo consilio & modo oblatam interpretamur. vt, Pluet super peccatores ignis: sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum. &, Hunc humiliat, & hunc exaltat, quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto. &, Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. &, Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. &, Sume de manu Domini calicem iræ eius. &, Ad te quoque perueniet calix; inebriaberis atque nudaberis. &, Transfer calicem istum à me.

Sors. *Psal. 10.* *Psal. 74.* *Psal. 15.* *Psalm. 115.* *Isai. 51.* *Thren. 4.* *Luc. 22.*

Participationem & communionem vitę & consiliorum, atque consuetudinem significat calix. vt, Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?

Cõmunio. *1. Cor. 10.*

Calicem & vas etiam allegoricôs humanũ corpus in quo animi cogitationes, consilia, studia, actionesq. continentur, exponimus, Christo docente, S. S. E. Nunc vos Pharisæi, quod deforis est calicis & catini mundatis; quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate, &c.

Corpus humanum. *Luc. 11.*

OLLA.

OLLA prandium & cœnam plenam, & non tenuem victum, sed ad saturitatem suppeditatum significat. vt, Quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate. Et Moab olla spei meæ. Olla & caro iudicium factum & maturatum, executionique quàm primùm mandandũ. vt, Hęc dicit Dominus Deus, Pone ollam, pone inquam, & mitte in eam aquã, congere frusta eius in eam, &c. &, Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis.

Saturitas. *Exod. 16.* Iudicium maturatum Executio. *Ezech. 24.* *Ierem. 1.*

SACCVS.

SACCVS vas ex lino, vel lana potius ad aridas res continendas paratur. Et saccus vetus longum vsum significat apud Iosue, & apud Haggæum. Saccus pertusus laborem frustrà consumptum significat.

Longus vsus. Vanus labor. *Iosue. 9.* *Hag. 1. ℣. 9*

VTER.

VTER animum doctrinæ capiendæ idoneum: nouus autem vter nulla adhuc priuata disciplina imbutum animum significat, contrà verò vetus vter, S. S. E. Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres, sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.

Animus doctrinæ capax. *Matth. 9.*

MOLA.

MOLA ancillari seruituti destinata, quòd adeò laboriosum opus sit, vt non nisi ancillis committatur, S. S. E. A primogenito regis ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molã: Quam ob rem fœmineã seruitutem indicat huiusmodi mẽtio. vt, Tolle molam, & mole farinam. &, Duæ erunt molẽtes in mola, vna assumetur, & altera relinquetur. Lætitiæ & conuiuiorum atque iucunditatis vsum vox molæ significat, S. S. E. Perdamque ex eis vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem molæ & lumen lucernæ. &, Vox molæ non audietur in ea. Mola asinaria dicta, altera ex duabus, hoc est, inferior mola est, quæ quòd & iniecti frumenti pondus & superioris molæ velut insidentis vim sustineat, Hebraicè pariter, & Græcè asinus dicitur; siue asinaria: ea autem quòd crassissima sit, grauissima etiam habetur; atque ad immobilitatem & depressionem significandam appellatur. vt, Expedit ei, vt suspẽdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Seruitus. *Exod. 11.* *Isai 47.* *Matth. 24.* Lætitia. *Ierem. 25.* *Apocal. 18.* Asinaria mola. *Matth. 18.*

CLIBANVS.

CLIBANVS præter cætera loca, in quibus ignis accenditur, illud habet, quòd quæ accipit, consumit confusè omnia & quàm citissimè propter coactæ flammæ vim. ex quo fit, vt vehementem fertiorem atque citam consumptionem significet, S. S. E. Pones eos vt clibanum ignis, in tẽpore vultus tui. &, Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. Et omnes calefacti sunt quasi clibanus, & deuorauerunt iudices suos. Est autem clibanus receptaculum rerum omnium inutilium etiam & vilium, quas consumi, sine vlla clementia, facilè quis patiatur. Huc illud spectat: Si enim fœnum, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, &c.

Consumptio vehemens. *Psal. 20.* *Ose. 7.* Despectarum rerum signum.

VENTILABRVM.

VENTILABRVM instrumentum, quo triticum à paleis separatur, ad dispergendas paleas & quisquilias præcipuè aptatum est, atque ita separationem & dispersionem indicat, S. S. E. Et dispergam eos ventilabro in portis terræ. Mysticè verò ex hac ratione Euangelij virtutem illam discretiuam per spiritum sanctum Christi Apostolis etiam communicatam ventilabrum Iohannes dixit, de qua nos aliâs plura & exactiùs, Deo monstrante, referemus: cuius ventilabrum in manu eius, & permundabit aream suam, &c.

Dispersio. Ierem. 55. Euangelij virtus. Matth. 3.

MALLEVS.

MALLEVS inter domestica instrumenta est ad ædificandum, diruendum, & committendum ac dissoluendum, S.S.E. Et malleus & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cùm ædificaretur. Significat autem durum impulsum, S.S.E. Quasi stipitem æstimabit malleum. &, Parati sunt mallei percutientes corporibus stultorum. &, Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petras? Et Babylonem malleum vniuersæ terræ, dixit Ieremias, quòd eo vsus esset Deus, ad superbiam aliarum gentium contundendam.

3. Reg. 6. Impulsus grauis. Iob. 41. Prouer. 19. Ierem. 23. Babylon. Ierem. 50.

PAXILLVS.

PAXILLVS à tabernaculorum vsu, ad sermonem translatus, firmitudinem & consistentiam significat. vt, Figam illum paxillum in loco fideli. Et auferetur paxillus, qui fixus erat in loco fideli, & frangetur, & cadet, & peribit, &c. Minimum ex vtensili supellectile significat etiam paxillus. vt, Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur ex ea paxillus, vt depẽdeat in eo quodcunq. vas? Itaque in collationibus instrumentorum & rerum vtensilium, paxillus postremum locum obtinet, S. S. E. Ex ipso angulus, & ex ipso paxillus.

Firmitudo. Securitas. Isai. 22. Minimum vtensile. Ezech. 15. Zachar. 10.

ROTA.

ROTA motum, turbationem & instabilitatem indicare solet. vt, Deus, pone illos vt rotam.

Rota pro toto curru & pro bello & tumultu metonymicôs non vno loco legimus. vt, Et vlulabunt omnes habitatores terræ, &c. &, A multitudine rotarum illius. &, Vox impetus rotæ & equi frementis. Caput humani corporis allegoricôs rotam appellauit Ecclesiastes, S.S.E. Antequam confringatur rota super cisternam.

Instabilitas Psal. 82. Currus. Tumultus. Ierem. 47. Caput. Eccles. 12.

FILVM.

FILVM minimum in operibus est, & initium cæterorum velut primum & tenuissimum, S. S. E. Extenuauit in fila, vt possent torqueri, &c. Vnde pro minima re, ad vsum commoda, ponitur. vt, A filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt. Et rem fragilem. vt, Rupit vincula quasi fila telæ.

Tenuissimũ & minimũ. Exod. 39. Genes. 14. Fragilitas. Indic. 16.

FVNIS, FVNICVLVS.

FVNES alligandi & continendi causa contorqueri solent, ideoque ligatum aliquem, & in potestatem alterius deductum, neque suo integro iure aut facultate vtentem significant. vt, Funes inferni circundederunt me. quod significat mortis discrimen, & periculum proximum. Et si vinciatur funiculus paupertatis. Et funes peccatorum circumplexi sunt me. Obligationem interpretamur: Et iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.

Impedimentum. Captiuitas. Obligatio. 2. Reg. 22. Iob. 36.

Significat etiam funis proprium alicuius fundum, certis limitibus definitum, id quod alio nomine hæreditatem vocamus, quòd finibus mẽsurari solerent prædia, S.S.E. Funes ceciderũt mihi in præclaris. &, Ceciderunt funiculi Manasse decem. &, Quare dedisti mihi possessionem sortis & funiculi vnius? &, Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.

Hæreditas. Psal. 15. Iosue 17. Psal. 77.

In vestium vsu sordidæ & miserabilis sortis signum est Funiculus pro cinctorio adhibitus, quali vtuntur captiui, S. S. E. Et erit pro zona funiculus. Funiculum tendere aduersus vrbẽ aliquam, est parare illam diruere: id quod funibus, quàm ligonibus citius & melius fit; vt nos experti sumus. Atque ita hyperbolicè dicebat ille: Circundabit omnis Israel ciuitati illi funes, & trahemus eam ad torrentẽ. Et apud Ieremiam, Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Sion, tetendit funiculum suum & non auertit manũ suam à perditione.

Misera conditio. Isai. 3. Diruitio. 2. Reg. 17. Thren. 2.

CAMVS VEL CAPISTRVM.

CAMVS, qui iumentis adhibetur ducẽdis & agendis ad arbitrium sessoris vel ductoris, S. S. E. Flagellum equo & camus asino; ad coactionem & castigationem significandam transfertur. Ponam itaque circulum in naribus tuis, & camum in labiis tuis, & reducam te in viam per quam venisti. Et in camo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

Coactio, punitio & Repressio. Prouer. 26. 4. Reg. 19. Psal. 31.

FRENVM.

FRENVM adhibitum alicui, modestiam & cohibitionem, atque in officio faciendo aliquem contineri interpretamur. vt, Pharetram suam aperuit, & afflixit me, & frenum posuit in os meum.

Continẽtia in officio. Iob. 30.

MENSVRA.

MENSVRA rei alicuius definitionem & certum terminum significat, aliâs nondum absolutæ, aut exactæ. Sic dictum à Christo est, de Iudæis, qui patientiam Dei & expectationem ad pœnitentiam suis sceleribus tentabant. Et vos adimplete mensuram patrum vestrorum. Et aquas appendit in mensuram: certam, definitam, Deoque notam aquarum quantitatem significat. &, Quis posuit mensuras eius, si nosti? Et potum dabis nobis in lachrymis, in mẽsura. Et aquam in mensura bibes sextam partem hin: quibus in locis tenuem & angustum victus & vitæ vsum interpretamur.

Terminus. Matth. 23. Iob. 28. Definitio. Iob. 38. Psal. 79. Ezech. 4. Tenuitas victus.

Mensura etiam officium factum vel redditum significat, præterea & officiorum atque etiam maleficiorum præmium certum. vt, In mensura contra mensuram, cùm abiecta fuerit, iudicabis eam. &, Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Illud verò quod Christus ait, lucernam sub modio non ponendam, priuatum non debere esse vsum publici boni, aut mercatorum more non debere exhiberi, significat.

Officium. Retributio. Isai. 27. Matth. 7. Matth. 5.

DE VESTIBVS.

CAP. XCV.

VESTIVM formas, genera, & vsus aliâs describemus: quædam verò nunc de illis ad significantis sermonis rationem indicandam percurremus: plurimum enim significationis variæ in vestibus esse voluere antiqui. Vestium modus & forma variam vel morum, vel animorum, vel etiam officiorum & munerum rationem significant. Namque non iisdem vestibus omnia aut agi aut indicari ab hominibus possunt facilè: quædam enim à nudis, quædam à minus impeditis meliùs expediuntur. Atque multa ex vestium forma, modo, & habitu argumenta ducuntur. Sic enim Saulem diuino prophetiæ impetu, & spiritu actum illa communis cum cæteris expoliatio probabat, S. S. E. Et expoliauit etiam ipse se vestimentis suis, & prophetauit cum cæteris coram Samuele, & cecinit nudus tota die illa & nocte, vnde exiuit prouerbium, Num Saul inter Prophetas?

1. Reg. 19.

Significant etiam dignitatem & potestatem certam vel regiam, vel sacerdotalem, vel magistratuum. Regiæ potestatis illud exemplũ est: Induam eum tunica tua, & cingulo tuo; & confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius. Vestes pulchræ & nitidæ lætitiã & iucunditatem. vt, Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem. Vestiri & vestimentum, affectum animi atque habitum & consuetudinem significant hæc verba;

Dignitas. Auctoritas. Isai. 22. Lætitia. Iucunditas. Affectus interior.

verba; contrà verò expoliari. Atque huc illud ſpectat: Colos.3. Expoliantes vos veterem hominem, cum actibus ſuis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem, &c. Inde. Huc etiam illud ſpectat, Odientes & eam, quæ carnalis eſt, maculatam tunicam. Et habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, & ambulant mecum in albis. Apocal.3.

Veſtimentum vetus mores inueteratos, conſuetudinemque antiquam, in loco interpretamur. vt, Nemo mittit aſſumentum nouum in veſtimentum vetus. Matth.9.

Veſtes Sacerdotales honeſtatem, virtutem & miniſterij auctoritatem ſignificare Zacharias docuit: vt Sordida veſtimenta indecorum habitũ, & non conueniens dignitati officium ſignificant, s.s.e. Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eum, Ecce abſtuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis. Zach.3.

CORONA.

CORONARVM multa genera ſunt, quæ materia & forma etiã diſtinguntur, vt in libro De veſtibus, indice Deo, exponemus. Eſt autẽ regia corona & ſacerdotalis. Regia. Sacerdotalis. Regiæ עֲטֶרֶת & מִצְנֶפֶת dicuntur. Sacerdotalis, *Cidaris* vocatur. illa populi curam & ſtudium: hæc eiuſdem populi diſciplinam, ex ſacerdotum ſcientia profectam, ſignificat. De vtriſque Chriſto aptandis ſcriptum eſt. Et ſumes aurum & argentum, & facies coronas, & pones in capite Ieſu filij Ioſedeq ſacerdotis magni: ibi enim regnum & ſacerdotium Chriſti ſignificatur. Christus. Zach.6.

Corona honorem & dignitatem conſpicuam ſignificat etiam, s.s.e. Spoliauit me gloria, & abſtulit coronam de capite meo. Et fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi, gaudium meum & corona mea. Honor. Iob.19. Philip.4.

Laudem virtutisque præmium emeritum, coronam interpretamur, s.s.e. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Et gloria & honore coronaſti eum. Et hi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Pacis & lætitiæ ſignum corona eſt, præter dignitatis etiam ſignificationem. vt, Humiliamini & ſedete, quoniã deſcendit de capite veſtro corona gloriæ veſtræ. Et, quæ enim eſt noſtra ſpes aut gaudium, aut corona gloriæ. Et darem eis coronam pro cinere. &, Mulier diligens corona eſt viri. Et corona dignitatis ſenectus. &, Corona ſenum filij filiorum. 2.Timo.2. Hebr.2. 1.corint.9. Gaudium. Pax. Ierem.13. 2.Theſſa.2. Iſai.61. Prou.12.16 & 17.

DIADEMA.

DIADEMA regis eſt, & regiam dignitatẽ auctoritatemque indicat. vt, Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei. &, Ecce draco ruffus habens capita ſeptem & cornua decem, & in capitibus eius diademata ſeptem. Regia dignitas. Iſai.62. Apoc.12.

LINTEVM, LINTEAMEN.

LINTEVM & linteamen mortuorum & ſepultorum veſtis erat. Iohannes enim procumbens vidit linteamina poſita, in quibus alligatus fuerat Chriſtus à Ioſepho, cum aromatibus. Linteum magnum quatuor angulis inſigne, orbis terræ ſpeciem Petro Apoſtolo præbuit. Mortuorũ veſtis. Luc.24. Iohan.13. Orbis. Actor.10.

PVRPVRA.

PVRPVRA regium veſtimentum ſignificat: reges enim eum colorẽ olim ſibi vẽdicauere, s.s.e. Sicut purpura regis iuncta canalibus. Deinde & aliis ex priuilegio & inſignis alicuius meriti & honoris cauſa, purpura dabatur publicè, s.s.e. Tunc iubente rege indutus eſt Daniel purpura, & circundatus torque aurea. Regia dignitas. Cant.7. Insigne honoris. Daniel.5.

Deinde & diuitum ſplendore inſignium indumentum etiam fuit purpura, s.s.e. Stragulatam veſtem fecit ſibi: purpura & byſſus indumentum eius. Et diuitem illum delitioſum purpura & byſſo indui ſolitum Chriſtus narrabat. Magnarum ergo delitiarum ac ſplendoris humani ſignificationem habet hoc veſtimenti genus aliquando. vt, Mulier erat circundata purpura & coccino. Diuitiæ. Prouerb.31. Luc.16. Delitiæ. Splendor. Apocal.17.

SACCVS.

LVGENTIVM & mœſtorum habitus ſaccus eſt, atq. luctum, mœſtitiam & miſeriam arguit, s.s.e. Saccum conſui ſuper cutem. &, Concidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia. Et quaſi virgo accincta ſacco. Et inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum. Luctus. Miseria. Iob.16. Pſal.29. Amos.8.

VELAMEN.

VELAMEN tegendis & occultandis rebus additur, s.s.e. Et velamen ſuper omnia hyacinthinum. Et expandit velamen ſuper os putei. Habet myſticam ſignificationem diuinarum rerum, quæ animalibus hominibus occulta ſunt, s.s.e. Quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam & incedentem vſq. ad interiora velaminis. Et habentes fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen, id eſt, carnem ſuam. Numer.4. 2.Reg.17. Diuinarum rerum occultatio. Heb.6. Hebr.10.

Honeſtatis etiam & modeſtiæ ſignificationem habet. Sic mulieri capillos pro velamine datos, docet Paulus. Prætextum, quem Latini dicunt, velamen D. Petrus dixit: Non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſerui Dei. Modeſtia. Decorum. 1.Cor.1. 1.Pet.2.

SINVS.

SINVS familiaritatem & poteſtatem, qualis viro in vxorem, & vxori in virum eſt, amoris, & æqualitatis cõiugalis. vt, Si tibi voluerit perſuadere frater tuus, &c. Aut vxor quæ cubat in ſinu tuo. Et inuidebit viro, qui cubat in ſinu eius. &, Dedi ancillã meam in ſinũ tuum. Coniugalis amor. Deut.13. Deut.28. Geneſ.16.

Curæ & ſtudii amorisque maximi ſignificationem habet ſinus. vt, Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, Porta eos in ſinu tuo? &, Suſceptumque Noemi puerum poſuit in ſinu ſuo. &, In ſinu ſuo leuauit fœtas. Et vnigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris. Amor. Cura. Numer.11. Ruth.4. Iſai.40. Iohan.1.

Familiaritatem etiam maximam & protectionem, atque communis conditionis vſum ſignificat ſinus. Sic Lazarus in ſinu Abrahæ collocatus dicitur. &, Erat ergo recũbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus. Familiaritas. Cõmunio. Luc.16. Iohan.13.

Poteſtatem, vſumque atq. facultatem integram, adhærentemque perſonæ, hoc modo ſacræ literæ indicant: Hæc ſpes mea in ſinu meo, id eſt certa mihi. Et oratio mea in ſinu meo conuertetur. &, Redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum. &, Non implebit ſinum ſuum, qui manipulos colligit. &, Menſuram confertam dabunt in ſinum veſtrum. Et munera de ſinu impius accipit: quamuis hoc loco occultam prædam, & ex alterius poteſtate per fraudem ab impiis iudicibus agi ſolitam interpretemur. Poteſtas. Vſus. Pſalm.34. Pſal.78. Pſalm.128. Luc.6. Prouerb.17. Præda.

ANNVLVS.

ANNVLVS propriam & certam fidem ſignificat. vt, Da mihi annulum tuum & baculum tuum, &c. Fides. Promiſſum. Geneſ.38.

Præterea auctoritatem & poteſtatem annulus indicat, s.s.e. Tulitque annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius. &, Scribite ergo Iudæis, ſicut vobis placet, ex regis nomine ſignantes literas annulo aureo. Auctoritas. Geneſ.41. Eſth.8.

BACVLVS.

BACVLVS ſolus aliquando paupertatem & ſolitudinem ſignificat. vt, In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum. Aliquando iter facientium aut parantium ſignum eſt. vt, Calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus. Solitudo. Paupertas. Geneſ.32. Iter. Exod.12.

Baculum panis pro cibo ad alendam vitam neceſſario poſitum legimus. vt, Poſtquam confregero baculum panis veſtri. Cibus. Leuit.26.

Auxilium etiam & munimentum atque ſubſidium ſignificat, idque vel commodum vel incommodum, pro materiæ ratione. vt, An ſperatis in baculo arundineo? Et baculum ſenectutis ſuæ appellabat filium ſuum Tobias. Auxilium. Subſidium. 4.Reg.18.

Gubernatio, imperium, doctrina & diſciplina baculi nomine ſignificatur. vt, Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Gubernatio. Diſciplina. Pſalm.22.

Aliquando caſtigationis ſymbolum eſt baculus. vt, Aſſur virga furoris mei. Et baculus ipſe eſt in manu eorum in- Caſtigatio. Punitio. Iſai.10.

rum indignatio mea. Et baculum suum leuabit super te, in via Ægypti. &, Quomodo confracta est virga fortis, & baculus gloriosus! *Ierem. 48.*

Baculum gestantem senem, ad longæuam vitam indicandam, descripsit Zacharias, s. s. e. Viri baculus in manu eius, præ multitudine dierum. Baculum suum interrogare, cæcorum descriptio est apud Hoseam, s.s.e. Populus meus in ligno suo interrogauit: & baculus eius annuntiauit ei.

Longa senectus. Zach. 8. *Cæcitas. Ose. 4.*

SCEPTRVM.

SCEPTRVM, ditionem, & potestatẽ atque iuris dicendi facultatem aut ministerij ius interpretamur, à signo. vt, Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. &, Sceptrum patris tui sume tecum. & Sceptrum hæreditatis Domini Israel dictus est. Et tenentem sceptrum de domo voluptatis. Seruitutem & tributum impositum sceptrum dicitur etiam. vt, Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti. Et humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Ægypti recedet. Et illud apud Nahum, Conteram virgam eius de dorso tuo. sceptrum hoc modo graue significat. Sceptrum aureum, regium gestamen est, magnamque potentiam & supremam auctoritatem apud Persas & Medos, atque adeò apud omnes Gentes olim significabat.

Potestas. Ius. *Genes. 49. Numer. 18.* *Ierem. 51.* *Seruitus. Isai. 9.* *Nahum. 1.* *Esther 5.*

SPECVLVM.

SPECVLVM ad hunc præcipuè vsum adhibetur, vt seipsum vnusquisque intueatur, corrigendi indecori causa. Est autem speculo impressa notitia sui debilissima, & quæ facilè ac repentè elabitur: quam ob rem, in exiguæ cognitionis & animaduersionis comparationibus speculi mentio fit. vt, Videmus per speculum in ænigmate. & Auditorem verbi & non factorem viro consideranti vultum natiuitatis suæ, in speculo persimilem esse, dixit Iacobus.

Exigua notitia & inconstans. *1. Cor. 13.* *Iacob. 1.*

VNGVENTVM.

VNGVENTA, quòd ad delitias comparentur, in preciosissimis etiam rebus numerata sunt, s.s.e. Ostendit eis domum aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta varia & vnguenta. Erant autem quædam vnguenta sacra, & sacris vsibus tantùm destinata, s. s. e. Filij autem Sacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant. Quædam verò fuere prophana & ad voluptates & delitias inducta, s. s. e. Posuerunt eum super lectum suum plenum aromatibus & vnguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta.

4. Reg. 20. *1. Paral. 9.* *2. Paral. 16.*

Quam ob rem vnguentum pro summa gratia, & honesta, decoraque iucunditate ponitur. vt, Oleum effusum est nomen tuum. &, Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron. &, In odorem vnguentorum tuorum curremus.

Gratia. Canti. 1. *Psalm. 132.* *Cantic. 2.*

Aliquando etiam nimias delitias vnguenta arguunt: Et pro vnguẽtis variis, cinere & stercore impleuit caput. Et ornasti te regio vnguento, & multiplicasti pigmenta tua. &, Sed neque vnguento vnctus sum.

Delitiæ. Esther. 14. *Isai. 57.* *Daniel. 10.*

CALCEAMENTVM.

CALCEAMENTORVM par vilissimum pretiũ & rem nullius ferè æstimationis indicat. vt, Possideamus pro argento egenos, & pauperes pro calceamentis.

Vilitas.

DE REBVS INSTITVTIONE MAGIS QVAM NATVRA CONSTANTIBVS.

CAP. XCVI.

QVÆDAM rerum genera vsus inuenit ad commodiorem tum personarum, tum negotiorum, actionumque definitionem & tractationem. Ex quibus nonnulla indicabimus.

SIGNVM, SIGILLVM, SIGNACVLVM.

SIGNVM aliquádo à Latinis pro vexillo vsurpatur, atque hac eadem significatione ab Interprete redditur nostro. Estque certa conuocationis nota, quá certarum partium homines intueri & sequi debeant, s. s. e. Et eleuabit signum in nationibus, & sibilabit ad eum de finibus terræ. &, Leuate signum in Sion. ita signum & vox buccinæ, bellum instans, apud Ieremiam significat. Nonnunquam significat notam & indicationem, siue obseruationem; vt dicimus Signa temporum, s. s. e. A signis cæli nolite metuere. Et vt sint in signa & tempora.

Secundum exemplum *Ieremi. 4.* *Obseruatio Genes. 1.*

Sed certi argumẽti ad veritatem rei faciendá certæ vel actioni, vel ad auctoritatem personæ conciliandam significatio huic nomini frequens est. vt, Hoc habebis signum, quod miserim te. Et fac mecum signum in bonum. Et posuit in eis verba signorum suorum.

Argumentum. Exod 3. *Psal. 85*

In signum poni aliquem, est materiam pœnæ repetendæ, & calamitatis inferendæ sibi proposuisse, s. s. e. Cõfregit me, & posuit me sibi quasi signum. &, Tetendit arcum suum; & posuit me quasi signũ ad sagittam.

Pœna Vitio. *Iob. 16.* *Thren. 3.*

Certa etiam nota, ad cognoscendas partes, quæ tessera á Latinis dicitur: Sic Abraham circuncisionis signum accepisse dicitur. Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei viui. Et iussi sunt, ne læderent, nisi tantùm homines, qui non habent signum Dei.

Tessera. Rom. 4. *Apoc. 7.* *Apocal. 9.*

SIGILLVM.

SIGILLVM autem rem integram, fixam, stabilem, custoditam & intactam significat. vt, Hæc dicit Dominus, Signaculum similitudinis plenus sapientia & perfectus decore. &, Ponam te quasi signaculum, quia elegi te. Et fons signatus. Et vidi librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem.

Integritas custodia. Arcanum. *Ezech. 28. Hag. 2. Cant. 4. Apocal. 5.*

Approbationem & auctoritatem significat signi vel sigilli impressio, s.s.e. Signatores autem fuerunt, Nehemias, Athersatha, &c.

Approbatio Nehem. 10.

TABVLA AD SCRIBENDVM.

TABVLÆ scriptura hoc differt ab eo, quod in libro scribitur, quòd hoc ad absentes, vel ad posteriora etiam tempora pertineat: illud præsens esse oporteat, & omnibus patens assiduaque meditatione & lectione repetendum, s. s. e. Misericordia & veritas te non deserant, describe eas in tabulis cordis tui. Et explana eum super tabulas, vt percurrat, qui legerit eum.

Perpetua recordatio. *Prouer. 3. Habac. 2.*

SACRVM, SANCTVM, SANCTITAS.

SANCTITAS propriè separationem à communi vsu, & sepositionem significat, vt sacrum apud Latinos; tamque in malam quàm in bonam partem dicitur. Namque meretrix, quæ, ne alias fœminas corrumpat, seposita esse iubetur, nomine ab hoc verbo deriuato dicitur קדשה. Sed præter hoc genus, frequentissimus huius verbi vtus est, in rebus diuinis significandis, quæ omnem vulgarem & prophanam comparationem superant, atque differentiam maximam aliarum rerum indicant, s. s. e. In exitu Israel de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro: facta est Iudæa sanctificatio eius. &, Exurge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ: hoc est, in qua te, præter omnes falso appellatos deos, mirabilem efficacemque probas. Atque hoc modo sanctificatio hominum, separatio & excellentia ipsorum, est à Deo collata, qua extra cæterorum hominũ aleam perfectione augentur. Sic Christus in sanctificationem credentibus & obedientibus sibi futurus esse præcinebatur. Ex hac significatione illa sunt, Sancti eritis mihi, quoniam ego sanctus sum.

Psal. 113. *Psalm. 131* *Isai. 8. Ezech. 11.* *Leuit. 20.*

Mysteria omnia, quæ significationem aut vim habent arcanam, sancta dicuntur. vt, Nolite sanctum dare canibus.

Matth. 7.

SABBATHVM.

SABBATHVM ex vsu (quoniam ad requiem laborum seruilium institutum est) impeditum aliquod tempus & non satis liberum significat. vt, Rogate, ne fuga vestra sit in hyeme aut sabbatho.

Impedimentum.

Significat autẽ arcanè quietem illam & pacem, qua fruuntur ij, quos diuinus sanctificationis spiritus imbuit, & virtute cõpleuit sua, iuxta illud, quod scriptum est, Qui

Spiritualis requies.

Hebr. 4 est, Qui enim ingressus est in requiem eius, requiescit ab operibus suis, sicut & a suis Deus.

CIRCVNCISIO.

Iudæi. CIRCVNCISIO, quoniam signaculum erat promissionum & iis imponebatur obseruanda, qui futurarum rerum promissis crederent, ipsos, qui circuncisione vtuntur, significat Iudæos siue Israelitas. vt, Obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui venerant cum Petro, quia in nationes gratia spiritus sancti effusa est. &, Cùm autem ascendisset Petrus Hierosolymam, disceptabant aduersus illum, qui erant ex circuncisione.

Actor. 10. Actor. 11.

Renouatio Significat autem mysticè illam cordis renouationem, quam Deus Christi opera & spiritus sancti virtute in suis efficit, de qua scriptum est: Circuncidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui. Et circuncisio cordis in spiritu, nõ in litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

Deut. 30. Rom. 2.

Prophanus Incircuncisos appellabant antiqui eos, quos prophanos, vel à veri Dei cultu alienos significare volebant. vt, En siti morior, incidamque in manus incircuncisorum. Et incircuncisus & immũdus. Et morte incircuncisorũ morieris. Inepti etiam & rei alicuius gerendæ vel obtinendæ indigni, incircuncisi aliqua parte dicuntur. vt, Quomodo audiet Pharao, præsertim cùm incircuncisus sim labiis? Et dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus.

Iudic. 15. Isai. 52. Ineptus. Exod. 6. Acto. 7.

PRÆPVTIVM.

Gentes. PRÆPVTIVM gentilium nationes significat, quę circuncisione non vtebantur, S. S. E. In præputio aliquis vocatus est? non circuncidatur. &, Creditum est mihi euangelium præputij. Mysticè autem peccatum cordis & illã duritiem humanam, quæ aduersatur diuinæ legi, arque adeò corpus ipsum peccati, præputij nomine audito, explicare possumus. vt, Circuncidimini Domino, auferte præputium cordium vestrorum, viri Iuda. Et cùm essetis mortui in deliciis, & præputio carnis vestræ.

1. Cor. 7. Gal. 2. Peccatum cordis. Ierem. 4. Colos. 2.

SORS.

Societas. SORS aliquando communicationem & societatem significat. vt, Sortem mitte nobiscum. Et inter sanctos sors illorum est. Nonnunquam sors pro expectatione euentus, & pro euentu ipso vsurpatur. vt, In manibus tuis sortes meæ. &, Hæc est sors tua parsq. mensuræ tuæ à me, dicit Dominus.

Prouerb. 1. Sapien. 5. Euentus. Psal. 30. Ierem. 13.

Beneficium Dei. Diuinum beneficium liberaliter & gratis collatum, sors etiam dicitur. vt, In quo etiam nos sorte vocati sumus, prædestinati secundùm propositum gratiæ eius. &, Gratias agentes Deo patri, qui nos dignos fecit in partem sortis sanctorum.

Ephes. 1. Colos. 1.

THESAVRVS.

Virtus. Opulentia. THESAVRVS opulentiam magnam, & facultatem, & virtutem, atque efficacitatem significat. vt, Domine aperi eis thesaurum tuum. Et aperiet Dominus thesaurum suum optimum cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ, tempore suo, benedicetque cunctis operibus manuum tuarum. Et producens ventos de thesauris suis. &, Timor Domini ipse est thesaurus eius. Et bonus homo de bono thesauro cordis profert bonum. & in Christo omnes thesauros sapientiæ & scientiæ Dei esse, prædicat Apostolus. Rem etiã pretiosam & charam, thesauri nomine indicamus. vt, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. &, Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, sed in cælis. &, Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.

Num. 20. Deut. 28. Psal. 134. Luc. 6. Colos. 2. Matth. 6. 2. Cor. 4.

Expetẽdum Pretiosissimam autẽ & nimis expetendam rem significare nobis voluit magister, cùm diceret, Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, &c.

Matth. 13.

COMMERCIORVM VERBA, VENDERE, EMERE.

CAP. XCVII.

Alienatio. VENDERE & venditio alienationem rei à se significat, S. S. E. Vende mihi primogenita tua. Et iurauit ei Esau, & vendidit primogenita. Et vendidisti populum tuum sine pretio. &, Quis est iste creditor, cui vendidi vos? Et veritatem eme, & noli vendere.

Genes. 25. Psalm. 43. Isai. 52.

Abundãtia Aliquando vendere, abundantiam eius, qui vendit, indicat. vt, Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Cananæo. Nonnunquam verò paupertatem & egestatem atque miseriam venditio arguit. vt, Venit tempus, appropinquauit dies; qui emit, non lætetur; & qui vendit, non lugeat; quia ira super omnem populum eius. Huc illud spectat, Vendes, & non erit qui emat. Emere & vendere, cupiditatis, & terrenarum rerum studia arguit. vt, Emebant & vendebant. Et neque possunt emere aut vendere.

Prouerb. 31. Egestas. Ezech. 7. Deut. 28. Cupiditas. Luc. 17.

Proprietas. Possessio. Emere, sibi ascribere suiq. iuris facere est. Sic Abraham agrũ speluncæ duplicis in Cananæa regione possessionis acquirendæ causa emit. Et veritatem eme, & noli vendere. &, Properate, emite & comedite. & venite emite absque argento. Est etiam emptio facultatis argumentũ, & lætitiam adferre solet, ideò à contrario euentu dixit Ezechiel: Et qui emit, non lætetur. &, Illud vendes, & non erit qui emat. & illud facultatem & industriam significat. Consideranit agrum, & emit eum.

Genes. 25. Prouer. 23. Isai. 55. Facultas. Res secũdæ Ezech. 7. Deut. 28. Prouerb. 31.

PECVNIA.

Possessio. Res. PECVNIAM, tum monetam, tum omnem possessionem dicimus, & rem quæ vendi possit, vt seruos, ancillas, agros & domos, & precia rerum, S. S. E. Inuenerunt pecuniam in ore sacci. &, Si seruus percussus vno vel duobus diebus superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est. Et si commendauerit amico pecuniam, &c. Et cibos emes ab eis pecunia. &, Egredietur gratis absque pecunia. Et si quæsieris eam quasi pecuniam. &, Auarus non implebitur pecunia. Et pro pretio & mercede, S. S. E. In pecunia diuinabant. Et pro omnibus diuitiis vsurpatur. vt, Quàm difficile est, confidentes in pecuniis introire in regnum cælorum.

Genes. 42. Exod. 21. Exod. 22. Deut. 2. Prouer. 2. Eccles. 5. Precium. Merces. Mich. 3. Diuitiæ. Marc. 10.

ASSIS.

Vilitas. MINIMVM precium est assis, idq. significat rem videlicet vilissimæ æstimationis. vt, Nonne duo passeres asse veneunt?

Matth. 10.

BILANX, STATERA.

Ratio. Iudicium. REM certa ratione & constituto iudicio initam significat bilanx aut statera. vt, Assumes gladium & reduces per caput tuum, & per barbam tuam. & Assumes tibi stateram ponderis, & diuides eos.

Ezech. 5.

NEGOTIARI.

Pax. Securitas. Studium omne. NEGOTIARI in vniuersum omnis artis exercitationẽ, cõmercia & curam studiumq. significat: Estque pacis & concordiæ signũ negotiatio. vt, Et negotiamini in terra, & exercete eam. &, Negotiamini dum venio, rem strenuè agere significat. Et commoda priuata sibi ipsi vnumquemque querere, negotiãdi verbo apud D. Petrum interpretamur. Et in auaritia fictis verbis de nobis negotiabuntur. Denique omne rerum comparandarum studium significatur hoc verbo. vt, Syrus negotiator tuus. Damascenus negotiator tuus, &c.

Genes. 34. Luc. 19. Cõmodum priuatum. 1. Pet. 2. Ezech. 23.

NEGOTIVM.

Actio. Omnis lis. NEGOTIVM omnis actio studiosè suscepta dicitur & lis omnis. vt, Vltra vires tuas est negotiũ. Non valeo solus negotia vestra portare. &, A negotio perambulante in tenebris. &, Audet ne aliquis vestrum, habens negotiũ, iudicari apud iniquos, & nõ apud sanctos?

Exod. 18. Deut. 1. Psal. 90. 1. Cor. 6.

DE ALIIS ACTIONIBVS ET FACTIS PERMIXTIM.

CAP. XCVIII.

CLAVDERE.

Coërcere. CLAVDERE idem quod prohibere vel cohibere, & coercere est. vt, Et salsissimo clauditur mari. &, Dominus claudat cælum. Captiuum teneri: Tradiditque Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebantur, eratque ibi clausus. &, Clausi quoque defecerunt. Significat etiam reprobare, improbare, & ita ligare,

Genes. 8. Leuit. 34. Captura. Deut. 11.

ita ligare; vt inutilis sit, qui clausus fuerit, ad opus pro-
Arcana alienatio. bandum. Denique à gratia abalienari aliquem, idque
Isai 22. suo merito malo, S. S. E. Et dabo clauem domus Da-
uid super humerum eius. Et claudet, & nemo aperiet:
Apocal. 3. & aperiet, & nemo claudet. Et clauis Dauid aperit, &
nemo claudit, &c. Hæc autem res nimis arcana est, &
longiorem postulat explicationem; ad quam etiam il-
Matth. 23. lud pertinet: Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ,
qui clauditis regnum cælorum ante homines, vos enim
non intratis, nec introeuntes finitis intrare.

CRIBRARE & CRIBRVM.

Dispergere. Dissipare. Amos. 9. QVÆ dissipantur & perduntur, cribrari dicuntur.
vt, Concutiam in omnibus gentibus domum Israel, si-
cut concutitur in cribro. &, Ecce sathanas expetiuit
Luc. 22. vos, vt cribraret, sicut triticum. Huius quoque sen-
tentiæ est id, quod apud Ieremiam Hebraicè legimus:
Ierem. 15. Et dispergam eos ventilabro in portis terræ.

MALEDICERE, MALEDICTIO, MALEDICTVM.

Omen. Genes. 24. Genes. 27. MALEDICTIO omen & imprecationem apertè
significat. vt, Immunis eris à maledictione mea. &, Ne
inducat super me maledictionem pro benedictione.

Infelicitas. Deut. 11. Infelicitatem quoque Latinè interpretari possumus.
vt, Ecce proposui hodie in conspectu vestro benedictio-
nem & maledictionem; benedictionem si obedieritis
mandatis Domini Dei vestri: & maledictionem, si non
obedieritis mandatis Domini Dei vestri. &, Itaque
Iosue. 9. sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra
2. Pet. 2. ligna cædens. & Maledictio vorabit terram. & maledi-
Maledicentia. ctionis filios dixit Petrus. Contumelia & maledicen-
Psal 10. tia quoq. maledictio dicitur. vt, Cuius maledictione os
Psalm. 13. plenũ est. &, Quorũ os maledictione & amaritudine
Iacob. 3. plenum est. &, Ex eodem ore procedit maledictio &
Detestatio. benedictio. Aliquando detestabile exemplum. vt,
Exemplũ. Vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus
Ierem. 26. terræ. &, Erit, sicut eratis maledictio omnibus gen-
Zach. 8. tibus domus Iuda, & domus Israel: sic saluabo vos, &
Sterilitas. eritis benedictio. Sterilitatem quoque signifi-
Malach. 4. cat hoc verbum, vt contra benedictio fertilitatem ac
fœcunditatem. vt, Maledicam benedictionibus vestris.
Genes. 3. Genes. 5. Et maledicta terra in opere tuo. &, Iste consolabitur
nos ab operibus & laboribus manuũ nostrarum, super
terra, cui maledixit Dominus.

Damnatio. Reatus & damnationes etiam quibus aliquis tene-
tur, maledicta & maledictiones vocantur. vt, Ipse au-
tem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum exe-
2. Paral. 6. cratione maledicta congessit. &, Si peccauerit quis con
tra proximum, & iurare contra illum paratus venerit,
seque maledicto constrinxerit coram altari, in domo
ista. &. Quicunque ex operibus legis sunt, sub maledi-
Galat. 3. cto sunt. &, Christus nos redemit de maledicto Legis,
factus pro nobis maledictum.

BENEDICTIO.

QVIDQVID de maledictione indicauimus, idem
contraria omnino significatione, de benedicendi verbo
& benedictione obseruare licet.

OSCVLVM.

Necessitudo. Genes. 29. Genes. 33. OSCVLVM amicitiæ & salutationis atque necessi-
tudinis, iucundæq. & honestæ cõuentionis indicatione
peti solebat, amoris etiam pij excitandi. vt, Adaqua-
toq. grege osculatus est eã; & eleuata voce, fleuit & in-
dicauit ei, quòd frater esset patris sui, & filius Rebeccæ.

Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus
est eum, & stringensque collum eius, & osculans fleuit.

Discedentium salutatio. Genes. 31. Erat autem discedentium amoris amicitiæque mu-
tuæ signum & pignus, S. S. E. Quare non es passus, vt
oscularer filios & filias meas? & ibidem, Osculatus est
filios & filias. &, Noëmi discedere volens, osculata est Ruth. 1.
nurus suas. Et Orpha osculata est socrum, ac reuersa est.

Denique osculum pacis, charitatis, amorisque sym- Pax, Concordia, Charitas.
bolum fuit: idq. propriè osculũ sanctum dictum. Nam Psal 84.
de libidinosis suauiis aut basiis, nulla mentio hîc fit. Sic 1. Cor. 16.
enim scriptum est, Iustitia & pax osculatæ sunt. &, Sa-
lutate inuicem in osculo sancto.

Est etiam reuerentiæ & obseruantiæ osculum. Sic Obseruantia.
Esther accedens, osculata est summitatem sceptri regij. Esther 5.
Et mulier illa peccatrix Christi pedes est osculata. Luc. 7.

Gratiam diuinam arcanè interpretamur osculandi Gratia.
verba aliquando. vt, Osculetur me ex osculis oris sui. Cant. 1.

BAPTIZARE, BAPTISMA.

BAPTISMA lotionem simpliciter significat, & Lotio.
expurgationem; vt, Alia multa sunt, quæ tradita sunt Marc. 7.
seruare eis, sicut baptismata calicum & vrceorum, &
æramentorum, & lectorum. Deinde etiam omnem
ablutionem & intinctionem significat, vt baptismũ pœ
nitentiæ, pœnitentiam ipsam susceptam, & professio- Purgatio.
ne quadam aquæ exceptæ indicatam, in remissionem Matth. 3.
peccatorum, cuiusmodi baptismatis Iohannes minister
exstitit. Baptisma Christi sublimius quidem est, Christi baptisma.
& Iohanis baptismati plurimum præstans: habet enim
adiunctam purgationem & renouationem, per Spiri-
tum sanctum factam, S. S. E. Ego vos baptizo aqua, in Marc. 1.
pœnitẽtiam; ille vos baptizabit spiritu sancto. Et vnum 1. Pet. 2.
baptisma, vnus Deus. Et quòd & vos nunc similis for-
mæ, saluos fecit baptisma, non carnis depositio sordiũ,
sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resur-
rectionem Iesu Christi.

Mortem cruentam significat quoque baptisma, de Mors cruenta.
qua scriptum est, Potestis bibere calicem, quẽ ego bibi- Marc. 10.
turus sum; & baptismo, quo ego baptizor, baptizari?

IEIVNARE, IEIVNIVM.

IEIVNIVM orationem aut pœnitentiam aut ca- Oratio.
lamitatis expectationem vel sensum significat. harum
enim trium rerum causa suscipitur, S. S. E. Deprecatus 2. Reg. 12.
est Dauid pro paruulo; & ieiunauit ieiunio. Et humi- Psalm. 34.
liaui in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu
meo conuertetur. Et, Ecce in die ieiunij vestri in- Pœnitentia
uenitis animas vestras. &, Nunquid tale est ieiunium Isai 58.
quod elegi? &, In domo Domini in die ieiunij. &, Con Ierem. 36. Ioel. 2.
uertimini ad me in ieiunio, & in fletu, & in planctu.

Prædicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter Miseriæ tempus.
primos populi. Et prædicauerunt ieiunium in conspe- 3. Reg. 21.
ctu Domini omni populo in Ierusalem. &, Sanctificate Ierem. 36. Ioel. 1.
ieiunium, vocate cœtum.

Aliquando mali auertendi & deprecandi causa ieiu- Mali deprecatio.
natur. vt, Et prædicaui ieiunium iuxta fluuium Ahaba, Esdr. 8.
vt affligeremur coram Domino Deo nostro; & petere-
mus ab eo viam rectam nobis, & filiis nostris, vniuer-
sæque substantiæ nostræ. Erubui enim petere regem
auxilium & equites, qui defenderent nos in via. Et non Esthe. 4.
comedatis, & non bibatis tribus diebus: ego etiam
cum ancillis meis ieiunabo, & tũc ingrediar ad regem,
contra legem faciens, &c.

OPERARIVS.

OPERARIVM ministrum interpretamur, cui ex Minister officiosus.
proprio & legitimo munere officium facere conue-
niat, idque sedulò. vt, Messis quidem multa est, opera- Matth. 9.
rij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt mit-
tat operarios in messem suam.

Huius adnotationis contrariam sententiam indicat
nomen operarij, adiuncta aliqua criminis aut deserti
vel proditi officij nota. vt, Discedite à me operarij ini- Luc. 13.
quitatis. Et videte malos operarios. Philip. 3.

FINIS.

RERVM QVAE IN HOC LIBRO EXPLICANTVR INDEX PRIOR.

Prior numerus paginam, posterior columnam indicat.

Continet Index omnem ferè naturam rerum.

A.

Absynthium pag. 64. col. 2.
Abyssus pag. 64. col. 1.
Accipiter. 77. 1.
Actiones atque affectiones naturales. 91. 1.
Adeps. 85. 1.
Admiratio. 93. 2.
Aduena. 97. 1.
Adulterium. 102. 2.
Aedificium.
Aedificatio, ædificator. 107. 2.
Aer. 26. 2.
Aes. 61. 1.
Aestus. 100. 2.
Ager. 36. 1.
Agnus. 80. 1.
Ala. 78. 1.
Alienigena. 97. 1.
Altare. 53. 1.
His etiam rebus illud non exiguæ commoditatis accedit, quòd habituum & geſtuum ſignificatio, ad maius loci ſpacium, & maiorem attendentium coronam, ad quam vox vlla vel contentiſſima pertinet, atque adeò non ſolùm attendentibus & auſcultantibus, ſed maximo etiam ſtrepitu tumultuantibus turbis ſeſe inſinuat, ad quas vllius orationis integrum ſenſum peruenire, impoſſibile ſit. Quam ob rem Pilatus nullo alio modo, ſuum, de Ieſu Chriſti innocentia, iudicium & teſtimonium declarare ac proteſtari meliùs, apertiùs & communiùs potuit, quàm vt poſtulata aqua, manus coram ſpectante populo & inſano, proclamanteque vulgo, lauaret; ille enim geſtus omnibus pariter conſpicuus maius & apertius indicium, quàm vox ipſa oratioque fuit: præterea etiam & diutiùs mentibus inherere debuit. Verborum enim omnium, quæ audita ſunt, parùm fidelis cuſtos memoria: rerum verò oculis conſpectarum imaginis tenaciſſima eſt, & à pueritia ad vltimam vſque ſenectam certiſſima conſeruatrix. Adeò verò magna, certa, efficax & communis huius generis actionũ ſignificatio eſt, vt ex his tantùm olim genus quoddam ſcenicum conſtiterit, quod mimicum dicebatur, paucis aut nullis ſermonibus adiunctis, tantum geſtu, habitu & motu referens, quantùm comicus verborum copia & apparatu explicare ſua in arte poſſet. Legimus enim apud eos auctores, qui harum rerum teſtes eſſe potuerunt, fuiſſe artificem mimicum, qui profiteretur, ſe tantùm in theatro aut ſenatu ſola actione ſignificaturum & expreſſurum, quantum diſertiſſimus Orator eloqui dicendo poſſet. Quin ex Oratoribus ipſis

bus ipsis quorum summũ studium in eloquentiæ partibus cognoscendis, expendendis, & exercitatione ipsa periculoq. facto probandis fuit; quidam primas, secundas, & tertias in eloquendo actioni tribuerunt: cæteri verò, si non tantum concesserunt, eam tamen vnam in dicendo dominari confessi sunt.

Atque adeò duarum artium, post literarum studia, nobilissimarũ, picturæ & sculpturæ, non elegantiam modò, sed & significationem omnem ex hac vna actionis cognitione, peti, qui nõ agnoscit, is omnino rudes oculos habet; neq. magis eiusmodi artificiorũ vsu affici aut moueri, aut doceri potest, quàm brutum. Nam neque pictor nec sculptor habetur peritus, qui vel signum simplex, nulloq. habitu notabile fingit, vel naturæ habitum & gestum, adeò expresè non imitatur, vt nullis verbis ad indicandum sit opus. Quanquam aũt hanc omnem gestuũ, & actionis totius rationem, antiquis non modò notam & exploratam, sed etiam in artem, & præcepta redactam fuisse putamus; tamen nullũ vnquam ea de re librum, ab aliquo perito auctore editum fuisse, legere meminimus; quare existimamus artem illam, vt palæstritem, saltatoriam, cæterasq. gymnicas imitatione & exercitatione magis, quàm vllis descriptis documentis traditam fuisse: legimus enim Demosthenem celeberrimum Græcorum omnium Oratorem actionis perdiscendæ causa operam Satyro hypocritæ, hoc est mimo vel histrioni dedisse. Tamen opus de ea re ab aliquo descriptum nusquam legimus. Magnam itaque esse intelligimus optimis auctoribus omnibus cognitam, obseruatam & opportunè vsurpatam illam partem, quam vno verbo actionem dicimus, eandémque quasi corporis sermonem vniuerso ferè hominum generi communem, & natura ipsa docente, cum magna vtilitate & efficientia vsurpatum.

Quanquam verò in omnibus libris, quicunque hactenus vel soluta oratione, vel carmine bonorum auctorum opera prodiere, illa, quam actionem vocamus, ratio multis in locis sparsa obseruatur, atque diligentem sui cognitorem requirit; nullis tamen in scriptis aut maior, & frequentior, aut certior, & significantior, aut etiã opportunior, & in omnem partem aptior huiusmodi exemplorum copia est; quàm in sacris Bibliorum voluminibus, in quibus nulla totius veræ sapientiæ, hoc est, diuinarum & humanarũ rerum cognitionis, quæ contingere hominibus potest, desideratur pars. Namque in illis libris, vt nullum prorsus verbum mysterio & significatione ad propositum argumentum aptissima caret, & vt nulla omnino oratio aut vana aut ficta, aut simulata est, sed omnia in vniuersum locis, temporibus, rationibusque suis disposita, & cohærentia constant; ita etiam nulla non indicantur actionum genera, quæcunque dicentis affectus (quorum maxima & frequentissima in illis libris explicatio est,) consequi solent. Neque id in hominum rationibus describendis tantùm, sed in aliarum etiam animantium, atque adeò in cæteris naturæ generibus, quæ sensu, cognitioneque carent, adnotatum obseruatur. Quorum quidem generum, quanquam pars aliqua adeò aperta claraque sit, vt indice atque interprete non indigeat: plurima tamen exempla sunt, quæ citra diligentem obseruationem intelligi rectè non possint; si tamen eam diligentiam sacrorum librorum lectioni deberi arbitramur, quam diuinum auctoris ipsius postulat nomen.

Verùm enim verò, inter tam multa piorum & eruditorum virorum, ad sacrorum voluminum explicationem vtiliter tractata argumenta, illud vnum à nobis hactenus desideratum omnino est, quod hanc eloquutionis rationem spectat. Neminem enim doctum virum, aut ex antiquis accepimus, aut ex nostro sæculo cognouimus, quidquam de hac omni re in lucem edidisse, quam tamen tractatione & explicatione dignissimam esse, nullus, vt arbitror, qui rectè attentèque consideraverit, inficias ibit. Fuere multi, qui de linguarum antiquarum, in quibus sacri libri conscripti primùm sunt, Grammatica ratione, multa & diligenter obseruata scriberent. fuere, qui Dictionaria & verborum significationes, studiosè & magno cum iudicio exponerent, qui de phrasibus, idiotismis, tropis, figuris, qui de temporum ratione & annorum serie accuratè agerent. Non rari etiam qui symbola allegoriarumque materiam colligerent. Qui verò habituum, gestuum, affectionum, situumque figuras, modos, & significationes docerent, certisque libris exponerent, non sunt hactenus cõperti. Atque ea quidem res, & sacrorum studiorum promouendorum cupiditas, qua mirum in modum tenemur, in causa fuit, vt dum commentationibus in sacros libros conscribendis (quod nostrum præcipuè studium est) materiam & farraginem omnem, ex assidua & diligenti lectione comparatam, & comportatam in aduersariorum nostrorum penu reponeremus, quorundam etiam argumentorum rationem habendam duxerimus, quæ vel ab aliis ante nos tradita, cumulari à nobis, aut expediri faciliori modo possent: vel quæ cæteris prætermissa essent, à nobis inchoata, & pro ingenij & virium facultate ac temporis angustiis informata, & in medium prolata, aliis post nos pertractanda relinquerentur; vt ita in vineam Domini Dei nostri omnes in commune, non quæ nostra, sed quæ proximorum, quæ Ecclesiæ matris omnium, quæ charitatis, quæ vtilitatis publicæ, denique quæ Dei voluntatis sunt, quærentes, vnusquisque pro crediti sibi, aut diuinitus concessi talenti ratione, operas conferamus.

Igitur post expeditam Arcani sermonis interpretationem, quam IOSEPH inscripsimus, hunc sacri apparatus thesaurum, ea etiam parte augeri voluimus; quã ad actionum præcipua & cõmunia genera explicanda conferre posse intelleximus, cui HIEREMIAE nomen propterea indidimus, quòd sacer ille Vates, si quisquam alius maximè, huiusmodi habituum & gestuum figuris spectabilis est, ob variam & multiplicem affectuum naturam, quibus ex varia, quam iniit, conditione, & legationis suæ persona multiplici permotus est. Neque verò nos omnia in vniuersum exempla, hoc in libro recensuimus, sed summa tãtùm genera, naturæ ordinem secuti, in habituum, gestuum, & situum ratione perstrinximus,

additis in vnoquoque genere ternis aut quaternis variorum locorum exemplis, quæ & sui explicandi lectoribus copiam facere possint, & iis, qui idem argumentum persequi voluerint, viam munire, vt existimamus non importunam. Dum verò de humani corporis & membrorum habitu, gestu, situ & affectu nobis differendum proponeremus, cæterarum etiam rerum variam affectionem, quòd & ipsa significationis expers non sit, obiter indicandam duximus. Neque tamen eo modo aut actum agere, aut huius libri rationes cum alterius, qui de Arcano sermone appellatur, confundere videbamur, aliud enim est agrum naturæ suæ definitione aut loci significatione, aut adiuncti cuiuspiam adnotatione considerare, aliud eundem lugentem, vel arentem, vel ridentem obseruare. Illud enim naturæ ipsius ingenium; hoc habitum vel affectionem spectat. Quod vt inter se distinctum est, ita etiam iudicio facilè internosci potest. Quod superest, pium lectorem oratum volumus, vt nostrorum laborum rationem, non tam ex re ipsa, quàm ex propenso erga sacras literas, earumque cultores probos animi nostri studio definiat. Antvverpiæ Idibus Martiis. Anno CIↃ. IↃ. LXXI.

DE RATIONE HABITVS ET GESTVS, EORVMQVE COGNITIONE ET VSV BREVIS QVÆDAM PRÆCEPTIO.

EX habitibus & gestibus quidam simplices sunt, vt iacere & stare: quidam compositi, vt sedere, equo vehi, atque vt simplicium simplex, ita compositorum composita etiam, & variis rationibus constans est significatio: id quod in exemplis obseruatum ad eiusmodi rationes aliâs cognoscendas vsui erit. Rursus ex vtroque superiori indicato genere, alij naturæ vi cogente ex affectionibus proficiscuntur; atque hi cõmunes omnibus nationibus cùm sint, perpetuam quoque ac certam apud omnes significationem habent, vt sedere aut iacere miserorum & mœrentium, sublimes oculi superborum, demissi modestorum aut pudibundorum. Alij verò ex voluntate, studio & cogitatione atq; imitatione oriuntur, atque hi non omnibus communes, neque vbique idem sunt, vt stare orantium & spectatorum.

Sunt & habitus ex consuetudine initi & frequentati, vt vnguentorum & cineris vsus; ille ex hilaritate & iucunditate, hic ex mœstitudine cœptus. Ex iis etiam, qui consuetudine constant, quidam solennes sunt, vt capitis velatio damnatorum. Est rursus aliud habituum genus, cuius formæ, non vno apud omnes eodemque modo spectantur; sed pro vario singularum personarum animo & studio aliter atq. aliter fiunt, quorum singulares seorsum significationes reddere, difficillimum est; si formæ ipsæ tantùm respiciantur, quæ exemplo simili plerunque carent, vt caput inter genua ab Helia coniectum; Helisæi in puerum vita functum procubitus. Si verò genus ipsum consideretur, facilè in formarum significationes penetrabitur. Sumuntur etiam habitus ex muneris atque officij ratione, vt sedere docentium, & stare discentium, præcedere ductorum, sequi militum & discipulorum. Sunt præterea habitus quidam in signum, testimonium, & diuturnum rei gestæ monumentum, vt lotio manuum à Pilato, coram populo inita: & excussio pulueris pedum, ab Apostolis aliquando facta. Atque ad hanc rationem multi Prophetarum habitus referuntur. Porrò quidam gestus & habitus virtutum aut vitiorum sunt indices, vt irrisorum, labra mordere, pede terere; amicorum arridere, gratulari. Nonnulli etiam aliquando virtutem indicant, nonnunquam verò vitium arguunt; cùm tamen ijdem sint habitus. quoniam vitium virtutes non rarò imitatur, vt extentum collum libertatis nonnunquam, interdum verò insolentiæ signum est. Atque ad hoc genus pertinent notæ omnes. quorum frequens in Sapientialibus vocatis libris vsus est. Accidit autem aliquando, vt habitus non propriam formæ suæ significationem ex vsu habeat, sed eam, quæ propriè contraria est, idque ex abusu, vt purpura Christo à militibus, non ad confessionem regni, sed ad irrisionem & sarcasmon inducta est.

DE PORTENTOSIS ACTIONIBVS.

PORRO genus illud apud Prophetas, insigni quadam nota obseruatum, propriam certamque exigit, ad cognoscendam animi attentionem, quod rara aliqua & illustri actione spectatur, ac singularem aliquam & diuturnam mentione recolendam, maiorique animi motu excipiendam significationem habet. Huius autem formæ multæ ac variæ sunt variis exemplis indicatæ: vt quòd Moyses pulueremp ugillo comprehensum, in aëra iactauerit, aduersus omnem terram Ægypti. Iosuas hastam contra Hai, expugnationis significandæ causa, tetenderit: eodemque iubente, principes Israelitæ pedes captorum regum ceruicibus imposuerint. Isaias liberos certos ex diuino decreto genuerit, nominibusque appellauerit portentosis. Moyses velatus prodierit, cordis Iudæorum cæcitatem, & veteris Testamenti obscuritatem indicans: Ezechiel vasa captiui iussu Dei parauerit, in signum Israeliticæ transmigrationis. Iesus Christus puero ostenso, simplicitatem præceperit: Angelus fortis molarem lapidem in mare proijciens, dixerit, Simili impetu proijcietur Babylon. Et huiusmodi plurima; quorum rationem satis vt arbitramur idoneam, ex nostris in Hoseam Prophetam commentariis petere, propriam autem singulorum expositionem, aut ex horum librorum, de Arcano sermone & Actione, diligenti lectione obseruare, aut à nobis certo opere, ad eam rem composito, si Deus vota probet, expectare licebit. Hoc autem genus omne portentosarum actionum appellamus; quod ad res certas, diuini consilij decreto portendendas, est institutum. Quæ ratio non modò à veris Prophetis frequentata, sed à pseudoprophetis etiam est vsurpata; nec rarò apud gentium auctores obseruatur. Sedechiam enim mendacem Vatem veri portenti ementita imitatione cornua sibi aptasse legimus. Aristotelem præterea iam fermè morientem vinum Lesbium Rhodio prætulisse, vt Theophrastum Menedemo anteponeret. Alexandrum è naui Asiam iaculo petiisse. Eundem Hephæstioni amico os annulo obsignasse; ad taciturnitatis commendatæ significationem.

Exod. 9. 9.
Iosue. 8.
Iosue 10.
Isai. 7. 3.
2. Cor. 3.
Matth. 18.
Apocal. 18.
2. Paral. 18.
Gell. lib. 2. cap. 5.
Achilles
Bochius libro symbol. 117.
Diodor. Siculus, Iusti.
Curtius.

DE HABITV ET GESTV.

HABITVS & gestus vel animantium, vel anima carentium rerum sunt: vt Cæli & Terræ habitus siue habitudo; quam faciem rectè dicere possumus. Agrorum & aquarum facies, quoque obseruamus & notamus. Sed inter cunctas animantes nullum genus est, quod pluribus & significantioribus habitibus afficiatur, quàm homo, cuius rationes hoc in opere explicabimus. Spectantur autem habitus vel in toto corpore, vel in corporis partibus, singulisque membris, vt in capite, manibus, cruribus & pedibus. Porrò ex habitibus, alij ad affectum eius, qui ita habet: alij verò ad effectum, & ad efficacitatem referuntur, ita vt quosdam passiuos, actiuos quosdam dicere possimus. Atque huiusmodi obseruata distinctio vtilis valdè erit, ad sententiarum & locorum explicationem vestigandam.

Naturæ autem ordinem sequuti, de singularum humani corporis partium primùm, deinde verò de totius corporis habitu atque situ disseremus.

DE CAPITIS HABITV ET GESTV.

Damnatio. CAPITE operto esse aliquem, damnationis ad supplicium, & explosi hominis, atque à ciuitatis & vitæ communione abalienati signũ fuisse, apud quosdam populos intelligimus. vt ex historia Hester, Amani faciem prolata à rege sentẽtia cõtinuò fuisse velatam obseruamus. Solent etiã homines ipsi summa mœstitia, simul etiam maximo pudore affecti sibi caput velare, cæterorum occursum & colloquium, consolationemque declinantes; quod idem Aman Syrus fecisse dicitur, S. S. E. Reuersusque est Mardochæus ad ianuam palatij, & Aman festinauit ire in domum suam, lugens operto capite. Et confusi sunt, & afflicti, & cooperuerunt capita sua.

Esth. 7. Pudor. Mœstitia. Esth. 6. 11. Iere. 14. 31

Luctus. Mœstitia. Capitis demissio mœstitiam, luctum, dolorem & humiliationem consequitur; estque is habitus solennis, iis, qui diuinæ iræ deprecandæ causa ieiunant: quamquam id nonnunquam vitio hominũ, simulatione magis & imitatione veritatis, quàm certo & constanti animi proposito fiat. Additur autem huic affectioni, cinis & puluis; & sacco induitur totum corpus, S. S. E. Nunquid tale ieiunium elegi, per diem affligere hominẽ animam suam? Nunquid cõtorquere quasi circulum caput suum, & saccum, & cinerem sternere?

Humiliatio. Ieiunium. Cinis. Puluis. Isai. 58. 5.

Lætitia. Vnctum & coronatum caput lætitiam ostendens habitus est, S. S. E. Vt ponerem lugentibus Sion, & darem iis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu. Caput caluum, barba rasa, saccus in lumbis, luctum arguunt magnum, S. S. E. Omne enim caput caluitium, & omnis barba rasa erit; in cunctis manibus colligatio, & super omne dorsum cilicium.

Isai. 61. 3. Luctus. Iere. 48. 37

Seruitus. Labor. Caput depilatum & humerus leuis, magni & assidui laboris argumentum, S. S. E. Nabuc-Donosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum, seruitute magna aduersus Tyrum, omne caput decaluatum est, & omnis humerus depilatus.

Eze. 29. 18

Superbia. Caput attollere, superbientium & arrogantium gestus est. vt, Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput.

Psal. 82. 2.

Caput altum & erectum victores ferunt, estque lætitiæ, ouationis & victoriæ signũ, S. S. E. Et lætitia sempiterna super caput eorũ. gaudium, & lætitiã obtinebũt. Contrà verò caput in terram demissum, mœstitiã, pudorem, & animi consternationem arguit, S. S. E. Abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem. & ad miserrimam rerum conditionem indicandam illud facit. Abiecerũt in terram capita sua virgines Ierusalem.

Isai. 35. 10. Isai. 51. 11. Pudor. Consternatio. Miseria. Thren. 2. 10. Thren. 2. 10.

Luctus. Caput terra inspergebant, suam vel alienam calamitatem lugentes. Sic enim amici Iob cùm eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum, & exclamantes plorauerunt, scissisque vestibus, sparserunt puluerem super caput suum in cælum. Et cùm audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, & spargens cinerem capiti suo, in platea ciuitatis voce magna clamauit.

Iob. 2. 2. Esth. 4. 2.

Admiratio. Irrisio. Insultatio. Caput mouere, alienam calamitatem vel admirantes, vel irridentes solent, S. S. E. Omnis, qui præterierit per eam, obstupescet & mouebit caput suum. Et posuisti nos in similitudinem gentibus, & commotionem capitis in populis. Sic qui Christo crucifixo insultabant, mouebant capita sua, dicentes, &c. Et spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion; post tergum tuum caput mouit, filia Ierusalem.

Iere. 18. 15 Psal. 43. 14 Matth. 27. 4. Reg. 19. 22.

Luctus & Anxietas. Manus super caput habens fœmina, anxij nimis, dolentisque animi perturbationem prodit, S. S. E. Et manus tuæ erunt super caput tuum, quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum.

Ierem. 2. 37.

Orationis ardentissimæ & efficacissimæ habitus in Helia. Illud verò singularis cuiusdam studij & magnæ fidei atque efficacis intentionis argumentum est, quod Helias egit, dum Deum reuocandæ in terras pluuiæ causa oraret. Solent enim qui plurimùm confidunt in amicitia eius, quem de re graui aliqua appellare, orareque parant, laboriosum aliquem atque difficilem sibi habitum aptare. quem non aliâs, nisi re impetrata, mutandum profiteantur; ita, vt is, apud quem agitur, vel personæ charæ ratione habita, vel laboris constanter suscepti auertendi causa, id, quod postulatur, tandem cõcedat. neque enim graue amici propositum perrumpere possunt, neque laboris illius suscepti spectaculum ferre diutiùs. Sunt, qui iurent, se neq. esuros neque bibituros. Sunt, qui se ex vno loco & situ discessuros negent, antequam impetrent. Efficientissima igitur fide, & maxima spe instructus Helias, difficillimũ omniũ, quos ferre humani corporis membra possunt, habitum situmq. induxit. qui Deum prophetæ amantem, & fidem maximam probantem ad concedendam, imò ad festinandam pluuiam, permouit, S. S. E. Elias autem ascendit in Carmel, & pronus in terram posuit faciem suam, inter genua sua; & dixit ad puerũ suum, Ascende, & prospice contra mare. Qui cùm ascendisset, & contemplatus esset, ait, non est quidquam. Et rursum ait illi, Reuertere septem vicibus. Et in septima vice, ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. qui ait, Ascende, & dic Achab, Iunge currum tuum & descende, ne occupet te pluuia. Totus hic locus quanquam orandi & precandi verbis non explicatis, tamen feruentissimam, attentissimam viri sancti, & postulata instanter, summaque cum contentione vrgentis orationem describit. Fuit enim illa actio omnis oratio mera & vehemens, verbis efficacissimis & gestibus ad diuinam misericordiam conciliandam studiosè adaptatis constans. Sic enim ipse idem dixerat, Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto; Si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. Et Iacobus apertè hunc locum exponit: Elias homo erat similis nobis passibilis; & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex; & rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.

3. Reg. 18. 42. 3. Reg. 17. Iacob. 5.

Ingenuitas. Obedientia Pudor. Capite aperto orare viros decet, ad ingenuitatis significationem; fœminas verò velato capite, ad subiectionis professionem & pudoris commendationem.

1. Cor. 11.

FRONS.

Contumacia. Impudentia. FRONS dura ad obstinationis & contumaciæ, perfidiæ impudentiæque notas refertur: Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Et neruus ferreus, ceruix tua, & frons tua ærea.

Ezech. 3. 8. Isai. 48. 4.

CERVIX.

Laboris susceptio. CERVIX inclinata & supposita, laboris & seruitutis atque negotii susceptionem significat. Ita Paulus, Salutate, inquit, Priscam & Aquilam adiutores meos

Rom. 16.

in Christo Iesu, qui pro anima mea ceruices suas supposuerunt.

CORNV.

CORNV ad homines figuratè translatum potentiam significat, idque exaltatum præstantiæ & victoriæ signum est, S. S. E. Lætificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum.

Victoria. Thren. 2. 17

CAPILLVS.

CAPILLVS capitis ornamentum est, alio tamen modo viris quàm fœminis, vt Paulus in epistola ad Corinthios missa, disserit. Capillorum euulsio & laceratio, indignationem & dolorem, aliqua ex causa vel publica, vel priuata, acceptum arguit, S. S. E. Cumque audissem verbum istud, scidi pallium meum, & euulsi capillos capitis mei, & barbæ, & sedi mœrens. Et non sepelientur in terra ista, & non se incident, neq. caluitium fiet pro eis. Et venit caluitium super Gazam. Et decaluare & tõdere super filios delitiarum tuarum. Dilata caluitium tuum sicut aquila. &, Tonde capillum tuum, & proijce, & sume in directum planctum.

Indignatio Dolor. Esdr. 9. Ierem. 16. Ierem. 47. Mich. 1. Ierem. 7. 29

Capillorum tonsio Nazareni votum significat. Sic enim Paulus, qui votum nuncupauerat Cenchris, caput Ierosolymis totondit.

Nazareni votum. Actor. 18.

Capillorum & pilorum omnium horror & asperitas, timorem, subitamq. perturbationis inuasionẽ indicant, S. S. E. Et cùm spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ. More etiam gentium receptum est, vt qui vincti, capti, aut aliâs durissima conditione oppressi sunt, comam crescere sinant, vitæque suæ statum miserum illa negligentia sui testentur. Sic enim legimus, Iosepho de carcere educto tonsum fuisse capillum.

Timor. Perturbatio Iob. 4. Conditio misera. Genes. 41.

AVRIS.

AVREM inclinare, attendentis, & rem libenter cognoscere cupientis est, idque ad optimum iudicem & gubernatorem, atque etiam ad probatum propositæ doctrinæ discipulum pertinet, S. S. E. In quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. &, Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me. &, Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. Est etiam idem habitus obedientium, S. S. E. Et non audierunt, neque inclinauerunt aurem suam. Aurem reuelare, est aliquem corripere & monere, S. S. E. Reuelauit quoque aurem eorũ, vt corripiat, & loquetur vt reuertantur ab iniquitate. Et eripiet de angustia pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius. Et manè erigit mihi aurem vt audiam quasi magistrum.

Attentio. Psalm. 101. Psalm. 30. Prouerb. 4. Ierem. 7. 24. Corripere. Monere. Iob. 36. Isai. 50. 4.

Dicere in aurem alicui quidquam, rem arcanam & non euulgandum consilium indicat: Cuius contrarium est, In tectis dicere aut propalare. vt, Quod in aurem loquuti estis in cubiculis, prędicabitur in tectis. Aures obthurant vel alio modo continent, quicunque proposito consilio sese impersuasibiles reddunt, S. S. E. Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas quæ non exaudiet vocem incantantis, & venefici incantantis sapienter. &, Qui obthurat aurem suam ad clamorem pauperis, ipse clamabit & non exaudietur. &, Qui obthurat aures suas, ne audiat sanguinem. Hoc habitu Iudæi quondam sese à Christi doctrina abalienatos ostenderunt, S. S. E. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas. Aures tinnientes terrorem & pauorem significant maximum, S. S. E. Ecce ego inducam mala super Ierusalem & Iudam, vt quicunque audierit, tinniant ambæ aures eius. &, Ponẽt manus suas super os suum; aures eorum tinnient. sic Hebraicè.

Arcanum. Luc. 12. Impersuasibiles. Auersatio. Psal. 57. 5. Prou. 21. 13 Isai. 33. 15. Actor. 7. 57. 4. Reg. 21. 12. Mich. 7. 16.

OCVLI.

OCVLI in sublime ex consuetudine & proposito elati, arrogantiæ atque superbiæ indicium faciunt, S. S. E. Exaltatio oculorum, est dilatatio cordis. Et Oculi sublimes hominum humiliabuntur. Contrà verò oculi humiles modestiæ habitum pręferunt, S. S. E. Qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur. Sic publicanus orans, nec oculos ad cælum eleuare volebat.

Superbia. Prouer. 21. 4 Isai. 2. 11. Modestia. Iob 22. 29. Luc. 18. 13.

Oculos attollunt orantes & petentes aliquid à Deo, S. S. E. Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit, Pater, gratias ago tibi, &c. Et in cœna, eleuatis oculis in cælum gratias egit, & fregit. Et hæc loquutus Iesus, eleuatis oculis in cælum, dixit, Pater venit hora, &c. &, Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.

Oratio. Iob. 11. 41. Iob. 17. 1. Isai. 38. 14.

Oculos Iesus ad discipulos suos attentionis petendæ & intentionis suæ indicandæ causa conuertit.

Attentio. Intentio. Luc. 6. 20.

Oculi auersi, negantis aut fastidientis vel dissimulantis, aut negligentis gestum ostendunt, S. S. E. Fili eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne auertas à paupere. &, Non auferet à iusto oculos suos. &, Auerte oculos meos ne videant vanitatem.

Abnuere. Fastidire. Dissimulare. Eccles. 4. 1. Deut. 15. 9. Iob. 36. 7. Psalm. 118. 37.

Oculi igniti, aciem acutam visus, nihil impurum dissimulantem aut consentientem, S. S. E. Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis.

Acutum iudicium & purum. Apoca. 1. 18

Oculi nictantes malitiosos mores arguunt, cogitationesque indicant peruersas & noxias, S. S. E. Nictans oculo fabricat iniqua, & nemo eum abijciet: in conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum, &c. Et homo apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur. &, Qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. &, Qui annuit oculo, dabit dolorem.

Malitia. Nequitia. Eccl. 27. 25 Prouer. 6. 13 Psal. 3. 19 Prouer. 10.

Oculi lachrymis deficientes, vehementissimum & durissimum dolorem indicant, qui leuari vel flendo nequeat. vt, Defecerunt lachrymis oculi mei; turbata sunt viscera mea.

Dolor vehementissimus Thren. 2. 11

Oculi deficientes, intentum obtutum, attentionemque maximam spectandi aut exspectandi demõstrant. vt, Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: Quando consolaberis me? &, Defecerũt oculi eorum, quia non erat herba. Et defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum.

Attentio maxima & Expectatio Psalm 118. 82. Ierem. 14. Psal. 68. 4.

Oculos attollere in rem aliquam, est ei attendere, cupideque animum aduertere, promptamque voluntatem erga rem illam significat, S. S. E. Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros eleuatis ad immunditias vestras. Et oculi Domini super iustos.

Attentio, voluntas & studium. Exec. 33. 25 Psal. 33. 16

Oculi clausi meditantem & cogitantem animum produnt, idque non rarò in malam partem interpretamur, S. S. E. Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua, perficit malum. Hebraicè, oculis clausis, ad verbum est.

Meditatio Prou. 16. 30

Oculos aperire, vigilantium & attendentium est, S. S. E. Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos & saturare panibus. &, Diues cùm dormiet, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet.

Vigilantia. Attentio. Prou. 20. 3 Iob. 27. 19

Leuare oculos, gestus est eius, qui nouo aliquo nuntio vel spectaculo nouam lætitiam & aduersarum rerum mutationem in melius excipit. Sic Isaias, Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent.

Noua & subita lætitia. Isai. 60. 4.

Ad oculos omnis transeuntis aliquid facere, est rem manifestare: publica enim & manifesta esse necesse est, quæ viatoribus patent, S. S. E. Et dabo te in desertum & in opprobrium gentibus, quæ in circuitu tuo sunt, ante oculos omnis prætereuntis.

Manifestatio. Ezech. 5. 14

Porrò oculi & animi affectionem, & morbi in corpore significationem exhibent, S. S. E. Et oculi mei languerunt præ inopia. Oculos habendo non videre est, non obseruare res, neque ex rebus conspectis aliquid cognoscendo intelligere. Itaque penè est in brutum degenerare, atq. adeò inanimatis statuis similẽ reddi aliquem, S. S. E. Nondum cognoscitis neque intelligitis, adhuc excæcatum habetis cor vestrum, oculos habentes non videtis.

Affectio animi & corporis morbus. Psal. 87. 10 Stultè agere. Ignorantia crassa. Marc. 8.

LACHRYMÆ.

LACHRYMÆ in maxillis, luctum miserabilem & incon-

Luctus miserabilis.

& inconsolabilem, ex causa cognita & iudicata, & grauiuit arguunt, S. S. E. Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: non est, qui cõsoletur eam, &c. *Thren. 1. 2.*

Affectus in oratione. In oratione lachrymæ affectum arguunt maximum, S. S. E. Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam; ecce sanaui te. *4. Reg. 20. 5* Lachrymæ aliquando lætitiæ ob tenere dilectam personam acceptæ argumentum sunt, S. S. E. Festinauitque, quia commota fuerant viscera eius, super fratre suo; & erumpebant lachrymæ, & introiens in cubiculum, fleuit. Lætitia. *Gen. 43. 30*

NARES.

Ira. Lenitas. IN naribus magna vel iræ vel lenitatis significatio est: Nares enim vento vel fumo incensæ, iram grauissimam & præsentis vltionis auidam significant, S. S. E. *2. Reg. 22. 9* Ascendit fumus de naribus eius, & ignis ex ore eius vorabit, carbones succensi sunt ab eo. & gloria narium eius terror. *Iob. 39. 23.* Contrà verò summæ lenitatis indicium est narium latitudo, & facilitas respirationis. Atque lenitas & patientia Dei hac imagine indicatur, qui perpetuò à Prophetis אֶרֶךְ אַפַּיִם, id est, latis naribus est appellatus, pro quo Interpres noster, longanimis, vertit.

Ceremonia Applicabant ramum ad nares, certa vani cultus ceremonia ad ortum Solis adorantes, quasi odoris suauitatem Soli tribuentes & ascribentes, S. S. E. *Ezech. 8. 17* Quia replentes terram iniquitate, conuersi sunt ad irritandum me. Et ecce applicant ramum ad nares suas.

Domatio. Circulus in naribus quibusdam iumentis inseritur domandi & ad ministerij vsum ducendi causa, S. S. E. *Iob. 40. 19.* In sudibus perforabit nares eius. & *Isai. 37. 29.* Ponam circulum in naribus tuis, & hamum in labiis tuis.

Inquietudo. Anxietas. Ventum naribus colligens animal, irrequietum, inconstansque esse arguitur, S. S. E. *Ierem. 14.* Et onagri steterunt in rupibus: traxerunt ventum quasi dracones. defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.

OS.

Eloquutio. Os apertum interdum consultò & grauiter orantem aut docentem significat. vt, *Psal. 77. 1.* Aperiam in parabolis os meum. & *Matth. 5. 2.* Aperiens os suum, docebat eos. & *Actor. 8. 35* Aperiens Philippus os suum. Et in illa die aperietur os tuũ, cum eo, qui fugit; & loqueris, & non silebis vltrà.

Gratiarum actio. Et tibi dabo apertum os in medio eorum, & scient quod ego Dominus. Huiusmodi multa exempla ad gratiarum actionẽ referuntur. *Ezec. 29. 21* Et tibi dabitur os apertum in medio eorum; & scient quòd ego Dominus.

Irrisio. Insultatio. Os in aliquem apertum vel dilatatum irrisionem & insultationem significat. vt, *Thren. 2. 16.* Aperuerunt super te os suum, omnes inimici tui sibilauerunt & frenduerũt. &, *Thren. 3. 46.* Aperuerunt super nos os suum omnes inimici. Inimicitia. Aliquando etiam inimicitiam & rabidam nocendi auiditatem. vt, *Psal. 21. 14* Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens & rugiens. &, *Psal. 34. 21* Dilatauerunt super me os suum, dicentes: Euge, euge, viderunt oculi nostri. &, *Abd. 1. 13.* Non magnificabis os tuum in die angustiæ.

Secretum. Arcanum. Os obserare vel obseruare, silentium & arcani consilij custodiam significat, vt ne quid temere vel imprudenter effutiatur, S. S. E. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.

Redargutorum habitus. Manus super os imposita eorum habitum describit, qui veritate redarguti, aut potestate, auctoritateque conuicti obmutescunt, pudefactique tacent, S. S. E. *Mich. 7. 36.* Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua; ponent manum super os, aures eorum surdæ erunt. *Psal. 38. 10* Huc pertinet illud, Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.

Detractio. Irrisio & Inuidentia. Os vertere, aut peruertere, eorum est, qui aliud præsentes, aliud absentes dicunt, duplicium videlicet & inuidentium hominum, S. S. E. *Eccle. 27. 25* Annuens oculo, fabricans iniqua, & nemo eum abijciet, & in conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur. Nouissimè autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. Os in puluere depositum ad illum habitum refertur hominis orationi & deprecationi intenti, miseriamque suam ostendentis, & misericordiam humiliter implorantis, constitutione totius corporis & oris, laboriosa & miserabili, atque omnino demissa, & ad diuinam placandam iram, magno animi studio, magnoque suæ indignitatis ostentu accommodata, S. S. E. Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua: sedebit solitarius, & tacebit, quia leuabit super se. Ponet in puluere os suum, si fortè sit spes. Huiusmodi miserabilem habitum illa significant, Abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem. Deprecatio. *Thren. 3. 26*

Os Paulo percussum, quamuis malignitate & iniuria, tamen blasphemiæ auditæ & iudicatæ, accusationem præferebat atq. detestationẽ significabat. Detestatio. *Actor. 23.*

LABIA.

LABIA contrahere, oculis innuere ad irrisorum & duplicium aut maleuolorum gestum indicandum pertinet. Irrisio. Iactatio. Detractio, & Malignitas. Idem etiam labia scindere aut retorquere significat. vt, *Prouer. 4. 24* Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. &, *Prou. 16. 30* Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficit malum. Et melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quàm torquens labia sua, & insipiens. &, *Prou. 20. 19* Ei, qui reuelat mysteria & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis.

Luctus. Pudefactio. Amicire super labiũ, habitus est lugentiũ, & opinione exspectationeque sua frustratorum hominum. *Miche. 3. 9.* Sic Hebraicè legimus, id quod Latine versum est. Et confundentur diuini, & operient omnes vultus suos.

OSCVLVM.

OSCVLVM honestum, siue, vt Paulus appellat, sanctum, amicitiæ & charitatis mutuæ signum est: atque in salutationibus adhibetur, S. S. E. Charitas. Salutatio. *1. Thessal. 5. 26.* Salutate fratres omnes in osculo sancto. &, *Luc. 7. 45.* Osculum mihi non dedisti; hæc autem, ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Est etiam mutuæ pacis & consuetudinis signum, quanquam ab improbis malè aliquando vsurpatum, S. S. E. Pax. Consuetudo. Et tenuit manu dextera mentum eius quasi osculans eum. *2. Reg. 20. 8* Indicat etiam osculum ex præterita consuetudine & amore vehementi desiderium, recenti absentia renouandum; quam ob rem discessuri sese mutuò exosculantur, S. S. E. Amor. Consuetudo. Desideriũ. Discessio. Osculatusq. est Ioseph fratres suos, & fleuit super singulos. &, *Gen. 45. 12* Magnus autem fletus factus est omniũ, & procumbentes super collum Pauli osculabantur eum, &c. *Acto. 20. 37*

LINGVA.

LINGVA palato inhærens, silentium vel spontaneum, vel etiam coactum significat, S. S. E. Silentium. Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat. *Iob. 29. 10.* &, *Ezech. 3. 25* Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans. *Psal. 21. 16* Et lingua mea adhæsit faucibus meis.

Impatientia. Linguam qui mordet propriam, doloris & laboris impatientiam prodit, S. S. E. *Apocal. 16.* Et commanducabant linguas suas præ dolore. Et blasphemauerunt Deum cæli, præ doloribus & vulneribus suis.

DENTES.

DENTIBVS frendere, hoc est, dentes diductis labiis ostendere, irridentium & insultantium est habitus, S. S. E. Insultatio. Inuidentia. Aperuerunt super te os suum, omnes inimici tui sibilauerunt, & fremuerunt dentibus suis, & dixerunt, Deuorabimus. *Thren. 2. 16* Et frenduerunt super me dentibus suis. *Psal. 34. 16*

Impatientia. Impotentia animi. Aliquando dentibus fremere, grauissimi doloris ex inuidia vel alio modo, siue in corpore, siue in animo accepti signum est. vt, *Psalm. 111. 10.* Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet. &, *Matt. 13. 42* Ibi erit fletus & stridor dentium.

Indignatio Indignabundi etiam hominis gestus est, aduersus alterum grauiter affecti, dentibus stridere. *Acto. 7. 54* Sic in Stephanum dentibus stridebant illi, ex synagogis priuatis aduersarij.

BARBA.

BARBÆ & capillorum canities, dignitatem, auctorita-

Auctoritas. Reuerẽtia. Apocal. 14. ctoritatem ac reuerentiam præfert & probat, S. S. E. Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana & tanquam nix. Vnum ex humani corporis ornamentis barba est, oris videlicet decus, & virilitatis argu-
Psal. 132. mentũ, quæ cõposita dignitatem indicat, S. S. E. Sicut vnguẽtum in capite, quod descẽdit in barbam barbam
Luctus. Aaron: contrà verò aliquo modo corrupta, luctum vel contumeliam præfert; quam ob rem in luctibus grauissimis barba diuulsa, inter magni doloris habitus,
Isai. 15. 3. numeratur, S. S. E. Moab vlulabit, in cunctis capitibus
Leuit. 21. 5. eius caluitium, & omnis barba radetur. &, Nec radent caput neque barbam, &c Et venerunt viri de Si-
Ierem. 41. 5 chem & de Silo, & de Samaria, octoginta viri rasi barba
Iere. 48. 37. & scissis vestibus. &, Omne caput caluitium & omnis
Contumelia. barba rasa erit. Aliquando contumeliæ spectaculum præbet barba, per iniuriam rasa; maximè verò, si inæqua-
2. Reg. 10. li tonsore id fiat, S. S. E. Tulit itaque Hanon seruos Dauid, rasitque dimidiam partem barbæ eorum, &c.

Facies tota.

Multiplices gestus & habitus facies admittit, quoscunque interior animi vis, siue sponte affectibus susceptis, siue coacta perturbationibus induit,
Eccle. 13. 31 S. S. E. Cor hominis mutat faciem ipsius, siue in bona, siue in mala.

Studium. Intentio. Faciem in rem aliquam ponere, intentionem, studium, attentionem, operamque præstantis gestus est.
Ezech. 25. 2 vt, Si alienatus fuerit à me, & posuerit idola sua in cor-
Ezech. 14. 7 de suo. Et scandalum iniquitatis suæ statuerit contra
Ezech. 29. 2 faciem suam. Et, Fili hominis, pone faciem tuam con-
Ierem. 3. 12 tra filios Amon. &, Pone faciem tuam contra Pharaonem regem Ægypti. &, Non auertam faciem meam à vobis, quia sanctus ego sum, dicit Dominus.

Gratia. Prouidentia. Huc pertinet faciei illuminatio, quod ad gratiam, fauorem & prouidentiam refertur. vt, Faciem tuam
Psalm. 118. illumina super seruum tuum.

Negatio. Detestatio. Abalienatio. Contrà verò faciem auertere vel abscondere, negligentis, renuentis, auersantis atque detestantis habitus est: Quia non despexit deprecationem pauperis; nec
Psal. 21. 24 auertit faciem suam à me. & cùm clamarem ad eum,
Psal. 43. 24 exaudiuit me. &, Quare faciem tuam auertis, & obliuisceris inopiæ nostræ? &, Auertente autem te faciem tuam, turbabuntur, &c.

Cõscientiæ oppressio. Cõscientia bona. pietas Faciem demittere, eorum est, quos conscientia accusat, & Deo ingratos arguit, & causa sua premit. Contrà verò, faciem tollere, eorum est, quos bona conscientia, & spes, fidesq. erigunt, charitas quoque animat, S. S. E.
Genes. 4. 6. Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nónne si bene egeris, tolles? scilicet faciem. Sic enim Hebrai-
Ioh. 22. 26. cum verbum שאת interpretamur. Et tunc super omni potentem delitiis afflues: & eleuabis ad Deum fa-
Psal. 81. 2. ciem tuam. &, Vsque quo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum tollitis?

Adoratio. Tremor. Reuerentia Facies etiam in terram demittere, adorantis & trementis diuinam maiestatem habitus est, S. S. E. Sed &
2. Paral 7. 3 omnes filij Israel videbant descendentem ignem & gloriam Domini super domum, & corruentes proni in terram, super pauimentum stratum lapide, adorauerunt.
Matth. 26. Sic in faciem procubuit Christus, dum nostrorum debitorum pondere pressus oraret.

Gratitudo. Idem habitus grati & gratias agentis animi signum
Ruth. 2. 9. est. Sic Ruth cadens super faciem suam, & adorans super terram, dixit, Vnde mihi hoc? &c.

Superbia. Est etiam facies superbiæ atque arrogantiæ index,
Ose. 7. 10. S. S. E. Et humiliabitur superbia Israel in facie eius.

Pudor. Verecundia Pudor ac verecundia in facie visitur, & summæ miseriæ species quædam indigna visu. quam ob rem quibusdam vel vltro, vel ab aliis facies velantur, in eiusmodi perturbationibus, vt in damnatis publica auctoritate olim factitatum legimus.

Ezech. 12. 4 Ad hoc genus illa referuntur: In conspectu eorum
Esther. 7. 8 in humeris portaberis, in caligine effereris, faciem tuã velabis. &, Necdum verbum de ore regis exierat: & statim operuerunt faciem Aman. Et huc illud pertinet apud Isaiam: Facies combustæ vultus eorum. Sic & Isai. 13. 8.
Susanna os velatum habuisse dicitur, ob pudorem, cùm Dan. 13. 33 ad calumniam publice à iudicibus raperetur.

Facies lota lætitiam atque sedatum, compositumque animũ indicat. Sic Ioseph lota facie cõtinuit se. & S. S. E. Gen 44. 31
Et cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Matth. 6. 17

Sordida verò facies lugentis & mœrẽtis habitus est; Mœror Hypocrisis quæ si ex animo & affectu sit, miseriam arguit: sin verò ex studio & simulatione, hypocrisim prodit, S. S. E. Iob. 16. 16.
Facies mea intumuit à fletu. &, Nolite fieri sicut hypo-
Matt. 6. 16. critæ tristes; exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.

Facies aliquando conuertitur in aliquem locũ mentis intendendæ causa, ne sensus præsentibus vel rebus, Intentio.
vel personis diuertatur à proposito. Sic Ezechias Deum Isai. 38. 3
deprecaturus faciem ad murum conuertit.

Ante faciem alicuius aliquid facere publicè, palàm Publicitas. Contẽptus.
& cum contemptu agentium est, S. S. E. Populus, qui Isai. 65. 3
ad iracundiam prouocat me, ante faciem meam semper. &, Respondebit arrogantia Israel in facie eius. Ose. 5. 5.

Faciem alicuius conspurcare, abominationem & con Detestatio. Despectio.
temptum, detestationemque significat. vt, Ecce ego
proijciam vobis brachium, & dispergam super vultum Malac. 2. 3.
vestrum, stercus solemnitatum vestrarum. Huc pertinent illa sputa in Christi faciem ab improbissimis hominibus coniecta.

Faciem alicuius rogare siue deprecari, reuerentium Obseruãtia Dignitas.
obseruantiumque gestus est, & plurimum ei, quem rogant, tribuentium, vt scriptum est: Requiesces, & non Iob. 11.
erit, qui exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi. Faciem alicuius videre, gratiam, familia- Familiaritas.
ritatem, consuetudinemque indicat, & facilitatem Cõsuetudo
agendi & impetrandi apud eundem, S. S. E. Videte ne Gratia.
contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, Matt. 18. 10
quòd angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est. &, Interrogauit sapientes, qui Esther. 1. 14
ex more regio, semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges & iura maiorum, Charsena & Sethar, &c. septem duces Persarum atque Medorum, qui videbant faciem regis.

Facie ad faciem aliquid agi, publicè, sine vllo inter- Publicè, sine impedimento.
medio, aut impedimento agi interpretamur. vt, Ad-
ducam vos in desertum populorum, & iudicabor ibi vo Ezec. 20. 34
biscum facie ad faciem.

Vultus.

Varia etiam & multiplici forma vultus mutatur, quod & Latinum ipsum indicat nomen. Estque variarũ Mœstitia. Timor. Dolor.
animi affectionum index plerumq. certissimus; palli-
dus enim vultus mœstitiam, timorem & dolorem pro- Ierem. 30. 6
dit, S. S. E. Quare vidi omnis viri manum super lumbum suum, quasi parturientis, & conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem.

Vultus obscurus & niger, miseriæ & laboris, ve- Miseria. Labor.
hementisque animi turbationis index est, S. S. E. Psalm. 37. 8
Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei; Hebraicus sermo nigrum vultum describit. &, A facie eius cruciabuntur populi, omnes Ioel. 2. 6. Nah. 2. 11.
vultus redigentur in ollam. &, Facies eorum omnium sicut nigredo ollæ.

Vultum erubescentia, & pudor, rubore tingit, S. S. E. Pudor. Erubescentia.
Et in omni facie, confusio, Hebraicè rubor est. Ezech. 7. 18

Mœrens vultus, siue, vt Hebraicè legimus, malus Aegritudo.
vultus, animi nonnunquã etiam & corporis ægritudi- Nehem. 2. 3.
nem prodit, S. S. E. Quare vultus tuus tristis est, cùm te ægrotum non videam? non est hoc frustrà, sed malum nescio quod, in corde tuo est. &, Timui valdè ac nimis, & dixi regi, Rex in æternum viue, quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patrum meorum deserta est? Atque ita vultum summi Sacerdotis ex animi dolore cõmutatum fuisse, 2. Mach. 3.
in libro Machabæorum legimus. Vultus turbatio ani- Turbatio.
mi quoque perturbationem significat, S. S. E. Tunc fa- Daniel 3. 6.

cies

cies eius commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum.

Vultu etiam iram, indignationemque significamus. Luc. 6. 10. Sic Christus circunspectis veritatis aduersariis, indignationem ex illorum malitia ostendit.

COLLVM.

Libertas. Ingenuitas Gen. 41. 42 Iudic. 5. 30. Prouer. 1. 9. Danel. 5. 7. COLLVM ornatum auro, vel alio monili, ingenuitatem, libertatem atque placidum vitæ vsum indicat. Sic Iosephi collo torques aurea circumposita est. &, Supellex varia ad ornanda colla congeritur. &, Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. &, Quicunque scripturam hanc manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo suo.

Libertas. Iob. 15. 26. Collum erectum aut extentum, libertatem nonnunquam, interdum arrogantiam & insolentiam libertatis, & ingenuitatis æmulam significat. vt, Cucurrit Iob. 41. 12. aduersus eum collo erecto. Et pingui ceruice armatus Fortitudo. Isai. 3. 16 est: & in collo eius morabitur fortitudo Et pro eo quòd Insolentia. Arrogantia eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerũt extento collo.

Seruitus. Obedientia Ex superiori autem ratione colli depressi aut subiecti significatio petitur, quæ seruitutem, oppressionem, fractique animi obedientiam indicat, à iugalibus animantibus siue translata figura, siue sumpto more, s. s. e. Ier. 27. 8. Quicunque non curuauerit collum suum regi Babylonis, &c. &, Iugum ferreum posui super collum cun- Ier. 28. 10. Thren. 1. 14 ctarum gentium istarum. &, Iugum iniquitatum mearum in manu eius; conuolutæ sunt, & impositæ collo Isai. 52. 2 meo. &, Solue vincula colli tui captiua filia Sion.

Hoc autem perpetuò significant catenæ, vincula, iugaque collo imposita. vt, In illa die auferetur onus eius Isai. 10. 27. de humero tuo, & iugum eius de collo tuo. &, Ecce Mich. 2. 3. ego cogito super familiam istam malum, vnde non auferetis colla vestra.

Amor. Charitas. In collum alicui procumbere ad exosculandum, tenerã & feruentem charitatem significat, habitusque est vel nimij, ex amatæ personæ desiderio doloris; vel gau- Gen. 33. 4. dij magni ex eadem recepti, s. s. e. Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eũ, stringensq. Gen. 45. 14 collum eius exosculás, fleuit. Et cùm amplexatus reci- Acto. 20. 37 disset in collum Biniamin fratris sui, fleuit. &, Magnus autem fletus factus est omnium: Et procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum.

HVMERVS.

Labor. Seruitus. Ezec. 29. 28 HVMERVS læuis siue attritus, & caput caluum, magnum assiduumque laboris subeundi onus arguit, s. s. e. Nabuchodonosor rex Babylonis fecit seruire exercitum suum seruitute magna: omne caput decaluatum est, & omnis humerus depilatus. Onus. 2. Paral. 2. Humeris enim onera accipiuntur ab hominibus, s. s. e. Et numerauit septuaginta millia virorum portantium humeris. Et Luc. 5. 5. humero imponimus ea, quæ chara nobis sunt, & nostra cura ferenda suscipimus, vt bonus ille pastor ouem.

Significat autem obedictiam, & imperij obsequium, Iob. 31. 36. humerus onus baiulans aut personam. vt, In humero Soph. 3. 8 meo portem illum, &c. Et seruient ei omnes humero vno. Detrectatio imperij. Nehe. 9. 29. Humerus recedens detrectantis imperium, onusque auersantis habitus est, s. s. e. Et dederunt Zach. 11. humerum recedentẽ, & ceruicem suam indurauerũt.

Humero quoque inniti obnitiq. solemus, idq. significat humeri mentio in sacris, s. s. e. Pro eo, quòd hume- Eze. 34. 29 ris impingebatis, &c. Sic etiam apud Zachariam Hebraicè legimus. Et dederunt humerum recedẽtem. Et victoriam, debellationem atque dissipationem eiusmo- Ezech. 29. 7 di orationes significant, Aperiam humerum Moab. & confractus es, & lacerasti omnem humerum eorum.

BRACHIA.

Potentia. Triũphus. BRACHIVM extensum vel eleuatum potentiam & facultatem ad rem gerendam conficiendamque significat: estque victorum & triumphantium habitus, Exod. 6. 6. Deut. 4. 34. s. s. e. Redimam vos in brachio excelso. &, Per pugnam & robustam manum, extentumque brachium. Et in signis & in portentis & in manu robusta, & brachio extento. Ier. 32. 21. Brachium roborare vel confortare, est sese Strenuitas. strenuum præbere ad opus faciendum, s. s. e. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachiũ suum. Prouer. 31. 17

Memoria. Brachium sigillatum memoriam, recordationemq. Canti 8. 6. indelebilem indicat, s s. e. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.

CVBITVS.

Immoratio. Cõuetudo Eccles. 9. 12 IN cubitum recumbere, est immorantium, & familiariter secureque agentium, s. s. e. Cum aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum.

PECTVS.

Luctus. PECTVS ciliciis indutum in muliere, luctum significat & miseriam arguit. est enim calamitosarum habitus eiusmodi, s. s. e. Accinctæque mulieres ciliciis 2. Mach. 3. 19. pectus, per plateas confluebant.

Lamẽtatio. Luc. 23. 48. Pectoris percussio lamentantium gestus est, & miseriam profitentium, aut calamitatem, vel propriam, vel alienam dolentium, s. s. e. Et omnis turba eorum, qui simul aderant, ad spectaculum istud, & videbant, quæ fiebant, percutientes capita sua reuertebantur.

Supplicatio. Luc. 18. 13. Supplicum etiam gestus est, pectoris percussio. Sic enim Publicanus à longè stans, percutiebat pectus suum.

MANVS.

MEMBRORVM omnium totius humani corporis manus vt habilissima & in omnem partem motu facillima; ita etiam & multiplicis habitus artifex, & variæ significationis est index. Sunt autem binæ manus dextra & sinistra, interdum altera, interdum etiam vtraque, & motum & habitum efficit, quorum præcipuas formas indicabimus.

Vis. Robur. Punitio. Manus altera sublata & erecta, vel extenta, vim & robur potentiamq. indicat. vt, Exurge Domine Deus, Psal. 9. 22. & exaltetur manus tua. &, Extendisti manum tuam, & Exod 15. 12 deuorauit eos terra. Et extendam manum meam super Iudam, & super omnes habitantes Ierusalem, & dis- Sopho 1. 4. perdam homines à facie terræ, dicit Dominus Deus. Isai. 5. 25. Et in his omnibus, non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Et tantùm in me vertit, & Thren. 3. 2. conuertit manum suam tota die.

Iusiurandum. Manus etiã altera, videlicet dextra, eleuatur, ad iuramentum, s. s. e. Leuo manum meam ad Dominum Gen 14 22 Deum cæli & terræ. &, Idcircò hæc dicit Dominus, Ezech. 30. 7 Ego leuaui manum meam ad gentes, quæ in circuitu vestro sunt, vt ipsæ confusionem suam portent. &, Au- Dani 12. 7. diui virũ, qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cùm eleuasset dextram & sinistram suam in cælum, & iurasset per viuentem in æternum.

Iaculatio. Manus arcu impleta, certam iaculandi facultatem & peritiam indicat, s. s. e. Quoniam extendi mihi Iu- Zacha 9. 13 dam, quasi arcum impleui Ephraim.

Percussio. Direptio. Iob. 1. 11. Manum in aliquem extendere vel mittere, ad ferien tis habitum refertur & ad res diripiendas, s. s. e. Sed extende paulùm manum tuam, & tange cuncta, quæ Thren 1. 10. possidet. Et manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius.

Pacificatio. Acto 19 33 Acto 21 40 Vocatio. Arrentio. Manus extenta pacificatoris & silentium indicentis habitus est. Sic Alexander manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo. Et Paulus stans in gradibus annuit manu ad plebem, & magno silentio facto allocutus est lingua Hebræa, dicens, &c. Et idem Actor. 26. 1. extenta manu defensionem suam, coram Agrippa rege exorsus est. &, Vocaui & non audistis; & extendi ma Prouer. 1. 24 num meam, & non erat qui aspiceret. &, Supra montem exaltate vocem; & leuate manum, & ingrediantur Isai. 13. 3. portas duces. Admiratio. Cogitatio. Manus ori admota habitus est tacẽtis, & modestè agẽtis, admirantis etiã, secumq. reputantis,

S. S. E.

Prou.30.33 Iob.21.3. Iob.29.9. s.s.e. Si enim intellexisset ori suo imposuisset manum. &, Attendite me, & obstupescite, & superponite digitum ori vestro, Hebraicè, manum. &, Principes cessabant loqui.

Obseruantia. Cultus. Iob.31.27. Est etiam obseruantiæ erga alium, habitus & cultus signum, s.s.e. Et lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo.

Indicario. Assueratio Matt.12.40 Manum extendere ad indicandam & probandam, confirmandamque sententiam aut personam, s. s. e. Et extendens manum in discipulos suos dixit, Ecce mater mea, & fratres mei.

Fœdus. Societas. Deditio. Thren. 5.6. Ezec.17.18 Ierem.50.15 Manum dare, habitus est fœdus & societatem firmantis cum alio, aut sese in alterius potestatem dedentis, s. s. e. Ægypto dedimus manum, & Assyriis, vt saturaremur pane. &, Spreuerat enim iuramentum, vt solueret fœdus &, Ecce dedit manum. &, Clamate aduersus eam, vbique dedit manum suam.

Exhortatio Animatio. Isai.8.11. Manum alterius apprehendere, admonentis, hortantis, & robur addentis est, s. s. e. Hæc enim ait Dominus ad me, Sicut in manu forti erudiuit me.

Auxilium. Isai.51.18. Deductio. Isai 41.9. Aliquando habitus est auxilium ferentis. vt, Non est qui apprehendat manu eius, ex omnibus filiis, quos nutriuit. Est etiam deducentium habitus: In quo apprehendi te ab extremis terræ.

Renuere. Thren.2.3. Manum dextram retrò vertere, eius est, qui implorantum auxilium negat, s. s. e. Auertit retrorsum dextram suam à facie inimici.

Auxilium. Opitulatio Actor 9. Matt.14.31 Manus porrectio auxilium, opemque significat. Sic Petrus, vt Tabitam erigat, manum porrigit. & Iesus in mari manum extendens, apprehendit Petrum.

Oratio. Psalm. 27.2 Psal. 76.2 Psal. 87.10 Thren.1.77 Manus in altum sublatæ, orantis & miseriam suam profitentis habitus est, s. s. e. Dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. &, In die tribulationis meæ, Deum exquisiui manibus meis nocte, contra eum, & non sum deceptus. &, Clamaui ad te Domine tota die, expandi ad te manus meas. &, Expandit Sion manus suas; non est qui cõsoletur eam.

Munerum oblatio. Psal 67.31 Manus porrigere, munera offerentiũ habitum adnotauimus esse. vt, Æthiopia præueniet manus eius Deo.

Oblatio. 1.Par 29.5 Manus implere, est initiari ad munera & sacrificia offerenda. vt, Si quis sponte offert, impleat manum suam hodie.

Innocẽtia. Psal.72.13 Manus sibi lauare, innocentiam & puritatem atque alienationem à malo vel opere, vel consilio profitentis habitus est, s. s. e. Ergo sine causa iustificaui cor meũ; & laui inter innocentes manus meas. Et Pilatus postulata aqua, lauit manus coram populo.

Gratulatio Nehe. 8.6. Manus tolluntur etiam ad publicam gratulationem Deo præstandam, atque ad laudem, s. s. e. Et respondit omnis populus, Amen, amen, eleuans manus suas.

Neglectio. Otium. Remissio. Psal.73.11 Manus in sinu tenere, otiosi, negligentisque habitus est, s. s. e. Vt quid auertis manum tuam & dextram tuam de medio sinu tuo in finem?

Negligentia. Eccles.2.14. Hebr.12.12 Præterea manus remissæ, negligentiam aut mœstitiam magnam arguũt. Sic Græcè apud Ecclesiasticum, manus remissę dicuntur .i. negligentes sancta opera. &, Propter quod remissas manus & soluta genua erigite.

Gratulatio. Explosio. Neh. 3. Thren.2.15 Manibus plaudere, irridentium, insultantium, explodentiumque est. vt, Omnes, qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manum suam super te, quia super quem non transiuit malitia tua? &, Plauserunt super te manibus, omnes transeuntes per viam.

Iusiurandũ Genes.24. Manum sub femore Abrahæ posuit famulus, antiquo & arcano iurisiurandi ritu. sed erat iuramentum cum execratione & imprecatione violantis.

Spes. Animatio. Zach. 8. 9. Manuum fortificatio, animum, spem certique auxilij & salutis exspectationem significat, s. s. e. Confortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones Prophetarum.

Studium. Voluntas. Matt.20.34 Manu tangere rem vel personam, studium & voluntatem ad rem efficiendam indicat, s. s. e. Et misertus Iesus, tetigit oculos eorum, & confestim viderunt. Et extendens Iesus manũ, tetigit eũ, dicens, Volo, mũdare.

Potestas, auctoritas. Manus impositæ aliis potestatem superiorem significat communicatam ei, cui manus imponuntur; & officij, muneris ac vicis traditionẽ atque auctoritatis etiam dignitatisque concessionem. Sic Christus eleuatis siue extentis manibus benedixit Apostolis. Sic ministerij concessio Paulo, & Barnabæ ostensa est; namque ieiunantes & orantes imponẽtesque eis manus, dimiserunt illos. Et moneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum. Quod de manuum impositione ab Apostolis facta, ad confirmationis sacramentũ, in Actis legimus, aliâs explicabimus, nam maioris est operis, & ad Sacramenta pertinet. Matth.8.3. Luc.26.50 Actor.13.3. 2.Timo.1.6 Actor.8.16.

Sacrificantes. Victimis mactandis manus, ij qui sacrificabant, imponere solebant, eo habitu suorum ipsorum reatuum professi, & debiti exsolutionem, atq. vices victimis ipsis expiationis causa tradentes, magna arcani mysterij de Christo significatione. Leuit.4.15 Leuit.8.14.

Intentio. Efficacitas. Manus etiam imponũtur alicui vel sanãdo, vel liberando, ad indicandã voluntatem & intentionem certã, efficacitatemque cum ipso exitu conuenientem, s. s. e. Contigit autem patrem Publij febribus & dysenteria vexatum iacere; ad quem Paulus intrauit: & cùm orasset, & imposuisset ei manus, saluauit eum. Actor.28.8.

Præterea, in benedictione atque felici imprecatione manus imponebantur: estque intentionis & attentionis habitus. Sic Christus manus pueris imponebat. Et Apostolis manus imponentibus, descendit Spiritus sanctus in Samaritanos. Matth.3. Actor.8.

Susceptio. Manus sublatæ habitum eius, qui rem aliquam volens suscipit, indicant, s. s. e. Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Et tota die expandi manus meas ad populũ incredulũ, qui graditur in via nõ bona. Psal.118. Isai.65.2.

Petitio. Manus expansæ petentis & rogantis habitum indicant, s. s. e. Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi. Et cùm extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis. Nonnunquam miseri auxilium implorantis. vt, Vox filiæ Sion inter morientes expandentesque manus suas. Psal.143.6 Isai.1.15 Ierem.4.31

Plausus. Manuum concussio, complosio miserorum & plangentium est. Manuum plausus, approbationis & laudis significationem fert, s. s. e. Feceruntque eum regem, & vnxerunt; & plaudentes manibus, dixerunt, Viuat rex. &, Omnia ligna regionis plaudent manu. 4.Reg.11. 13. Isai.55.13.

Timor. Pauor. Manus remissæ timorem, consternationem, & animi deiectionem significant, s.s.e. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet. Et omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluent aquis. &, Dissoluta est Damascus, versa est in fugam. &, Noli timere filia Sion, non dissoluantur manus tuæ. Isai.13.6 Ezech.7.16 Ierc.49.24 Sopho.3.17 Ierc.50.42.

Dolor vehemens. Manus super lumbis dolorem arguunt impotentem, qualem parturientes ferunt. vt, Quare ergo vidi omnis viri manũ, super lumbos suos, quasi parturientis. Ierem.30.6.

Dolor grauissimus animi. Idem etiam manus super caput, significant, dolorem videlicet, & mœrorem animique impatientiam, s. s. e. Manus tuæ erunt super caput tuum, quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam. Ierem.2.37.

Pigritia. Desidia. Manuum propriarum commissio & complicatio, aut complexus brachiorum ad pigrorum, desidum, & stultorum notas indicandas facit, s. s. e. Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens, &c. Eccles.4.5.

Calamitas. Luctus. Manus concisæ & insculptæ, vnguibusque laceratæ, luctus & calamitatis planctum produnt, s. s. e. Omnis barba rasa erit, & in cunctis manibus colligatio (Hebraicè, incisio.) Illud verò, quod scriptum est, Læua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me, amãtis & charę personæ lãguori succurrẽtis habitus est. Ierc.48.37

Amoris auxilium. Cant.2.6.

Conuentus Pactio. Fidei iussio Prou.22.26 Palmam alterius tangere, habitus est fidem mutuam sibi dantium, fœdere, aut alio pacto conuenientium, s. s. e. Noli esse cum iis, qui defigunt manus suas (Hebraicè, palmas tangunt.)

Oratio. Petitio. Exod. 9.29. Palmarum in sublime expansio, habitus est eorum, qui petentes orant Deum, s. s. e. Cùm egressus fuero, extendam manus meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua,

nitrua, & grando non erit. Multa exempla Hebraicè sunt, in quibus palmarum mentio fit, ab interpretibus Latinis manuum nomine reddita.

Porrectio. Subleuatio Prou. 31.20 — Palmas etiam extẽdere, eorum est, qui alienam inopiam subleuant, s. s. E. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperes.

DIGITVS.

Silentium. Iud. 18.19. Iob. 29.9. — DIGITVS ori admotus, silentium, taciturnitatemque significat, s. s. E. Tace, pone digitum super os tuũ. &, Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo.

Malitia. Stultitia. Prou. 6.13. Isai. 58.9. — Digito loqui aut meditari, malitiosorum & stultorum nota est, s. s. E. Homo apostata vir inutilis est, terit pede & digito loquitur. Et, Si desieris exerere digitum & loqui, quod non prodest.

Opera. Auxilium. Matt. 23.4. — Digito rem aliquam attingere, vel operam quamuis minimam adhibentium habitus est, s. s. E. Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autem suo nolunt ea mouere. Luc. 16.24. &, Vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam.

Attentio. Intentio. Matth. 7.33 — Est etiã attendentis & vltrò volentis rem facere: Sic Christus digitos suos in auriculam eius immisit, quem sanari volebat. Idem digito scribebat in terram, veluti intentus ad aliud agendum; & à proposita sibi quæstione animum auertens illorum furoris sedandi causa. Ioh. 8.6.

Probatio. Examen. — Est etiam digitorum immissio in rem aliquam, examinationis & argumenti genus aperti, quasi manuum contrectatione res probetur, s. s. E. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, non credam. &, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas. Ioh. 20.25.

DEXTRA.

Societas. Communicatio. Gal. 2.9. — DEXTRAM dare eorum est, qui amicitiam societatemque simul ineunt, & munerum communionem profitentur, s. s. E. Iacobus & Cephas & Iohannes, qui videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ societatis. Et, Nunc itaque demus dexteras hominibus istis, & faciamus cum illis pacem. 1. Mach. 6.58.

Victoria. Potentia. Psal. 88.14 — Dexteræ exaltatio, habitus est præualentis & victoris, s. s. E. Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua.

Deditio. 2. Mach. 13.50. — Dexteras accipere victorum est, salutem cum victis vel deditis paciscentium, s. s. E. Et clamauerunt ad Simonem, vt dexteras acciperet.

Proxima summi dignitas. Luc. 22.20 Coloss. 3.1. — Ad dexteram Dei Christus sedẽs, & proximũ patri ipsi secundum auctoritatis locum tenet qua homo est: nam qua Deus, aliam disputationem hic locus postulat sublimiorem.

Dignitas secunda. Matt. 20.21 — Ad dexteram & ad sinistram sedere alicui, proximos dignitatis & auctoritatis gradus obtinentium situs est, s. s. E. Dic vt duo filij mei sedeant, vnus ad dexteram tuam, & alter ad sinistram tuam, in regno tuo.

SINISTRA.

Firmitudo. Iud. 5.25. — SINISTRA firmitudinem significat, ideoque eius vsus ad firmandum retinendumque est aptior, s. s. E. Sinistram suam misit ad clauum, & dexteram ad fabrorum malleos. Iud. 7.20. &, Tenuerunt sinistris manibus lampades, & dexteris sonantes, &c. Et longitudo dierum in dextera eius, & sinistra eius diuitiæ & gloria. Prou. 3.16. Eccles. 10.2 &, Cor stulti in sinistra illius. Et dormire super latus sinistrum iubetur Ezechiel, ad durationem & cordis immobilitatem significandam. Ezech. 4.4. Denique arcus & clypeus & eiusmodi, quæ firmitudine magis quàm dexteritate & agilitate indigent, ad vsum sui, sinistra tenentur manu, s. s. E. Percutiam arcum tuum in manu sinistra tua. Exec. 39.3. Et huc pertinet illud, quod in Apocalypsi legimus, Angelum habuisse dexterum pedem in mari, & sinistrum in terra. Apoc. 10.2.

TERGVM.

Fuga. — TERGA vertere in bello, fugam arguit, eamque turpem, s. s. E. Itaque rex Sodomorum & rex Gomorrhæ terga verterunt. Gen. 14.10 Et cunctorum inimicorum tuorum contra te terga vertam. Exod. 14.27

Obsequiũ. — Post tergum alicuius ire, obsequij periphrasis est; eũ enim ordinem famuli dominum, vel ducti ductorem ponè sequentes obseruant, s.s. E. Nolite recedere à tergo Domini. 1. Reg. 12.20. &, Præcedite me, ecce post tergum sequar vos. 1. Reg 25.19. Et auersi fuimus ne iremus post tergum Dei nostri. Isai. 59.13. &, Qui auertunt deposit tergum Domini. Soph. 1.6. &, Auris tua audiet verbum post tergum monentis. Isai. 30.21.

Reuocatio. — Post tergum alicuius clamare, ipsum recedentem sequi & reuocare est. vt, Surrexit autem Dauid post eum, & egressus de spelunca clamauit post tergum Saul. 1. Reg. 24.9 &, Cumque illa pergeret, vt adferret, clamauit post tergum eius. 3. Reg. 17.11.

Negligẽtia. Obliuio. Contẽptus. — Post tergum aliquid proijcere, negligentiæ, contemptus aut minoris æstimationis indicium & consilium arguit, s. s. E. Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Isai. 38.17 &, Verterunt ad me tergum, & non faciem. Iere. 2.27. Iere. 32.33

DORSVM.

Grauis conditio. Seruitus. — DORSO onera accipiuntur, ideò calamitatum, seruitutis & grauissimæ conditionis vsus huiusmodi orationibus indicantur; Posuisti tribulationes in dorso nostro. Psal 67.24 Et dorsum eorum semper incurua. Psal. 80.7. &, Diuertit ab oneribus dorsum eius. &, Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Prou. 10.13 &, Virga in dorso eius, qui indiget corde. &, Virga in dorso imprudentium. Prouer. 26.3 &, Conteram virgam eius de dorso tuo. Nah. 1.13. Ad hanc rationem illud pertinet; Super dorsum cilicium: hic enim habitus mœstorum & calamitosorum est. Iere. 48.37.

Fuga. Cessio. — Dorsum etiam præbere, idem quod terga vertere, aut cedere victori plagas inferenti est, s. s. E. Percute dorsa inimicorum eius. Deut. 33.11 Et inimicos meos dedisti mihi dorsum. Psal. 17.41 &, Quoniam pones eos dorsum in reliquiis tuis. Psal. 20.17

Vis. Robur. — Est autem in dorso maxima totius corporis roboris pars, s. s. E. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. 3. Reg. 12.10.

LVMBI.

Strenuitas. Promptitudo. — IN lumbis virtus virilitasq. est, quæ omnibus membris totius corporis communicata efficacitatem addit, s. s. E. Fortitudo eius in lumbis eius. Iob. 40.11. Igitur lumbi accincti vel succincti, habitum præferunt strenui, ad rem gerendam parati & prompti, s. s. E. Accinge lumbos tuos, & tolle baculum in manu tua, & vade. 4. Reg. 4.29 &, Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam hanc olei in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. 4. Reg. 9.1. &, Accinge sicut vir lumbos tuos, & interrogabo te, & responde mihi. Iob. 38.3. &, Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, loquere ad eos omnia quæ præcipio tibi. Ierem. 1.17 Et erit iustitia cingulum lumborum eius. Isai. 11.5. &, Sint lumbi vestri præcincti. Luc. 11.31. Et multa alia huius significationis exempla.

Infirmitudo. Dolor. Languor. — Contrà verò lumbi dissoluti, dolentes, confracti, curuati, infirmitudinem, doloris impotentiam, debilitatemque magnam arguunt, s. s. E. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, non est sanitas in carne mea. Psal. 37.8. &, Repleti sunt lumbi mei doloribus. Isai. 21.3 &, Quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum? Ierem. 30.6 Et conuulnerauit lumbos meos. Iob. 16.15.

Mœstitia. Calamitas. Supplicatio. — Saccus circa lumbos, ad mœstorum, calamitosorum, dolentium aut pœnitentium, & supplicum habitum refertur, s. s. E. Ponamus itaque saccos in lumbis nostris; & funiculus in capitibus nostris, & egrediamur ad regem Israel. 3. Reg. 20.31. &, Accingite lumbos vestros. Isai 32.11. Atque eiusmodi illi erant, qui apud prophanos historicos habitus supplices dicuntur.

CRVRA.

Migratio. — CRVRA fœminarum vestibus diductis altiusque præcinctis nuda, migrandi longiusque peregrinandi cogitationem indicant, s.s. E. Reuela crura tua, transi flumina virgo filia Babylon. Isai. 47.2.

FOEMVR.

FOEMVR siue coxam ferire, eorum est, qui sese deceptos, aut aliâs errantes agnoscunt, S. S. E. Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam; & postquam ostendisti mihi, percussi fœmur meum. Sic & apud Ezechielem.

Iere. 31. 19.
Eze. 21. 19

GENVA.

GENVVM curuatio siue flexio, obedientiæ, obsequij & reuerentiæ habitus est, S. S. E. Viuo ego, dicit Dominus, quod mihi flectetur omne genu. &, In nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, &c. Est etiã orantium, supplicantium & adorantium habitus; siue eiusmodi actiones ad diuinum cultum, siue ad exhibitam homini alicui præstanti reuerentiam referantur, S. S. E. Surrexit Salomon à conspectu altaris Domini. vtrumque enim genu in terram fixerat. Et cùm venisset, curuauit genua cõtra Eliam, & precatus est eum, & ait, &c. Et curuaui genua mea ad Dominum Deum meum. &, Relinquam mihi septem millia, quorum genua non sunt curuata ante Baal.

Reuerentia. Subiectio.
Rom. 14. 11.
Adoratio. Supplicatio Oratio.
3. Reg. 8. 54
4. Reg. 1. 13
2. Esd. 9. 5.
3. Reg. 19. 18.

Est & alius habitus eorum, qui supplices, aut aliâs precabundi ad aliquem accedunt, qui misericordiæ concitandæ causa, genua eius quem adeunt, complectuntur, S. S. E. Quod cùm vidisset Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: &c. Et illud, Super genua blandientur vobis.

Deprecatio
Luc. 3. 22.
Isai. 66. 12.

Genua autem robur crurum, & ad cursum atque incessum habilitatem maximam continent, atque ad erectionem iacentis corporis, S. S. E. Et erexit me super genua mea. Quam ob rem genuum dissolutio aut tremor debilitatis & infirmitatis indicium est, S. S. E. Genua mea infirmata sunt à ieiunio. Et omnia genua fluent aquis. Et per cuncta genua fluent aquę. Et genua eius ad inuicem collidebantur. Et confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. &, Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti.

Vis. Robur.
Dani. 10. 10
Infirmitudo. Debilitas.
Psal. 108. 24.
Ezec. 7. 17.
Dan. 5. 6.
Isai. 35. 3.
Iob. 4. 4.

PEDES.

PEDVM lotio ad recreationem & mũditiam atq. laboris remissionem facit, ideoque inter honestas delitias atque inter hospitalia officia ponitur, S. S. E. Adferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore. Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes suos.

Recreatio.
Gen. 18. 4.
Gen. 43. 24.

Contrà verò pedes illoti, horrorem & asperitatem cultus & vitæ, ex mœrore aliquo arguit, S. S. E. Mephibosethque filius Saul descendit in occursum regis illotis pedibus, & intonsa barba. &, Sordes eius in pedibus eius. Pes nudus longum iter indicat factum, quo calcei detriti sunt: estque vna, ex incommoditatibus, quæ peregrè proficiscentibus accidunt, S. S. E. Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti.

Horridus cultus.
2. Reg. 19. 25.
Thren. 1. 9.
Iter lõgum
Iere. 2. 24.

Pede percutiunt irrisores & insultantes alienis calamitatibus, S. S. E. Pro eo quòd plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu super terram Israel. &, Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, terit pede, &c.

Insultatio Irrisio.
Ezec. 25. 6.
Prou. 6. 12.

Pes constans vel rectus, certum, constans & rectum studium propositumque indicat, S. S. E. Pes meus stetit in directo. &, Eripuit oculos meos à lachrymis, & pedes meos à lapsu. &, Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei.

Constantia
Psal. 25. 12
Psal. 55. 14
Eccles. 4. 17

Contrà verò, pedes moti, inconstantis & titubantis habitus cùm sint, sententiæ mutationem aut dubitationem metumue arguunt, in arcana significatione, S. S. E. Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. &, Dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. &, Non det in commotionem pedem tuum. Et si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua adiuuabit me. &, Hæc dixit Dominus populo huic, Qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit. Pedum festinatio temeritatem arguit, & inconsultam actionem eorum, qui affectus suos impotenter sequuntur, S. S. E. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. &, Cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendũ in malum. &, Qui festinus est pedibus, offendet. &, Garrula & vaga quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis. &, Vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur.

Inconstantia.
Titubatio.
Psal. 72. 2.
Psal. 37. 17
Psal. 93. 18.
Iere. 14. 10
Temeritas.
Psal. 13. 5
Prou. 6. 18.
Prou. 19. 2.
Prou. 7. 11.
Heb. 12. 13

Pedes in compedibus illigati, captiuitatem, seruitutemq. atque integram subiectionem significant, S. S. E. Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torquem illius collum tuum.

Obediẽtia. Seruitus.
Eccle. 6. 25.

Aliquando compes in pedibus, impedimentum & laborem durum difficultatemque significat, S. S. E. Compes in pedibus stulto doctrina.

Impedimentum. Difficultas.
Eccl. 21. 22

Ad pedes alterius prouolui, adorantis & supplicantis habitus est, S. S. E. Nec his contenta procidit ad pedes regis, fleuitque, &c. Et venit quidam de Archisynagogis nomine Iairus; & videns eum, procidit ad pedes eius. &, Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.

Supplicatio. Adoratio.
Esth. 8. 3.
Marc. 5. 22
Matt. 28. 9.

Calcaneum magnificare, est insolenter aduersus alterum agere, vel insultare. vt, Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.

Insultatio
Psal. 40. 10

COR.

COR durum pertinaces, audaces, impudentesque efficit, S. S. E. Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me; omnis quippe domus Israel attrita fronte est & duro corde.

Pertinacia. Impudẽtia. Audacia.
Ezech. 7. 3.

Cor latum vel dilatatum, patientiam, tolerantiam, & magnanimitatem indicat, S. S. E. Exaltatio oculorum est dilatatio cordis. Cor verò conquassatum vel languens, timoris subiti aut inexspectati, & improuisi periculi est index, S. S. E. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit spiritus in nobis, ad introitum vestrum.

Patientia. Magnitudo animi.
Prou. 21. 4.
Timor. Pauor.
Iosu. 2. 11.

Cor ardens, vel incitatum, conscientiam, cogitationem intentam, & quandam velut diuinationem, & agnitionem spontaneam significat. vt, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via, &c.

Conscientia. Suspicio. Cognitio.
Luc. 24.

CARO, PELLIS.

CARO & pellis consumpta aut attenuata, infirmitudinem atq. imbecillitatem maximã significat, S. S. E. Vetustam fecit pellem meam & carnem meam, contriuit ossa mea.

Afflictio. Miseria.
Thren. 3. 4

Carnem propriam comedere, & sanguinem suum bibere, extremæ oppressionis & egestatis, atque afflictissimarum rerum est argumentum, S. S. E. Et cibabo hostes tuos carnibus suis, & quasi musto sanguine suo inebriabuntur. Carnibus alienis vesci, extremæ & crudelissimæ vltionis aut etiam inuidiæ est, S. S. E. Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius, vt saturemur?

Oppressio. Angustia.
Isai. 49. 26.
Inuidia. Vltio.
Iob. 31. 31.

PRÆCORDIA, VISCERA.

VISCERA magna, eademque commota, misericordiæ maximæ significationem ostendunt, S. S. E. Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua? multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum super me continuerunt se. Præcordiorum commotio & tentatio grauis, dolorem, perturbationemque arguit, S. S. E. Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me. &, Interiora mea efferbuerunt, absque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis.

Misericordia.
Isai. 63. 14.
Perturbatio.
Iere. 4. 19.
Iob. 30. 27.

OSSA.

OSSIVM tremor, & cordis comminutio animi dolorem, indignationemque vehementem prodit, S. S. E. Contritum est cor meum, contremuerunt omnia ossa mea, factus sum quasi vir ebrius; & quasi homo madidus à vino, &c.

Indignatio Dolor. Perturbatio.
Iere. 23. 9.

COLOR.

IN colore etiam totius corporis, maximè autem vultus varia, nec obscura significatio est. Pallor enim timorem

Affectus animi.

timorem, albedo perturbationem, subitamque pudefactionem; rubor verecundiam indicat, s.s.e. Non modò cõfundetur Iacob, nec modò vultus eius erubescet. De hoc autem genere multa in capite de Vultu & facie indicata sunt.

SANGVIS.

Homicidium impunitum. Isai.6.21. SANGVIS occultus homicidium inultum ac impunitum significat, s.s.e. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltrà interfectos suos.

Strages. Isai.34.3 Sanguis inundans stragem magnam, s.s.e. Tabescent montes à sanguine eorum.

Victoria. Isai.63.1. Sanguine perfusus vir stragem à se editam, victoriamque sibi partam indicat, s.s.e. Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? &c.

TOTIVS CORPORIS HABITVS ET SITVS.

HACTENVS corporis partiũ habitus & gestus indicati sunt, nunc deinceps corpus ipsum, quot modis habere contingat, quidque singuli habitus atque situs significent, docebimus.

Arrogantia Impudentia. Iob.15.27. Crassitudo & obesitas, arrogantiam & stultitiam efficit, quarum impudentia comes est, s.s.e. Operuit faciẽ eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet.

IACERE, PROCVMBERE, PROCIDERE.

Mœror grauis. Thren 2.11 Ierem.3.25. IACERE in terra super dextrum præsertim latus, mœrorem impotentem atque animi grauem deiectionem significat, s.s.e. Effusum est in terra iecur meum, super contritionem filiæ populi mei. &, Iacebimus in cõfusione nostra: & accipiet nos ignominia nostra, quoniam Domino peccauimus.

Imbecillitas. Lassitudo. Isai.51.20 Est etiam imbellium, lassorum, victorumque situs, s.s.e. Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum. Ita etiam illud., Posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

Desolatio. Subiectio. Isai.52.2. Iacere in puluere, desolatum esse & deiectum significat, s.s.e. Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem.

Supplicatio Pœnitentia 1.Par.21.16 Iacere super faciem in sacco, pœnitentium & supplicum habitus est, s.s.e. Et ceciderunt tam ipsi, quàm maiores natu proni in terram vestiti ciliciis.

Reuerentia Adoratio. Postulatio. Gratiarum actio. Matt.20.20 Procubitus in terram, magnæ reuerentiæ adorationisque habitus est: item studiosissimi & magna cum propositi pertinacia postulantis, præterea gratias agentis acceptumque beneficium agnoscentis, s.s.e. Tunc accessit mater filiorum Zebedæi, adorans & petens aliquid ab eo. &, Christus procidit in faciem suam orans. Matth.26. Matt.28. 2.Paral.20.18. Et mulieres procumbẽtes Christique pedes complexæ adorabant. Et Iosaphat & Iuda, & omnes habitatores Ierusalem ceciderunt in terram coram Domino, & 2.Par.29.28. adorauerunt. Et cùm finita esset oblatio, incuruatus est rex Ezechias, & omnes qui erant cum eo, & adorauerunt. Et Magi procumbentes adorauerunt Iesum. Matt.2. &, Leprosus sanatus gratias agens, cecidit ad pedes Iesu. Luc.17. Et Cornelius procidens ad pedes Petri adorauit. Actor.10.24

Reuerentia Metus. Psal.71.9 Acto.16.29 Isai.49.23. Est etiam procubitus non solùm reuerentiæ, sed religiosi timoris index, s.s.e. Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. &, Cùm petiisset lumen, tremefactus procidit Paulo & Silæ ad pedes. Et vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.

Deprecatio 1.Esd.10.1 1.Mach.4.39. Huiusmodi etiam habitus est dolentium, calamitatemque deprecantium, s.s.e. Sic ergo orante Esdra, & implorante Deum, & flente & iacente ante templum Dei, &c. Et sciderunt vestimenta sua, & planxerunt planctu magno, & imposuerunt cinerem super caput 1.Mach.3.25. suum: & ceciderunt in faciem super terram. Et Sacerdotes ante altare, cum stolis sacerdotalibus lustrauerunt se, & inuocabant de cælo eum, qui de depositis legem posuit. Paulus in iuuenem præcipitem datum procidit habitu orantis, studiosissimeque contendentis apud Deum, de restitutione illius. Oratio vehemens & affectuosa. Actor.19.

Indignatio. 3.Reg.21.3 Aliquando cubare indignationem impotentem arguit: Sic enim Achab indignatus cubuit auersa facie.

Cõuiuium Amos.2.8 Recumbere conuiuarum situs est; olim enim lectis ad mensam stratis, recumbebant, s.s.e. Et super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare.

INCLINARI.

Ministeriũ. Seruitus. Marc.1.7 INCLINATIO erga aliquem ministerij humillimi & obsequiosi valde significationem habet, s.s.e. Cuius ego non sum dignus, vt procumbens soluam corrigiam calceamentorum eius.

Pauor. Luc.24.5 Caput etiam in terram demittebant mulieres visis angelis, pauore videlicet consternatæ.

GENVFLEXIO.

Oratio. Petitio. 2 Par 6.13 Daniel.6.9 GENIBVS flexis & palmis ad cælum sublatis orat Salomon, & petit: Et Daniel tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat.

2.Paral.7.3 Curuare genua, & facies in terram demittere, adorantium, & trementium diuinam maiestatem habitus esse obseruatur, populo adorante Deum, cuius præsentiam ignis descendens indicabat.

STARE.

Oratio. Postulatio. Laudatio. 2.Paral.7.6 STARE in templis aut aliâs ante Deum, habitus est orantium & postulantium oratione: Sic enim & Sacerdotes stãtes orabant, & populus Sacerdotibus adstabat eodem orandi studio affectus. Est etiam laudes diuinas celebrantium. horum generum exempla illa sunt; Sacerdotes autem stabant in officiis suis, & Leuitæ in organis carminum Domini, quæ fecit Dauid rex ad laudandum Dominum, cunctusque Israel stabat. Et omnis Iuda stabat coram Domino cum paruulis, vxoribus & liberis suis. Et Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt. Isai.49.7

Auditio. Actor.1. Atque idem habitus erat eorum, qui vel exponendę legi vel concionibus audiendis intererant. Sic Petrus verba facturus, in medio fratrum stetit. Et dixerunt 2.Paral.6.2 Leuitæ, Surgite & benedicite Domino Deo vestro. Et conuertit rex faciem suam, & benedixit vniuersæ multitudini Israel; nam omnis turba stabat intenta.

Instantia. Studium. Amos.9. Ierem.1.18. Est etiam habitus curantis rem aliquam agendam, operisq. instantis, s.s.e. Vidi Dominum stantem super altare, & dixit, Percute cardinem, &c. &, Tu ergo surge, loquere ad eos omnia, quæ præcipio tibi. &, Surgens princeps Sacerdotum, ait illi, Nihil respondes? &c. Matt.26.62

Honor. Reuerentia Iob 29.8. Assurgere alicui, honoris causa contingit, s.s.e. Videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabant. Stare ante Deum in consilio, ministrorum habitus est, cuiusmodi prophetæ sunt, s.s.e. Ministeriũ. Consilium Ierem.23.22 Si stetissent in cõsilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo. Zacha.3.7. Et de his, qui nunc hic assistunt, id est, ministrant.

Studium. Contentio. Hab.2.1. Illud verò, quod apud Habacuq legimus; Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem meam, &c. ad id habituum genus refertur, qui magno studio, non sine difficili labore, magna demùm animi contentione, & graui proposito suscipiũtur, à sanctis viris rei postulatæ impetrandæ causa. Ait enim Propheta sibi loco & difficili habitu non moueri decretum fuisse, quoad de grauissima quæstione certum diuinitus redderetur responsum.

Verba facere. Esth.8.4. Prætereà stare coram aliquo, habitus est verba facientis, s.s.e. Illaque consurgens stetit coram eo, & ait, &c.

SEDERE.

Securitas. Isai.33.16. SEDENTIVM habitus varia indicat: quorum interpretatio tum ex locis, vbi sedetur; tum ex aliis adiunctis petitur. Sedere enim in excelso, quietẽ & securi-

Isai.33.16. tatem significat, s. s. e. Iste in excelsis sedebit, munimenta saxorum sublimitas eius.

Mœror. Calamitas. Isai.3.26. Rursum verò, sedere in terra vel puluere, situs est mœrentium, calamitosorum & lugentium, s. s. e. Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in Iere.13.18. terra sedebit. Et humiliamini, sedete, quoniam de- Ezec.26.16 scendit de capite vestro corona gloriæ vestræ. Et descendent de sedibus suis omnes principes maris, & in Isai. 47.2 terra sedebunt, &c. &, Sede in terra, non est solium filiæ Chaldæorum, quia vltrà nõ vocaberis mollis & tenera.

Luctus. Mœror. Thren. 1. 1. Thren. 2. 10 Psal. 136.1 Ad eundem affectum mœroris & luctus pertinent illa, Quomodo sedet sola ciuitas. Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion. Et super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus.

Pœnitẽtia. Supplicatio. Ion.. 3. 6. Est & pœnitentium, diuinamque misericordiam mouere studentium supplicum habitus, in sacco & cinere sedere, s. s. e. Et surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere.

Pax. Tranquillitas. Mich. 4.4. 1. Mach. 14. 12. Sedere autem in agris, vineis & hortis, pacem, quietem & tranquillitatem indicat, s. s. e. Et sedebit vir subtus vineam suam, & subtus ficum suam, & non erit qui deterreat. Et sedit vnusquisque sub vinea sua, & sub ficulnea sua, & non erat, qui eos deterreret.

Docens. Matth. 23.2 Sedere etiam habitus docentiũ est, maximè autem Matt. 26.55 si in cathedra sedere dicantur, s. s. e. Super cathedra Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. &, Quotidie apud vos sedebam docens in templo.

Auditores. Marc. 3. 32. Luc.. 10. 39 Auditores etiam sedere solent, vt maiori quiete disciplinam excipiant, s. s. e. Et sedebat circa eum turba. Et circumspiciens eos qui in circuitu sedebant. &, Maria sedens secus pedes Iesu, audiebat verbum, &c.

Quies. Animi sedatio. Luc. 8.35. Est etiam sessio habitus quieti & sui compotis hominis, contrario inquieto & turbulẽto ingenio, cuiusmodi situ & habitu ille, qui à dæmonio vexabatur, probatus est liberatus. Et inuenerunt hominem sedẽtem, à quo dæmonia exierant.

Dignitas. Honor. Vices. Marc 16.19 Psal. 109.1. Sedere ad dextram alicuius principis, proximam illi auctoritatem sortiti est, s. s. e. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet a dextris Dei. &, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Psal. 79. 2. Psal 46.9 Psal 20 8 Prouerb. 28. Psalm. 118. 23. Denique regum, principum, iudicum, consulum, & senatorum situs est sessio. vt, Qui sedes super Cherubim. &, Deus sedet super sedem sanctam suam. Et rex, qui sedet in solio iudicij. &, Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur.

RESPICERE.

Cura. Genes. 4.4 Gene. 19.17 Exod. 2. 25. Exod. 4.31. Deut. 26.15 Psal. 9. 28. Psal. 21.2. Psal. 34.17. RESPICERE habitus est curantis eam rem vel personam, in quam respicitur, s. s. e. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem, & ad munera eius non respexit. Et salua animam tuam, noli respicere post tergum tuum. Et respexit Dominus filios Israel, & liberauit eos. Et audierunt quòd visitasset Dominus filios Israel, & quòd respexisset afflictionẽ eorũ. &, Respice de sanctuario tuo, & de excelso cælorum habitaculo. &, Benedic populo tuo Israel. Et oculi eius in pauperes respiciũt. Et Deus meus respice in me; quare dereliquisti me? &, Domine quando respicies?

ASCENDERE.

Via ad Israelis regionem. Deut. 1. 22. Amos. 2. 10. Luc. 2. 42. Ion. 1. 2. ASCENDERE verbum est iis adscriptum, qui terram Israelis, maximè autem Iudæam & Hierosolymam petunt, s. s. e. Vide terrã, quam Dominus Deus tuus dabit tibi: ascende & posside eam; & qui ascẽdere vos feci de terra Ægypti, & eduxi vos in deserto quadraginta annis, vt possideretis terram Amorrhæi. &, Ascendentibus illis in Hierosolymam, secundùm consuetudinem diei festi. Ascendit malitia Niniuitarum coram me. id est, nimium aucta excreuit atque superauit omnem modum & hominum opinionem.

EQVO SEDERE.

Honor. Dignitas. HONORIS causa equo aliquis vectus incedit, vt cõspicuus sit, dignitatemq. suam probet spectatoribus, s. s. e. Homo, quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regiis, & imponi super equum, qui de sella regis est. &, Vidi seruos in equis & principes ambulantes Eccles. 10.7. super terram quasi seruos. Esth. 6.8.

Christus Dominus asello vectus conspicuum se populo exspectanti exhibuit; magno tamen modestiæ & humanitatis exemplo. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus & Saluator, ipse pauper, & ascendens super asinum & super pullum filium asinæ. Modestia Zach. 9.9 Matth. 21.5

Obseruãtia Vt equo vel aliâs iumento insidere, præter vehiculi cõmoditatem, etiam honoris & dignitatis est signum: ita reuerentiæ & obseruantiæ argumentum est, si quis coram alio ex equo vel iumento descendat, s. s. e. Rebecca quoque conspecto Isaac descendit de camelo, & ait ad puerum, &c. Gen. 24.65.

MOTVS.

CORPORIS varij sunt motus, tum partibus ipsis, tum locis; tum etiam tarditate & celeritate differentes; omnes autem cogitationem sequuntur aliquam. idemque motus varias & cogitationes subit, & significationes indicat.

Cura. Studium. Solicitudo. Zach. 3.7. Ambulare enim studium, curam, & muneris propositi gerendi cogitationem, exercitationemque significat, s. s. e. Hæc dicit Dominus Deus, Si in viis meis ambulaueritis, & custodiam meam custodieritis. 2. Reg. 4.35 Et Elisæus magnam curam & solicitudinem hoc modo indicabat, s. s. e. At ille reuersus deambulabat in domo semel, huc atq. illuc. Et Iesus discipulos suos in via Mar. 10. 1. præcedens, magnum studium negotij salutis nostræ indicabat, cuius causa Ierosolymam petebat; ita vt illi stupescerent & admirarentur.

Consolatio Est alius motus inquietus & varius eorum, qui aliquem ex accepto dolore mœstum & plangentem consolatur. Hic motus verbo Hebraico נוד indicatur; cuius significatio ad solicitudinem, curam, sedulitatem & inquietudinem refertur; huius exempla multa sunt, ex quibus illa: Quis enim miserebitur tui Ierusalem? aut Ierem. 15.5 quis contristabitur pro te? Quis ibit ad rogandum pro pace tua? &, Ne ingrediaris domum conuiuij: neque Iere. 16.5.5 vadas ad plangendũ, neque consoleris eos, &c. Et sustinui qui simul contristaretur; & non fuit, qui consola- Psal. 69.21. retur, & non inueni. &, Vastata es Niniue, quis com- Nahum. 3.7 mouebit super te caput? Vnde quæram consolatorem tibi? &, Audientes tres amici Iob omne malum, quod Iob. 2.11. accidisset ei, venerunt singuli de loco suo. Omnibus in his locis verbum est נוד quod satagere significat.

Diligentia. Mare & aridam circuire, est omnia tentare & experiri, s. s. e. Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui circuitis Matth. 23.8 mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum, &c.

Claudicare in motu, translatione à pecudibus sumpta, est misera & calamitosa vitæ conditione vti, s. s. e. Miche. 4.6. In illa die congregabo claudicantem, & eam quam eieceram, colligam, & quam afflixeram consolabor. Et ponam claudicantem in reliquias.

Vitatio. Declinatio. Recedere ab aliquo, est consuetudinem illius vitare, tanquam pestilentis & contage sua alios inficientis, s. s. e. Qui videbant me, foras fugerunt à me.

Metus. Non egredi ostium, metuentis sibique cauentis est. vt, Si expaui ad multitudinem nimiam. &, Despectio propinquorum terruit me. Et non magis tacui, Iob. 31.33 nec egressus sum ostium.

CVRRERE.

Studium. Diligentia. Gen. 18.2. Gen. 24.28. 3. Reg. 19. 20. CVRSVS studium, diligentiam, & magnam rei agendę curam significat, s. s. e. Quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum, de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terram. &, Cucurrit puella, & nuntiauit in domum matris suæ, omnia quæ audierat. Et Elisæus, relictis bobus, cucurrit post Eliam. &, Si videbas furem currebas cum eo. &, Sine iniquitate cucurri & direxi. Et viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. Psal. 49.18 Psal. 118.

LABI.

Periculum. Deut. 32. 35 — LABI ferè ſemper periculum arguit, s. s. e. Ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum. &, Ne deſperaueris lapſus in die anguſtiæ. Et lapſa eſt in lacum vita mea. Illud verò grauiſſimum diſcrimen, & cui remedium inueniri facilè nequit, ſignificat. Idcircò via eorum erit quaſi lubricum in tenebris; impellentur enim & corruent in ea.

Prou. 24. 10 — Thren. 3. 15 — Iere. 23. 12

CADERE.

Vinci. Occidi. — CADERE, de victis & occiſis in prœlio dicitur, s. s. e. Ne cadamus gladio. Et rex Sodomorum & rex Gomorrhæ terga verterunt, ceciderunt q. ibi. &, Quomodo ceciderunt fortes? Et ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt. Et cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. &, Impulſus euerſus ſum vt caderem. Cadere in plateis, bellũ intra vrbem ipſam geſtum ſignificat, s. s. e. Idcircò cadent iuuenes eius in plateis eius.

Num. 14. 3. — Gen. 14. 10. — 2. Reg. 1. 19 — Pſalm. 26. 2 — Pſalm. 90. 7 — Pſal. 11. 13 — Bellum in vrbe. — Iere. 50. 30.

DORMIRE.

Securitas. Negligentia. — DORMIRE habitus ſecuri & negligẽtis eſt: contrà verò expergiſci, s. s. e. Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem. &, Et habebis fiduciam propoſita tibi ſpe. Et defeſſus ſecurus dormies. Ego dormiui & ſoporatus ſum, & ſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me. Et erat in ipſa nocte Petrus dormiens. Et ecce non dormitabit neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Quo loco negligentiã ſignificat verbũ dormire, ſicut in illo: Ne cùm Dominus venerit, inueniat vos dormientes. Et inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi. Vigilare ſibi conſulentiũ reſq. ſuas curantium, magni ſtudij etiam eſt, s. s. e. Qui de luce vigilauerit, ad illam non laborabit. &, Vigilate itaque, quia neſcitis diem neq. horam. Et ianitori præcepit vt vigilet. &, Vigilate & ſtate in fide. &, Fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eã.

Iob. 11. 18. — Pſal. 3. 6. — Actor. 12. 6. — Pſal. 120. 4 — Marc. 13. 33 — 1. Cor. 11. 13. — Studium. Cura. — Sap. 6. 15. — Matt. 25. 13 — Marc. 13. 34 — 1. Cor. 16. 13. — Pſal. 126. 2

VOX.

VOCIS etiam vt variæ formæ, ita multiplex ſignificatio eſt: format enim natura prius nos intus, ad omnem fortunarum habitum, iuuat aut impellit ad iram, aut ad humum, mœrore graui, deducit & angit: Poſt effert animi motus interprete lingua; namque humanam vocem lingua moderatur, & ad animi motus accommodat. Vox afflicta & tenera dolorem & commiſerationem arguit, s. s. e. Appropinquanſq́ue rex lacui, Danielem voce lachrymabili inclamauit. Et, quia luxit ſuper eum populus eius.

Miſeria. Dolor. Miſericordia. Pœnitudo. — Dan. 6. 22. — Oſe. 10. 5. — Supplicatio — Eccleſ. 29. 5.

Vox humilis ſupplicantium, petentiumq́ue gratiam aliquam, s. s. e. Donec accipiant, oſculantur manus dantis: & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam.

Vox etiam alta vt clamor, aut vnius, aut plurium eſt; & pro varietate ſonitus vel monitionem, vel lætitiam & victoriam, luctum & lamentationem arguit. Illa enim clamorem bellicum ſignificant, & hoſtilem tumultum, Vocem dederunt in domo Domini, ſicut in die ſolemni. Et non clamabit, neq. accipiet perſonam, neque audietur vox eius foris.

Bellicus clamor. — Thren. 2. 7. — Iſai. 42.

Vox etiam in locis altioribus editur, vt latiùs longiuſq́ue audiatur, ſiue ea monitionis & conſilij, ſiue lætitiæ & boni nuncij, ſiue planctus & luctus vox ſit index. vt, Vox in viis audita eſt, ploratus & vlulatus filiorum Iſrael. Annuntiate in Iuda & in Ieruſalem auditum facite. Et vox in rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus. &, Super montem excelſum aſcende tu, qui euãgelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ieruſalem.

Productio vocis. — Iere. 3. 21. — Iere. 4. 5. — Iſai. 40. 9.

Exhortatio Gratulatio. — Triturantes & vindemiantes lætitiæ & gratulationis cauſa vocem extollunt, vt ſeſe inuicem ad opus incitent, s. s. e. Dominus de exceſſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocem ſuam. Dominus rugiet ſuper decorem ſuum celeuſma quaſi calcantium, &c.

Iere. 25. 30.

Lætitia publica. — Vox hamon ſiue turbæ exultantis, qualem Ioſue de monte cum Moſe deſcendens audiuit, lætitiam publicam ſignificat: de huiuſmodi voce veræ tamen & inculpatæ lætitiæ indice ſcriptum eſt, Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.

Exod. 32. 18 — Pſal. 117. 15

Cum voce autem tubæ aut cornu ſonitus auditus, ſiue clangor, ſiue alio nomine Latinè dicatur, vel belli, aut alterius periculi aduentum ſignificat. vt, Canite tuba, præparentur omnes, & non eſt qui vadat ad prœlium. &, Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, vlulate in Bethauen, poſt tergum tuum Beniamin. Et in gutture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper domũ Domini.

Belli indicium. Exhortatio — Ezech. 7. 14 — Oſe. 5. 8. — Oſea. 8. 1.

Vlulatus plerumq. plangẽtium & magno deſiderio velut inſanientium eſt. vt, Vlulate naues maris, quia vaſtata eſt domus vnde venire conſueuerant. Et præ contritione ſpiritus vlulabitis. Et vlulate væ væ diei. &, Vlulate habitatores Pilæ.

Lamẽtatio Deſiderii. — Iſai. 23. 1. — Iſai 65. 14. — Ezec. 30. 2. — Sopho. 1.

SIBILARE.

SIBILARE conuocantes ſolent; aut irridentes & inſultantes, s. s. e. Et leuabit ſignum in nationibus procul, & ſibilabit ad eum de finibus terræ. &, Sibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminũ Ægypti. Et ſibilauerunt & mouerũt caput ſuum ſuper filiam Ieruſalem. Et negotiatores populorũ ſibilauerũt ſuper te.

Cõuocatio Inſultatio — Iſai. 5. 26. — Iſai. 7. 18 — Thren. 2. 15 — Ezec. 27. 37

SILERE.

Tacere. Silere. — SILENTIVM nõ minus aliquãdo quàm vox internos animi affectus, motus & perturbationes indicat. Eſt enim ea doloris vis, vt clamare, gemere, lugereq́. homines cogat: ſed cùm dolor vehementior, auctiorq́ue eſt, animiq́. mœſtitiæ coniũctus, & profunda mœroris cogitatione preſſus, neq. lachrymis neque voci erumpendæ locum concedit. Atque ita grauius afficitur & laborat animus, quàm ſi per luctus & lamenta reſpirare aliquantulum ſineretur, s. s. e. Sederunt in terra, & conticuerunt ſenes filiæ Sion. &, Quoniam ſilui, inueterauerunt oſſa mea. &, Tacui ſemper, ſilui. &, Ingemiſce tacens, mortuorum luctum non facies. &, Sederunt cum eo in terra ſeptem diebus & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum; videbãt enim dolorem eſſe vehementem. Et cùm audiſſem ſermonem iſtum, ſcidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei, & ſedi mœrens. Hebr. tacens. Aliquando ſilentium victi & captiui iugumq́ue ſine detrectatione ferentis, ſeſeq́; dignè pati agnoſcentis, s. s. e. Quare ſedemus, conuenite & ingrediamur ciuitatem munitã, & ſileamus ibi, quia Dominus Deus noſter ſilere nos fecit. Et dicet ei, Tace, & non recorderis nominis Domini. Et obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis, & dolor meus renouatus eſt. &, Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.

Dolor vehemens. — Thren. 2. 10 — Pſal. 31. 3 — Eze. 24. 17 — Iob. 2. 12. — Eſd. 9. 3. — Patientia. Tolerantia. — Ieiem. 8. — Amos. 6. 11. — Pſal. 38. 3 — Thr. 3. 26.

Metus. Verecũdia. — Iob. 31. 34.

Tacent etiam qui verentur & metuunt, s. s. e. Si expandi ad multitudinem nimiam. &, Deſpectio propinquorum terruit me, & non magis tacui.

Tacet Chriſtus falſis teſtimoniis delatus, ſimul vt patri obediret, cuius conſilio ſe in mortem traditum cognoſcebat; & vt criminum falſitatem indignam reſponſione & defenſione argueret.

Matth. 27.

RIDERE.

Risus vel gaudij ſignum eſt plerumque. vt, Cecidit Abraham in faciem ſuam & riſit. &, Riſum fecit mihi Dominus. &, Riſus dolore miſcebitur. Vel etiam irriſionis & inſultationis in alterius calamitatem, vel contemptionis etiam. vt, Ne tradas Domine ſceptrum tuũ iis, qui non ſunt, ne rideant ad ruinam noſtram. Et ſuper eum ridebũt, & dicent, &c. Et ego in interitu veſtro ridebo. Et ſuper omnẽ munitionẽ ridebit.

Gaudium. — Gen. 17. 17. — Gen. 21. 6. — Prou. 14. 13 — Irriſio. Inſultatio. Cõtemptio — Eſth. 14. 11. — Pſal. 52. 8. — Habac. 1.

LVGERE.

LVCTVS deſiderium perſæpè arguit rei vel vtilis, vel alio nomine charæ, s. s. e. Et mœrebũt piſcatores & lugebunt omnes mittentes in flumẽ hamum. &, Periit ſacrificium & libatio de domo Domini, luxerunt ſacerdotes & miniſtri Domini. Et luxerunt ſpecioſa paſtorum, & exſiccatus eſt vertex carmeli. &, Qui vẽdit, non lugeat, quia ira ſuper omnem populum eius.

Deſideriũ. — Iſai. 19. 7. — Ioel. 1. 9. — Amos. 1. 2. — Ezech. 1. 2.

RAVCEDO.

Clamor intentus & vehemens — VEHEMENTIS, nimij ac contenti clamoris ſignum eſt raucedo, s. s. e. Laboraui clamans, raucæ fa-

Pſal. 68. 3.

ctæ sunt fauces meæ; defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

AFFECTVS CORPORIS ET ANIMI.

AFFECTVVM pars quædá corpus, pars animum agit, vtrumq. etiam pars alia tentat; dicimus autem affectum siue affectionem aliquam grauem passionem, vt dolorem, sitim, famem, desiderium: horum præcipua genera, quorum significatio & vsus in sacris obseruatur libris, breuiter percurremus.

SVDARE.

Labor. Opera. SVDOR intentum laborem multamque operam in re aliqua positam arguit. Cumq. me cõuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ; & ad labores, in quibus frustrà sudaueram. Et multo labore frustrà sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo. (Eccle. 2.11. Ezec. 24.12)

Anxietas. Difficultas. Fatigationem, anxietatem & difficultatem aliquam subitam indicat sudor, s. s. E. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ille autẽ Christi seruatoris sanguineus sudor arcanam quandam & vehementissimam luctam indicauit, quam nos in sacris carminibus & aliâs descripsimus. (Gene. 3.19. Luc. 22.44.)

Impuritas. Est etiam aliquando sudor immunditiæ significatione notatus, s. s. E. Et non es mundata à sudoribus tuis, neque mundaberis priùs, donec quiescere faciam indignationem meam à te. &, Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, & fœminalia linea in lumbis eorum, & non accingentur in sudore. (Ezec. 24.13. Ezec. 44.18)

ESVRIRE.

Defectus. Desiderũ. ESVRITIO magnum defectum, vehemensque desiderium significat, s. s. E. Animæ esurienti etiam amara dulcia videntur. &, Esurientibus tulerunt spicas. Et animæ effœminatorum esurient. &, Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. &, Sicut somniat esuriens & comedit: cùm autẽ fuerit expergefactus, vacua est anima eius. Et erit anima eorum quasi hortus irriguus, & vltrà non esurient. &, Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. (Iob. 6. o. Iob. 24.10. Prou. 18.8. Prou. 25.21. Isai. 29.8. Ierem. 31.12. Luc. 1.53.)

SITIRE.

Desiderũ. SITIS desiderium vel necessariæ rei vel eius, sine qua esse non possis, ex longa consuetudine antecedentis copiæ atque vsus, s. s. E. Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibon. &, Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. (Iere. 48.28. Psal. 62.1.)

Fatigatio. Iter lõgum. Interdum fatigationem & longum iter arguit sitis: vt, Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. &, Prohibe pedem tuũ à nuditate, & guttur tuum à siti. Nonnunquam sitis insatiabilitatem rei adeptæ sine vllo fastidio vlteriùs etiam expetitæ significat. vt, Qui bibunt me, adhuc sitient. (Psal. 105.5. Ierem. 2.25. Eccl. 24.29)

OBSTVPESCERE.

Res inopinata & magna. OBSTVPESCIMVS ex nouæ rei & improuisæ admiratione; vel ex inopinati consilij noua notitia: vel etiam ex casu aut ruina inopinata: est enim non vulgare aut cõmune stuporis argumentum, s. s. E. Et factum est miraculum in castris, sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandũ, obstupuit. &, Venit Dauid in Nobe ad Achimelech sacerdotem. Et obstupuit Achimelech, eò quòd venisset Dauid, & dixit ei, Quare tu solus? Et obstupuit Rama, Gabaa Saulis fugit. Et omnes qui viderunt te in gentibus, obstupescent super te. Nihili factus es, & non eris in perpetuum. (1. Reg. 14.15. 1. Reg. 21.1. Isai. 10.29. Ezec. 28.19)

TREMOR.

Metus. TREMOR affectus est metuentium, grauique timore perturbatorum, s. s. E. Hodie incipiam immittere terrorem, atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni cælo. (Deut. 2.25.)

Perturbatio. Dolor. Magnam etiam perturbationem, siue ex timore, siue ex præsenti dolore tremor arguit, s. s. E. Dissoluta est Damascus, versa est in fugam, tremor apprehendit eam. Et tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor. &, Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. (Iere. 49.24. Exod. 25.15. Psal. 54.6.)

HORRERE.

Mœstitia. CORPORIS horror animi dolorem, mœstitiamque prodit, s. s. E. Circunfusa enim erat mœstitia quædam viro, & horror corporis. per quæ manifestus aspicientibus dolor cordis eius aspiciebatur. (2. Mach. 3.17.)

PVDEFIERI, CONFVNDI.

Irritum cõsilium vel votum. PVDOR qui & confusio atq. erubescentia dicitur, affectum animiq. perturbationem eius arguit, qui vel consilij constanter initi, vel concepti voti impos euaserit, s. s. E. Qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt; confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. &, Ad te Domine leuaui animam meam, Deus meus in te confido, non erubescam. &, Nõ erubescant in me, qui exspectant te Domine virtutum. Et confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ. Et confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores, &c. (Iere. 20.11. Psal. 24.1. Psal. 89.9. Psal. 70.13. Ioel. 1.11.)

Pœnitentia. Arguit etiam huiusmodi affectus malefactorum pœnitentiam, nonnunquam quidem seram, semper autem extortam, s. s. E. Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. &, In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me. (Psalm. 96.7. Sophon. 3.)

Redarguitio. Pudefit etiam accusator, qui non docet crimen aut calumniam in eo, cuius nomen detulerit, s. s. E. Sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam, vt in eo quod detractant, de vobis confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem. (1. Pet. 3.16.)

PARTVRIRE, PARERE.

Dolor. Discrimen. PARTVRIENTIS habitus ingentem dolorem, discrimenque magnum arguit, s. s. E. Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem. &, Ibi dolores, vt parturientis. &, Propterea impleti sunt lumbi mei dolore: & angustia possedit me, sicut angustia parturientis. &, Quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum, quasi parturientis. &, Nunc quare mœrorem contraheris? Nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit? Quia comprehendit te dolor sicut parturientis. Et filij venerunt vsque ad partum, & vires non habet parturiens. (Psal. 7. Psal. 47.7. Isai. 21.3. Iere. 30.6. Micha. 4. 4. Reg. 19.3)

Felicitas. Salus. Parere filios absque dolore subitam & insperatam salutem indicat, s. s. E. Antequam parturiret, peperit; antequam veniret tempus eius, peperit masculum. (Isai. 56.7.)

CIRCA ÆTATES OBSERVATIONES QVÆDAM.

PVERI.

Calamitas. PVERI in plateis proiecti & neglecti calamitosissimum arguunt ciuitatis statum, s. s. E. Effusum est in terra iecur meum, super contritionem filiæ populi mei, cùm deficeret paruulus & lactens, in plateis oppidi. Et leua ad Deum manus pro anima paruulorum tuorum, qui pereunt in fame, in capite omnium compitorum. (Thren. 2.11. Iudem. 19.)

Salubritas. Securitas. Puerorum ludentium frequentia salubritatem & securitatem magnam significat, s. s. E. Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius. (Zach. 8.5.)

SENES.

Felicitas reip. SENECTVS facilis & iucunda reip. felicitatem arguit, s. s. E. Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul, & conuertam luctum eorum in gaudium. (Iere. 31.13.)

Tranquillitas longæua vita. Illud etiam longæuam vitam & rerum securitatem indicat, quod scriptum est. Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Ierusalem, & viri baculus in manu eius, præ multitudine dierum. (Zach. 8.)

DE VESTITV.

VESTITVS variæ formæ conspiciuntur, & distinctam ac diuersam significationem habent. Sunt autem in vniuersum duo præcipua genera, ex materia definita,

finita, interq. se ferè opposita; nam quæ ex crassiori horridioriqúe materia constant, conditionem duriorem vel vitæ vel temporis indicant. Contrà verò, quæ ex tenui, molli & nitida materia sunt, statum & habitudinem indicant iucundiorem: sicut de vtroque genere
Hebr. 11. 37 scriptum est, In melotis & in pellibus caprinis egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. &,
Matt. 11. 8. Ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.

SACCVS.

SACCVS vestitus erat pœnitentium, atque præsentem calamitatem deprecantium, vel maxima aliqua miseria, vel ærumna, vel pressura affectorum: præterea publicam pœnitentiam vel sponte, vel Ecclesiastico iudicio professorum. Quorum omnium illa exem
Ezech. 7. 17 pla sunt. Et accingent se ciliciis, & operiet eos formido. & in omni facie confusio, & in vniuersis capitibus
Psal. 29. 12 eorum caluitium. &, Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, concidisti saccum meum, & circunde-
Thren. 2. 10. disti me lætitia. &, Consperserunt cinere capita sua,
Iob. 16. 15. accincti sunt ciliciis. Et saccum consui super cutem
Psal. 34. 13. meam, & operui cinere carnem meam. Ego autē cùm
Ion. 3. 6. mihi molesti essent, induebar cilicio. Et peruenit ver-
bum ad regem Niniuæ, & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Exspectatæ calamitatis deprecationes huiusmodi horrido vestitu fiebant, s. s. e. Quæ cùm audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti, & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamauit, ostendens amaritudinem animæ suæ. Est etiam eorum, qui publicè pœnitentiam ineunt, saccos induere, s. s. e. In die autem vigesima quarta huius mensis conuenerunt filij Israel in ieiunio & in saccis. Et leuans Dauid oculos suos
1. Par. 21. 5 vidit angelum Domini státem, inter cælum & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & versum cōtra Ierusalem, & ceciderunt tam ipse, quàm maiores natu
Matt. 11. 21 vestiti ciliciis, proni in terram. &, Si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere, pœnitentiam egissent.

Moestitia. Luctus. — Ezech. 7. 17 — Psal. 29. 12 — Thren. 2. 10. — Iob. 16. 15. — Psal. 34. 13. — Ion. 3. 6. — Pœnitētia. — Supplicatio — Deprecatio — Esth. 4. 2. — Publica pœnitentia. — Neh. 9. 1. — 1. Par. 21. 5 — Matt. 11. 21

Est etiam captiuorum vestitus, s. s. e. Et inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne ca
Amos. 8. 10. put caluitium. Ad hoc genus pertinet illud: Et tu fili
Ezech. 12. 3 hominis fac tibi vasa transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis, &c. Et huiusmodi vestes Ioseph
Gen. 41. 15 mutasse dicitur, ad Pharaonem Ægypti gratiam, collo-
Iere. 52. 33. quiumque admissus. & Euilmerodach rex Babylonis mutauit vestimenta carceris Ioachim regis Iudæ.

Seruitus. — Amos. 8. 10. — Ezech. 12. 3 — Gen. 41. 15 — Iere. 52. 33.

Pullatis vestibus vtebantur lugentes & afflicti, s. s. e. Quasi lugens & contristatus (Heb. pullatus) sic humi-
Psal. 34. 14 liabar. &, Quare contristatus incedo, dum affligit me
Psal. 41. 10 inimicus? Vestibus immundis indutum esse, immunditiam significat, & externam impuritatem, s. s. e.
Zacha. 3. 3. Et Iesus erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem angeli. Pannorum vsus pauperum & egestate oppressorum est, s. s. e. Quia vacantes potibus, & dan-
Prou. 23. 12 tes symbola consumentur, & vestietur pannis dormita-
Iacob. 2. 2. tio. Et si introierit vir pauper in sordido habitu.

Dolor. Moestitia. — Psal. 34. 14 — Psal. 41. 10 — Impuritas — Zacha. 3. 3. — Egestas. Paupertas. — Prou. 23. 12 — Iacob. 2. 2. — Matth. 11.

Molles vestes aulicorum & delicatorum hominum sunt, s. s. e. Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Etenim si introierit in conuentū vestrum vir annulum aureum habens in veste candida.

Delitiæ. Diuitiæ. — Iacob. 2. 2.

Candidæ vestes ad gloriam, maiestatem, puritatemque significandam ostenduntur. Sic enim Christi transfigurati vestimenta facta sunt alba, sicut nix. &, Maria
Matt. 17. 2 vidit duos angelos in albis sedētes. &, Ambulabunt me-
Ioan. 20. 12 cum in albis, quia digni sunt. &, Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de li-
Apoc. 3. 4. 5 bro vitæ. Et vt ipse spiritus interpretatur, vestes, inquit,
Apocal. 19. byssinæ iustificationes sanctorum sunt.

Maiestas. Gloria. — Puritas. Innocentia — Matt. 17. 2 — Ioan. 20. 12 — Apoc. 3. 4. 5 — Apocal. 19.

Vestes purpureæ siue hyacinthinæ supremæ & optimæ conditionis signum: contrà verò linum crudum, extremam significat conditionem, s. s. e. Ab eo, qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum, qui
operitur lino crudo. Et in omnibus istis, nemo portabat
1. Mach. 10. 14. diadema, nec inducebatur purpura, vt magnificaretur
Dan. 5. 16. in ea. &, Si vales scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestieris.

Conditio suprema & postrema. — Eccles. 40.

Vestes sordidæ & non lotæ, miserorum sunt suiqúe negligentium & vitæ pertæsorum, s. s. e. Mephibosethquoque filius Saul descendit in occursum regis, illotis
2. Reg. 19. 24. pedibus & intonsa barba, vestesque suas non lauerat, à die qua egressus est rex, vsque ad reuersionem eius in pace. Ornatus fœminei descriptio ciuitatum delitias & opulentiam indicat, s. s. e. Tu autem vastata
Iere. 4. 30. quid facies? cum vestieris te coccino, cùm ornata fueris monili aureo; & pinxeris stibio oculos tuos, &c.

Miseria. Negligētia — 2. Reg. 19. 24. — Delitiæ. Opulentia. — Iere. 4. 30.

NVDITAS.

INFANTILIS nuditas inopiam significat magnā, & necessariarum rerum defectum, s. s. e. Ne forte expo-
Osc. 2. 5. liem eam nudam, & statuam eam secundùm diem natiuitatis suæ. Nuditas & vestimentorum neglectio magnam arguit mœstitudinem ex grauissima pertur-
Mich. 1. 8. batione doloris. Arguit etiam rei charissimæ desiderium, s. s. e. Super hoc plangam & vlulabo, vadam spoliatus & nudus, faciam planctum quasi draconum, & luctum quasi struthionum.

Inopia. — Osc. 2. 5. — Moestitudo Desiderium — Mich. 1. 8.

Nudi etiam aut maxima ex parte spoliati captiui du
Isai. 47. 3 cuntur, s. s. e. Denuda turpitudinem tuā, reuela crura, transi flumina, reuelabitur ignominia tua; & videbitur opprobrium tuum. Et transite vobis habitatio pulchra
Mich. 1. 11. confusa ignominia.

Captiuitas. — Isai. 47. 3 — Mich. 1. 11.

Nuditas etiam mentis commotionem: vt vestitus contrà sanitatem ostendit; vtroque enim argumento
Marc. 5. illius hominis, à dæmonio prius vexati, & deinde à Christo liberati conditiones Euangelista descripsit.

Insania. Sanitas. — Marc. 5.

Nuditas in fuga & vestium desertio, fugā vehementem atque impotentem significat, s. s. e. Et robustus
Amos. 2. 15 corde nudus fugiet in die illa. &, Adolescens quidam
Marc. 14. 51 sequutus est eum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta sindone nudus profugit ab eis. Nuditas capitis, & pedum, & labiorū velatio, panis sordidi vsus, hæc omnia luctum grauem comitantur, ob desiderium charissimi capitis, s. s. e. Fili homi-
Ezec. 24. 16 nis, Ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ, ingemisce tacens. Mortuorum luctum non facies, corona tua circumligata sit tibi. Et calciamenta tua erunt in pedibus tuis. Nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Calciamenta detrahi, vestium sinibus collectis crura nudari, afflictarum rerum aut omnino pessundatarū signum est, s. s. e.
Iere. 13. 23 Propter multitudinem iniquitatis tuæ, reuelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ.

Fuga impotens. — Amos. 2. 15 — Marc. 14. 51 — Desideriū. Luctus. — Ezec. 24. 16 — Afflictio. Calamitas. — Iere. 13. 23

Nuditas etiam ignominiosa & pudenda res est, ideoque veræ religionis & bene institutæ reip. priuationē & carentiam significat, necnon & peccatoris conditionē turpissimā oculisq. Dei exosam, s. s. e. Ecce ego congre-
Ezec. 16. 37 gabo omnes amatores tuos, quibus commixta es: & omnes quos dilexisti, cum vniuersis quos oderas; & congregabo eos super te vndique. Et nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam. &, Vt vestimentis albis induaris, vt non
Apocal. 3. 18 appareat confusio nuditatis tuæ. &, Beatus qui vigilat
Apoc. 16. 15 & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

Reip. & religionis euersio. — Ezec. 16. 37 — Apocal. 3. 18 — Apoc. 16. 15

DE IIS, QVI CIRCA VESTES OBSERVANTVR, HABITIBVS.

VESTIVM laceratio siue conscissio vel publica vel priuata, ingētem animi dolorem; vel ob cōmunem, vel ob priuatam calamitatem vel calamitatis exspectationem, vel ob aliam indignitatem acceptum indicabat. Nam in chari capitis obitu & desiderio, in publicæ miseriæ sensu, in diuinæ maiestatis contemptione audita vel cognita, in maximi denique sceleris alicuius admissi detestatione vestes lacerare antiqui consueuere.

Hic enim gestus & ipsos, qui subirent grauiter, perturbatos significabat; & spectatores vehementer mouebat. Sic Athalia conspirationis aduersum se pro regia familia initæ certior facta, scidit vestimenta sua, & ait, Insidiæ, insidiæ. &, Iosias audita lectione libri Legis, in templo reperti, scidit vestimenta sua, & præcepit Helciæ & Ahicham filio Saphan & Achobor filio Micha; Saphan quoque scribæ & Asaiæ seruo regis, dicens, Ite & orate Dominum pro me, & pro reliquiis Israel & Iuda, super vniuersis sermonibus libri istius, qui repertus est: magnus enim furor Dominini stillauit super nos, &c. Sic & filij Israel perturbati propter dedecus, & notam generi suo inustam, scypho Iosephi in Biniamin fratris sarcinis inuento, sciderunt vestimenta sua. Vestes etiam scindunt suas Barnabas & Paulus ex perturbatione, quòd se præter fas pro diis coli animaduerterent. Sic turba Iudæorum vestibus scissis & proiectis, puluerem in aëra iactabant; blasphemiæ damnantes Paulum, & detestati. quanquam iniquè tamen ex more gestus inibatur. Est etiam vestium scissio aliquando pœnitentiæ signum exterius, s. s. e. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.

Indignatio Dolor, animi impatientia. 2.Par.23.13 2.Pa.24.18 Gen.44.22. Acto.14.13 Acto.22.23 Ioel.2.14.

Vestem deserere, signum est præcipitis atque impotentis fugæ, animumque vehementi turbatum metu arguit, s. s. e. Et robustus corde, &c. &, Qui in agro est, non reuertatur retrò tollere vestimentum suum. &, Iuuenis ille qui sequebatur Iesum amictus sindone, super nudum, cùm teneretur, reiecta sindone, nudus profugit.

Fuga præceps. Amos.2.16. Marc.13.16 Mar.14.52

Præcinctæ vestes, promptum, paratum, expeditumq. ad agendum significant hominem, s. s. e. Et vidi, & ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo. Et Deus, qui præcinxit me virtute. &, Sint lumbi vestri præcincti. &, Præcingere, & calcia te caligas tuas. Vestes non exuere, vigilantiam & studium, atque curam erga susceptum negotium indicat, s. s. e. Ego autem & fratres mei, & pueri mei, & custodes, qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra, vnusquisque tantùm nudabatur ad baptismum.

Expeditio. Daniel.10.5 Psal 17.33. Luc. 12. Acto.12.8. Vigilantia. Studium. Nehe.4.23.

Vestiri & nudari symbolicôs consuetudinem dissuetudinemq; significat, & variorum morum vsum, s. s. e. Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. &, Induimini Dominũ nostrum Iesum Christum; satagite per bonam cõuersationem vt induamini eum.

Consuetudo. Dissuetudo. Rom.13.12

Nonnunquam ex forma & genere vestium munus & officium personæ cognoscitur, s. s. e. Et induit se Ionathas stola sancta septimo mense anno 160. quo vestitu Sacerdos indicatur.

Munus. Persona. 1.Mach. 10 21.

Vestes præscindere alicui, genus fuit contumeliæ & ignominiæ grauissimum, s. s. e. Igitur Hanon pueros Dauid derasit & decaluauit. Et præscidit tunicas eorũ à natibus vsque ad pedes. Ad hoc genus illud spectat: Et magistratus scissis tunicis eorum, iusserunt eos virgis cædi.

Ignominia 1.Paral.19. 24. Acto.16.22

Vestes cruentatæ vulnera arguunt eorum ipsorum, à quibus gestantur, s. s. e. Errauerunt cæci in plateis, polluti sunt sanguine; cumque non possent, tenuerunt lacinias suas.

Vulnera. Thren.4.

Vestes proprias alicui prætereunti sternere, summi honoris ac maximæ obseruationis argumentum est. Id quod Christo regi suscepto à Ierosolymitana gẽte præstitum Euangelistæ describunt.

Plausus. Obseruatio maxima. Matth.21. Marc.11.

Vestitum esse & compositum, sanam mentem indicat, in eo, qui antea insaniebat, & dæmoniis actus nudus agebat. Huiusmodi argumento furiosissimus ille dæmoniacus anteà, liberatus probabatur iis, quibus notus erat.

Sanitas mentis. Marc.5.

Vestitum & calciatum aliquem arripi, furiosum indignationis impetum in eo arguit, à quo iubetur arripi, s. s. e. Et confestim viri illi vincti cum braccis suis, & tiaris, & calciamentis, & vestibus missi sunt in medio fornacis ignis ardentis.

Indignatio Tumultus. Daniel.5.22

Velatum esse facie, cæcitatem, & cognitionis, ac mentis turbationem significat, ex D. Pauli interpretatione & longa expositione, in Epistola ad Corinth.

Ignoratio. 2.Cor.3.12

Sinus vestis super faciem mulieris impositæ, habitus est prostitutæ & impudicæ fœminæ, s. s. e. Ecce ego ad te, dicit Dominus, & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam Gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.

Prostitutio Nah.3.5.

GESTAMINA VT ARMA, &c.

VNCTIO.

BACVLVS à iuuene gestatus paupertatem & conditionem tenuem arguit, s. s. e. In baculo meo transiui Iordanem istum; & nunc regredior cum duabus turmis. Senex verò baculum gestans, longam vitam & placidam senectam significat, s. s. e. Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Ierusalem, & viri baculus in manu eius, præ multitudine dierum.

Paupertas. Gen.32.10. Vita longa. Zach.8.4

Armatum esse ex verbo חלץ Hebraico expeditionẽ ad rem gerendam significat, s. s. e. Filij Iuda portantes clypeum & hastam sex millia octingenti expediti ad prœlium.

Expeditio. 1.Paral.12.

Vnctum esse, eorum est, qui in dignitate vel regia, vel sacerdotali constituti sunt, s. s. e. Si Sacerdos qui vnctus est peccauerit. Et filij Aaron, & qui vncti sunt. &, Cras mittam ad te virum, de tribu Beniamin; vnges eum ducem super populum meum Israel. &, Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum. Et spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit me.

Sacerdotalis dignitas. Regia dignitas. Leuit.4.3. Numer.3.3. 1.Reg.9. Psal.88.21 Isai.61.1.

Est & alia priuatorum hominum vnctio, quæ lætitiam, delitias, voluptatemque significat & indicat, s. s. e. Lauare igitur & vngere & induere cultioribus vestimentis. &, Laui te, & vnxi te oleo. &, Tu autem cùm ieiunas, vnge oleo caput tuum. &, Oliuas plantabis, & non vngeris oleo.

Lætitia. Cultus. Voluptas. Ruth 3.4. Matth.6.17 Ezec.16.9.

Medicamentorum genus etiam est olei vnctio, magis à Deo ex ritu, cæremonia & significatione, quàm ex natura efficax, s. s. e. Et vngebant oleo multos ægrotos, & sanabantur. Quod apud Iacobum legimus de sacramento vnctionis, aliâs explicabimus.

Medicamentum. Marc.6.13. Iacob.5.

CORONA.

CORONA gloriæ plerumque index est eorum, qui propter dignitatem aut res præclarè gestas insigniuntur, s. s. e. Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. &, In humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi? Et posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Gloria. Dignitas. Iob.19.9. Iob.31.36. Psal.20.4.

Sed aliquando vitiosam & voluptatibus deditam vitam corona arguit. Solebant enim in conuiuiis coronis & vnguentis vti antiqui, s. s. e. Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim.

Ebrietas. Voluptas. Isai.28.1.

SCEPTRVM.

SCEPTRVM extendere, annuentis regis habitus est, s. s. e. At ille ex more sceptrum aureum prætendit manu. quo signum clementiæ monstrabatur.

Annuere. Esth.8.3.

GLADIVS.

GLADII euaginatio aut etiam vibratio, vltionis & vindictæ minas significat, atque etiam terrorem illis, in quos vibratur, incutiendum, s. s. e. Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Et gladium suum vibrabit. &, Cùm volare cœperit gladius meus super facies eorum: & obstupescent repente singuli pro anima sua, in die ruinæ suæ.

Vltio. Terror. Exod.15. Psalm.7.13. Ezec.32.11

VEXILLVM vel SIGNVM.

VEXILLVM vel signum in altum sublatum, conuocationem significat, s. s. e. Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate signum in Sion. &, Leuate signum in terra, clangite buccina in montibus.

Cõuocatio Ierem.4.6. Iere.51.12

Vexillum super muros statutũ victoriæ signum est, s. s. e.

Victoria.

Iere. 51. 12 S. S. E. Super muros Babylonis leuate signum, augete custodiam, leuate custodes, præparate insidias, &c.

TVBA.

Pax. Securitas. Iere. 42. 14. TVBÆ sonitum vel clangorem non audire, à bello procul esse significat. vt, Ad terram Ægypti pergemus, vbi bellum non videbimus, & clangorem tubæ non audiemus.

CRVX.

Deliberatũ periculum. CRVCEM baiulare aliquem, ignominiæ & periculi subeundi signum est: isque dicitur crucem suam tollere, qui deliberato animo sese mortis etiam ignominiosæ periculo, propter aliquam causam, constanter obiicit. vt, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Mare. 8. 14

TENTORIVM.

Bellum deliberatum. TENTORIVM fixum, ducem aut imperatorem bellum deliberato animo suscipientem & inferentem loco alicui indicat. vt, Ecce ego mittam & assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & ponam thronum, Hebraicè tentorium eius, super lapides istos, quos abscondi. Et statuet solium suum super eos, venienſque percutiet terram, &c. Ine. 43. 11.

CLAMOR.

Longior auditio. CLAMOR in montibus editus, longiùs auditur, atque ad hanc significationẽ illud spectat: Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem. Sic etiam apud Ieremiam: Hæc dicit Dominus, Vox in excelso audita est lamentationis, luctus & fletus Rachel. Isai. 52. 7. Iere. 31. 15.

Coactio. Cõuocatio Aliquando congregandi populi causa, in montibus clamatur, S. S. E. Annuntiate in Iudah, & in Ierusalem auditum facite, loquimini & canite tuba in terra.

Calamitas. Miseria. Ierem. 4. 22. Clamor in domibus ipsis turbationem subitam ex repentina calamitate & miseria ortam arguit, S. S. E. Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim super eos latronem repentè.

FREMITVS.

Alacritas. Isai. 42. 13. FREMITVS & vox vehemens atque magna, alacrem fortemque in bello animum indicat, S. S. E. Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum: vociferabitur & clamabit, super inimicos suos confortabitur. Indignationem præterea & zelum atque vltionis cupiditatem ostendit fremitus in eo à quo editur, S. S. E. Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo suo dabit vocem suam, rugiens rugiet super decorem suum. Iere. 25. 30.

GEMITVS.

Oppressio. GEMITVS oppressorum est, S. S. E. Cùm impij sumpserint principatum, gemet populus. &, Non plangetis neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, & vnusquisque gemet ad fratrem suum. &, Vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum. &, Miles captiuus abductus est, & ancillæ eius minabantur, gementes vt columbæ. Prou. 29. 2. Ezec. 24. 23 Psal. 101. 6. Nahum. 2. 7

Pœnitentia fera. Est etiam pœnitentiæ comes gemitus, sed aliquando nimium seræ, S. S. E. Ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & gemas in nouissimis, quando consumpseris carnes tuas & corpus tuum. Prouer. 5. 11

Inuitus. Coactio. Hebr. 13. 17. Gemunt etiam ij, qui inuiti aliquid agunt, S. S. E. Vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc enim non expedit vobis.

Interfectio Prætereà gemitus in bello necem & stragem arguũt occisorum, S. S. E. Nunquid non à sonitu ruinę tuæ & gemitu interfectorum tuorum cõmouebuntur insulæ? Et gement gemitibus interfecti, coram facie eius. Ezec. 26. 15 Ezec. 30. 24

FLERE, FLETVS, PLANCTVS.

Mœstitia. Desideriũ. Psal. 136. Isai. 22. 4. FLETVS mœstitiæ & desiderij magni erga rem charam index est, S. S. E. Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus dum recordaremur tui Sion. &, Recedite à me, amarè flebo, nolite incumbere vt consolemini me, super vastitatem filiæ populi mei. Atque ita in filiorum, aut aliâs charissimorum capitum desiderio fletus mentio fit.

Lætitia. Sed etiam ex lætitia subita impotẽtiq. animi gaudio fletus erumpit, S. S. E. In diebus illis & in tempore illo venient filii Israel, & filij Iuda simul ambulantes & flentes properabunt, & Dominum Deum suum quærent. Hoc modo Ioseph ex subita & magna lætitia agnitis fratribus, fratres autem ex lætitia simul & pœnitentia simul fleuisse accepimus, S. S. E. Cumque amplexatus recidisset super collum Beniamin fleuit, illo quoque flente super collum eius, &c. Ierem. 50. 4 Gen 45. 14

Desideriũ. Planctus calamitatem vel priuatam vel publicam arguit, aut desiderium personæ charissimæ vel benemerentis, S. S. E. Celebrauerunt exequias planctu magno atque vehemente. Et completi sunt dies planctus lugentium Mosen. &, Conuertisti planctum meum in gaudium mihi. illud verò ad publicæ calamitatis planctum indicandum facit. Vox clamoris de Horonaim, vastitas & contritio magna. Genes. 50. 4 Deut. 34. 8. Iere. 48. 3.

LÆTITIA, EXVLTATIO.

Felicitas. Gratia diuina. LÆTITIA, cùm ad cælum & terram, atque ad inanimatas res refertur, roris, & fructuum felicitatem, vbertatemque maximam indicat, atque allegoricos diuini spiritus gratiam abundanter hominibus communicatam, S. S. E. Laudate cæli, quoniam misericordiam fecit Dominus, iubilate extrema terræ, resonate montes laudationem saltus, & omne lignum eius, quoniam redemit Dominus Iacob, & Israel gloriabitur. &, Lætentur cæli, & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius, gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt. Nam de hominum lætitia, satis, abundeque in libro de Arcano sermone est explicatum. Isai. 44. 23. Psal. 95. 12.

Lætificare aliquem, est voti cõpotem efficere, S. S. E. Exaltasti dexteram deprimentium eum, lætificasti omnes inimicos eius. Psal. 88. 43.

Exultare eorum est, quibus magnum aliquod beneficium diuinitus contigit, vel votum ex animi sententia cessit, S. S. E. Exultauit cor meum in Domino: & exaltatum est cor meum in Deo meo. &, Lætabor & exultabo in te. &, Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. 1. Reg. 2. 1. Psal 9. 3. Psalm. 106. 22.

LAVDARE, LAVS, BEATIFICATIO.

Gratulatio. Supplicatio Psal. 21. 23. LAVDATIO aut ab aliquo beneficiis affecto proficiscitur, atque ita vox est, & oratio mentis gratulantis, S. S. E. In medio Ecclesiæ laudabo te. Qui timetis Dominum, laudate eum. Vniuersum semen Iacob glorificate eum. Laudabunt Dominũ, qui requirunt eum: viuent corda eorum in sæculum. &, Laudа habitatio Sion. Isai. 12. 6.

Prædicatio Commendatio. Aut etiam alienæ virtutis, probitatis vel felicitatis testimonium ac prædicatio laus est, S. S. E. Et nuntiauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eum. &, Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suę. Et laudet te alienus, & non os tuum. &, Laudaui magis mortuos quàm viuentes. &, Beatos vos dicent omnes Gentes, eritis enim vos terra desiderabilis. &, Beatam me dicent omnes generationes. Gen. 12. 15. Psal. 10. 3 Prouer. 17. 2 Mal. 21. 12 Luc. 1.

CANTVS, CANERE.

Laus. Gratulatio. Commendatio. CANTVS lætum affectum plerumque significat, & ad laudationem non rarò refertur: est enim eorum, qui vel beneficio affecti sunt, vel aliâs voti compotes euasere, S. S. E. Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi. Et misericordias Domini in æternum cantabo. Et psalmos nostros cantabimus in domo Domini. Psalm. 12. 6 Psalm. 88. 2 Isai. 38. 20.

Tristitiæ expulsio. Solet etiam mœstitiæ depulsæ, gaudiique succedentis cantus esse testis, S. S. E. Et nunc qui redempti sunt à Domino, reuertentur & venient in Sion laudantes, Hebraicè canentes, & lætitia sempiterna super capita eorum. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti. Isai. 51. 12. Ose. 2. 15.

Diffamatio

Nonnunquam verò cantus in alicuius opprobrium, ignominiam, vituperationemque initur, & idem est, quod fabula aut libellus infamiæ apud Latinos, s. s. e. In me psallebant qui bibebant vinum, s. s. e. Sessionem eorum & resurrectionem eorum vide, ego sum psalmus eorum. *Psal 68. 13* *Thren. 3. 63.*

CORNV SONARE.

Belli indicatio.

CORNV vel buccina sonans excitationem & hominum conuocationem ad bellum, præsertim significat; quanquam & aliis etiam nominibus cornu sonatur: veruntamen semper monendi causa, s. s. e. Leuate signum in terra, clangite buccina in montibus, sanctificate super eam gentes: annuntiate contra illam regibus. Et ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annuntiauerit populo, &c. *Ierem. 51. 27* *Ezech. 33. 3*

LABORARE.

Oppressio. Difficultas.

LABORANDI verbo & similitudine magnam oppressionem aut difficillimum opus & onus aliquando significant sacræ literæ, s. s. e. Dico vobis, quid fecerint nobis Syri, sciunt quòd fame laboremus. Et laboraui in gemitu meo. Et frustrà laborauit, nullo timore cogente. Et facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens. Illud autem magno mysterio à Christo Domino pronuntiatum grauissimum peccatorum pondus significat, quo filij Adæ miserè vrgentur. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. *4. Reg. 7. 12* *Psal. 6. 7.* *Iob. 39. 19.* *Isai. 1. 14.* Molestia. Peccata. *Matt. 11. 28*

DOLERE.

Affectus grauissimus

DOLET aliquis vel suam vel alienam vicem; estq. grauissimus affectus dolor à corpore ad animum similitudine translata, s. s. e. Non est qui vicem meam doleat, hoc est, qui res meas curet bono studio. &, Doleo super te frater mi Ionathan. *1. Reg. 22. 8* *2. Reg. 1. 26*

Animi demissio.

Est autem dolor parturientis magnus, & periculo proximus, isque affectus in similitudinem adductus, animi demissionem & consilij inopiam ferè significat, s. s. e. Quasi parturiens dolebunt. &, Ibi dolores vt parturientis. In vniuersum autem dolor magnum & difficilem laborem arguit. *Isai. 13. 8* *Psal. 47. 7.*

MORS.

Insania. Perturbatio.

MORTIS significationes in libro de Arcano sermone docuimus: ad hanc verò quam nunc sequimur rationem, illud obseruari operæpretium fuerit, mortis similitudine insaniæ affectum & animi perturbationem vehementem significari, s. s. e. Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. *Isai. 59. 10.*

DE ACTIONIBVS.

ACTIONES etiam ad exteriorem vel personam, vel rem transeuntes sua significatione non carent, quarum genera quædam breuiter exponemus, quibus aliorum etiam rationes cognosci possint.

LIGARE, INVOLVERE.

Difficultas. Impedimentum.

LIGATIO impedimentum arguit; non enim si quis ligetur, procedere potest, aut ex animi sententia ambulare, s. s. e. Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula; & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum. *Ezech. 3. 25*

Absconsio. Custodia.

Res etiam ligantur ad conseruationem & absconsionem, siue custodiam; in chartis enim aut aliàs in tela vel alio inuolucro colligari solent, quæ chara sunt, & ad custodiam seponuntur, s. s. e. Colligata est iniquitas Ephraim, & absconditũ est peccatum eius. *Ose. 13. 12.*

Spoliatio.

Inuolui autem solent res, quæ aliò asportandæ sunt, atque eiusmodi similitudine actionis spoliationem & prædam actam interpretamur, s. s. e. Et amicietur terra Ægypti, sicut amicitur pastor pallio suo, & egredietur inde in pace. *Iere. 43. 13.*

MOLERE.

MOLERE captiuorum & seruorum est, eamque vitæ conditionem arguit, s. s. e. Tolle molam & mole farinam. Sic etiam Samson in carcere molebat. Et duæ erunt molentes in mola, vna assumetur & altera relinquetur. *Isai. 47. 2.* *Iud. 16. 21.* *Matth. 24.*

EFFVNDERE vel DIFFVNDERE.

COPIÆ abundantiæq. signũ est effusio siue diffusio, eandemq. rem significat, siue in bonum siue in malum, s. s. e. Effundam spiritum meum super omnem carnem. &, Diffusa est gratia in labiis tuis. &, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctũ, qui datus est nobis. &, Effuderunt sanguinem eorum in circuitu Ierusalem. &, Effunde super eos iram tuam. *Ioel. 2. 28.* *Psal. 44.* *Rom. 5. 5.* *Psal. 78. 3* *Psal. 68. 25.*

INSVFFLARE.

Virtutis cõmunicatio.

INSVFFLARE in alium virtutis communicatæ signum est: Sic enim naturæ humanæ mentem cognitionis & virtutis compotem à Deo donatam fuisse legimus. vt, Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Et Christus virtutẽ, facultatem & auctoritatem magnam, Spiritus etiam sancti communicationem ad ministerium obeundum opportunam tradidisse dicitur huiusmodi actione, s. s. e. Hoc cùm dixisset, insufflauit, & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. *Genes. 2. 7.* *Ioban. 20.*

CONCVLCARE.

Humiliatio. Deiectio. Neglectio. Contemptio.

CONCVLCANTVR ea, quæ vel subiguntur & domantur, vel contemnuntur, atque damnantur, vt inutilia, s. s. e. Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim. Et nolite mittere margaritas ante porcos, ne fortè conculcent eas, & conuersi dirumpant vos. *Isai. 28. 2.* *Matth. 5. 8.*

QVÆRERE.

Desideratio

QVÆRI aliquam rem, nec reperiri tamen, idem significat quod non extare ac periisse, s. s. e. In nihilum redigam te, & non eris, & requisita non inuenieris. *Eze. 26. 21*

TENERE siue APPREHENDERE.

Vis.

TENERE siue apprehendere ex verbo Græco κρατεῖν, propriè ad vim allatam significandam dicitur, s. s. e. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum, &c. *Matt. 18. 27*

TANGERE.

Animatio. Restitutio.

TANGERE aliquem ad animationem & metus ac pauoris ademptionem, denique ad virtutis instaurationem pertinet, s. s. e. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde, & accessit Iesus, & tetigit eos, dicens: Surgite, & nolite timere. *Matt. 17. 6.*

FERIRE.

Contumelia grauis.

FERIRE alapis aliquem, grauissimæ contumeliæ genus est, s. s. e. Ideo etiam bis à Iohanne Euangelista in historia passionis Domini notatur. *Ioh. 18. 22.* *19. 3.*

CVRATIO & SANATIO.

Remissio. Venia.

PECCATORVM remissionem & condonationem sanandi verbis & curandi, sacer sermo significat. Est enim grauissima animorum ægritudo peccatum, & quæ ad interitum deducat. Imò quod magis formidandum sit, est interitus ipse, s. s. e. Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras. *Ierem. 3. 22.*

ABSCONDERE, ABSCONDI, LATERE.

Fallere.

ABSCONDERE se, aut latere, fallendi studiũ animumque significat, s. s. e. Et abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini, in medio ligni paradisi. &, Vocem tuam audiui in paradiso, & timui eò quòd nudus essem, & abscondi me. Et panis absconditus suauior. &, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. *Gen. 3. 9* *Prouer. 9. 17* *Prou. 28. 1.*

Insidiæ.

Est etiam insidias parantium abscondere & abscondi, s. s. e. Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustrà. Et captio quam abscondit, apprehendat eum. Et absconderunt superbi laqueum mihi. *Prou. 1. 11.* *Psal. 34. 7.*

Seposito

Est etiam abscondere rem aliquam vel charam vel sanctam,

Res chara. sanctam vel secretam nec omnibus communem, sed
Psal.30.20 quibusdam paratam seruare, s.s.e. Quàm magna mul
titudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti ti-
Psal.30.39 mentibus te! Et non abscondi misericordiam tuam, &
veritatem tuam à consilio multo. Atque ad hanc sen-
tentiam omnis fere ratio thesaurorum, & aliarum re-
Isai.45.3. rum absconditarum refertur, s. s. e. Dabo tibi thesau-
ros absconditos & arcana secretorum, &c.

Obseruantia. Iuuenes præsentibus senibus abscondi, honoris ac
obseruantiæ & reuerentiæ significationē exhibet. s.s.e.
Iob.29.8. Videbant me iuuenes, & abscondebantur: & senes as-
surgentes stabant mihi.

RELINQVERE.

Studium. RELINQVERE rem aliquam aliâs non negli-
gendam, siue opus inceptum, cogitationem aliò tra-
ductam indicat, magno studio adiuncto & celerita-
Ioan.4.28 tis cura. Sic enim Samaritis illa fœmina, relicta hydria,
in vrbem cucurrisse describitur, magna cupiditate nun
tiandæ Christi magnitudinis.

DVCERE.

Doctrina. Disciplina. Luc.6. DVCERE propriè ducum est, sed transfertur ad
præceptores & magistros, s.s.e. Nunquid potest cæ-
cus cæcum ducere?

Capi. Vinci. Mar.14.44 Matt.10.18 Iob.21.18. Est etiam captorum, vinctorum, & damnatorũ du-
ci, s. s. e. Tenete eum, & ducite cautè. Et ad reges du-
cemini propter me. Et alius te cinget, & ducet quò
volet.

SCRIBERE.

Affirmatio. Comprobatio. Isai.44.5. Phile.19. 2.Thess.3.17. SCRIBERE manu propria, affirmantium & com
probantium est, s. s. e. Iste dicet, Domini ego sum. Et
ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua
Domino. &, Ego Paulus scripsi manu mea. &, Salutatio mea manu Pauli.

ÆDIFICARE.

Securitas. ÆDIFICARE & plantare pacis, securitatis &
Exec.28.26 quietis cogitationem indicat, s. s. e. Et habitabunt in
ea securi, & ædificabunt domos, & plantabunt vineas,
& habitabunt confidenter.

CONDITIONVM HABITVS.

SVNT etiam & in hominum conditionibus habituum obseruationes quædam illustres, magnæque significationis, ad scripturarum cognoscendam sententiam, quas suis in locis obseruare, fuerit oportunum. vt si rex sedens describatur, regia auctoritate, atque munere suo fungi cognoscitur. Sic etiam præceptor sedens aut stans; magister os aperiens. Quorum plurima & varia exempla cùm sint, nos quædam certa genera tantùm subiiciemus; ex quibus aliorum in suis ordinibus ratio, per similitudinem aut collationem explicetur.

IVVENTVS.

Tranquillitas. Ierem.31.13. VT iuuentus læta, quæ publicæ rei tranquillitatē &
felicitatem indicat, s.s.e. Tũc lætabitur virgo in choro,
iuuenes & senes simul. Et cõuertam luctum eorum in
Psal.67.26 gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo.
Et præuenerunt principes cõiuncti psallentibus in medio iuuẽcularum tympanistriarum. Contra verò iuuenes lętitia carentes rerum perturbationem, & miserum
Turbatio Reipub. Thren 5.14 statum indicant, s. s. e. Senes defecerunt de portis, &
iuuenes de choro psallentium.

SACERDOS.

Felicitas. SACERDOS bene habens & lætus, felicem rerum
cõstitutionem securumq. tempus & gratia Dei abun-
Ierem.31.14. dantem Ecclesiam mysticè indicat, s. s. e. Et inebriabo
animam sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur.

CAPTIVI.

Migratio. Abductio. CAPTIVI & migrantes siue abducti à victoribus
in aliam regionem certos habitus & vestes, & supelle-
Ierem.46.18. ctilem habent, s.s.e. Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti.

ANIMANTIVM HABITVS.

IN cæteris etiam, præter hominem, animantibus, suos habitus variarum affectionum indices, notari obseruariq̃ solent: quos eadem quoque ratione cognitu dignos arbitramur. Nihil enim est in sacris libris vel minimum descriptum, quod vel significatione careat certa, vel diligentem cognitionem à lectoribus studiosis non requirat. Huius igitur generis quædam à nobis obseruata capita breuibus exponemus exemplis.

AVIS.

Celeritas. Diligentia. Isai.31.5 AVES volantes celeritatem, diligentiam & atten-
tionem docent, ex qua similitudine illud scriptum est:
Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituum
Ierusalem, protegens & liberans, transiens & saluans.
Vastatio. Ierem.4.20. Aues libere vagantes, & temerè prouolantes, vastatio-
nem locorum arguunt, s. s. e. Intuitus sum, & non erat
homo, & omne volatile cæli recessit.

Hostes. Aues & feræ cadauera lacerantes, hostium grauissi-
morum, & nocentissimorum imaginem præbent, s.s.e.
Ierem.12.20 Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? Nunquid
auis tincta, per totum? Venite & congregamini omnes
bestiæ terræ, properate ad deuorandum.

BOS, ASINVS.

Fertilitas. BOS & asinus in segetem immissus, agrorum luxu-
riem & anni felicitatem, terræque fertilitatem signi-
Isai.32.20 ficat, s. s. e. Beati, qui seminatis super omnes aquas, im-
mittentes pedem bouis & asini.

CANIS.

Speculator improbus. CANIS vigiliam & custodiam significat, vt in Ar-
cano sermone docuimus. Quam ob rem canis mutus
Prophetā & Sacerdotē cũ qui officio suo deest, descri-
Isai.56.10. ptione apposita, indicat, s.s.e. Speculatores eius cęci om
nes nescierũt vniuersi, canes muti non valentes latrare.

FERÆ.

Hostis cruentus. Ierem.4.20. FERÆ cadauera lacerantes, hostes crudelissimos
bello infestos indicant, s. s. e. Venite, congregamini
omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum.

COLVBER, DRACO, &c. eius generis.

Ariditas. Vastatio. COLVBRI quiescẽtes loci ipsius tum vastitatem,
tum etiam ariditatem & siccitatem intemperatam ar-
Isai.35.7. guunt. Etenim hoc genus arida & inhospita loca amat,
s. s. e. In cubilibus, in quibus prius habitabant dra-
Ierem.49.33. cones, orietur viror calami ac iunci. Et erit Asor in habitaculum draconum deserta vsque in æternum, non
manebit in ea vir, &c.

Securitas. Coluber innocens, securitatem & felicitatem indi-
Isai.65.25. cat, s. s. e. Serpenti puluis panis eius, non nocebunt,
neque occident in omni monte sancto meo.

DE RERVM ALIARVM HABITV.

MVLTI etiam in rebus iis, quæ secundùm naturam existunt & fiunt, habitus spectantur, siue id genus habitudines dicere malumus, quarum diligens obseruatio plurimum ad scripturarum sententiam expendendā atque explicandam afferre potest adimenti. Earum autem nos summa quædam capita certis exemplis illustrata indicabimus, satis vt arbitramur, ad eiusmodi genus omne ex nostrarum collatione obseruationum cognoscendum, lucis allatura.

CÆLVM.

Timor. Terror. Perturbatio. Isai.13.10 CÆLI commotio & turbatio timorem & ter-
rorem, dolorem, calamitatem etiam, & animorum
perturbationem affert, idque eiusmodi descriptiones
significant, s. s. e. Quoniam stellæ cæli, & splendor ea-
rum non expandent lumen suum. Obtenebratus est
Sol in

Sol in ortu suo, & Luna non splendebit in lumine suo.
Isai. 50. 3. &, Induam cælos tenebris, & saccum ponam vestimen-
Ierem. 4. 20 tum eorum. Et aspexi terram, & ecce vacua erat, & ni-
Ibidem. 8. hili; & cælos, & non erat lux in eis. Et lugebit omnis
terra, & mœrebunt cæli desuper, eò quòd locutus sum;
Ezech. 32. 7 cogitaui & non pænituit me, & operiam cùm extinctus
fueris, cælos, & nigrescere faciam stellas eius: Solem
nube tegam, & Luna non dabit lumen suum, omnia
luminaria cæli mœrere faciam super te, & dabo tene-
Ioel. 2. 9 bras super terram tuam, dicit Dominus Deus. Et à fa-
cie eius contremuit terra, & cæli moti sunt; Sol & Lu-
na obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem
suum.

Indignatio Dei. Cælorum concitatio & perturbatio, atque, vt ita in-
terpretemur, desolatio, magnam Dei indignationem
significat, ob improborum hominum stultissima con-
Iere. 2. 12. silia & opera, S. S. E. Obstupescite cæli super hoc, &
portæ eius desolamini vehementer, dicit Dominus.
Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt
fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas cisternas
dissipatas, quæ continere non valent aquas.

Lætitia. Maxima felicitas. Cæli & terræ cantus lætitiam summam significat,
Isai. 49. 13. S. S. E. Laudate cæli, & exulta terra, iubilate montes
Iere. 51. 48. laudem, quia consolatus est Dominus populum suum.
Et laudabunt super Babylonem cæli & terra, & omnia
quæ in eis sunt, quia ab Aquilone venient ei prædones,
ait Dominus.

SOL.

Calamitas. Indignatio. Vltio. SOLIS obtenebratio, obscuratio vel denigratio,
maximam miseriam, calamitatem, atque etiam Dei
iram, indignationemque aut vltionem etiam prodit,
idque perpetuum multis exemplis obseruatur, S. S. E.
Isai. 24. 23. Erubescet Luna, & confundetur Sol cùm regnauerit
Dominus exercituum in monte Sion, & in Ierusalem.

Calamitas festina. Sol ante tempus occidens, festinam & præmaturam ca-
Iere. 15. 9. lamitatem significat & portendit, S. S. E. Defecit ani-
ma eius, occidit ei Sol, cùm adhuc esset dies, confusa
est, & erubuit: eodem modo de Lunæ & stellarum ob-
tenebratione est exponendum.

TERRA.

Terror. Calamitas. TERRÆ motus terrorem, perturbationem & cala-
Ezec. 38. 19 mitatem grauissimam ostendit. Quia in die illa erit
commotio magna super terram Israel, & cõmouebun-
tur à facie mea pisces maris, & volucres cæli & bestiæ
agri, &c.

Inutilis res. Terra tenebrosa, quam interpres vetus serotinam
vocat, inutilem rem & abiectione dignam significat,
Iere. 2. 31. S. S. E. Nunquid solitudo factus sum Israeli aut terra
serotina? Terra lugens ærumnam, pressuram &
Aerumna. Pressura. afflictionem ostendit, S. S. E. Lugebit terra, & mœre-
Iere. 4. 28. bunt cæli desuper.

Vastatio. Sic etiam terra exinanita vastationẽ & desolationem
Iere 12. 4. arguit, S S. E. Vsque quo lugebit terra, & herba omnis
regionis siccabitur, propter malitiã habitantium in ea?

Pax. Securitas. Terra culta & exercitata pacem & securitatem in-
Iere. 31. 5. dicat, S. S. E. Adhuc plantabis vineas in monte Sama-
riæ, plantabunt plantantes.

Lætitia publica. Terræ cantus vel laudatio vel iubilatio, lætitiam ma
Isai. 49. 13. gnam, publicamque indicat, S. S. E. Laudate cæli &
Iere. 51. 48. exulta terra, iubilate montes, & laudabunt super Ba-
bylonem cæli & terra, & omnia, quæ in eis sunt.

ALTITVDO.

Conspicuitas. ALTITVDO maximè conspicua est hominum ocu
lis longiusque prospicitur. Quam ob rem Aman gra-
uissimæ ignominiæ causa crucem quinquaginta cubi-
tis altam Mardochæo vehementer inuiso parasse di-
Esther. 7. 9. ctus est. En lignum quod parauerat Mardochæo, qui
locutus est pro rege, stat in domo Aman habens altitu-
dinis quinquaginta cubitos.

MANE, DIES, MERIDIES, VESPER.

Manè. TEMPORIS aut horarum obseruatio in rebus
agendis, certam etiam significationem indicat, nec à
Studium. doctrinæ sacræ studiosis negligendam. Namque res
Cura. aut actiones summo manè initæ diligentiam, curam
Sopho. 3. 7. & animi propensionem studiosam arguunt, S. S. E. Ve-
rùm tamen diluculo surgentes corruperunt omnes co-
gitationes suas.

Dies. In die aliquid fieri, est manifestè & sine occultatio-
Ezec. 30. 16 ne, atque etiam sine vllo metu fieri, S. S. E. Et in Mem-
phis angustiæ quotidianæ, Hebraicè legimus, in die.

Lux magna Sic etiam Meridies claram lucem & maximam si-
Iob. 5. 14. gnificat, qua videlicet nulla maior secundùm natu-
Isai. 59. 10 ram, contingere potest; vnde magnæ perturbationis &
cæcitatis argumentũ est, si quis in meridie lucem desi-
Isai. 16. 3 deret, S. S. E. Per diem incurrent in tenebras, & quasi
in nocte, sic palpabunt in meridie. Et impegimus
meridie quasi in tenebris. &, Pone quasi noctem vm-
bram tuam in meridie.

Æstus. Est etiam meridies æstus diurni medium & feruen-
tissimum tempus, quod tamen spacium habet in hac
ratione obseruatum: namque ante & post meridiem
Cant. 1. 7. ipsum meridianus æstus est, S. S. E. Indica mihi ô quem
diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

Meridie etiam res acta apertissimè, palam, & sine
Iere. 15. 8. vllis insidiis aut stratagematis acta cognoscitur, S. S. E.
Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem me-
ridie. Quies. Vesper hominibus & animãtibus mitioribus
Recreatio. finis diurni laboris, & exercitationis, initiumque quie-
Exercitatio feritatis. tis & recreationis est: sæuioribus autem feris cursus &
Psal. 103. 23 prædæ quærendæ initium affert, S. S. E. Exibit homo ad
Ierem. c. 6. opus suum, & ad operationẽ suam vsque ad vesperam.
Psal. 58. 7. 15. Et lupus ad vesperam vastauit eos. Et conuertentur ad
vesperam, & famem patientur vt canes. Est etiam
vespertina hora ægrotantibus & vulneratis maximè in-
commoda, quam ob rem multi eo tempore moriũtur,
3 Reg. 21. 35. aut etiam noctu, S. S. E. Rex Israel stabat in curru suo, &
Ezec. 24. 18 mortuus est vesperi. Et mortua est vxor mea vesperi.

NOX.

Casus. Offendiculum. Vitia. Crimina. NOCTV nihil geri potest commodè: est enim nox
ad offendicula, casus & ruinas, & ad furta, adulteria,
Osc. 4. 5. eiusmodique vitiosas & criminosas actiones, quæ
opera tenebrarum dicuntur, oportuna, S. S. E. Et cor-
rues hodie, & corruet etiam Propheta tecum nocte. &,
Dixi, Forsitan tenebræ conculcabunt me, & nox illu-
minatio mea in delitiis meis.

Contemplatio. Preces. Meditatio. Ad animorũ verò cogitationes, ad cõtemplationes &
sacras precationes ac gratiatũ actiones priuatè ineun-
das oportunum tempus nox est à diurnis curis mente
Psal. 41. 9 Psal. 118. 55 semota. Ideò frequens in huiusmodi actionibus, no-
ctis mentio est. vt, In die mandabit Dominus miseri-
cordiam suam, & nocte canticum eius. &, Memor fui
nocte nominis tui Domine, & custodiui legem tuam.

AQVA.

Aerumna. Miseria. AQVÆ amaræ calamitatem significant, & ærum-
Iere. 8. 14. nam maximam, S. S. E. Dominus Deus noster silere
nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis.

Frustratio. Aquæ mentientes auxilij expectati defectum, S. S. E.
Iere. 15. 18. Et plaga mea desperabilis renuit curari, facta est mihi
quasi mendacium aquarum infidelium.

Aquæ super ariditatem effusæ, exspectatum, opta-
Isai. 44. 3. tum, oportunumque auxilium significant, S. S. E. Ef-
fundam aquas super sitientem, & fluenta super ari-
dam. atque hæc ratio altiorem etiam interpretationem
requirit.

FLVVIVS.

Mutatio. Inundatio. FLVVIORVM & montium mutatio, magnam
rerum mutationem & renouationem ostendit & signi-
Isai. 1. 15 ficat, S. S. E. Desertos faciã colles, & omne gramẽ eorum
exsicca-

exsiccabo,& ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. Fluuius inundans copiam & celeritatem, aliquando etiam impetum vehementissimum significat, S.S.E. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugetis. Et cùm venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit.

Abundãria Celeritas. Isai. 66.11 Isai. 59.19

Fluminum arefactio vastationem & excisionem refert, S.S.E. Qui dico profundo, Desolare, & flumina tua arefaciam.

Vastatio. Isai. 44.26.

MONS.

MONTIVM mutatio, aut aliâs alteratio, magnam rerum tutbationem, mutationem siue renouationem ostendit, S. S. E. Desertos faciam montes & colles, & omne gramen eorum exsiccabo, & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. De montibus clamor auditur longiùs, S. S. E. Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem. & Hæc dicit Dominus, Vox in excelso audita est lamentationis luctus & fletus, Rahel plorantis filios suos.

Mutatio rerum. Isai. 42.15. Isai. 52.7. Iere. 31.15.

NVBES.

NVBES inter cælum & terram medium locum sortitæ, mobiles sunt, & variarum in orbe efficientiarũ administræ, sunt Dei currus, sunt aquarum grandinis & nebularum, aliarumque rerum receptacula, & velut armaria. Quam ob rem plurima in nubibus acta diuinæ & præsentiæ & prouidẽtiæ argumento sunt, S.S.E. Date gloriam Deo super Israel: magnificentia eius & virtus eius in nubibus. Ex hac autem ratione Christus Iesus diuinitatem & potestatem suam doctis in scripturarum lectione hominibus, quamuis maleuolis latenter insinuabat. Et videbitis Filium hominis venientem in nubibus cæli. Eadem etiam diuinitas & dignitas Christi, tribus illis testibus est confirmata, in quorum conspectu est facta nubes lucida obumbrans eum, & vox de nube audita est, dicens: Hic est filius meus dilectus. Prætereà etiam idem apud omnes vndecim probatum est Christo in cælos ascendente, & illis videntibus nube suscepto.

Diuinitas. Psal. 67.35 Marc. 14.62 Luc. 9.34 Acto. 1.9.

VENTVS.

VENTVS validus vim magnam, insuperabilem, & vndequaque plenam ostendit, S. S. E. In tempore illo dicetur populo huic Ierusalem, Ventus vrens in viis, quæ sunt in deserto, viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, & ad purgandum spiritus plenus ex his veniet mihi, &c.

Vis magna Iere. 4.11.

IGNIS.

IGNEM excitare & scintillas, hac imagine actionis, irritatio & excitatio iræ, atque offensio maxima erga aliquem, indicatur, S. S. E. Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis, quas succendistis. &, In igne furoris mei sufflabo in te.

Offensio. Irritatio. Isai. 50.11 Ezec. 21.30

Ignis in spinis celerrima vis est, & citissimam consumptionem efficit, atque idem in transfatione significatur, S. S. E. Et exarserunt sicut ignis in spinis.

Celeritas conficiendi Psal. 117.12

MARE.

MARE rugiens & sonans, terrorem incutit audientibus, maximè iis, quibus vel tempestatem vel inundationem minatur, S. S. E. Et sonabit super eum in die illa, sicut sonitus maris: aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis.

Terror. Isai. 5.30.

METALLA.

METALLORVM immutatio in melius, magnæ felicitatis tempora significat, S. S. E. Pro ære adferam aurum; & pro ferro, adferam argentum; & pro lignis, æs; & pro lapidibus, ferrum.

Felicitas. Isai. 60.17.

Argentum, æs, cuprum impura perditos mores similitudine indicant, S.S.E. Omnes principes declinantes, ambulantes, fraudulenter, vt æs & ferrum vniuersi corrupti sunt: Defecit sufflatorium in igne, consumptum est plumbum, frustrà conflauit conflator; malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.

Peruersitas. Corruptio. Ierem. 6.28

Ferrei vectes confracti expugnationem absolutam ostendunt, S.S.E. Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam.

Expugnatio. Isai. 45.1.

DE HABITV EORVM, QVÆ AD REM RVSTICAM PERTINENT.

AGRI neglecti & inculti bellum graue & importunum, assiduum, perpetuumque arguunt, S. S. E. Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis, quoniam gladius inimici, pauor in circuitu.

Bellum. Iere. 6.25.

SEMINARE, SERERE, PLANTARE.

SATIO secundùm flumina fertilitatis & vbertatis magnam spem facit, S. S. E. Beati, qui seminatis, super omnes aquas immittentes pedem bouis & asini.

Fertilitas. Isai. 32.19

Seminare etiam ex translatione & allegoria, verbum Dei docere est, S. S. E. Exiit, qui seminat seminare semen suum.

Euangelizare. Docere. Matth. 13.

Est etiam largiri & benignitate vti operibus bonis exercendis, S. S. E. Qui parcè seminat, parcè & metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

2. Cor. 9.9.

Plantare vineam & ædificare, pacis & quietis tempus arguit, S. S. E. Et habitabunt in ea securè, & ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidenter.

Securitas. Ezec. 28.26

ARBOR.

ARBORVM incrementa & augmenta, pacem, securitatem & felicia tempora significant, S. S. E. Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrthum & lignum oliuæ: ponam in deserto abietem, vlmum & buxum simul, vt videant & sciant, & recogitent & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc.

Pax. Felicitas. Isai. 41.19.

Arborum verò sectio exterminationem excisionemque refert, S. S. E. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Excisio. Exterminatio. Matth. 7.19

RAMVS.

RAMIS pauimentum domus siue solum viarum stratum, diem festũ, lætum & faustum significat; isque mos ab antiquis vsque temporibus institutus perdurat. Hinc illæ magnæ lætitiæ, & plausus publici plena Christi regis Ierosolymam ingressi susceptio, ramis arborum in via stratis, celebrata describitur.

Festum. Lætitia. Matth. 21.9

Palmarum etiam ramos manibus circumlatos in pompa vel supplicatione, victoriæ significationem exhibuisse, antiqua etiam lectione docemur, S. S. E. Et intrauerunt in arcem tertia & vigesima die secundi mensis, anno centesimo & septuagesimo primo, cum laude & ramis palmarum, & citharis, & cinnyris, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & canticis, quia contritus est inimicus magnus ex Israel.

Victoria. 1. Mach. 13 52.

FLOS.

FLORES apparentes, vernum & serenum tempus indicant, S. S. E. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit.

Ver. Iucundum tempus. Canti. 2. 12

Flores etiam producti felicitatis & prosperitatis magnæ initia similitudine quadam referunt, S. S. E. Iustus vt palma florebit. Et florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ. Et in atriis domus Dei nostri florebunt. Et florebit & germinabit Israel.

Psal 91. 13 Psal. 71. 16. Isai. 27. 6.

FRVCTVS.

FRVCTVVM amplificatio felicitatem & prosperitatem; sic enim Deus, lignum oliuæ in solitudine à se dandum promittit.

Prosperitas Isai. 41.19.

Libera verò & exacta fructuum collectio, pacem & securitatem. vt, Ecce ego habito in Masphat, vt respondeam

Pax. Securitas. Iere. 40.10.

ſpondeam præcepto Chaldæorum, qui mittunt ad nos. Vos autem colligite vindemiam, & meſſem, & oleum, & condite in vaſis veſtris.

Vaſtatio. Penuria. Fructuum negatio & deſiderium, vaſtationem, ſterilitatem & penuriam commodorum omnium refert, S. S. E. Congregans congregabo eos, ait Dominus: non eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea: folium defluxit, & dedi iis, quæ prætergreſſa ſunt. Iere. 8. 13.

ARVNDO.

Imbecillitas. ARVNDO quaſſata debilitatis & imbecillitatis ſpeciem refert, S. S. E. Calamum quaſſatum non confringet, & linum fumigans non extinguet. Iſai. 42. 3.

SPINÆ.

Aerumna. SPINÆ pro tritico, calamitatem, infelicitatem & ærumnam maximam arguunt, S. S. E. Seminauerunt triticum, & ſpinas meſſuerunt, hæreditatem acceperunt, & non eis proderit. Confundemini à fructibus veſtris, propter iram furoris Domini. Iere. 12. 13.

Celeritas. Vehemētia In ſpinis ignis celerrimus eſt, atque eiuſmodi affectio vehementiam & celeritatem magnam ſignificat, S. S. E. Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Pſal. 117. 12.

VINEA.

Religio. VINEÆ plantatio religionem & rempublicam à Deo inſtitutam allegoricôs indicat, S. S. E. Ego autem plantaui te vineam electam, omne ſemen verum. &, Vineam de Ægypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti eam. Iere. 2. 20. Pſal. 79. 9.

STIPVLA.

STIPVLA ante ventum, impetum vehementem refert, quo quis à maxima aliqua virtute impellitur, S. S. E. Et diſſeminabo eos quaſi ſtipulam quæ vento raptatur in deſerto. Iere. 13. 24.

LAC.

Fructus optimus. LAC ſugere, optimis rebus frui ſignificat. Eſt enim lac ex tenuiſſimo corporis ſucco confectum, quod animantes paſcere, alereque poteſt optime. Cuius rei ſimilitudine ſcriptum eſt, Et ſuges lac gentium & mamilla regum lactaberis. Iere. 60. 16.

NIDVS.

Conſulere rebus ſuis NIDVM conſtruere, auium eſt ſoboli proſpicientium. Atque ex tranſlatione vitæ & rebus familiaribus ac publicis, ex cogitatione poſteritatis conſulere eſt, S. S. E. Cumque extendiſſet vmbram in ramis eius, fecerunt vmbram omnia volatilia cæli. Ezec. 31. 6.

VIA.

Vaſtatio. VIÆ infrequentes vel diſſipatæ, & corruptæ, loci vaſtationem & deſolationem, aut ingens bellum arguunt, S. S. E. Diſſipatæ ſunt viæ, ceſſauit tranſiens per ſemitam. Et nolite exire in agros, & in via ne ambuletis, quoniam gladius inimici pauor in circuitu. Iſai. 33. 8. Iere. 6. 25.

Lætitia. Adiuentus celebris. Viæ ſtratæ ſolemnem & celebrem aduentum indicant, atque læti temporis indicium ſunt, S. S. E. Tranſite, tranſite per portas, præparate viam populo. Iſai. 62. 10.

Suauitas vitæ. Viæ planæ ſuauem & iucundum vitæ vſum difficultatibus carentem oſtendunt & parant: vt contrà viæ aſperæ duram vitæ conditionem, difficileſque actiones ſignificant, S. S. E. Et ponam omnes montes meos in viam, &, ſemitæ meæ exaltabuntur. Iſai. 49. 11.

PORTA.

Metus. Suſpicio. Securitas. VRBIS portæ clauſæ ſuſpicionem metumque ab hoſte indicant: contrà verò portæ ſemper patentes, magnæ ſecuritatis argumento ſunt, S. S. E. Aperientur portæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur. Iſai. 60. 11.

Præterea portarum perpetua clauſura & obſeratio, loci vaſtationem & ſolitudinem oſtendit, S. S. E. Ciuitates Auſtri clauſæ ſunt, & non eſt qui aperiat. Deſolatio Solitudo. Iere. 13. 19

MVRVS.

Migratio. Fuga. MVRI effoſſio aut pertuſio migrationem & fugam indicat, qualis bello victorum aut captiuorum eſt, S. S. E. Ante oculos eorum perfode tibi parietem, & egredieris per eum, in humeris portaberis. Ezec. 13. 3.

HABITVS ANIMANTIVM ERGA TERRAM.

Seruitus. TERRAM lingere, humillimæ atque infimæ conditionis, & fracti animi ac ſeruitutis extremæ eſt, S. S. E. Et erunt reges nutritij tui & reginæ nutrices tuæ; vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. Iſai. 49. 23 Pſal. 71. 9

Deiectio. Vaſtatio. Conditio miſerrima. In terram proijcere, diruere & vaſtare maxima ruina edita interpretamur, S. S. E. Proiecit Dominus in terram inclytam Iſrael: & non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum, in die furoris ſui. Et excutere de puluere, conſurge, ſede Ieruſalem, ſolue vincula colli tui captiua filia Sion. Thren. 2. 1. Iſai. 52. 2.

Ignominioſus eritus. In terram inferiorem, ſiue, vt noſter interpres vertit, in lacum deſcendere, eſt vitam ſimul cum ſplendore & honore amittere, S. S. E. Fili hominis cane lugubre ſuper multitudinem Ægypti, & detrahe eam ipſam & filias gentium robuſtarum ad terram vltimam, cum iis, qui deſcendunt in lacum. Ezec. 32. 18

PVLVIS, ET QVÆ CIRCA PVLVEREM AGVNTVR.

Demiſſio. IN puluerem dare os, eſt ſeipſum demittere, & fracto animo humillimum præbere, S. S. E. Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes. Thren. 3. 29

Miſeria. In puluere eſſe aut iacere, calamitoſam & ærumnoſam vitæ conditionem ſignificat: Quoniam humiliata eſt in terra anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter. Pſal. 43. 25

Luctus. Ind gratio. Puluerem in capita conijcere, mœrentium & lugentium eſt: puluerem in cælum iactare, dolentium & indignè ferentium, S. S. E. Et miſerunt puluerem ſuper capita ſua, & clamauerunt flentes & lugentes. Et vociferantibus eis, & proijcientibus veſtimenta ſua, & puluerem iactantibus in aërem. Apoc. 18. 19 Act. 22. 23

Excommunicatio. Puluerem è pedibus excutere, geſtus eſt eorum, qui communionem cum aliis deteſtantur, & ſocietatem omnem ſibi reciſam indicant, S. S. E. In quamcunq. autē ciuitatem intraueritis, & non ſuſceperint vos, exeuntes in plateas eius dicite: Etiam puluerem, qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra, extergimus in vos. &, Paulus & Barnabas excuſſo puluere pedum ſuorum in Iudæos Antiochenos venerunt Iconium. Luc. 10. 11. Act. 13. 51.

HABITVS ERGA ALIVM.

Amor. AMPLEXVS aut amoris & mutuæ charitatis ſignum eſt, ſi modò rectè ineatur, S. S. E. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et currens Eſau obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum. Cant. 2. 6 Gen. 33. 4.

Gratia. Aut etiam gratiam acceptationemque indicat, S. S. E. Et complexans eos, & imponens manus ſuper eos, benedicebat eis. Marc. 10. 16

FINIS.

INDEX CAPITVM IN HOC LIBRO EXPOSITORVM.

A.

Abſcondere, Abſcondi, latere. 22.2.
Actio. 22.1.
Aedificare. 23.1.
Affectus corporis & animi. 18.1.
Altitudo. 24.1.
Animantium habitus. 23.2.
Aqua. 24.2.
Arbor. 25.2.
Arundo. 26.1.
Aſcendere. 10.1.
Aſinus. 23.2.
Auis. 23.2.
Auris. 8.1.

B.

Barba. 9.2.
Bos. 23.2.
Brachia. 11.1.

C.

Cadere. 17.1.
Canis. 23.2.
Cantus, Canere. 12.2.
Capillus. 8.1.
Captiui. 23.1.
Caput. 7.1.
Caro. 18.2.
Calum. 23.2.
Ceruix. 7.2.
Clamor. 12.1.
Collum. 11.1.
Color. 18.2.
Coluber. 23.2.
Conculcare. 22.2.
Conditionum habitus. 23.1.
Cor. 18.2.
Cornu. 8.1.
Cornu ſonare. 22.1.
Corona. 20.2.
Crura. 17.1.
Crux. 12.1.
Cubitus. 11.2.
Currere. 10.2.
Curatio & ſanatio. 22.2.

D.

Dentes. 9.2.
Dextra. 17.1.
Digitus. 17.1.
Delere. 22.1.
Dormire. 17.1.
Dorſum. 17.2.
Draco. 23.2.
Ducere. 23.1.

E.

Effundere vel diffundere. 22.2.
Equo ſedere. 10.1.
Eſurire. 18.1.

F.

Facies tota. 10.1.
Femur. 18.1.
Fera. 23.2.
Ferire. 22.2.
Flere, Fletus, Planctus. 12.1.
Flos. 25.2.
Fluuius. 24.2.
Fremitus. 12.1.
Frons. 7.2.
Fructus. 25.2.

G.

Gemitus. 12.1.
Genu flexio. 15.2.
Genua. 18.1.
Gladius. 20.2.

H.

Habitus animãtium erga terrã. 26.2
Habitus erga alium. 26.2.
Horrere. 18.2.
Humerus. 11.1.

I.

Iacere. 15.1.
Ignis. 25.1.
Inclinare. 15.2.
Inſufflare. 22.2.
Inuoluere. 22.1.
Iuuentus. 23.1.

L.

Labia. 9.2.
Labi. 17.1.
Laborare. 22.1.
Lac. 26.1.
Lachrymæ. 8.2.
Laudare, Laus, beatificatio. 12.2.
Lætitia, exultatio. Ibidem.
Ligare. 22.1.
Lingua. 9.2.
Lugere. 17.2.
Lumbi. Ibidem.

M.

Manus. 11.2.
Mare. 25.1.
Metalla. Ibidem.
Molere. 22.1.
Mons. 25.1.
Mors. 22.1.
Motus. 10.2.
Murus. 26.2.

N.

Nares. 9.1.
Nidus. 26.1.
Nox. 24.2.
Nubes. 25.2.
Nuditas. 19.2.

O.

Obſtupeſcere. 18.1.
Oculi. 8.1.
Os. 9.1.
Oſculum. 9.2.
Oſſa. 18.2.

P.

Parturire. 18.2.
Pectus. 11.2.
Pedes. 18.1.
Pellis. 18.2.
Porta. 26.1.
Præcordia, Viſcera. 18.2.
Pudefieri. 18.2.
Pueri. Ibidem.
Puluis & quæ circa puluerem agun-
tur. 26.2.
Quærere. 22.2.

R.

Ramus. 25.2.
Raucedo. 17.2.
Relinquere. 23.1.
Reſpicere. 10.1.
Ridere. 17.2.

S.

Saccus. 19.1.
Sacerdos. 23.1.
Sanguis. 15.1.
Scribere. 23.1.
Sceptrum. 20.2.
Sedere. 15.2.
Seminare, Serere, Plantare. 25.2.
Senes. 18.2.
Sibilare. 17.2.
Silere. Ibidem.
Siniſtra. 17.1.
Sitire. 18.1.
Sol. 24.1.
Spinæ. 26.1.
Stare. 15.2.
Stipula. 26.1.
Sudare. 18.1.

T.

Tenere ſiue apprehendere. 22.2.
Tentorium. 12.1.
Tergum. 17.1.
Terra. 24.1.
Tremor. 18.1.
Tuba. 12.1.

V.

Ventus. 25.1.
Veſper. 24.2.
Veſtis. 19.2.
Veſtitus. 18.2.
Vexillum vel ſignum. 20.2.
Via. 26.1.
Vinea. Ibidem.
Vnctio. 20.2.
Vox. 17.1.
Vultus. 10.2.

INDEX ALTER SIGNIFICATIONVM IN HOC LIBRO EXPLICATARVM.

A.

Abalienatio. 10.1.
Abductio. 23.1.
Abnuere. 8.2.
Abſconſio. 22.1.
Abundantia. 26.1.
Acutum iudicium & purum. 8.2.
Admiratio. 7.2. & 11.2.
Adoratio. 10.1. & 15.1. & 18.1. & 18.2.
Aduentus celebris. 26.1.
Affectus in oratione. 9.1.
Affectio animi & corporis morbus. 8.2.
Affectus grauiſsimus. 22.1.
Affectus animi. 18.2.
Affirmatio. 23.1.
Alacritas. 12.1.
Afflictio. 19.2. & 18.2.
Amor. 9.2. & 11.1. & 15.1.
Amoris auxilium. 12.2.
Anguſtia. 18.2.
Animatio. 12.1. & 22.2.
Animi demiſſio. 22.1.
Animi ſedatio. 16.1.
Annuere. 20.2.
Anxietas. 9.1. & 18.1. & 7.2.
Arcanum. 8.1. & 9.1.
Ariditas. 23.2.
Arrogantia. 11.1. & 15.1.
Aſſeueratio. 12.1.
Attentio. 8.1. & 8.2. & 11.2. & 17.1.
Attentionis paratio. 8.2.
Attentio maxima & expectatio. 8.2.
Auctoritas. 12.2. & 10.1.
Audacia. 18.2.
Auditio. 15.2.
Auditio longior. 21.1.
Auditores. 16.1.
Auerſatio. 8.1.
Auxilium. 12.1. & 17.1.

B.

Belli indicium. 17.2.
Bellicus clamor. 17.1.
Belli indicatio. 22.1.
Bellum. 25.2.
Bellum in vrbe. 17.1.
Bellum deliberatum. 21.1.

C.

Calamitas. 12.1. & 12.2. & 14.1. & 19.2.
Capi. 23.1.
Captiuitas. 19.2.
Caſus. 24.2.
Celeritas. 23.2. & 25.1. & 26.1.
Celeritas conficiendi. 25.1.
Ceremonia. 9.1.
Ceſſio. 17.2.
Charitas. 9.2. & 11.1.
Cinis. 7.1.
Clamor intentus & vehemens. 17.2.
Coactio. 21.1.
Cogitatio. 11.2.
Cognitio. 18.2.
Communicatio. 17.1.
Commendatio. 21.2.
Comprobatio. 23.1.
Conditio miſerrima. 26.2.
Conditio miſera. 8.1.
Conditio ſuprema & poſtrema. 19.1
Conſcientiæ oppreſsio. 10.1. & 18.2
Conſcientia bona. 10.1.
Conſternatio. 7.1.
Conſolatio. 16.2.
Conſilium. 15.2.
Conſuetudo. 9.2. & 10.2. & 11.2. & 20.1.
Conſtantia. 18.2.
Conſulere rebus ſuis. 26.1.
Conſpicuitas. 24.1.
Contemptio. 17.2.
Contemptus. 10.2. & 17.2.
Contemplatio. 24.2.
Contentio. 15.2.
Contumacia. 7.2.
Contumelia. 10.1.
Contumelia grauis. 22.2.
Conuentus. 12.2.
Conuiuium. 15.2.
Conuocatio. 17.2. & 20.2. & 21.1
Corripere. 8.1.
Corruptio. 25.1.
Crimina. 24.2.
Cultus. 12.1. & 20.2.
Cura. 16.1. & 16.2. & 17.1. & 24.2.
Cuſtodia. 22.1.

D.

Damnatio. 7.1.
Debilitas. 18.1.
Declinatio. 16.2.
Deditio. 12.1. & 17.1.
Deductio. 12.1.
Defectus. 18.1.
Deiectio. 22.2. & 26.2.
Deliberatum periculum. 21.1.
Delitiæ. 19.1. & 19.2.
Demiſsio. 26.2.
Deprecatio. 9.2. & 15.1. & 18.1. & 19.1.
Deſiderium. 9.2. & 17.2. & 18.1. 19.2. & 21.1. & 21.2.
Deſideratio. 22.2.
Deſidia. 12.2.
Deſolatio. 15.1. & 26.2.
Deſpectio. 10.2.
Deteſtatio. 9.2. & 10.1. & 10.2.
Detractio. 9.1.
Detractatio. 9.2.
Detrectatio imperij, 11.1.

Dignitas

Dignitas. 10.2. & 16.1. & 20.2.
Dies. 24.2.
Diffamatio. 22.1.
Difficultas. 18.1. & 18.2. & 22.1.
Diligentia. 16.2. & 23.1.
Direptio. 11.2. Discessio. 9.2.
Disciplina. 23.1.
Discrimen. 18.2.
Dissimulare. 8.2.
Dissuetudo. 20.1.
Diuinitas. 25.1.
Diuitiæ. 19.1.
Docens. 16.1. Docere. 25.2.
Doctrina. 23.1.
Dolor. 8.1. & 10.2. & 17.1. & 17.2. & 18.1. & 18.2. & 19.1
Dolor vehemens. 12.2. & 17.2.
Dolor vehementissimus. 8.2.
Dolor grauissimus animi. 12.2.
Dolor animi impatientia. 20.1.
Domatio. 9.1.

E.

Ebrietas. 20.2.
Efficacitas. 12.2
Egestas. 19.1.
Aegritudo. 10.2.
Eloquutio. 9.1.
Erubescentia. 11.2.
Aerumna. 24.1. & 24.2.
Aestus. 24.2.
Euangelizare. 25.2.
Examen. 17.1. Excisio. 25.2.
Excommunicatio. 26.2.
Exercitatio seritatis. 24.2.
Exhortatio. 12.1. & 17.1. & 17.2.
Expeditio. 20.1. & 20.2.
Explosio. 12.1.
Expugnatio. 25.2.
Exterminatio. Ibidem.

F.

Fallere. 22.2.
Familiaritas. 10.2.
Fastidire. 8.2.
Fatigatio. 18.1.
Fœdus. 12.1.
Felicitas. 18.2. & 21.2. & 23.1 & 25.1. & 25.2.
Fertilitas. 23.2. & 25.2.
Festum. 25.2.
Fidei iussio. 12.2.
Fortitudo. 11.1.
Fructus optimus. 26.1.
Frustratio. 24.2.
Fuga. 17.1. & 17.2. & 26.2.
Fuga præceps. 20.1.
Fuga impotens. 19.2.

G.

Gaudium. 17.2.
Gloria. 19.1. & 20.2.
Gratia. 10.1. & 26.2.
Gratia diuina. 21.2.
Gratiarum actio. 9.1. & 15.1.
Gratitudo. 10.1.
Gratulatio. 12.1. & 17.1. & 21.2.
Grauis conditio.. 17.2.

H.

Homicidium impunitum. 15.1.
Honor. 15.2. & 16.1.
Horridus cultus. 18.1.
Hostes. 23.2.
Hostis cruentus. Ibidem.
Humiliatio. 7.1. & 22.2.
Hypocrisis. 10.2.

I.

Iactatio. 9.2.
Iaculatio. 11.2.
Ieiunium. 7.1.
Ignorantia crassa. 8.2.
Ignominia. 20.1. Ignoratio. Ibid.
Ignominiosus exitus. 26.2.
Imbecillitas. 15.1. & 26.1.
Immoratio. 11.2.
Impatientia. 9.2.
Impedimentum. 22.1. & 18.2.
Impersuasibilitas. 8.1.
Impotentia animi. 9.2.
Improbus. 23.2.
Impudentia. 7.2. & 15.1. & 18.2.
Impuritas. 18.1. & 19.1.
Inconstantia. 18.2.
Indicatio. 12.1.
Indignatio. 8.1. & 9.2. & 15.2. & 18.2. & 20.1. & 24.1. & 26.2.
Indignatio Dei. 24.1.
Infirmitudo. 17.2. & 18.1.
Ingenuitas. 7.2. & 11.1.
Inimicitia. 9.1.
Innocentia. 12.1. & 19.2.
Inopia. 19.2.
Innouatio. 24.2.
Inquietudo. 9.1.
Insania. 19.2. & 22.1.
Insidiæ. 22.2.
Insolentia. 11.1. Instantia. 15.2.
Insultatio. 7.2. & 9.1. & 9.2. & 17.2. & 18.1. & 18.2.
Intentio. 8.2. & 10.1. & 10.2. & 12.2. & 17.1.
Interfectio. 21.1.
Inuidia. 18.2.
Inuidentia. 9.1. & 9.2.
Inuitus. 21.1.
Inutilis res. 24.1. (& 18.1.
Irrisio. 7.2. & 9.1. & 9.2. & 17.2.
Irritatio. 25.1.
Irritum consilium vel votum. 18.2.
Iter longum. 18.1.
Iucundum tempus. 25.2.
Iusiurandum. 11.2. & 12.1.

L.

Labor. 7.1. & 10.2. & 11.1. & (18.1.
Lamentatio. 11.2. & 17.2.
Languor. 12.2. & 16.1. & 17.2.
Lassitudo. 15.1. Laudatio. 15.2.
Lenitas. 9.1.
Lætitia. 7.1. & 9.1. & 21.2. & 24.1. & 25.2. & 26.1.
Lætitia publica. 17.1. & 24.1.
Libertas. 11.1.
Luctus. 7.1. & 9.2. & 10.1, & 11.2. & 26.2.
Luctus miserabilis. 8.2.
Lux magna. 24.2.

M.

Magnitudo animi. 18.2.
Maiestas. 19.1.
Malitia. 8.2. & 17.1.
Mane. 24.2.
Manifestatio. 8.2.
Maxima felicitas. 24.1.
Medicamentum. 20.2.
Meditatio. 8.2. & 24.2.
Memoria. 11.2.
Mœror. 10.2. & 16.1.
Mœror grauis. 15.1.
Mœstitia. 7.1. & 10.2. & 17.2. & 18.2. & 19.1. & 21.1.
Mœstitudo. 19.2. (18.1. 26.1
Metus. 15.1. & 16.2. & 17.2. &
Migratio. 17.2. & 23.1. & 26.2.
Ministerium. 15.2.
Miseria. 7.1. & 10.2. & 12.2 & 17.1. & 18.2. & 19.2. & 21.1. & 24.2. & 26.2.
Misericordia. 17.1. & 18.2.
Modestia. 8.2. & 16.2.
Molestia. 22.1.
Monere. 8.1.
Munerũ oblatio. 12.1. Munus. 20.1.
Mutatio rerũ. 25.1. Mutatio. 24.2.

N.

Negatio. 10.1.
Neglectus. 12.1. & 22.2
Negligentia. 12.1. & 17.2. & 17.1. & 19.2.
Nequitia. 8.2.
Noua & subita lætitia. 8.2.

O.

Obedientia. 7.2. & 11.1. & 18.2
Oblatio. 12.1.
Obliuio. 17.2.
Obsequium. Ibidem.
Obseruantia. 10.2. & 12.1. & 16.2. & 23.1.
Obseruatio maxima. 20.1.
Occidi. 17.1.
Offendiculũ. 24.2. Offensio. 25.1.
Onus. 11.1.
Opera. 17.1.
Opitulatio. 12.1.
Oppressio. 18.2. & 21.1. & 22.1.
Opulentia. 19.2.
Oratio. 8.2. & 12.1. & 12.2. & 15.2. & 18.1.
Oratio vehemens & affectuosa. 15.2
Otium. 12.1.

P.

Pacificatio. 11.2.
Pactio. 12.2.
Patientia. 17.2. & 18.2.
Pauor. 12.2.
Paupertas. 19.1. & 20.2.
Pax. 16.1. & 24.1. & 25.2.
Peccata. 22.1.
Pœnitentia. 15.1. & 18.2. & 19.1.
Pœnitentia sera. 21.1. & 16.1.
Pœnitudo. 17.1.
Penuria. 26.1.
Percussio. 11.2.
Periculum. 17.1.
Pertinacia. 18.2.
Perturbatio. 8.1. & 18.1. & 18.2 & 22.1. & 23.2.
Persona. 20.1. Petitio. 12.2.
Peruersitas. 25.1.
Pigritia. 12.2.
Plausus. 12.2. & 20.1.
Porrectio. 17.1.
Postulatio. 15.1. & 16.2.
Potentia. 11.1. & 17.1.
Potestas. 12.2.
Preces. 24.2. Prædicatio. 21.2.
Pressura. 24.1.
Probatio. 17.1.
Productio. 17.1.
Promptitudo. 11.2. & 17.2.
Prosperitas. 25.2.
Prostitutio. 20.2.
Prouidentia. 10.1.
Publica pœnitentia. 19.1.
Publicitas. 10.2.
Pudefactio. 9.2.
Pudor. 7.1. & 7.2. & 10.1. & 10.2.
Puluis. 7.1.
Punitio. 11.2.
Puritas. 19.1.

Q.

Quies. 16.1. & 24.2.

R.

Recreatio. 18.1. & 24.2.
Redargutio. 18.2.
Regia dignitas. 20.2.
Reipublicæ & religionis euersio. 19.2.
Religio. 26.1.
Remissio. 12.1. & 22.2.
Renuere. 12.1.
Res inopinata & magna. 18.1.
Res chara. 23.1.
Restitutio. 22.2. (18.1.
Reuerentia. 10.1. & 15.2. & 16.1.
Reuocatio. 17.1.
Robur. 11.2. & 17.2. & 18.1.

S.

Sacerdotalis dignitas. 20.2.
Sacrificantes. 12.2.
Salutatio. 9.2.
Sanitas. 19.2.
Sanitas mentis. 20.1.
Secretum. 9.1.
Securitas. 15.2. & 17.1. & 21.1. 23.1. & 23.1. & 24.1. & 25.1.
Sepositio. 22.2.
Seruitus. 7.1. & 11.1. & 15.2. 17.2. & 18.2. & 19.1. & 26.2
Silentium. 9.2. & 17.1.
Silere. 17.2.
Societas. 12.1. & 17.1.
Solicitudo. 16.2.
Solitudo. Ibidem.
Speculator. 23.2. Spes. 12.1.
Spoliatio. 22.1.
Strages. 15.1.
Strenuitas. 11.2. & 17.2.
Studium. 10.1. & 12.1. & 15.2. & 16.2. 17.1. & 20.1. & 24.2.
Stultè agere. 8.2.
Stultitia. 17.1.
Subiectio. 15.1. & 18.1.
Subleuatio. 17.1.
Superbia. 7.1. & 8.1. & 10.1.
Supplicatio. 15.1. & 16.1. & 17.1 18.1. & 18.2. & 19.1. & 21.2.
Suauitas vitæ. 26.1.
Susceptio. 12.2.
Suspicio. 18.2. & 26.1.

T.

Tacere. 17.2.
Temeritas. 18.1.
Terror. 20.2. & 23.2. & 24.1. & 25.1. (18.2. & 23.2.
Timor. 8.1. & 10.2. & 12.2. &
Titubatio. 18.1.
Tolerantia. 17.2.
Tranquillitas. 16.1.
Trãquillitas lõgæua vita. 18.2. 23.1
Tremor. 10.1.
Tristitiæ expulsio. 21.2.
Triumphus. 11.1.
Tumultus. 20.1.
Turbatio. 10.2.
Turbatio Reipublicæ. 23.1.

V.

Vastatio. 23.2. & 24.1. & 25.1. (& 26.2.
Vehementia. 26.1.
Venia. 22.2. Ver. 25.2.
Verba facere. 15.2.
Verecundia. 10.1. & 17.2.
Via ad Israelis regionem. 26.1.
Vices. 16.1.
Victoria. 8.1. & 15.1. & 17.1. & 20.2. & 26.2.
Vigilantia. 8.2. & 20.1.
Vinci. 17.1. & 23.1.
Virtutis communicatio. 22.2.
Vis. 11.2. & 17.2.
Vis magna. 25.1.
Vita longa. 20.2.
Vitatio. 16.2. & 23.2 24.2.
Vitia.
Vltio. 18.2. & 20.2. & 24.1.
Vocatio. 11.2.
Voluptas. 20.2.
Voluntas. 12.1.
Voluntas & studium. 8.2.
Vulnera. 20.1.

Liber inscriptus *Ieremias sive de Actione*, à doctissimo D. Doctore Benedicto Aria Montano conscriptus, nihil continet quod bonos mores, aut sanam doctrinam offendat: sed vtilis, & multorum manibus ferendus erit. Ita attestor *Reinerus Brakel* S. Theolog. Licentiatus, Cathedralis Ecclesiæ D. Mariæ virginis Antvverpiæ Canonicus, & inter Censores librorum Ecclesiastica, & Regia auctoritate Antvverpiæ constitutos infimus.

A 1 r 3

THVBALCAIN,

SIVE,

DE MENSVRIS SACRIS

LIBER,

Tribus voluminibus distinctus.

DE CVBITO.
DE SATHO.
DE SICLO.

BENEDICTO ARIA MONTANO
HISPALENSI AVCTORE.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

EXHIBEMVS *tibi, studiose Lector, non solùm mensurarum, ponderum, ac nummorum, quæ in sacris indicantur libris, certam expensamq; rationem, sed earundem rerum elementa vera, quibus aliorum etiam auctorum, qui aliquid in hoc genere scripsere, sententiam vera æstimatione tenere possis.*

ANTVERPIÆ
Excudebat Christophorus Plantinus Prototypographus Regius: ad sacrorum Bibliorum Apparatum.
Anno M. D. LXXII.

AVCTOR LECTORI.

FREQVENS *à nobis in hoc libro mentio fit quorundam voluminum, ex quibus bona pars rerum, quæ hic disseruntur, collecta est: quorum quia non ita magna copia apud nostros reperiri potest, accidere forsan possit, vt non etiam certa notitia Latinis hominibus constet: quam ob rem operæ precium facturi videbamur, si eorum nomina, quæ hic passim citantur, Hebraicis & Latinis conscripta literis, hoc in loco proponeremus; argumentis etiam indicatis, de quibus in vnoquoque disseritur volumine. Pertinent autem hæc omnia præter septem postrema nomina ad librum traditionum antiquarum, cuius præceptis & institutis, atque explicationibus Scribæ olim ad Synagogam gubernandam vtebantur. Hunc nos Venetiis repertum, perlegimus, non sine magna vtilitate ad multorum in sacris libris locorum explicationem, vt in hoc & aliis nostris legendis scriptis non pænitendo exemplo comperies.*

כְּלָאִים	CHELAIM	Significat Mixtiones. agitur in hoc volumine de mixturis rerum: vt vini cum aqua, olei cum melle.
שְׁבוּעָה	SEBVGHAH	De iuramento & iurisiurandi ratione omni.
עֲרוּבִין	GHARVBIM	De Heterogeneis, alio genere rerum quæ non rectè ac legitimè commisceri possunt.
בְּרוּרוֹת	BERVROTH	De munditiis: de rebus mundis & immundis, vel ex natura, vel ex contactu.
שְׁבִיעִית	SEBIGHITH	De septimo anno quietis agrorum.
נְזִיקִים	NEZIKIM	De nocumentis, damnis, detrimentis, factis & acceptis.
עָרְלָה	GHARLAH	De præputio, id est, de rebus & personis prophanis.
יוֹמָא	IOMA	De diebus ac dierum obseruatione.
תָּמִיד	THAMID	De iugi & quotidiano sacrificio ac munere.
פֵּיאָה	PEAH	De angulo, id est, de agri parte à messoribus prætermissa, & de spicis, &c.
חֻלִּין	HHOLI siue HHALI	De placenta, id est, de libis sacris & eorum ratione.
סַנְהֶדְרִין	ZZANHHEDRIN	συνέδριον, de collegis iudicum & magistratibus religionis causa constitutis.
תְּרוּמָה	THERVMAH	De separatione, id est, primitiarum ratione.
קָדְשִׁים	KEDOSSIM	De sanctis, id est, obligatis Deo, vel damnatis vel segregatis.
נְדָבִים	NEDIBIM	De Spontaneis, id est, vltrò & sponte oblatis.
עֵדֻיּוֹת	GHEDIVTH	De testimoniis & testibus.
נָזִיר	NEZIR	De Nazaræo, siue votis Nazaræorum.
עֲשָׂרוֹת	GHASRITH	De decima.
עֲשָׂרוֹת שֵׁנִי	GHASRITH HASENI	De decima secunda.
יָדַיִם	IADAIIM	De manibus, vbi multa de purificatione.
כִּכָּר	CHICHAR	De talento, vbi etiam multa de ponderibus.
שְׁקָלִים	SEKALIM	De Siclis, vbi latè disseritur de ponderum ac monetarum vsu.
אֳהָלוֹת	AHOLOTH	De Tabernaculis, id est, de obseruatione festi tabernaculorum.
חֲגִיגָה	HHAGIGAH	De festis & festorum obseruatione.
כְּתוּבוֹת	CHETHVBOTH	De nuptiis & matrimoniorum ratione.
בְּכוֹרוֹת	BECHOROTH	De primogenitis.
עֶרְוָיוֹת	GHERVAIOTH	De turpitudine, hoc est, de illicitis & criminosis.

SVNT *præterea libri alij, in quibus præter disputationes in libros Legis institutas, continentur etiam multa omnium generum argumenta, quos hoc in opere præcipuè citamus: ex his sunt.*

בְּרֵאשִׁית רַבָּה	BERESSITH RABBAH	Genesis magna.
שְׁמוֹת רַבָּה	SEMOTH RABBAH	Exodus magna.
וַיִּקְרָא רַבָּה	VAIIKRA RABBAH	Leuiticus magna.
בַּמִּדְבָּר רַבָּה	BAMIDBAR RABBAH	Numeri magnus liber.
דְּבָרִים רַבָּה	DEBARIM RABBAH	Deuteronomion magnum.
מִדְרַשׁ רַבָּה	MIDRAS RABBAH	Homeliarium magnum.
גְּמָרָא	GAMRA	Liber Resolutionum.

BENEDICTI ARIAE MONTANI
HISPALENSIS IN LIBRVM THVBAL-CAIN,
SIVE DE MENSVRIS, PRAEFATIO.

PTIMA sanè iam hominum eßet conditio, si ex primo & integerrimo illo naturæ statu, in quo à Deo collocati erant, ij nunquam decidissent. Neq. enim infinitas animi curas quibus conficiuntur, perferrent: sed omnes pari conditione viuerent, ac veluti necessitudine coniuncti non tam sibi se, quàm cæteris natos esse putarent, atque ideò in perpetua quadam vitæ societate permanentes, amplissima, & iucundissima orbis terrarum habitatione æqualiter fruerentur. Agnoscerent quippe eam à summo illo rerum omnium opifice sibi, ea lege, concessam esse, vt in ea singuli, vt par est, viuerent, & omnia ad publicum vsum referrent. atque ex iis nullus omnino eßet qui aliquid proprium, aut peculiare sibi vendicaret, iuxta illud: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omniqúe volucri cæli, & vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum: & factum est ita. Ea demùm beata hominum vita in hisce terris dici posset, nullisque laboribus, curis, solicitudinibus, suspicionibus, ac cæteris huiusmodi malis obnoxia esset. Natura enim optima ad viuendum dux, nulli vltra modum, & vltrà quàm ratio postularet, aliquid concederet, atque eadem multiplicem rerum omnium copiam omnibus sua sponte suppeditaret; ac nemo esset, cui illa beneficia sua denegaret. Verùm enimuerò ex quo homines nefaria quadam audacia & temeritate eo fructus genere quod ne extremis quidem digitis attingere fas ipsis erat, & quod eos etiam in perpetua, ac debita obedientia retinere debuerat, nulla diuini præcepti habità ratione, vesci non dubitarunt, ac proinde, per summum scelus diuinum etiam honorem affectarunt; illicò ardens illa rerum omnium occupandarum cupiditas in ipsorum mentibus insedit, atque adeò excreuit, vt communem illum terrarum vsum æquali portione hominibus concessum, impotenti, & insatiabili quodam animi ardore in priuatos vsus conuerterit; ac vi etiam adhibita, humiliores & imbecilliores oppresserit, & quæ iure primæuo illo ac naturali omnium erant, ad nefarios homines, qui omnia per vim sibi licere putant, detorserit. Hinc manarunt immanissima illa & fœdissima vitiorum omnium monstra, quæ deinceps per totum terrarũ orbem (heu malum) graßata sunt. de eo genere sunt: Fraudes, calumniæ, oppressiones, inimicitiæ, rapinæ, & cætera huiusmodi mala, quæ non solùm ipsis hominibus, verùm etiam cæteris rebus creatis, atque hominum causa productis, exitium sunt molità: sicut scriptum est; Dixit Dominus ad Noe, Finis vniuersæ carnis venit coram me, repleta est terra iniquitate à facie eorum, ego disperdam eos cum terra. Etenim Hebraico verbo HHAMAZZ, pro quo Latini iniquitatem reddunt, omnia iniuriarum & fraudum genera, atque adeò quidquid cum iustitia atque æquitate pugnat, significatur. Vsqueadeo verò immanis hæc cupiditas inualuit, & ita altas in hominum mentibus radices egit, vt non nisi insigni quodam aliis benefaciendi desiderio, & charitate, ab hominum animis euelli possit. Atque ideò inter cætera vitæ Christianæ testimonia hoc, vel omnium luculentissimum fuit, vt sobriè, iustè, piè & castè omnes vitam degerent, ac nemo priuati commodi cupiditate ductus suis rebus priuatim studeret, sed publicæ omnium vtilitatis studio omnes tenerentur, & fraterno quodam amore communiter viuerent: sicut scriptum est, Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum quæ possidebat, dicebat aliquid esse suum: sed erant illis omnia communia: diuidebatur autem singulis, prout cuique opus erat.

Genes. 1.

Genes. 6.

Acto. 4.

At verò inter eam primi illius & integerrimi humanæ vitæ status corruptionem, & spectatam hanc vitæ Christianæ in Dei Ecclesia perfectionem, medius quidam rerum status à diuino consilio decretus, & institutus est, cuius ratione ad diuinæ voluntatis præscriptum diligenter obseruata, hominum societas, atque adeò ipsum hominum genus conseruaretur; sine ipsa verò omnino dirimeretur & periret: qui quidem status rerum à diuina illa lege ortum habuit, qua videlicet, cautum est, ne dominia rerum sibi quisque plura adscriberet, quàm quæ proprio labore, industria, & studio, citra cuiusqiam iniuriam, assequi posset. Ita vt si de rerum vsu & possessione agendum sit, labor, hoc est, industria, studium & opera ius vnicuique statuat ad earum rerum consecutionem quæ sibi aut suis necessaria esse vnusquisque animaduerteret. Nemo verò ex desidia, otio, & segnitie, aliquid consequatur, ac multò etiam minùs ex fraude & iniuria quidquam sibi adscribat: sicut scriptum est, In laboribus comedes ex terra cunctis diebus vitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ: in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et emisit Dominus Deus Adam de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua assumptus est. Ex hoc autem Dei instituto tum agricultura omnium artium tutissima & innocentissima, si rectè exerceatur, tum reliquæ omnes artes, quæ ad fouendam hominum vitam excogitatæ sunt, prodierunt. Atque hinc nata sunt commercia, ne homines in otio ac desidia hebescerent & languerent, vtq. ipsi non tantùm sibi, verùm etiam aliis consulere, ac sua ope & auxilio, inseruire cogerentur. atque ita mutuis subsidiis earum omniũ rerum, quæ in terra gignuntur, vsus faciliùs comparari posset. Igitur ex illa diuini consilij sententia, qua Adam ex amœnissimo illo delitiarum horto, in quo sine labore omnibus rebus creatis fruebatur, eiectus est, omnes artes, quas industria, diligentia, ac studio consequi quilibet potest, effluxerunt. hinc rerum & operarum communicatio emanauit: perpetuò enim vigebat summi legislatoris edictũ, quo decernebatur, ne quis ijs rebus quas terra sponte sua producebat, illegitimè frueretur, sed vt ex iis vnusquisque vt decebat, tantum sibi sumeret, quantum necessitas ipsius postularet. Hinc pendet etiam omnis illa iustitiæ pars, quæ commutatiua dicitur: hinc illud frequens sacræ scripturæ dictum, vt qui ad nullam rem laborat, is

Genes. 3.

neque etiam comedat. hinc illud: dignum esse operarium mercede sua, ac beatum esse eum, & bene cum eo actum iri qui manuum suarum labores comederit.

Cùm verò illa, quam iam diximus, cupiditas ita hominum præcordiis inhæreret, vt ad malum ij semper procliues essent, & iucundißima illa vitæ societas priuati commodi ardore & immoderata concupiscentia dirimi cœpisset; necesse tandem fuit eam certis legibus, ac statutis coërceri: & quærendus fuit modus, quando homines ad beneficentiam & liberalitatem incitari nequirent, quo saltem à damno dando, iniuria inferenda, & planè ab omni maleficij genere deterrerentur & auerterentur; ac malorum omnium occasio ipsis eriperetur. Itaque non solùm de singularum rerum naturis, functionibus, & proprietatibus, ne rerum multitudine & varietate homines deciperentur, agi cœpit; verùm etiam ne quis re iure sibi debita fraudaretur, atque ita læderetur. Hinc igitur mensurarum & ponderum, atque omnis accipiendæ, reddendæque pecuniæ modus ac ratio emanauit; quæ quidem omnia ad eum vsum sunt comparata, vt sanctum & inuiolabile, ac omnino indissolubile humanæ societatis & fidei vinculum permaneret. Mensurarum verò & ponderum vsum antiquissimum eße, vel ipsius arcæ à Noë salutis causa fabrefactæ monumenta declarant. Illius enim non solùm ipsa structura, certis modis & formis ex diuino præcepto constitit: verùm etiam certas ac præscriptas quasdam portiones rerum necessariarũ tot animantium generibus, quot in ea conclusa erant, admirabili quadam dispositione, pro loci ratione continuit. Ex his colligere ac certum habere possumus iam tunc temporis quo Thubal musicæ rationem, & Cain fabrilem artem tradebant, mensurarum, ponderumque rationes in vsu fuisse. Neque enim illæ artes, quæ certis formis ac figuris, & quibusdam præscriptis modis constant, imò quæ modos, mensuras, atque omnia instrumenta cæteris artibus parant, citra modorum, & ponderum præcognitam rationem ab ipsis, qui summi appellati sunt, earum magistris, tradi potuerunt. Est igitur extra controuersiam, ponderum, ac mensurarum inuentionem in corrupto, ac deprauato humanæ naturæ statu prorsus necessariam, & commutatiuæ (quam vocant) iustitiæ administram, atque omnium commerciorum arbitram æquissimam, à diuino consilio manare. At verò horum obseruationem sanctam, ac religiosam esse oportere, vel ex eo patet, quòd inter præcipua ac perpetua præcepta enumeratam, & summè commendatam videmus: imposita videlicet huius functionis veluti sacræ, cura ipsis Sacerdotibus, quibus post diuinos ritus, & cultum, hoc etiam munus delatum est. sicut scriptum est, Sacerdotes autem super panes propositionis, & ad similæ sacrificium, & ad lagana & azyma, & sartaginem, & ad torrendum, & ad omne pondus atque mensuram. Iam verò quàm graue, quàm atrox, & Deo, & hominibus inuisum scelus sit ponderum & mensurarum deprauatio, vtpote quæ fidem labefactet, humanam societatem dirimat, atque sanctissimum illud ius naturæ violet, cuiuis patet. idque hæc diuinæ scripturæ verba declarant: Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis. Pondus & pondus, mensura, & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum. His accedit & illud, ponderum ac mensurarum vsum non solùm ad hominum commercia & consuetudinem, sed etiam ad pleraque alia omnino esse necessarium. eius enim cognitio si desit, non parua afferentur hominibus incommoda & detrimenta. In medicina enim nisi certus constituatur medicamentorum exhibendorum vsus, ac præfinitus aliquis pro ratione corporis infirmi & temporum anni modus, ex præscriptę huius obseruationis defectu tota recuperandæ sanitatis ratio corruit, iuxta illud: Vtere modico vino propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Certum autem modum in huiusmodi rebus adhibendum esse vox illa, modico, apertè docet. At in ædificiis & structuris certam normam, mensuram, & proportionem requiri illud certo argumento est, quòd nihil quod ad eam rem pertineat, in sacris libris, siue à Principibus & Legumlatoribus, siue à Prophetis institutum est, quin simul etiam ponderum, mensurarumque ratio sit diligenter præscripta. Agriculturæ etiam & rei rusticæ ratio, sementis item & plantarum proportiones ex tota hac ponderum & mensurarum cognitione necessariò petuntur. Neque enim aut omnia locis omnibus, aut maiora minoribus conueniunt. Sed certam quandam terræ, seminum, ac plantarum rationem constitui oportet. Id quod ab antiquis fuit diligenter obseruatum: sicut scriptum est, Iuxta mensuram seminis æstimabitur pretium agri. Præterea viribus æstimandis, oneribusque imponendis atque omnibus certa quadam, nec fallaci ratione cognoscendis, modus & mensura tanquam certissimus testis adhibetur. Sic enim vires Goliath ex armorum pondere sacræ scripturæ libri pensitandas proponunt. Sic & Dauid viribus illi longè impar ex eo ostenditur, quòd ferendo Saulis thoraci sufficere non posset, atque ideò victoria non corporis viribus, sed eximiæ animi fortitudini, fidei & pietati eius tribuenda sit. Nulla denique in toto orbe terrarum res est quæ finem habeat, ad cuius exactam cognitionem ponderum ac mensurarum ratio tanquam necessaria non afferatur. In itineribus quæ mari, terraque conficiuntur, in spatiis omnibus exactè dimetiendis hoc vnum indicium spectatur. Ac tandem in rerum omnium perfectione certò statuenda nihil aptiùs aut commodiùs, quàm mensuræ definitio adhibetur. Vsqueadeo autem elegans ac necessaria est mensurandi ratio, & vsus, vt qualibet in re is adhibeatur, nihil ad eius rei perfectionem amplius requiri posse existimetur. Qua de causa cùm sapientißimè constitutam vniuersi orbis structuram, & iudiciorum Dei admirabilem æquitatem suis omnibus constantem numeris Deo gratularetur Sapiens, hæc canebat: Omnia in mensura, numeroque & pondere disposuisti. Igitur cùm tantum, ac tam necessarium in omni rerum genere æstimando mensurarum, ponderum, & nummorum vsum, atque horum omnium exactam definitionem quidam nostræ ætatis viri doctißimi esse intellexissent; longo studio, nec vulgari diligentia & sedulitate, necnon consultis veterum monumentis, ac rebus ipsis diligenter conquisitis, atque vt par est, æstimatis; ea quæ ad legum explicationem, atque ad medicinæ tractationem pertinere ipsi existimabant, ad ponderum, mensurarum, & numismatum genera disertis ac subtilibus disputationibus retulerunt. Qua quidem in re quantùm omnes elaborarint, nemo, qui eorum libros euoluit, ignorat. Quid autem in hac parte præstiterint, & quantum suis laboribus & industria sint assecuti, non est nostrum iudicare. Illud quidem constat, & communi omnium consensu illis hoc tribuitur, eos scilicet, huiusce cognitionis plurimas ac cognitu dignißimas

1. Paral. 23.

Ezec. 45.
Prou. 20.

1. Tim. 5.

Leuit. 27.

Sapient. 11.

gnißimas partes esse assequutos, & sua diligentia aliis ad plura & exactiora inuestiganda viam strauisse.

At verò quæ de ponderum & mensurarum ratione in sacris libris traduntur, quanquam non sunt minoris ponderis, & auctoritatis quàm cætera quæ ab aliis tradita sunt, imò verò eò maioris momenti apud quemlibet esse debeant, & maiori etiã sint cognitione digna, quò augustiora & sanctiora sunt, idq. non solùm ob eorũ simplicitatem, verùm, quod maius est, quòd sacra arcana sæpius significent, ac demonstrent: Attamen ab iis qui ante nos in hoc quoque genere scripserunt, aut propter rerum ipsarum vetustatem, aut etiam ob linguarum Orientis imperitiam, aut ob locorum quorundam, qui in sacris literis inter se pugnare videntur, minus accuratam examinationem, neque exactè tractata, aut certè, nostro quidem iudicio, non satis, pro rei dignitate, ac maiestate grauiter conscripta sunt. præsertim verò cùm tota hæc sacra tractatio ad Græcorum & Italicorum generum rationem ab iis sit relata; atque ideò non tam ab ipsis explicata, quàm perturbata videri possit. Neque enim vnius alicuius nationis mensurarum genera cum aliis cæterarum nationum generibus connecti ac componi debent, nisi planè in omnibus, nullis partibus exceptis, conueniant. hoc autem rarò admodum contingit. Sed singularum nationum genera ex principio & fundamento aliquo, ab aliqua rerum natura petito, constituenda, aut ex nudato & aperto aliquo resoluenda sunt. singulis autem generibus, vt par est, diligenter examinatis & cognitis, facile est deinceps, quid conueniat, & qua etiã in re alia ab aliis discrepẽt, dignoscere. Quamobrem cùm præter cætera multa quæ à nobis ad sacrum Bibliorũ Apparatum vndique comportata sunt, hanc quoque partem non solùm iucundam, verùm etiam vtilem ac prorsus necessariam sacræ Scripturæ studiosis esse animaduerteremus, quippe quæ ex attenta sacrorum librorum lectione sæpius à sacris auctoribus distincta & obseruata deprehendatur, ac præsertim ex antiquissimo illo libro qui ab Hebræis Misnaioth, à D. autem Hieronymo δευτερώσεις dicitur, Latinè autem Repetitiones Legis appellari potest: dignã certè eam esse existimauimus cui suus etiam in Regio hoc opere locus daretur, vt sacrorum librorum studiosi, atque adeò tota Catholica Ecclesia, cui nosmetipsos ac nostra omnia nos debere agnoscimus, ex nobilissima hac arte, ac nostris hisce laboribus aliquam perciperent vtilitatem. Breuis illa quidem, & propter assiduas occupationes, quibus distinemur, verborum copia & amplificatione denudata Christianæ Reip. exhibetur: attamen ea est quæ ad sanctæ Scripturæ lectionem satis esse potest. Quod si Lectores aliquam hac etiam in parte diligentiam adhibere non grauabuntur; non solùm ad sacrorum librorum intelligentiam, sed etiam ad ea cognoscenda ponderum & mensurarum genera, quæ apud quaslibet nationes obtinent, certissimum sibi aditum patefacient. Vale Lector, & pios hosce labores, quibus nihil omnino efficere conamur, quàm vt homines ad Dei notitiam perducamus, tuis ad Deum precibus adiuua.

THVBAL-CAIN, SIVE
DE MENSVRIS SACRIS.

PRIMAM mensuræ originem, in naturæ communibus generibus antiqui statuere; quæ minimè omnium incerta variis locis ac seculis fore existimarunt. In omnibus generibus, quod maximè sibi constans esse videtur: hordeum est commune, cuius grana temerè, nec secundùm eximium delectum composita non adeò imparia sunt, vt sena simul cõiuncta senis excellant. Ex hac ergo obseruatione effectum esse arbitramur, vt hordeo nomen SIGHVR imponeretur. Idem autem SIGHVR Hebræis, quod Latinè putatio, cogitatio & quantitas significat; fuitq. & ponderis & mensuræ prima æstimatio, ex hordei granis; sex enim hordei grana simul coniuncta, ea parte, qua crassiora sunt, digitum vnum pollicem constituunt. Digitus verò pollex prima notabilis mensura est, quæ nomen formamque certam sortitur, appellaturque Hebraicè ETSBAGH. Huius ratio describitur in libro Deuteroseωn, à D. Hieronymo appellato, quem nos frequenter citantes Hebraico verbo Misnaioth dicemus, in illo libro tractatu de Chelaim cap. 7. in Paragrapho א, latè de digito disputatur.

שעור

אצבע

Est & alia mensura minor, quàm digitus hic à nobis modò definitus, eam Hebræi vocant ZIITH, minimi in manu digiti crassitudinem continens. De hac autem Camhius in libr. 1. Samuel. cap. 21, pag. 318. facie 2. in exemplari Veneto Bombergiano.

זית

Post digitum est TAPHAHH, quatuor digitorum continens mensuram, vt nobis Simon de Casis Mantuanus eruditissimus in Hebraicis disciplinis, Hebræus, re ipsa ostendit: eius mentio est in coronis altaris. Exod. 25, 24. & in mensæ cedrinæ fabrica Exod. 37, 12. vbi noster Interpres quatuor digitos vertit: sed in labri magni descriptione, tres vncias exposuit. 2. Reg. 7, 26. In libris verò Paral. de eadem re agens, palmum reddidit 2. Paralip. 4, 5. Et apud Ezechielem palmum etiam dixit cap. 40, 5. In omnibus his locis definitur à Camhio quatuor digitorum mensura. Hæc dicitur esse medietas. differitur autem de TAPHAHH in li. Misnaioth in tractatu de angulo cap. 3. parag. ג. cap. זֶרֶת Vbi definitur vallum, quo prædium à prædio distinguitur altum decem TEPHAHHIM. Vsurpatur aliquando TEPHAHH pro breui & exiguo alicuius rei modulo, vt Psal. 39, 6. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, Hebraicè est, ecce palmares, hoc est, breuissimos & præcisos. sed quod in Threnis legimus: Ergóne comedent mulieres paruulos suos, ad mensurã palmæ? aliam interpretationem desiderat, quæ non refertur ad mensuram: namque Hebraicè, paruulos suos palmatos, est.

טפח

Est & aliud eiusdem mensuræ nomen ZZIT, quæ paulò plus, quàm quatuor digiti, cõtinet, hoc est, quantum vola manus inter carpum & digitos extenditur: cuius mentio fit in Aruch. Definitio autem est in Misnaioth de עֲרֵלָה GHARLAH cap. 3. paragr. ב. & in eodem libro tractat. de Sabbatho. cap. 13. parag. ח.

כוּם

Alia quoque inter Hebræos auctores eiusdem mensuræ nomina reperimus, sed non Hebraica, vt ROZZENIM & ROSNIKEMA. quæ quatuor digitorum mensuram Auctor Aruch exponit; à quo etiam BATRI eadem mensura dicitur. Huius mensuræ nomen apud Chaldæos paraphrastas inuenitur.

רוסנים רוסניקמא בטרי

Est etiam ZERETH mensura, quæ digitis expansis notatur, ab extremo pollicis vsque ad minimi extremum: hæc constat præcisis tribus TEPHAHHIM, hoc est digitis duodecim. huiusmodi omnino quadrati erat illud ornamentum in sacerdotis pectore gestatum, quod nostra Biblia Latina Rationale iudicij vocant. Cæterùm nomen ipsum ZERETH Interpres noster palmum reddit; atque ita extensum palmum digitisque expansis intelligit. Aliud enim est ZERETH à TAPHAHH superiori: hoc etiam Hispani vulgari lingua palmum vocant, Itali spanna. Et Palæstinus ille impius sex cubitis & palmo procerus fuisse scribitur, 1. Sam. 17. Illum palmũ intelligimus extẽsum ex nomine ZERETH Hebraic. Exod. 28, 17. & 39, 9. Et apud Isaiam, Quis mensus est in pugillo aquas, & cælos palmo composuit? Isai. 40, 12. & apud Ezechielem palmus Latinè dictus idem significat, hoc est ZERETH, quæ dimidia pars cubiti est. Ezech. 43, 13. De huius mensuræ definitione differitur ab Helia grammatico in Thesbite in radice זרת. & à Camhio in Dictionario in Radicibus זרת & טפח. Hanc eandem mensuram TEPHAHH SOHHEK, id est, palmum ludẽtem dici solitã ex Misnaioth didicimus tract. de Gherubim cap. 1. parag. א. in Commenta. vbi alter palmus TEPHAHH GHASTIB, id est palmus laborans, vel formatus, dicitur.

Zereth dimidium cubiti.

טפח שוחק

LEBANA & ARIAHH.

ARIAHH & LEBANA ædificatoribus nota & vulgata mensura erat, & ad murorum crassitudines, & ad materias etiam notandas. Erant enim lateres coctiles, quorum modus describitur LABANA trium palmorum, hoc est duodecim digitorũ longitudine, mensura videlicet ZERETH, & dimidium longitudinis in latum, videlicet palmi cum dimidio, siue digitorum sex. Huius ratio describitur in Misnaioth libr. tract. de GHARVBIM, siue mixtis cap. 1. paragr. א. ARIAHH verò laterem definiebant quadratum palmi cum dimidio, scilicet longum, & tantũdem latum: de qua in Misnaioth tract. de mixtis cap. 1. parag. ב.

טפח עֵרֶב

AMA, אַמָּה.

Continet AMA sex TEPHAHHIM, hoc est, digitos quatuor & viginti, frequentissima in omni mensuræ rerum mentione vox, antiquissimaque mensura, ante diluuium etiam solemnis: hac siquidẽ arcæ Noæ modus à Deo præscriptus est. Gen. 6. Hac vniuersum opus tabernaculi in deserto est definitum. Exod. cap. 23. & 26. & 27. & 30. & 36. & 38. Coturnices in desertum coactæ, non altiores duabus EMATHAIM hoc est, vt noster vertit Interpres, duobus cubitis volasse dicuntur. Num. 11. Sacerdotalium vrbium suburbana millenos in ambitu cubitos ex his continebant. Num. 35, 4. Bis mille cubitorum spacium inter Israelitas, & arcam viarum ductricem erat præfinitum. Ios. 3, 4. Frænum illud, quod subiectionis & deditionis causa victoribus offerebatur, huius mensuræ erat, quale Dauid de manu Palæstinorum accepit. id ab Interprete nostro Frænum tributi est redditum. 2. Samu. 3, 4. Tota etiam templi, atque aliorum, quæ à Salomone perfecta sunt, ædificiorum fabrica, huius mensuræ rationibus commensurata fuit. 1. Reg. 16. & cæteris. Neque verò Hebræis solùm, sed aliis etiam nationibus communis hęc mẽsura fuit. Namque lignum ad Mardochæi necem paratum, ab Aman quinquaginta cubitis altum fuisse bis cõmemoratur Esth. 5, 14. & 7, 9. Ezechielis templum sibi ostensum, huiusmodi cubito metiebatur ca. 40. 41, & 42. vsque ad 47. Et Zacharias volumen volans viginti cubitorum longum, & decem latum visum sibi refert cap. 5, 2. Huic rationi inter recentiores cum primis subscribunt Moses Gerundensis in Gen. cap. 6. & in Num. 3, 5. Et Camhius 1. Reg. 5, 28. & Zachar. 5. & 2. Esd. 6, 3. Et ex antiquioribus Ioseph Gorionides auctor Hebraicæ historiæ li. 1. c. 10.

In Mis-

In Misnaioth autem frequens mentio & ratio atque modus huius mensuræ est. Assignant namque veteres aruum quadraginta cubitis quadratum ad sementem מאה, id est, Sathi faciendam tracta. de Chelaim cap. 2. paragr. ב. in Commentariis; eodemque loco paragr. ו. docemur tres sulcos facere duos cubitos: Præterea in tract. de Sebugha cap. 1. parag. ה. scribitur 4. EMAH occupare loci spacium, quod capere possit par boum cum iugo. Idemque legimus in tractat. de Gharubim cap. 1. paragr. א. in Comment.

At verò duplicem cubitum fuisse, alterum legalem, alterum verò communem ex antiquis obseruationibus intelleximus, cubitumq. Legis certũ fuisse, sex videlicet Tepahim siue palmorum, idque indicauit Moses Gerundensis in Gen. ca. 6. qua de re constans omnium scribentium ratio est. Alterum verò cubitum communem quinque tantùm palmos continuisse, quantus est vniuscuiusque hominis modus, à cubito ad extremos vsque digitos: atque hunc non certum æqualémue esse posse res ipsa indicat, neque enim eadem omniũ hominum mensura est. Vnumquemque verò proprium cubitũ suo ipsius modulo & palmo metiri verum est, vt Poeta ait: atque ad eiusmodi cubitum referendum videtur id, quod Moses narrat; Og regis Basam lectum in Rabbath filiorum Amon extare, nouem cubitos habentem longitudinis, & quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus: distinguit enim à cubito legali. Cõtinuisse autem videtur lectus ille palmos fermè quinq. & quadraginta communes in longum, & in latum viginti. existimo autem lectum illum fuisse sepulchrum ferreum, cuiusmodi ex ære aut marmore principibus olim cõdendis parabantur. Atque ad hanc distinctionem pertinere arbitramur illud, quod in Misnaioth scriptum legimus: nempe fuisse duplicem cubitum in Susan Habira, Susis, inquam, regia Medorum vrbe. Misnaioth de Chelaim ca. 17. parag. ט. & י. quo loco multa de cubitis vasorum & ædificiorum disseruntur. Atque illi solemni cubito sex Tephahhim continenti nomen à quibusdam fuisse factum ATSILA, siue axillam Latinè dicere velimus, docet Camhius in Ezechiel. cap. 41, 8. vbi huius cubiti mentio fit. Porrò similes cubitos fuisse in antiquo tabernaculo, & in templo affirmatum legimus in Misnaioth tract. de Beruroth cap. 8. paragr. ז. idque ex illo loco indicatur, vbi legimus: Et hæc sunt fundamenta, quæ fecit Salomon, vt ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in mẽsura prima sexaginta. Mensuram primam, antiquã tabernaculi interpretamur mensuram.

Mensura prima.

Huiusmodi gladium illum fuisse accepimus, quem in Eglon perniciem sibi parauit Aod longitudine Gomed, quem Chaldæus paraphrastes Gerima, hoc est cubitum, siue brachij membrum. Et Interpretes omnes AMAH exponunt: atque eam mensuram quidam esse affirmãt, quæ Germanicè Dumelna vocatur; nos autem ex ea voce, Gomed nomen Gomito, quod Italicę mensurę est, factum putamus: locus hic est Iud. 3, 16. quo loco vulgata editio Capulum longitudine palmæ manus habet.

Gladius Eglon. — Gomito.

Vocatur & hic cubitus GARMIDA ab expositoribus Psalmo 70. in Midras, hoc est in homeliis, & in Haruc etiam Kal vocatur.

DE CANE. קָנֶה.

Continet Cane longitudine sex EMOTH cum ZERETH, hoc est, sex cubitorum legalium cum dimidio. Atque hic est calamus mensuræ ab Ezechiele indicatus. In manu viri calamus mensuræ sex cubitorum & palmi. Ezech. 40, 3. & cap. 41. & 42. identidem. Idem adnotatur à Camhio in hunc locum, & in Ierem. 31, 4. Hanc mensuram ZZALIL etiam fuisse dictam, auctor Aruc docet.

KVMAH קוּמָה.

KVMAH humani corporis erecti statura, eaque incerta, certis tamen modulis definitur in singulis hominibus; continet enim circiter tres EMOTH à pedibus ad caput. quòd si erectis pedibus brachia quoque superne sublata tollantur, vnam amplius AMAH adiunget sibi, continebitque quatuor EMOTH. hæc ratio disertè adnotatur in lib. Misnaioth tractat. de Garubim cap. 4. ה. in Comment.

DE MENSVRIS INCERTIS.

Fuere & aliæ mensuræ illis temporibus certæ, non tamen communes, sed certis quibusdam artibus vsurpatæ, atque ideò nobis non omnino exploratæ, vtpote quarum ratio nullis obseruationibus excepta tradatur. ad hoc genus referuntur in primis lapides GAZITH, אַבְנֵי גָזִית quorum mensura architectis & murorum artificibus nota erat: id enim verbo ipso indicatum à Camhi & Leui Gersonis filio affirmatur, 1. Reg. 5, 28. & cap. 7, 70. GVIRVI etiam in Haruch nomen est incertæ nobis mensuræ. גִּירוּי

Porrò ad hæc continuæ mensuræ genera referri potest illud, quod HHABILAH ab Hebræis dicitur, חֲבִילָה nos manipulum reddere possimus. erat enim earum rerum, quæ in fasciculos colligi, colligarique possunt. eius autem definitionem illam assignant, vt non minus contineat HHABILAH quàm viginti quatuor ZITHIM. ostendimus autem ZITH minimi digiti quantitatem obtinere. huius ratio exponitur in lib. Misn. de GARLAH cap. 3. paragr. ו.

PIZZLA quoque in eodem genere lapis columnæ פִּסְלָה forma rotundus & teres est, digitis altus quadraginta & sedecim longus, in Haruch.

MORBIA corpus est, ex quacunque materia quadratum, tribus EMOTH longum, totidem latum, totidem etiam altum, quod cubicum Mathematici dicunt, excepto modo. huius ratio indicatur in lib. Misn. tract. de SEBIGHITH cap. 3. parag. ה. מוּרְבָּא

GEOMETRICA RATIO.

Est & alia Geometrica ratio, qua terram ipsam plerumq. demetiri solebãt antiqui, siue ambulationibus, siue prædiis & agris metandis operã darent. Huius simplicissima pars PAGHAM dicitur, quam Camhius idem significare cum REGEL, hoc est, pede affirmat, eamq. duobus TEPHAHHIM definit apud Ezech. in Comm. cap. 41, 6. vbi nos legimus: Latera autem, latus ad latus bis triginta: Hebraicè ad verbum est, Et latera latus ad latus tres & triginta PAGHAMIM. quo in loco Chaldæus Paraphrastes singula ex tribus lateribus vndecim PAGHAMIM fuisse exponit. ex multorum autem locorum collatione PAGHAM pedis vestigium significare obseruauimus. פַּעַם

Huic proximum nomen est TSAGHAD, quod interpretes PEZZIGHA, hoc est passum siue gressum exponunt. Est autẽ communis passus nulla certa mensura nobis compertus, quod alij longiores, breuiores alij gressus faciant, neque iidem etiam semper æquales: motus enim animaliũ varij sunt, & plerumq. inæquales, tum aliorũ ad alia, tum singulorũ ad se ipsa relata, iuxta concepti impetus, membrorumque vim. Huius mensuræ obseruatio in lib. Samuelis fit, S. S. E. Cumque transcendissent, qui portabant arcam Domini, sex passus, immolabant bouem & ouem, & arietem. 2. Samuel. cap. 6, 13. צָעַד פְּסִיעָה

In longioribus autem mensuris prima est BERATH, בְּרַת quam interpretes miliare vnum esse dicunt, tribus in Scriptura locis notatam, in lib. Gen. 35, 16. Et soluerunt ex BETHEL, & fuerunt adhuc quasi BERATH terræ, ad intrandum Ephrata. & Genes. 48, 7. Et ego cùm venirem ex Padã, mortua est super me Rahhel in terra Chenaan in via, in adhuc quasi BERATH terræ ad intrandum Ephrata. Et in li. 2. Reg. 5, 19. Et abiit ab eo quasi BERATH terræ. sic ad verbum, in illis locis legimus. in quibus expositores Hebræi omnes miliare

interpretantur, præcipuè Moſes Gerundenſis Geneſ. 35. & 47. Et Camhius in illo 2. Reg. 15. Milliare verò vnum mille EMOTH terræ cõtinere teſtatur Camhius in Ezech. ca.48,2.ſed in lib. Miſn.vnumquodque miliare partibus, quæ DIZZIIM vocantur, mille EMOTH & ſeptem cum dimidia definitur, in tractat. de IOMA cap. 6. parag.ר. Hoc miliare in lib. Haruch CHERVB dictum legimus.

מיל

ריסיין

כרוב

Dimidium miliare in lib. Samuel.1. ca. 14, 16. ſignificari docent expoſitores, vbi nos legimus, in media parte iugeris quam par boum vno die arare conſueuit: Hebraicè ad verbum eſt, In dimidio ſulco paris boum agri. Camhius ſic, vt diximus, exponit. Et Chaldæus paraphraſtes ait dimidium ambulationis paris boum in agro.

בעגח

עמד שדו

Eſt etiam RVZZ dictum ſpacium terræ 70. KANIM longum: continet autem KANA 6. EMOTH cum ZZERETH, vt docuimus, hoc eſt 6. cubitos cum dimidio. Erunt igitur RVZZ vel RIZZ (vtroque enim modo ſcriptum legimus) cubiti quadringenti & quinquaginta quinque. dicitur etiam continere alio menſurandi modo paſſus ducentos ſexaginta & ſex, Camhi in Ierem. cap. 31,4. & Miſnaioth de IOMA cap. 6. parag.ר. & tractat. de NEZIKIM. Eodem etiam loco ſcribitur miliare vnum, ſeptem RIZZIM cum dimidio continere: ex quo conſequitur ſingula ex RVZZIM conſtare debere, cubitis cẽtum triginta tribus, & tertia cubiti parte, hoc eſt palmis duobus. Nam aliâs prior ratio cum poſteriore minimè conueniret: vnde nos ſuſpicamur mendum eſſe in libr. Haruch, quando in Miſnaioth duobus locis apertè dicitur ſeptem RVZZIM cum dimidio cõficere miliare vnum: aut ſi RVZZ eum cubitorum numerum capit, nempe quadringentorum & viginti, hoc pertinere ad magnum miliare, quod alio nomine PARAZZA dicitur, quatuorque ferè miliaribus conſtare fertur ab Helia, in Thesbithe, & à Moſe Gerundenſe in Comm. Deuter. pag.137.col. 1. Cuius etiam nominis & rei ratio exponitur in Miſnaioth, tractatu de Tham. cap. 3. paragr.ח. & apud illius loci Commentatorem.

רוס

רוס

פרסה

Quædam præterea menſuræ certis modulis notatæ, in ruſticæ rei rationibus deſcribendis obſeruantur, vt illa, quam vocant SORAH, Latini porcam in aruo atq. hortis dicunt, quam 4. EMOTH latam eſſe ex antiquis deſcriptionibus accepimus, in Miſnaioth, tract. de CHELAIM cap. 3. paragr. ו.

שורה

Eſt quoq. aliqua metiendi ratio in arui ſulcis: nam qui vult varia in eodem agro ſemina ſerere, iubetur inter ſingula genera ſpacium trium ſulcorum relinquere, quæ ferè iugi in terra collocati quantitas eſt: Dicuntur autẽ ſulci Hebraicè תלמים Miſnaioth de Chelaim. cap. 2. parag. 7.

תלמין

Illud porrò in menſuræ ſermonibus eſt animaduertendum, duarum magnitudinum mentione facta, ſignificari longitudinem cum latitudine ſimul, vt docet Camhius de altari æneo à Salomone facto viginti & viginti cubitorum. 1. Reg. 8, 63.

EIVSDEM BEN. ARIÆ MONTANI SARAH, SIVE DE SATO.

PRIMVM cauæ menſuræ nomen ZZEAH, id eſt, ſatũ, ſacras ſcripturas legentibus occurrit, antiquiſſimumque ſui vſum indicat: quippe Sara tria ſata ſimilæ hoſpitibus exceptis parare ab Abrahamo viro iuſſa eſt. Gen. 18,6. Solet verò ZZEAH in partes minores diuiſum, nomina etiam minoribus menſuris facere. Atque idem quoque multiplicatum menſurarum genera efficit.

סאה

Initium autem omnium harum menſurarum, quibus liquida & arida expediuntur, gallinæ ouum eſt, idque commune; quod diuiditur in quinque partes, tanquam vnciolas. Atque ouum, cum quinta parte eius quod capit, menſurã efficit, à quibuſdam GHACHAL dictam, cuius mentio in Midras Raba. cap. 9. & in fine Gemara in cap. De eo, qui nauem vendit. De oui autem communis ratione obſeruanda traditur in li. Miſnaioth, his verbis: Quantitatum & menſurarum fundamenta ſunt ouum commune, malogranatum commune, oliua communis, carica ſiue palma communis, faba communis, lens Ægyptia communis, & hordei granum commune, item pugillus communis: certiſſimus autem pugillus, qui in publicis menſuris conſtat, fuit pugillus Ben Betiahh, id eſt, viri cuiuſdam ſua ætate noti, cognomento filij Betiahh: hæc docemur tract. de Chelaim. cap. 17. parag.ה. & parag. ז. & paragr. ח. & parag. יא. & יב.

Ouum.

עכל

Malogranata. Oliua. Carica. Lens Aegyptia. Hordeum. Pugillus.

DE KAB. קב

KAB continet ſeminis & aridorũ portionem, quantam oua XXIIII. capere poſſunt. Miſn. de Chelaim. c.2. parag.ב. & ט. & quarta pars huius menſuræ, hoc eſt quantum 6. oua ceperint, dicitur Hebraicè ROBEAGH, Latinè quartum neutro genere dici poteſt. namque fœminino genere REBIGHITH, hoc eſt, quarta, LOG, id eſt lagenæ, partes ſpectat; quæ menſura in liquidis eſt. Seminatur autẽ tritici KABVS vnus in arui cubitis decem cum dimidio quadratis, vt definitur in Miſnaioth de angulo. cap. 3. paragr. ו. & 8. paragr. ח. Huiuſmodi autem panis & ciborum quantitatem ſatis ad paſtum hominis diurnum eſſe tradiderunt antiqui, quandoquidem duodena oua ſatis ſunt ad binos paſtus ſingulis diebus, Miſnaioth de angulo cap 8. par.ח. & de Chelaim ca. 2. parag. ט. & י. Diuidebatur autem Kabus in partes IIII. ſingulæ aũt partes VI. continebãt oua. Atque in lib. Reg. 2. ca. 6, 25. legimus quartã partem ſtercoris columbarum quinque argenteis veniſſe, aliquando in Samaria, ciuibus fame ac bello oppreſſis: hæc eadem confirmantur in Miſnaioth, tractat. de Therumoth. cap. 3. parag. ז. & de Gharubim cap. 5. parag. ב. in Comment.

רבע

ZZEAH SATVM. סאה

Sex KABIM, vnum ZZEAH efficiunt, hoc eſt, oua CXLIIII. vt docemur in lib. Miſn. de PEAH, ſiue de angulo. ca. 3. parag. א. in Comm. Ibidem etiam in contextu ipſo duo ZZEIM XII. KAB. continere dicũtur parag. ו. & eodem tract. cap. 6. parag ז. vbi faſcem tritici continentem ZZEAH cum culmis ipſis tantũ eſſe docemur, quantum quiſpiam ſibiipſi humero deferendum tollere poteſt. Deinde, pro tribus hoſpitibus Abraham vxorem iubet tria ZZEIM ſimilæ parare. Gen. 18, 6. quo in loco Gerundenſis Moſes eadem omnino indicat. Idem in Leuit. 22,14. ZZEAH in quinque partes diuidi ſolere ait; quarum quintæ mentio, in eodem loco, facta eſt. Abigail quinque polentæ ſata inter alia munera, Dauidi obtuliſſe commemoratur. Helias dum de vero Dei numine, aduerſus ſuperſtitioſorum collegia contenderet, canales effodiſſe dicitur, quantum ſoli caperent duo ſata ſeminis, id quod noſter Interpres quaſi duas aratiunculas vertit. eſt autem illud ſpacium L. cubitorum in quadro, vt exponit in eum locum Camhius, atque idem etiam in Comment. Ezechiel. cap. 45, 11. Idemque aſſeritur in Miſnaioth in tract. de Chelaim cap. 2. parag. ב. in Comment. & para. ט. in Comm. & in tract. de SEBIGHITH cap 2. paragr. ב. in Comment. Et Miſnaioth tract. de Gherubim ſcribitur centum arui cubitos in longitudinem, & L. in latitudinem facere ſeminis duo ZZEIM, cap. 1. parag. ו. & cap. 5. parag. ב. & ו. in Comment.

Hæc etiam illa menſura eſt, quam Heliſæus propheta indicabat, cùm prædiceret futurũ, vt poſtero die modius ſimilæ vno ſtatere & duo modij hordei tantidem venirent in foro Samariæ 2. Reg. 7, 1. & verſ. 16. & 18.

Erat autem hæc menſura certa vaſis forma ſatis vulgò nota-

gò notabilis, in cuius medio signũ erat expressum, quo dimidium mensuræ ipsius dignoscebatur; vt legimus Misnaioth tract. de Theruma cap. 1. parag. 7.

Rursus etiam in eodem tractatu scribitur, certam etiam mensuram fuisse dimidium ZZEAH. hoc est, tres Kabos continentem, eodem cap. parag. 7.

Hanc verò mensuram tempore secundi templi in vsu etiam fuisse declarat Euangelium Matth. 13, 33. Sed antequam Israelitæ terram promissam tenerent, in desertoque agerent, minori vtebantur ZZEAH, quàm post captam regionem Ierosolymamque habitatam, vt traditur in lib. Misnaioth, tractatu de Minhha cap. 7. paragr. 8. quo loco VI. ZZEIM deserti v. Ierosolymitana ZZEIM efficere memorantur.

DE EPHAH אֵיפָה siue אֵפִי

Epha siue ephi tria cõtinet ZZEIM, hoc est sata tria: quæ si in Kabos diuidantur, XVIII. conficient Kabos: Eius autem partes apertè significatas in sacra obseruauimus historia; namque Ruth Moabitis, spicis collectis & excussis, quasi Ephi, id est tria ZZEIM inuenisse commemoratur. quod Interpres noster tres modios vertit. Ruth 2, 16. Quòd si ad primas mẽsuræ rationes procedat diuisio, reperiemus in Epha oua CCCCXXXII. contineri. Hæc est autẽ mensura in Euangelio significata trium satorum nomine, Matth. 13, 33. quo in loco interpretatione rem Christus expressit. hanc etiam mensuram intelligimus illam fuisse hordeorum, quam Gedeon in panes coxit angelo se alloquuto proponendos, quamuis Latinè modium legamus, Iudic. 6, 19. Latini enim interpretes Latinis verbis & notis vti studuerunt. In libr. autem Samuelis primo ca. 1. hac eadem mensura farinam Anna Samuelis mater tẽplo obtulisse dicitur; quam in Latinis vulgatæ versionis exemplaribus quibusdam, sic legimus indicatam. Et adduxit eum secum, postquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ. tres modios cùm legimus, tria sata, vt superius obseruatum est, intelligimus. hæc enim faciunt vnum Epha. In aliis verò etiam vetustis exemplaribus Latinis legitur: In tribus vitulis & vno modio farinæ. atque hæc lectio modium idem esse vult quod Epha. Namq. Hebraicè ita scriptum est, VE EPHAH EHHAD KEMAHH, Et Epha vnũ farinæ. Tantundem polentæ Dauid fratribus in militia agentibus, à Iesse patre ad tribunum deferre iussus est. 1. Samuel. cap. 17, 18. Hanc quoque mensuram Isaias 5, 10. nominat, in illa à se prædicta terræ sterilitate: Et triginta modij sementis facient modios tres. Hebraicè est, Et semen HHOMER faciet EPHAH. Quæ sit HHOMER ratio inferius exponetur. Et hæc etiam mensura sæpius ab Ezechiele duobus capitibus repetita, cap. 45. & 46. Et quam mensuram minorem, iræ plenam dixit Michæas cap. 6, 10. hanc ipsam Ephah Hebraicè nominat. Zacharias autem arcana illa visione, per totum quintum caput enarranda, Epha sæpè repetit. De hac etiam mẽsura inter Hebræos auctores agunt Camhius, & Salomon Iarchi. Ezech. 46. in Comment. Chaldaicum autem huius mensuræ nomen est CHAILA, vt in Thargum obseruatur, Prouerb. 20, 10. חֵילָא

Atque hanc regiam & maximè communem ac celebrem mensuram fuisse, cæterarumque mensurarum omnium rationes continentem, ad publica etiam commercia maximè omnium vsurpatam, tum frequentissima illius mentio in sacris & prophanis rebus mensurandis, tum illud cũm primis ostendit: quòd cùm de mensuris, vel æquis, vel iniquis agitur, huius tantum generis tanquã cæterorũ exẽplaris mentio fit. vt Deut. 15, 24. Nec erit in domo tua modius maior & minor, verùm modius æqualis, &c. Hebraicè est, Neque erit in domo tua EPHAH & EPHAH, verùm Epha integra & iusta erit tibi, &c. Et illud Prou. 20, 10. Pondus & pondus, mensura & mensura, abominatio apud Dominum. Hebraicè est, Lapis & lapis, Epha & Epha. Et apud Amosum cap. 8, 5. Quando transibit messis, & venundabimus merces, & aperiemus frumentum vt minuamus mensuram: Hebraica lectio habet, vt minuamus Ephah. Diuiditur autem Ephah in certas partes sui tantùm ratione habita, non satorum, ex quibus componitur.

DE GOMER. עֹמֶר

Gomer decimam partem Epha esse ipse nobis legislator præscriptum reliquit. Sic enim legimus: Dixitque Moses ad Aaron, Sume vas vnum, & mitte ibi Man quantum potest capere Gomor, & repone coram Domino ad seruandum in generationes vestras, &c. Et subiunxit: Gomor autẽ decima pars est Ephi. Exo. 16, 36. Cùm verò Ephah XVIII. Kabis definita superiùs sit, consequitur Gomer vnum Kabum cum dimidio, & quintam Kabi partem capere. Fuit hæc in deserto celebris, ac sæpè repetita mensura, quòd singulis diebus plena Man, in singula capita distribueretur. Exod. 16. sæpè repetitur. Nomen autem accepit à ministerio, quod in singulos dies victum suppeditari, huius mensuræ ministerio contingeret. Inde etiam frumenti manipulo accessit, quod tantum tritici aut hordei contineat, quantum Gomer capiat. de quo scriptum est Leuit. 23, 10. Feretis manipulum spicarum primitias vestras ad Sacerdotem, qui eleuabit fasciculum coram Domino; atque eodem die quo manipulus consecratur: & numerabis ab altero die Sabbathi, in quo obtulistis manipulum. In illo toto loco manipulum vel fasciculum ex nomine Gomer Interpres transtulit. &, Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuerteris, vt tollas illum, &c. Frequens mentio de manipulo, hoc est, de Gomer in sacris libris est. Dicitur autẽ Gomer interpretibus Chaldæis HALAH siue HALTHA. ratio huius mensuræ etiam exponitur in lib. Misnaioth tract. de Halah cap. 2. parag. 1. in Comment. חַלָּה הַלְתָּא

DE CORO ET HHOMER. כֹּר חֹמֶר

In liquidorum & aridorum mensura recensenda Chor nomen inuenitur eodem sacræ Scripturæ libro 1. Reg. 4, 22. Erat autẽ cibus Salomonis per dies singulos XXX. Cori similæ, & LX. Cori farinæ. & proximè sequenti ca. vers. 11. Salomon autem præbebat Hiram viginti millia Coros tritici in cibum domui eius, & XX. Coros purissimi olei. Continet autem Corus ZZEIM, hoc est Sata triginta, sicut docemur in lib. Misnaioth tract. de angulo cap. 5. parag. 8. in Comm. & tractatu de Chelaim cap. 2. parag. 10. & tractat. de KEDOSSIM, cap. 3. parag. 1. in Comment. & tract. de votis, cap. 8. parag. 1. & Camhius in 2. Paral. 4, 5. asserit duos Coros continere LX. Sata.

Est itaque Corus capax decem EPHAH: siquidem Ephah tria sata continet, vt iam disseruimus. In Geometricis autem rationibus adnotatum est, Agrum coro tritici serẽdum, non minorẽ esse oportere, quàm cubitorum septingentorum & triginta millium. quæ ratio in lib. Misnaioth subducta est tract. de NEZIKIN ca. 3. parag. 1. in Comment.

Camhius diligens rerum obseruator idem esse Cor & HHOMER scripsit, & in Comment. Isai. 3, 10. & Ezech. 45, 10. & 2. Paral. 27, 4. & Ose. 3, 1. Propriè verò vim vocis expendentibus HHOMER cumulum nobis significat. Atque in Lege, Si quis voueret agrum, pretio constituto redimere poterat, partitus videlicet in partes capaces singulorum Hhomer, atq. in singularum partium redemptionem L. siclis expensis. Quod verò Hebraicè dicitur Hhomer in illo loco Leuit. 27, 16. Interpres noster vertit triginta modios, quod tantundem est atque Hhomer: nam Hhomer eadem est cum Coro mensura; Corum autem triginta Sata facere docuimus, atque ita triginta modios apud Interpretem nostrum definire conuenit. Idem Interpres alio loco pro Hhomer Corum vertit, quòd idẽ omnino vtriusq. modus sit. Num. 1, 32. sic nostra versio: Surgens ergo populus toto die illo & nocte, ac die altero congregauit cotur-

uit coturnicum multitudinem; qui parum, decem Coros, Hebraicè decem Hhomerim. Apud Isaiam quoq. triginta modios, hoc est Sata triginta, pro Hhomer versum legimus: Et triginta modij sementis facient modios tres, Isai. 5, 10. Hebraicè, Et Hhomer sementis faciet Epha. Iam verò ostendimus Epha esse tria Sata, quos Modios tres noster dicit Interpres. Apud Ezech. etiá pro Hhomer sępè Corũ noster Interpres reddidit. cap. 45, 11. Vulgata versio habet: Ephi & Batus, æqualia & vnius mensuræ erunt, vt capiat decimã Cori partem Batus, & decimam partem Cori Ephi, iuxta mensuram Cori erit æqua libratio eorum: Hebraicè sic ad verbum Ephah & Bath ratio vna erit, vt ferat decimum Hhomer Bath, & decimam Hhomer Ephah, ad Hhomer erit proportio eius, videlicet Ephah. Et paulò pòst, vbi nostra versio habet: Et hæc sunt primitiæ, quas tolletis, sextam partem Ephi de Coro frumenti, & sextam partem Ephi de Coro hordei, mẽsura quoq. olei, Batus olei decima pars Cori est, decẽ Bati Corum faciunt; quia decẽ Bati implent Corum: Hebraicè sic legimus, Hæc sublatio, quã sustolletis sextã Epha ex Hhomer triticorum, & sextam Epha ex Hhomer hordeorũ: Et statutũ olei Bath olei, decimum est Bath ex Coro; decem Bathi sunt Hhomer. Ex quo etiã loco docemur, Hhomer quoq. liquidorum & aridorum fuisse mensuram. Idem etiã nomen Hhomer Hebraicè apud Hos. est, vbi Latinè legimus: Et fodi eam mihi x v. argenteis, & Coro hordei & dimidio Coro hordei. sic enim Hebraica habent: Et emi eam mihi in Hhomer hordeorum & LETHECH hordeorum. Aramæa lingua Hhomer Chiph dicitur, & apud auctorẽ Aruch Ghora, Arabica vt videtur, pronuntiatione vocatur. כיף גורא

De Lethech. לתך

Superiori capite postremùm citatus locus monuit, vt LETHECH etiam rationem expenderemus. Est igitur LETHECH mensura dimidium Cori continens, hoc est quindecim Sata, vt traditur in Misnaioth lib. tract. de Iuramento iudicum cap. 3. parag. ז. Idem etiã indicatur ab auctore Haruch & in Midbar Rabba. & Exod 27. & 37. In eodem lib. Camhius etiam & Salomo Iarchius & Ioseph Hispanus in Comment. Hoseæ 3, 2. eandem omnes rationem confirmant. Et in Misnaioth tract. de Sebughoth cap. 6. parag. ז. idem explicatur. Dicitur autem in loco Misnaioth superius citato, de Sebighith cap. 3. parag. ז. LETHECH esse iustum asini onus. huius etiam mensuræ dimidiam partem certo vase fuisse æstimatam conijcimus ex nomine ARDAB, in lib. Haruch explicato, quod dimidium Lethech significare dicitur: quanquam satis apertè videtur nomẽ non Hebræum, sed Aramæũ esse. ארדב

Erat etiam CHILCHAL mensura qua fructus decimantur, ter in anno taxanda, Misnaioth tractat. de primitiis, cap. 4. parag. ז. כלכל

Est itaque hæc aridorum mensuræ summa ratio.

Ouum diuiditur in quinque partes.

Ghachal	ouum & quintum eius continens.
Kab	quantum viginti quatuor oua, facit.
Quartum Kab	sex ouorum mensura.
Zzeah siue *Satum*	facit sex Kabos.
Ephah siue *Ephi*	tria Sata continet.
Ghomer	decima pars est Epha.
Corus	decẽ Epha capit. hoc est, *Sata* triginta.
Hhomer	idem cum Coro est mensura.
Lethech	dimidium Cori siue Hhomer est.

De quibusdam aliis vasorum & mensurarum minùs celebri ratione nominibus.

ZZAL, Canistrum vertit Latinus, esse poterat certæ & incertæ mensuræ, vt traditur in libr. Misnaioth, tract. de Theruma cap. 1. paragr. ז. huius mentio fit Matth. 14. de reliquiis fragmentorum, quæ duodecim cophinos implerunt: Namque Syricè dicitur CHVPHA idem quod Hebraicè ZZAL, vnde Cophinum dictum arbitramur. צל כוּפָא

MISPAL vas est ex palmarum foliis, vel ex sparto vel alia huiusmodi plicatili materia contextum, quod asinis, ad aridorum onera ferenda imponitur. In eoque deferri possunt fructuum genera omnia, vt pomorum, frumentorum, nucum & baccarum, terra item, arena, & calx, pix, & cætera: capiebat integrum LETECH, vt definitur lib. Misnaioth, de Sebighith, cap. 2. parag. ח. מִסְפָּל

KALZZATRA vas coriaceum quatuor Cabos continet, ad vsus vulgares ministerij: cuius rationem in Haruch legimus. קַלְצַטְרָא

EIVSDEM BEN. ARIÆ MONTANI EZECHIEL SIVE DE BATO.

ONSEQVENS est, vt de liquidorum mensuris disseramus; quæ quanquam ad aridorum rationes referri possunt, habent tamen suam priuatam & vasorum materiam, & nominum interdum etiam obseruationem. Atque huius inuentionem altera vsu ipso priorem fuisse non arbitramur; quippe cùm vini & olei vsum multò quàm tritici & hordeorum posteriorem fuisse existimemus. A prima enim, post Adam hominibus, memoria frugum culturam fuisse constat, hoc est à Caini temporibus. Vini verò & olei ante diluuij tempora, nulla nobis mentio est in sacris libris obseruata. Est autem liquidorum mensura non minùs quàm aridorum sacra, quippe, quæ ad commerciorum rectum vsum instituta sit; & in sacrificiorum & templi ministeriis, ad olei & vini portiones adnotandas adhibita.

Primùm in hoc, sicut in aridorum genere locum tenet gallinæ ouum commune; cuius de partibus, in superiori volumine disseruimus. גיר

De LOG, LOGIO, siue LAGENA, לוג

Vas in primis effictum est, quantum sex ouorũ gallinę cõmunium testis capi posset, excipiens, cui nomẽ est inditum Log: ex qua voce lagenam dictam existimamus, quanquam nõ omnino cum Log conuenientem, si mensuras conferamus. Huius autem ratio & quantitas traditur in libris antiquis Misn. tractatu de angulo, cap. 8. parag. ה. Vbi etiam adnotatur ex ZZEAH oliuarum immaturarum exprimi quartam partem Log: & ex maturarum eadem mensura medium Log olei exprimi. Idem etiam docemur tract. de Sebighith cap. 4. parag. ט. Atque in eodem lib. tract. de HHALI, cap. 2. parag. ז. dicitur Log continere vigesimam quartam partem ZZEAH. Atqui ZZEAH centum quadraginta & quatuor oua cõtinet, cuius vigesima quarta pars sunt sex. Idem etiam explicatur eodem lib. tract. de Sanhhedrin, cap. 8. parag. ט. & apud auctorem quoque Haruch idem legimus.

Apparet autem Log olim in partes octo, veluti vncias fuisse diuisum. Namque in illo eodem lib. mentio fit dimidij Log, & quartæ & octauæ partis Log. Adnotatur præterea in mensuris liquidorum nomen REBIGHITH, id est quartæ, semper debere ad Log referri. Misnaioth, in tractatu de primitiis cap. 8. parag. ט. & cap. 11. parag. ה. Huius mensuræ mentio fit Leuit. ca. 14, 10. pro qua Latinus Interpres sextarium reddidit, atque etiam 12, 16, 21, 24. versibus.

De HIN. הין

HIN celebris & maximè vulgaris mensura fuit, in vini &

vini & olei rationibus exponendis, quam Interpres noſter, eodem nomine Latinis auribus reddidit. Continuit autē HIN duodecim Logim, hoc eſt oua ſeptuaginta duo, vt docemur in lib. Miſnaioth tract. de Ghedioth. cap. 5. parag. 1. Atque in ſacrificiis huius menſuræ frequens fit mentio, vt Exod. cap. 29, 40. & ca. 30, 24. vbi, quemadmodum iam indicauimus, idem nomen Hin, ab Interprete Latino antiquo eſt expreſſum. ſed in Leuit. 19, 36. Latinè ſextarium, pro Hin eſt poſitum; ita vt Latinis harum menſurarum nominibus non ſemper ſtandum ſit, ſed res ipſa, ex Hebraica veritate petenda: in cap. verò 23, 13. Hin quartam partem Latinè legimus, Hebraico verbo retento: itidem & Leui. 15, 4. vertitur quarta pars Hin: & eodem cap. ver. 5. Tertiam Hin partem etiam Latinè explicatam habemus. & verſ. 7. eiuſdem ca. & verſ. 9. & 10. Medium Hin vini & olei eſt: & cap. 28. verſ. 5. & 7. Quartam etiā Hin partem, & verſ. 14. Mediam Hin & tertiā Hin, & quartam Hin præſcriptas videmus. Ezechieli etiam aquæ potus ad ſextam partem Hin conceſſus eſt. Ezechiel. ca. 4. ver. 11. & c. 45. ver. 4. & c. 46. ver. 5. & 6. & 11. integri Hin mentio fit. & verſ. 14. tertia pars Hin commemoratur. Quibus ex locis duo obſeruauimus: alterum, Hin diuiſionem, vſque ad ſex partes, vnde conſequitur fuiſſe menſuram totius Hin & dimidiæ partis, & tertiæ & quartæ & ſextæ. Erat autem ſexta pars vnum Log, quarta vnum cum dimidio, tertia duo Log, dimidia tria Logim; oportet igitur dimidij Log menſuram etiam exſtitiſſe. Alterum verò quod obſeruamus, illud eſt, partes Hin nunquam in ſacris libris notari, etiā ipſius Hin non appellato nomine: id quod omnibus exemplis fit manifeſtum. nam ſi quando quarta abſolutè dicitur; id de quarta parte Log eſſe accipiendum, ex antiquorum doctrina, in ſuperiori cap. docuimus.

Hin partes.

DE BATH ſiue BATHO.

Bath ſiue Bathus in vino & oleo eiuſdem omnino menſuræ rationem ſequitur, quam Epha, in aridis demetiendis habere obſeruauimus, hoc eſt quantum tria ſatha; quæ ſi ad log referantur, ſinguli Bathi capient logim LXXII. hoc apud Ioſeph Hiſpanum cognomento Abarbenel expoſitum legimus, lib. 1. Reg. 7, 27. & eodem etiam loco apud Camhium, id quod ab illis ex Ezechiele acceptum exiſtimamus, qui eiuſdem vtramque menſuram capacitatis eſſe, diſertis exponit verbis: Statera (inquit) iuſta & Ephi iuſtum, & Bathus iuſtus erit vobis. Ephi & Bathus æqualia, & vnius menſuræ erunt, vt capiat decimam partem cori bathus, & decimam partem Cori Ephi; iuxta menſuram Cori erit æqua libratio eorum, Ezech. 45, 10. & paulò inferiùs, Menſura quoque olei Bathus olei, decima pars Cori eſt, & decem Bathi Corum faciunt, quia decem Bathi implent Corum. Mare illud à Salomone in templo conſecratum, bis mille bathos capiebat, vt explicatur apertè 1. Reg. 7, 27. Quod verò in codicibus vulgatis noſtræ verſionis additum eſt, & tria millia metretas, in Hebraica lectione id non eſt, in illo loco. atque in quibuſdam manuſcriptis exemplaribus omnino abeſt. Legimus verò apud Camhium, vas quod capit bis mille bathos liquidorum, poſſe tenere ter mille aridorum bathos, eò quòd cumulus ex aridis additus mediæ parti totius excepti, æqualis ſit. Cuius rei fortaſſe ſignificandæ cauſa, illud, tria millia metretas, ab aliquo eſt adiunctum. Salomonem quoque Tyriis ad lignorum cæſionem deſtinatis, viginti mille bathos vini totidemque olei dediſſe legimus. Animaduertendum tamen eſt, in vulgatæ noſtræ editionis nonnullis exemplaribus ſatha ſcriptum eſſe pro bathis, decepto fortaſſe librario, ex affinitate vocum. 2. Paralip. 2, 10. Apud Iſaiam, vbi Latinè legimus, Decem iugera vinearum facient lagunculam vnam; lagunculæ nomen bathum ſignificare, ex Hebraica lectione, interpretamur, Iſai. 5, 10. In libro etiam 1. Reg. 7, 38. legimus ſingulos ex decem luteribus æneis, à Salomone in templo dicatis, continuiſſe quadragenos bathos, fuiſſeque quatuor cubitorum diametri videlicet. Namque vas rotundum quatuor cubitos in diametro habens, quod medium circulum conſtituit, nouies nouem, in vniuerſum, cubitos continet; vt oſtendunt ij, qui de cubitorum proportione ad ſatha diſputant. In quibus eſt præcipuus Leui Gerſonides in eundem locum ſcribens. Atque quadraginta bathi nouies nouem cubitis excipiuntur.

DE COR ſiue HHOMER. כור חומר

De Coro & Hhomer iam in ſuperiori volumine eſt à nobis diſputatum; ſed illud hoc loco indicare operæpretium viſum eſt, Cori & Hhomer menſurā quæ decem Epha continet, ad liquida etiam expendenda, pertinere. Nam lib. 3. Reg. 5, 11. viginti coros puriſſimi olei Hyrano regi Salomonis dono obtigiſſe legimus. Idem etiam affirmat Camhius, in illo loco, & apud Iſa. 5, 10. & Ezech. 45, 10.

DE CADO. כד

Cadus vulgaris olim fuit, ſed non certæ ac præciſæ menſuræ, quæ ad commercia expedienda vſurparetur; non erat tamen nimis magnæ, neque exiguæ etiam capacitatis, nimirum quantum aquæ virguncula humeris imponere poſſet ferendum, ſicut ſcriptum eſt, Ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in ſcapula ſua. Hebraicè eſt: Et cadus eius in humero eius. Et Gedeonis milites cados huiuſmodi incluſis torribus noctu Madianitas aggreſſi ferebant, quas lagenas noſter vertit Interpres, Iud. 7, 16. Atque illa vaſa fictilia erant, vt ex eodem cap. liquet. ſinguli enim repentè ſuos cados fregere. In eiuſmodi cadis farina etiam conſeruabatur, vt apud illam viduam Sareptanam obſeruauimus. 3. Reg. 17, 12. Viuit Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ, in hydria, Hebr. in cado. Denique miniſteriis domeſticis vulgare atque frequens vas cadus erat; ideoque ad portandum habilis. Implete (inquit Elias) quatuor hydrias aqua, Hebr. quatuor cados. 1. Reg. 18, 34. Et Salomon, Ante, inquit, quàm conteratur hydria ſuper fontem. Eccleſ. 12, 6. Huius nominis & vaſis meminit Ioſephus Gorionides Hebræus ſcriptor, libr. 1. pagin. 10. col. 1. Eſt etiam in lib. Miſnaioth huius rei mentio facta tractat. de Sebighith, cap. 5. verſ. parag. 7. De vaſe quinque cadorum olei, & quindecim vini, quæ figulis vendere liceret in ſeptimo anno.

Eſt & alia breuis menſura Hebr. MESVRAH dicta, quam ſingulis vicibus bibere iubebatur Ezechiel ca. 4, 11. ea trigeſimam partem Log capere traditur à Camhio in eum locum. מְשׂוּרָה

Fuit & THARVVAD apud antiquos, cochlear magnum duos pugillos capiens, de quo in lib. Miſnaioth, tract. de Nezir, cap. 7. parag. ב תַּרְוַוד

Fuit in vſu & aliud cochlear ligneum, quod ZZIZZ dicebatur, vnciæ ferè capax, vt deſcribitur in Haruch. זִיז

KORTOB menſuræ genus fuit, tres oui partes, ex quinque continens; quod in Haruch indicatur. קוֹרְטוֹב

KEPHIZA in lib. etiam Haruch deſcribitur, Aramæum nomen, & centeſima pars Cori eſſe dicitur quadraginta trium ouorum & quintæ oui partis. קְפִיזָא

KANTAR Canthari nomē refert; vas erat portatu facile, vbi plenum eſſet, ideoque non nimis magnæ, at nobis incertæ menſuræ: cuius mentio fit in Bereſſith Rabba cap. 6. & Semoth Rabba cap. 31. קַנְטָר

Fuit etiam eiuſdem aut ſimilis cum ſuperiori vaſis vſus quod KANKAN veteres dixerunt. Sæpè eſt citatum in lib. Miſnaioth, tract. de decima ſecunda, & in tract. de primitiis cap. 4. parag. 1. & cap. 11. parag. ה. & tract. de Hhalah cap. 2. parag. 1. Et de Ghediuth cap. 5. parag. ב. in Comment. קַנְקַן

Inuenimus & in Elucidario Santis Pagnini, Anbag liquidorū menſurā nomine Latino quartarij redditam. אַנְבַּג

In Ha-

טְנִי In Haruch etiam legimus nomen TENI mensuræ esse oua LX. continentis.

שְׁלִישׁ Mensuræ nomen commune est, tertiam partem cuiuslibet mensuræ significans, quod nõnullis certæ mensuræ putatur esse, Psal. 8, 6. Potum dabis in lachrymis, in mensura. Et apud Isaiam, vbi noster Interpres vertit: Et colles in statera, Hebraica habent, in Selis.

שְׁלַחַת SELAHHATH mensuræ cuiusdam liquidorum nomen esse auctor Haruch dicit, cuius tamen definitionem non indicat.

טוּמָן תַּמְנֶתָא THVMAN siue THAMNETHA mensuræ genus esse dicitur in Midras Rabba cap. 9. quartarium Latinè quidam dicunt; cuius & in Haruch mentio fit: Aramæum nomen est.

תַּרְקַב THARKAB duos cabos continere, ex ipso nominis etymo indicatur. Legitur nomen in Midras Rabba cap. 9. & Psal. 81. in Midras. nomen ex Chaldæo & Hebræo compositum est.

שַׂרְגַּשׁ SARGAS etiam mensuræ nomen est in Haruch, nomen barbarum.

גַּרְבָּא GARBA dolium Latinè verti possit, liquidorum certa mensura lignea portatu non difficilis, qualis apud Italos BRENTA; Ezech. cap. 45, 20. Camhius. nomen Aramæum est.

חַבְיָח HHABIAHH vas notæ olim mensuræ quo liquida, ad certam mẽsuram, capi poterant, Misnaioth de votis cap. 8. parag. 1.

בַּרְזִינָא In Haruch prætereà nomen BARZINA legimus, indicata mensuræ, incertæ tamen, significatione. Nobis autem Hispani agrorum cultores, & nomẽ, & rem ipsam ab Harabibus, quorum hæc vox est, accepisse videntur. est autem BARZINA, apud Hispanos, saccus ex funibus sparteis in casses retis modo connexus, qui ad fruges, paleas, culmosque transferendos commodus est. Capit autem tantum, quantũ vel manipulorum vel palearum, vel culmi iumentum dorso portare potest. Interdum vna magna iumento transuersa imponitur. Nonnunquam ad deportationis commoditatem, duæ breuiores vtrimque in onus aptantur.

פַּקְקֵטַר PAZZKETAR lebetẽ esse dicunt integri Lethech capacem. Exod. 26, 27. in Thargum. & Midras Rabba cap. 4. Atque hæc de mensuris obscurioribus.

Summa celebrium mensurarum in liquidis ratio.

	Ouum gallinaceum.
Log siue *Lagena*	sex oua continet. diuiditur in partes octo.
Hin	duodecim Login capit. diuiditur in partes sex.
Bath siue *Bathus*	septuaginta duo Login excipit.
Cor siue *Hhomer.*	Corus decem Bathis completur.
Cad siue *Cadus*	vas fictile, quod humero impositum fœmina portare potest.

EIVSDEM BEN. ARIÆ MONTANI EPHRON SIVE DE SICLO,

Volumen tertium.

ANTIQVISSIMA omnium, quas diuina scripta commemorant, monetarum SEKEL est: quæ & nomine suo præcipuam sibi vendicat commerciorum fidei rationem & consuetudinem. Siquidem nomen trahit à verbo SAKAL, quod ponderare Latinè dicere possumus; & SEKEL ipsum pondus etiam non inconcinnè interpretari: fuit enim antiquissima & æquissima etiam monetæ expensio, in qua nihil fraudis aut detrimenti accipi poterat: quandoquidem statera certissima defectus & incrementi est indicatrix. Atque ita legimus Genes. 23, 16. Quod cùm audisset Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron postulauerat, audientibus filiis Heth, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ. Atque hoc modo appensum argentum, tametsi non signatũ fuerit neque cusum, nullam omnino fraudẽ admittit. Sed an olim cùm primùm hoc nummi genus extitit, signatum fuerit, incertum adhuc nobis est; nihilque ad cõmunem commerciorum consuetudinem certam statuendam desiderare posse putamus, si id ignoretur, dum de certo ponderis modo constet. Illud autem scimus, non tantùm olim in ipso primo monetæ inuentæ tempore; sed posterioribus etiam longè porrò sæculis, cùm numorum cusorum frequens vbiq. vsus esset, argentum etiam & aurum non cusum in commerciis fuisse receptum, quod vel ex Græco nomine ἄσημον ab Hebræis etiam vsurpatum, manifestè arguitur: de quo legimus in lib. Misnaioth, tract. de decima secunda cap. 1. parag. ב. & tractat. de Ghediuth. 3. parag. ב. Quoniam verò SIKLVS non ad monetas alias cognoscendas modò, sed ad ponderum sacrorum explorandas rationes, nobis aditum aperire potest; quòd horum omnium ipse primus index & tanquam sator quidam sit; ideò primus omnium vt expendatur postulat: se enim rectè cognito, cætera facilè percipienda pollicetur.

שֶׁקֶל Fuit autem iam diu & nostro etiam sæculo, à compluribus de Sicli valore & pondere quæsitum; quorum sententias varias nos, non sine negotio diu examinabamus, donec quemadmodum discernere dijudicareque possemus, maximam cõmoditatem adepti sumus: vbi ipsum verum ac certum Israelitarum Siclum, non casu, sed diuino beneficio & consilio, vt credimus, nacti sumus. Accidit enim dum Tridenti publicæ pietatis causa in Concilio essemus, vt inter alios libros, quos mihi euoluendos proposuissem, doctissimum quendam Pentatheuci expositorem perlegerem, Mosem Nehemani filium Hebræum Gerundensem, qui ante annos quadringentos (nisi me supputatio fallit) in Catalonia floruit. Ille autem in Comment. Exod. 39. multis verbis differens significabat, se non facilè ad Salomonis Iarhhæi, qui ante illum in Gallia scripserat, sententiam, de Siclo accedere; cùm Salomoh affirmasset, Siclum esse dimidiam argenti vnciam. Posteà tamen absoluto iam in omnem legem Commentariorum opere idem Moses Gerundensis capite ad eam rem propriè addito, Sicli æstimationem à Salomone illo indicatam re ipsa doctus ingenuè & apertè, vt viros doctos & veri inueniendi atque docendi cupidos decet, comprobauit. Narrat autem se eo anno, quo illa scriberet, in Palæstinam ex Hispania sacrorum locorum visendi causa naui delatum Acconum, quam nunc Iachan vocant, deuenisse; ibidemque sibi ab incolis ostensum fuisse nummum argenteum antiquissimum, expressis tamen signis & literis conspicuum; in cuius altero latere forma esset vasculi illius, quod Manna plenum in sacra arca ad sæculorum monumentum, Dei iussu & Moysis procuratione fuerat repositum: & in altero ramus ille admirabilis, quem in fasciculum virgularum plurimarum Aaronis nomine illatum (cùm illius Sacerdotali dignitati ab æmulis quibusdam obtrectaretur) postera die populus omnis florẽtem, amygdalaque explicantem vidit, inscriptiones etiam fuisse in eodem nummo Samaritanis characteribus, quę olim communes totius Israelis literæ fuerant, ante discessionem decem tribuum à duabus, lingua planè Hebraica, quarum exemplum ex altera parte erat SEKEL ISRAEL, quod Latinè sonat Siclus Israelis: ex altera verò IERVSALAIM KEDESSAH, hoc est Ierusalem sancta: qui nummus antiquitatem cum primis magnam probabat, vtpote cusus nomine Israelis, eo tempore, quo omnes duodecim tribus communi concordia Israelis nomen obtinebant; quoque Hierosolyma ipsis

mà ipsis omnibus regia vrbs sanctaque erat; eademque cõmunis omnibus & religionis & publicę rei & monetæ atque literarũ ratio; quæ posteà discessione facta, alia atque alia vtrique parti fuit. Namque Iudæi, vt omnes ferè scriptores asserunt, ne cum schismaticis Israelitis vllo sacrorum vsu communicarent, eam literarum formam, quæ nunc etiam in vsu est, hoc est quadratam, mutatis valdè alterius prioris figuris, adinuenere. Affirmat præterea idem Gerundensis, nummum illum, qui Siclus inscribebatur, sibi in statera pensum dimidiæ argenti vnciæ pondus reddidisse, ostensam quoque alteram monetam dimidiato pondere minorem, iisdem omnino vasis & rami figuris, quæ tamen non SEKEL sed HHASZI SEKEL, hoc est, dimidius siclus diceretur. probari itaque sibi vel maximè Salomonis Iarhhæi, de Sicli pondere & valore, sententiam. Eadẽ verò nocte, qua ipse illius auctoris commentariis perlectis, ad illam postremam, de Siclo in peregrinatione reperto & agnito, narrationem perueniebam, tredecim aurea antiqua Imperatorum numismata, ad amicum quendam doctissimum, ab Archiepiscopo Lestrigoniæ missa, vt interpretarer, accepi, quòd eiusmodi antiquitatum studiosus aliquando fuisse dicerer, ea liberali cõditione proposita, vt si quæ ex illis optarem, apud me retinerem lubenti animo donata. Pręter illa autem tredecim aurea, vnum etiam erat duplo quàm singula ex aureis crassius, maioris etiam formæ, purissimo argento constans; iis denique omnino figuris & characteribus cusum, quæ à Mose illo Gerundensi descripta, superius breuiter à nobis sunt indicata. Quod vbi vidimus, diuinum beneficium manifestissimum interpretati, vnum tantùm nobis retinuimus, cæteris omnibus domino suo, vnà cum explicatione redditis, cui oblati beneficij gratias egimus; non tamen eo tempore numismatis à nobis delecti dignitatem cæteris omnibus in multis aliorum nummorũ millibus præferendam significabamus, quam tandem posteà nostræ optionis ratione exposita indicauimus; id autem numisma plurimis & doctissimis & antiquarũ rerum studiosissimis viris ostẽdimus: idque adhuc ceu pretiosissimũ & amici munus, & certissimum veritatis antiquæ testem magni thesauri loco seruamus; cuius vnius cognitio omnem nobis in ponderum & monetarũ ratione consolidanda veri disquirendi laborem ademit. Namque ad stateram examinatum quatuor integras argẽti drachmas, hoc est, dimidiam vnciam reddit, non vulgaris vnciæ dimidium, sed eius, cuius pharmacopœis, in medica materia expendenda, vsus est: quam semunciam Atticam antiqui dixere; atq. ita verissimum esse comprobatur, quod Iosephus in libro antiquitatum docet, Siclum Atticè tetradrachmi pondus fuisse. Est igitur huius nummi pondus quantus ferè quatuor Hispanorum regalium nummorum, aut quatuor Iuliorum Romanorum ferè, aut Venetorum Mocenigorum duorum, aut Flandrici nummi, qui quatuordecim stuferis, quos vocant, permutatur. Denique hoc nobis antiquissimæ semũciæ, & ad nostra vsque tempora durantis exemplũ est. Appellabatur autem Siclus sanctus, vel sanctuarij Siclus, idem ille, qui in hoc numismate dicitur Siclus Israel: namque Israel sanctificatio Domini factus est, & potestas eius, ex quo ex Ægypto redemptus in populi reique publicæ nomẽ est redactus.

Porrò Sicli illius sancti viginti granorum pondus esse ab ipso legislatore Mose definitur, Exod. 30, 13. Siclus, inquit, viginti obolos habet: & Ezech. 45, 12. eodem modo ait: Siclus viginti obolos habet. quod noster Interpres vertit obolos, Hebraica lingua dicitur GERAH, quod nomẽ ab AGAR verbo, quod cõgregare significat, deductũ volunt Grammatici: alii à GERAR, quod est miscere deducunt, quòd multæ simul eiusmodi argenti portiunculæ inter se mixtæ, exiguã speciem singulæ nec satis notabilem præberent. Fuit autem GERAH illud portiuncula eiusdem ferè ponderis cum siliquæ communis semine; id quod nos, periculo facto, deprehendimus, granis siliquæ viginti in altera stateræ lance, & siclo nostro in altera appẽsis, ferè enim pondus vtrimque conuenit. Atque ita apud quosdam ex Hebræis doctos legimus, illa quæ vocãtur GERAH grana esse HHARVB; quod verò illis HHARVB Arabibus ALHAROB, Hispanis ALGARROVA, & Latinis dicitur siliqua. Itaque GERAH vigesima sicli pars est, quam Chaldæi paraphrastæ perpetuò MEGHA exponunt, hoc est minutum argentum, eiusdem ferè ponderis cum minuta Turcarum moneta ex argento, quæ vulgò GHAZPAR siue ASPRO dicitur. ex Chaldaico nomine MEGHA vocabulum Meaja Hispanicum factum arbitramur, quod minuti argentei nummi olim apud nos genus fuit. Atque illud nomẽ quod medicis in vsu est Cheratum dictum, ab illo Hebraico GERAH factum arbitramur; nam medici ab Arabibus acceperunt CHERATH: Arabes verò ab Hebræis vocis vicinitate G in C conuersa. Iam verò quibus in locis præcipuè Sicli mentio fiat, ostendamus. Abraham ab Ephron Hethæo agrum sepulchri causa emit quadringentis siclis argenti, hoc est vnciis ducentis, drachmis mille & sexcentis. Gen. 23, 15. Argenti triginta siclis præscripta mulcta est Domino, cuius bos, seruum alterius occiderit, Exod. 21, 32. Siclis etiam redimebatur mulcta præuaricationis & damni dati in sacris rebus; Siclis inquam sanctis, ad arbitrium Sacerdotis numerandis, quanquam in Latina interpretatione legimus duobus siclis. Leuit. 5, 15. Siclis sanctis quinquaginta æstimabatur redemptio voti personalis in viris: triginta verò in fœminis à vigesimo anno vsque ad sexagesimum. A quinto autem anno vsque ad vigesimum maris æstimatio viginti siclorum erat, fœminæ decem. Ab vno mense vsque ad annum quintum, pro masculo dabantur sicli quinque, pro fœmina tres. Sexagenarius & vltrà dabat quindecim siclos, fœmina verò decem. Ager triginta Homer hordeorum capax æstimatus est ad voti redemptionem quinquaginta siclis argenteis. Denique omnis sacra æstimatio siclis sanctis fiebat, sicut scriptum est: Omnis æstimatio tua siclo sanctuarij põderabitur. Siclus viginti obolos habet, Leuit. 27, 3. vsque ad 25.

Siliquæ semen.

Cheratum medicorũ.

Pro singulis capitibus, quibus primogeniti Israel Leuitarum numerum superabant, iussi sunt exsoluere, quinos siclos sanctos vicenorũ Gerah siue obolorum. Num. 7, 47. Singula acceptabula argentea à tribubus Israelis oblata centenos & tricenos siclos, hoc est vncias quinas & sexagenas ponderabant. Phialæ verò singulæ septuagenos siclos, id est vncias argenti tricenas & quinas continebat. Num. 7, 12. & deinceps. Atque ita omnium siclorum summa, bis mille, & quadringenti erant in siclo sancto, mille inquam, & ducentæ vnciæ. Primogenitorum summa redemptio erant quini sicli in siclo sancto vicenorum Gerah, qui tamen pro Sacerdotis arbitrio, pauciores esse poterant, ex offerentium facultate æstimata. Num. 18, 16.

Ducentos argenti siclos sacrilegio à se subreptos Ghacam confessus est, Iosuæ 7, 21. Dauid ab Arauna Iebusæo aream altari ædificando oportunam cum bobus argẽto siclorum quinquaginta emit. 2. Sam. 24, 24. Elisæus prædixit satum similæ, postero die emendum siclo, & duo Satha hordeorum tantidem. 2. Reg. 7, 1. Menahhem muneris Assyrio regi dandi causa populo Israelitico quinquagenos siclos viritim imperauit. 2. Reg. 15, 20. Nehemias refert panem, vinum & quadragenos, per singulos dies, siclos fuisse populo à principibus exactos. Nehem. 5, 14. Septem & decem siclis Ieremias agellum in Hanathoth ab Hanamel cognato emit; quod Latinus Interpres vertit septem stateres, & decem argenteos; Hebraicè ad verbum est, septem sicli & decem argentei. Hoc etiam modo æstimamus Ægyptiam quadrigam sexcentis argenteis constituisse non siclis, sed drachmis, hoc est, quarta sicli parte; nam

argenti nomine drachmam non rarò intelligimus; Siclum verò, vbi intelligi oporteat, ipsum nomen appositum indicat.

Sicli variatio. Atque sicli pondus hoc fuit præcisum frequenterq. in sacris libris indicatum: quod si aliquãdo in profanis vsibus maioris ponderis deprehendatur Siclus, id non ex lege, sed ex hominum quorundam principum & diuitum cupiditate ortum existimare oportet, qui duris & difficilibus temporibus, vt pauperiores citius exspoliarent, siclum augebant, accepturi ab iis, quibus frumentum venderẽt, eiusmodi pecuniam exsoluere coactis, aliâs ipsi talibus siclis cõmuniter in soluẽdo, si quid emerent, non vsuri. Cuiusmodi nefaria fraus ab Amoso vate apertè reprehendẽte improbatur. Audite hoc, qui conteritis pauperem & deficere facitis egenos terræ, dicentes, Quando transibit mensis; & venundabimus merces; Sabbathum, & aperiemus frumentum vt imminuamus mensurã, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas. At verò huiusmod illegitimorũ siclorum, si quis certam rationem quęrat, nullam planè sibi constantem reperiet, quanquam sunt, qui inter sanctuarij & prophanum & regium siclos, nescio an tam certè, quàm curiosè, distinguant.

Atque nummum illum argenteum, quem Siclum vocamus, primæ domus monetam celeberrimam & Israelitis propriam fuisse, docent antiqui auctores, in lib. Misnaioth de Chelaim, cap. 2. parag. ד. In eodem etiam libro describitur Siclus ille, qui literis Samaritanis inuenitur tract. de Iadaim. cap. 4. ה.

De sicli partibus.

Pręter Sicli nummũ integrum tetradrachmon, quod iam descripsimus, alias etiam monetas fuisse ex Sicli ipsius diuisione nomen sortitas (siue signatæ illæ, siue signo carentes fuerint, nihil refert) in sacris libris obseruauimus: Namque dimidij Sicli mentio fit Exod. 30, 13. & 15. Hoc autem dabit omnis, qui transit ad numerum, dimidiũ Sicli, iuxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet, media pars Sicli offeretur Domino. diues non addet ad dimidium Sicli, & pauper non diminuet. Huius ponderis monetam vnà cum Siclo ipsò sibi visam in Ghaco vrbe, iisdem cum Siclo imaginibus signatam, Gerundensis affirmat.

Dimidius Siclus.

Triens. Fuit etiam tertia Sicli pars, quæ sex Gherah cum dimidio & sexto vnius Gherah ponderaret, vt ex libro Nehemiæ cognouimus, vbi scribitur, decernẽdum esse tributum, in singulos annos soluendum, tertiæ partis Sicli ad domum Domini, Nehem. 10, 32.

Quadrans. Quartæ etiam partis Sicli moneta fuit in vsu, hoc est drachma integra, quãtus noster regalis dictus nummus est. Sic enim scriptum legimus in lib. 1. Samuelis, cap. 9, 8. Rursum puer respondit Sauli, & ait: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti: demus homini Dei; Hebraicè est Sicli argenti.

Porrò, siue auro siue argento, siue etiam ære pecunia exsolueretur, omnis ratio ad Sicli valorem referebatur, vt viginti Sicli in auro, tantum auri esset, quantum viginti Sicli in argento valerent. constat autem ex drachmis & didrachmis antiquis duplex ferè esse auri pondus ad argentũ; nam quæ denarij valore apud nos extãt numismata argentea, singula drachmam ponderant. Eiusdem verò magnitudinis aurea, quæ nobis sunt satis multa expensa, binarum drachmarum põdus habent. Valor autem auri cum argenti valore collatus, non semper idem est, sed pro principum arbitrio & temporum vsu mutatur frequenter. Tamen vt ex multis temporum exemplis obseruauimus, auri valor super argentum, nunquam ferè minor fuit, quàm decuplus; ita vt pro singulis auri drachmis, argenti, ad minimum, denæ sint reddendæ.

Stater. Iam nunc facilè ex his cognosci potest, staterem Grecorum, qui æqualis cum Siclo ponderis est; & didrachmon cum semisiclo, & drachmã cum quarta Sicli parte, ex Hebræorum nummorum & ponderum imitatione fuisse accepta.

De siclo pondere.

Non modò nummorum & monetarum, sed ponderum etiam primum exemplum Siclum statuimus. Etenim cùm de pretio rei alicuius exsoluendo agitur, quacunque materia nummi constent, dummodò Sicli mentio fiat, ad argentei Sicli valorem ratio referenda est, vt paulò superiùs adnotauimus. Cùm verò de pondere mentio fit, ipsum Sicli pondus, hoc est tetradrachmon siue semuncia, repetendum. Aliâs multa absurda, si res aliter æstimata fuerit, consequentur. Neque enim putamus auream monetam aliquam fuisse, quæ Siclus diceretur, neque æream etiam; quanquam non inficias ibimus, fuisse aureas & æreas monetas, verùm aliis nominibus dictitatas; vt de nonnullis postea explicabimus. Quosdam etiam aureos nummos vicenũm siclorum, quosdam vicenũm quinorum, alios quindenorum in vsu fuisse, quę Minæ partes dicerentur, vt exponit Camhius in Ezechiel. 45, 12. sed certum auri vel æris Siclum eodem nomine dictum, non facilè in antiquorum libris agnoscimus: sed cùm de Siclo auri aut argenti Scripturæ meminerint, pondus ipsum, non valorem esse æstimandũ arbitramur; cuius rei exẽpla aliquot satis aperta subiicimus in lib. Num. 7, 87. Cochlearium aureorum pondus fuisse denũm Siclorum in singula cochlearia, quę noster Interpres mortariola vertit. Quo loco non de valore auri, sed de pondere omni ex Sicli ratione cognoscendum indicatur. Nam si (vt quidam volunt) Siclus auri esset, & tantum valeret Siclus aureus, quantum argenteus, hoc est minus auri pondus, quantum videlicet Sicli valorẽ æquaret; Siclus aureus valeret quatuor drachmas argẽteas, & ponderaret ad summum duo Gerah, hoc est grana siliquæ duo. Totum igitur cochlear esset viginti granorum argenti, hoc est ponderis quatuor drachmarum. Quantum autem poterat esse coclear huius materiæ, quãtúmue thuris caperet eiusmodi cochlear, cùm scriptum sit, & mortariolum aureum appendens decem Siclos plenum incensi, quatuor vel etiam duo thuris grana cochlearis dimidię vnciæ acceptabulum implere abundè possent. Quam ob rem singulorũ cochlearium materiam auream denos Siclos, hoc est quinas vncias ponderasse interpretamur. Ex quinis autem auri vnciis vix satis commoda cochlearia fieri possunt: quandoquidem non magna sunt, quæ nobis in vsu sunt argentea cochlearia, binarum vnciarum cum dimidia, quantum argenteæ materiæ cum quinque auri vnciis collatum, conuenit. Atque ita apertis verbis Scriptura ipsa significat, non de valore cochlearium, sed de pondere auri, illo in loco agi; sic enim ex verbo legimus, in descriptione singulorũ cochlearium: Et cochleare aureũ appendens decem Siclos. & in fine capitis, cùm summa omnium subducitur. Cochlearia aurea duodecim plena thure, id est simul auri Sicli centum viginti pondere sanctuarij. vt præcedenti versu est annotatum in eodem cap. Illud etiam summum auri pondus, quod ex diuersis munerum speciebus collatum est, ad sedecim milia septingentos & quinquaginta Siclos; sic est intelligendum de pondere, non de valore auri; nam aliâs si valor auri tantùm in illo loco indicaretur; non satis magna præda esset, mille sexcenti & septuaginta quinque Sicli, ex numero pugnatorum, quos tribuni & Centuriones habuerant, sub manu sua, nullo excepto, à quibus recepta fuerant monilia omnia aurea, hoc est, periscelides, armillæ, annuli, dextralia, murenulæ, ex tanto fœminarum & virorum numero capta, in quo inuentæ sunt virgines triginta duo mille. locus est in lib. Num. 31, 5. Illam etiam laminam auream, quam Ghacham sibi ex anathemate subreptam confessus est, quinquaginta Siclorum ponderis, non æstimationis rationibus interpretamur. Nam si æstimatione Siclorum argenti exponamus, vix laminã inueniemus dici posse, quæ quin-

quæ quinque Siclis, hoc est duabus vnciis cum dimidia æqualis pondere sit; satis enim parua auri portio duas vncias cum dimidia ponderat. Et illę inaures Gedeoni ex spoliis Ismaelitarum oblatæ, ad hanc rationem sunt referendæ; vt omnium simul iunctarum pondus fuerit mille & septingenti sicli, hoc est, vnciæ octingentæ & quinquaginta auri, quæ summa est ferè sex mille octingentorum aureorum communium, quos nostro tempore coronatos vocant. Iud. 8, 25. Aurum etiam quo candelabra facta sunt, in pondere expensum scribitur. 1. Paral. 28, 15. Atque hoc modo siclorum, hoc est, semunciarum ratione omnia auri & argenti pondera exponenda videntur, nisi aliter expressè indicatum fuerit. Eodem quoque modo quinquagenûm siclorum fuisse intelligimus, vncinos ex auro ad valuas tēpli continēdas factos. Neque enim minores ferre pondus valuarum vertendarum possent. locus est 2. Paral. 3, 10.

Illa porrò, quæ de ferri, chalybis & æris ponderibus aliquando in scripturis leguntur sacris, vbi siclorum nomine significantur; ad hanc etiam rationem sunt à nobis omnino referenda. Quanquam sunt, qui dicāt singula metalla, suos certos habuisse, quibus expenderentur, siclos. Nullum tamen exemplum hactenus obseruauimus, cuius argumento in hanc sententiam concederemus. Quod verò à Salomone Iarchio in Comment. 1. Samuel. 17, 7. scriptum est, qua ratione nobis probari possit, non planè constat; dum ille absolutè pronuntiat omnes siclos, qui apud prophetas referuntur, minarum ponderibus exponendos esse, deceptus fortassè illa re quòd ferrum hastæ Goliath sexcentorum siclorum ponderis in sacra historia descriptum, non satis magnum putauerit tam vasti corporis bellatori viro, cùm tamen nobis nimis etiam magnum videatur ferrum hastæ trecentarum vnciarum; si modò ad lancearum vsum, hoc est, cōfodiendum & transfigendum habile, comparatum sit, nimirùm viginti & quinque librarum: quæ additæ hastæ ad instar liciatorij textorum crassę lanceam efficient, nulli nunc vsuro habilem. Nedum si, vt ille docet, trecentas minas ferro adscriberemus. Illud prætereà quis non modò homo, quantumuis procerus gigas, sed vel elephas portare posset loricæ pondus, quod eodem loco significatur fuisse quinque mille siclorum, si pro siclis minas exponere deberemus? Namque sicli quinque mille, iuxta ponderis à nobis explicati rationem, bis mille & quingentas vncias efficiunt, hoc est, libras ducentas & octo, atque vncias quatuor: quod quantum thoracis pondus sit, nemo est, qui non satis intelligat. Igitur nostra siclorum ratio & satis clara, & omni ex parte communis, cuilibetque materiæ eadem est. Neque verò à proposita re alienum videbitur, vt locorum duorum in sacris libris sententias, quæ pugnare inter se videntur, explicatione adhibita conciliemus: quandoquidem ea non exiguum negotium quibusdam fecisse videmus, adeò vt illa difficultatis euadendæ via fuerit visa commodissima, si quædam siclorum excogitaretur varietas. Est autem, vt quibusdam videtur, locorum pugnantia illa primo Samuelis lib. cap. 24. Dicitur Dauid emisse aream, & boues ab Arauna Iebusæo siclis quinquaginta. & 1. Paral. 21. cùm de eadem re mentio fiat, sexcentis siclis auri iustissimi emisse dicitur. Ergo necesse est quinquaginta siclos illos apud Samuelē conscriptos magnos fuisse, qui sexcentos facerent minores; qua tamen nouos siclos cudendi molestia facilè carere possumus, & eodem omnino monetæ genere vtriusque loci exsoluendæ rationi satisfacere, si rem ipsam, quam Dauid est mercatus, omnē dimetiamur. Est autem illorum locorum summa explicatio eiusmodi: Dauid primùm de publica salute sollicitus, locum areæ, ad diuinam indignationem hostiis cæsis placandam sibi optatum, ab Araunaque volente oblatum, vnà cum bobus ipsis emit quinquaginta siclis. Viginti enim, aut ad summum viginti quinque æstimari potuit situs areæ, in qua Arauna vnum tantum par boum tritura exercebat; qui locus aræ ad præsentem sacrificiorum procurationem construendæ satis erat. totidem etiam siclis par boum ad sacrificium est æstimatum. Quam rem, vbi Dauid Deo probari cognosceret, impetrata misericordia & clementia, ex sacrificio facto iam edoctus, totum locū illum, ad Araunam pertinentem, hoc est, totum montem Moriah, ad decreti templi ædificationem, sibi comparandum duxit; eumque sexcentorum siclorum pretio, aurum appendens, emit; atque templo ædificando destinauit. Itaque historia lib. 2. Samuelis, quod de peste immissa per sacrificiorum procurationem celerē auertenda ageret, areæ tantùm, in qua ara constructa est, & boum, qui euestigio ad victimam parandam commodè reperti sunt, precium diligēter à Dauide solutum indicat. Paralipomenωn verò historia, quæ de templi per Salomonē ex paterno testamento ac pecunia ædificandi rationibus, in vniuersum agit, non areæ ad aram opportunæ tantùm, sed totius loci precium significat. Id quod ipsorum verborum obseruata ratione, apertè explicari potest. Nam prior locus sic habet: Quid causæ est vt veniat dominus meus rex ad seruum suum? cui ait Dauid, Vt emam à te aream, & ædificem altare Domino, & cesset interfectio quæ grassatur in populo. Cui cùm gratis obtulisset Arauna aream, & boues, & iuga: respondit, Nequaquam, sed emam precio à te, & non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid aream & boues argenti siclis quinquaginta; & ædificauit Dauid altare Domino, & obtulit holocausta & pacifica, & propitiatus est Dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel. sic in li. Samuelis. In lib. autem Paralip. non de area solùm, sed de loco areæ & de ara in area constructa, deque periculo facto diuinæ probationis, & de consilio inito ædificandi templi, & apparato opere ac penè cœpto, mentio fit, ita vt manifestè intelligatur maiorem rationem illic haberi templi ædificandi, quàm altaris ad præsentis calamitatis deprecationem positi. Sic enim legimus: Dixit Dauid ad Araunan, Da mihi locum areæ tuæ, vt ædificem in ea altare Domino, ita vt quantum valet, accipias, & cesset plaga à populo. & paulò pòst, Dedit ergo Dauid Araunæ, pro loco siclos auri iustissimi ponderis sexcentos. pro loco, inquit: &, vt Hebraica ad verbum habent: Et dedit Dauid Ornan pro loco siclos auri, in pondere sexcentorum, hoc est, aurum in pondere sexcentorum siclorum. Illud etiam de toto loco, de toto, inquam, monte, hæc exponenda esse confirmat quod in 2. lib. Paralip. cap. 3. scriptum est. Et cœpit Salomon ædificare domum Domini in Ierusalem, in monte Moriah, qui demōstratus fuerat Dauid patri eius, in loco, quem parauerat Dauid in area Ornan Iebusæi. hic nomen loci illi alteri respondet, quod in superiori libro bis indicatum est. illum autem locum parauerat Dauid, cùm esset in area Ornan Iebusæi sacrificans, & euentu ipso cognosceret, Deo locum placere, sicut illic scriptū est. Protinus ergo Dauid videns, quòd exaudisset eum Dominus in area Ornan Iebusæi, immolauit ibi victimas. Et paulò pòst, dixit Dauid, Hæc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum Israel: distinxit videlicet inter domum & altare. Et præcepit vt congregarentur omnes proselyti de terra Israel, & constituit ex iis lapicidas ad cædendos lapides, & poliendos, vt ædificaretur domus Dei, &c.

Explicatio duorum locorum difficilium.

Hanc nostram expositionem præterquàm quod lectio ipsa indicat apertè, non obscuris verbis Camhius indicat, atque ex antiquorum doctorum sententia comprobat, in 1. lib. Samuel. 24, 24. Atque hactenus de Siclo, quæ satis videbantur, sunt nobis exposita.

ZZELAGH צְלָע

Antiquissimi & certissimi Israelitarum nummi siclus & sicli partes sunt; cæteri omnes, ex aliarum gentium

commercio cum nominibus etiam inuecti videntur, namque nomina ipsa aliam linguam produnt, & ponderum ratio varia alias institutiones sui arguit. Quam ob rem in libris Misnaioth tract. de Beruroth. cap. 8. parag. ז. in hanc sententiam legimus: Omnis moneta, in sacris, & extra præter siclos, ad pondus Tyri refertur, & argento aut argenti valore exsoluitur.

Prima autem cæterarum monetarũ, quæ ad Siclum referri potest, dicta fuit ZZELAGH, quod nomen Latinè petram vel saxum sonat: cuius signa quæ fuerint, non memini me vsquam legere; æstimationem verò legimus fuisse duorum siclorum; namque in lib. Misn. tract. de votis, ca. 43. parag. א. scribitur, siclum esse dimidium ZZELAGH. & in tractatu de Sebughoth, cap. 6. par. ז. dicitur; ZZELAGH est duplex SEKEL. Idem dicitur valere quatuor denarios, hoc est quatuor didrachmas; namque hac æstimatione denarium accipiendum esse, res ipsa nos docet, Misnaioth de angulo, cap. 8. par. ב. & de decima secunda, cap. 2. parag. ז. & parag. ט. in cuius loci Commentariis dicitur valere duos siclos: & tract. de CHICHAR ca. 8. par. ז. & de GHERVBIM cap. 5. par. ב. in Comm. Atque hæc ratio est vsitatissimi ZZELAGH, hoc est Tyrii, quod vnciæ integræ argenti pondus habebat. Fuisse autem nec perpetuam, nec vbique constantem hanc ZZELAGH rationem ex varia etiam lectione docemur. Namque in primis paraphrastæ Chaldæi, quẽ siclum Hebraicè vocamus, ZZELAGH reddidere, vt Gen. 23. Exod. 31. & 38. in Thargum. Et in Haruch idem traditur. Et Helias Leuites in Thesbith scribit ZZELAGH, siclum esse argenteum quatuorque valere ZZVZIM. de qua moneta inferius dicemus. Et in lib. Misnaioth, tract. de primitiis cap. 10. parag. ז. & ח. legimus quinque ZZELAGHIM in Galilæa pondus esse decem ZVZZIM in Iudæa: fit etiam mentio de ZZELAGH Neronith, hoc est de ZZELAGH Neronico à Nerone cuso, Misnaioth de Ahaloth, cap. 13. parag. א. & tract. de Chelaim, cap. 17. parag. יב. Inuenimus & factam mentionem ZZELAGH ærei in lib. Misnaioth, de decima secunda cap. 2. parag. ט.

MEGHA. מעא

MEGHAH monetæ argenteæ nomen satis vulgare fuit; quanquam in sacris libris nusquam quod sciamus vsurpatum. Eius autem põdus sedecim granorum hordei erat, vt definitum legimus in lib. Misn. tractat. de angulo, cap. 8. parag. ה. & ז. & tract. de Sebighith, cap. 1. parag. ב. in Comm. & in tract. de HHAGIGHA, cap. 2. parag. ב. & de Ghediuth, ca. 3. parag. ז. dicuntur duo MEGHOTH grana facere hordei triginta duo communia: & ibid. cap. 1. parag. ד.

Nec verò eandem apud omnes aut semper æstimationẽ idemq. pondus MEGHA fuisse legimus, sed variũ omnino. Nam quanquam frequentissima MEGHA sedecim grana hordei ponderasse dicatur; aliæ etiam eodẽ nomine fuerunt varij ponderis. Inuenimus enim aliquando idem quod GERAH, quam vigesimam sicli partem diximus, à quibusdã æstimari, vt à Camhio 1. Samuel. 2, vers. vltimo. Et ferè semper Chaldæus pro Hebraico GERAH reddit MEGHAH. Et legimus esse in ZZELAGH MEGHOTH sedecim: ex alio autem genere viginti in Misnaioth de decima secunda, cap. 2. parag. ט. & in tract. de Ghediuth, cap. 1. par. ד. legimus MEGHAH esse vnã ex partibus viginti quatuor ZZELAGH. In eodem autem loco scribitur Meghah continere sedecim granorũ hordei pondus. Possemus autem dicere varietatem esse in ZZELAGH magis quàm in MEGHAH ipsa, vt superiùs docuimus, nisi in libris Misnaioth, tract. de decima secunda, cap. 4. parag. יב. legeremus Meghah pondere decem granorum hordei communis; nisi mendosus eo in loco sit codex, & pro ד legatur ז.

Appellatur igitur idem monetæ pondus aliâs MEGHAH, aliâs AGVR, vt docet Camhius lib. 1. Samuel. cap. 2. vers. vltimo in Commentariis, atque etiam GERAH, sed huius perpetua, vt diximus, & constans ratio est, nempe vigesima sicli pars.

KESCITAH קְשִׂיטָה

Kescitah nomen ter, in sacris libris, reperitur. Gen. 33, 19. dicitur Iacob emisse partem agri, in qua fixerat tentoria, à filiis Hemor centum KESSITAH. & eiusdem loci ac pretij mentio fit apud Ios. 24, 32. & Iob à singulis cognatis & amicis singulas KESCITOTH accepisse memoratur. quanquam autem oues aut agnas noster Interpres vertit, & quidã pecudes ipsas fuisse putant, ratio tamen ipsa & doctorũ sententia docet nummorum genus fuisse, cui fortassis agnæ signum impressum erat, vnde & nomen accepisse potuit, sicut à pecude Latini pecuniã dicunt. Illi verò, qui in monetarũ genere hanc partem ponunt, non pluris quàm MEGHA æstimant. videtur autem nomen Arabicum esse, vt inter antiquissimos doctores nomine Ghakibæ scriptũ legitur in hanc sententiam: Cùm in Arabiã venissem, audiui, id quod nos MEGHAH dicimus, KESCITAH ab illa gẽte vocari. Noster Interpres, si modò ouem aut agnam pro pecude ipsa dixit, secutus videtur Onkelosum Paraphrasten, qui in eadem significatione Chaldaicè interpretatus est HHORPHAN.

ZVZA זוזא

Quandoquidem non rara in his nostris Commentariis, & frequens in veterum libris mẽtio fit ZVZIM; operæpretium facturi videmur, si de eo etiam genere, ea quæ magis probari possunt, dicamus: Atque nomẽ ipsum nobis nihil suppetiarum ad explicandum affert; quippe Chaldaicum, & nihil cum thematis Hebræi significatione commune, vt arbitramur, habens. fuisse autem argenteam monetam auctor est Helias in Thesbithe radice דנר, & in radice זז, eumque quartam partem sicli esse dicit. idemq. Camhius affirmat. Apertè autẽ hanc rem indicat Chaldeus paraphrastes, qui 1. Samuelis lib. cap. 9. pro quarta sicli parte ZVZA reddit: Camhius etiam in Ezechiel 45, 12. pondus drachmæ ait esse ZVZA; in lib. autem Misnaioth tract. de angulo cap. 8. parag. ח. definitur, victus annuus honestus homini pauperi ducentûm ZVZIM; quæ qui habeat, mendicare non possit, aliâs excommunicationis pœnam ipso iure subiturus. Et in tractatu de primitiis, cap. 10. parag. ח. legimus decem ZVZIM ponderis Iudaici facere quinque ZZELAGHIM Galilæos in pondere, vnde ZZELAGH Galilæum didrachmum fuisse argumentamur. præterea tract. de Nezichim, cap. 4. parag. א. quinquaginta & quinque ZVZIM facere dimidium MENAH.

DE MINAH מִנָּה siue מְנָה

Minarum etsi antiquum fuisse nomen, & vsum acceperimus, rationem tamen variam pro temporum & locorum oportunitatibus adnotauimus. Antiquitatem quidem omnino cõcedunt auctores, in lib. Misnaioth, tract. de Sebighith, cap. 1. parag. ב. in Comment. asserentes Mosis tempore minarum vsum fuisse. Sunt qui inter sacram & vulgarem distinguant, sacramque vulgari duplo maiorem constituant, vt Camhius in Ezech. 45, 12. Est autem dicta MINAH vel MENAH vel MANEH (his enim modis pronuntiatur) à numerando, quòd numeris certis conficeretur, non solùm pondere, quanquam & pondus certum habuerit, atque in aurificum vsu ponderis magis quàm numeri habebatur ratio. Idque ex eo probatur, quod scriptum est, Salomonem fecisse trecentas peltas ex auro probato, trecentasque auri minas vnã peltam vestiisse. 1. Reg. 10, 17. Dicta ergo videtur mina ex eo, quòd certum nummorum numerum continens, facilem ad numerandum rationem statueret, in magna summa. Quanta autem fuerit minarum æstimatio, productis ex antiqua lectione definitionibus, docebimus. In lib. Misnaioth tract. de angu-

de angulo, cap. 8. parag. ה. & ז. legimus minæ pondus denariorum centum fuisse, & denarios singulos sex MEGHOTH continere, & singula Meghoth sedecim granorũ hordei communis põdus habere. Idem etiam scribitur in tract. de Sebighith cap. 1. parag. ב. & tract. de decima secunda, cap. 4. par. יח. & tract. ca. 1. par. ב. ג. ד. & ca. 5. par. א. dicitur valere centum ZVZIM, & tractatu de Nezichim cap. 4. parag. א. atque in tractatu de Chethuboth, modò citato dicitur, Arras vxoribus, quæ viduæ vel aliâs non virgines ducuntur, minæ valore taxari: Virginum verò arras ducentorum esse, videlicet ZVZIM, hoc est duas minas. De æstimatione quoque minę eodem modo, quo diximus, agitur in lib. Misnaioth, tractatu de Hagigah, cap. 1. parag. ב. & de Ghediuth cap. 3. parag. ג. Comment.

Atque hoc pondere expensum fuisse, non solùm argentum, sed aurum etiam, ex sacris libris docemur. Namque illæ peltæ Salomonis tricenis minis auri munitæ sunt. Et Esdras narrat à ciuibus ad templi opus fuisse oblatas argẽti minas quinquies mille. Esdræ cap. 2. vers. 69. Et à principibus familiarum argenti minas bis mille in thesaurũ datas, legimus apud Nehemiam 7, 71. Fuisse etiam minam æream, legimus in lib. Misnaioth, de decima secunda, ca. 2. parag. ז. Verùm apud Ezechielem magnæ cuiusdam minæ descriptionem reperimus, illis verbis: Viginti Gerah siclum faciunt: Porrò viginti sicli, & viginti quinque sicli, & quindecim sicli minam faciunt. ex quo colligitur; minam illam sexaginta siclis constitisse, hoc est drachmis ducẽtis & quadraginta. Illã verò diuisam fuisse in partes, quartam quæ quindecim siclos contineret, & tertiam, quæ viginti, & tertiam cũ duodecima portione quæ viginti quinque siclis expenderetur. Ex harum autem partiũ collatione & oppositione variæ proportiones in addendo & detrahendo pondere vel pretio confici poterant. Nam si viginti quinque ex altera stateræ parte quindecim opponantur, efficietur in altera sexta pars minæ, hoc est decem. Si opponantur viginti, efficietur duodecima pars minæ, videlicet quinque; si viginti quindecim opponamus, idem fiet. Rursus etiam in collationibus, hoc modo fit; Additis viginti quinque quindecim emergunt quadraginta, hoc est duæ tertiæ ex mina; coniunctis verò viginti & viginti quinque, fiunt duæ tertiæ & duodecima. Deinde viginti & quindecim efficiunt medium cum duodecima; quindecim verò repetita efficiunt mediam minam; viginti quinque repetita mediam cum sexta efficiunt. Atque hanc ab Ezechiele descriptam cum partibus suis, minam vulgarem fuisse, Camhius docet Ezech. cap. 45, 12. hanc verò duplam sacram appellari minam, ait. Idem etiam agnoscit antiquorum traditionem, qui dicunt minam communem fuisse viginti quinque siclorum, hoc est centum ZVZIM. Quod si illorum auctorum perpetua ratio est, Ezechielis locum interpretari hoc modo rectè possumus: Siclus erit obolorum viginti; mina erit viginti sicli, hoc est drachmæ centum & viginti, & quindecim pertinebunt ad minam: nam viginti erunt quatuor quintæ, & quindecim erunt tres quintæ partes ex mina vel media cum decima parte; atque ita compositis rationibus, vt superiùs docuimus, poterit partitio vsque ad decimas procurrere.

Minæ dimidium. פְּרֶס Fuit etiam pondus dimidium minæ, hoc est quinquaginta drachmarum pondere, quod PEREZZ vocabatur, Misnaioth de angulo, cap. 8. parag. ח. & tract. de Gharubim cap. 5. parag. ב. Comment.

לִטְרָא Chaldæus nonnunquam pro mina vertit suo idiomate LITRA. sic enim scriptum reliquit 1. Samuelis. lib. facit LITRA vna aureos cẽtum Hebraicis. Idem 1. Reg. 1, 17. & in Ierem. 3, 9.

Nonnunquam Chaldæi expositores nomen SEKEL, id est Siclum interpretantur minam; vt Esd. 2, 69. & Nehem. 7, 70. Et idem annotat Camhius 2. Paralip. 9, 16. Refertur quoque ratio hæc in Misnaioth tract. de Nezichim cap. 4. parag. א. Atque hactenus de antiquioribus nummis & monetis: Iam verò deinceps de alio nummorum vel minùs antiquo, vel minus constanti genere breuiter disseremus.

ARGENTVM. כֶּסֶף

ARGENTI nomen nulla certa definitione positum pecuniam, vt apud Græcos olim, & apud Gallos hodie significat; vnde fit vt incertæ notationis sit, nisi numeralem aliquã adiunctam rationem habeat, vt tres vel quatuor, &c. Gen. 23, 9. vbi Latinè legimus, Pecunia digna tradat eam mihi coram vobis; Hebraicè est, argento completo. Et paulò inferiùs, Dabo, inquit, pecuniam pro agro; Hebraicè dicitur, dabo argentum. Et appendit pecuniam, quam Ephron postulabat; appendit argentum. Et eodem libro cap. 43. vers. 22. Latinè legimus: Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus quæ nobis necessaria sunt. Verumenimuerò, cùm argento certus numerus adnotatur, varia etiam adhibetur æstimatio. Nam quæ 2. Samuelis 18, 11. scriptum est, Et dedissem tibi decem argenteos: quo loco Interpres Latinus Chaldæum paraphrasten secutus exposuit siclos. Et Camhius lib. Reg. 2. cap. 12. vers. 4. & 5. nomen argenti ita interpretatur, vt tres argenteos dimidium sicli faciat. Idem affirmat Comment. in Ierem. 32, 9. Sed communis & vulgata magis argenti ratio illa est, quam antiqui auctores in lib. Misnaioth describunt. ab illis enim traditum accepimus eam monetam, quæ argentum vocatur, quæque certum numerũ admittit, tempore Mosis põdus habuisse trecentorũ & viginti granorum hordei. In templi verò secundi tempore, auctam fuisse vsque ad pondus trecentorum & octoginta quatuor granorum, atque eandẽ cum siclo rationem obtinuisse. hæc legimus in lib. Misnaioth, tract. de Bechoroth cap. 8. parag. ז.

DENARIVS דִּינָר

Denarium argẽteum & aureũ in vsu fuisse apud Iudæos, Helias in Thesbithe docet, radice דָּנַר. Et Moses Gerundensis in Exodũ pag. 72. col. 4. & Chaldæus paraphrastes 2. Reg. 5, 5. & Misnaioth de angulo cap. 8. parag. ז. & tract. de decima secunda cap. 2. parag. ו. & ט. & cap. 14. parag. ט. Valuit autem denarius sex MEGHOTH, hoc est grana hordei nonaginta sex, vt exponitur in lib. Misnaioth, tractatu de Sebughoth cap. 6. parag. א. in Commentariis.

Deinde alium etiam denarium maiorem indicatum obseruauimus in lib. Misnaioth de decima secunda, cap. 2. parag. ט. & tractatu de Chethuboth cap. 5. parag. ז. vbi dicitur denarius argenteus esse quarta pars ZZELAGH, atque idem denarius diuidi solere in quatuor partes certis numismatis argenteis notatas. Idem describitur in iisdem libris tract. de Ghedioth, cap. 1. parag. ו. & de votis cap. 3. parag. א. & de Nezichim cap. 4. parag. א. & posteriori tract. de Nezichim, tract. 2. ca. 4. parag. ג. & de Gheruaioth cap. 4. parag. ז. Comment. Denarii partes quatuor.

Hunc autem existimamus esse denarium diurnum, qui æqua rusticæ operæ merces fuisse, in Euangelio indicatur, Matth. 18. Ex iisdem verò tractatibus & locis, accepimus denariũ aureum valuisse viginti quinque argenteos. Aureus numerus.

DRAKMON. דַּרְקְמוֹן

Drakmon solidus nummus argenteus fuit sedecim granorum hordei, vnde Drakmon apud Græcos nomen accepisse arbitramur; quanquam non idem pondus sit vtriusque. Huius nomen Arabicum est Darhaam: describitur autem eius ratio in lib. Misnaioth, tract. de Chethuboth cap. 5. parag. ז.

Eiusdem ferè nominis vna tantùm litera CH, in vicinam K est mutata, DARAKMON aureus nummus Esdræ & Nehemiæ tempore, ad templi sarta tecta paranda viritim oblatus, Esd. 2, 69. & Nehem. 7, 69.

IZZAR אִסְתְּרָא אִסַּר ASSARION, ASSIS.

Peregrinum etiam & nominis & nummi genus fuit IZZAR ærcum vt putamus, quod fuit valoris nonagesimæ sextæ partis ZZELAGH. vt docemur in lib. Misn. tract. de decima secunda cap. 3. parag. ג. & ca. 4. parag. ג. & ח. & tract. de Gittim. cap. 1. parag. א. & tract. de Nezichim cap. 8. parag. ו. Et in posteriori tract. de Nezichim cap. 4. parag. ה. Et de GHERVAIOTH. cap. 4. parag. ז. Scribitur etiam duo IZZARIM facere pondium vnum. In eodem libro tract. de decima secunda cap. 4. parag. ח. & hoc pretio dicitur emi solere malogranata vndecim, vel ficus centum, vt legimus in Misnaioth de angulo cap. 8. parag. א. in libro Midras VAIKRAH RABBA fit mentio huius IZZAR, sub æstimatione minoris monetæ, qualé grossum nunc vulgò dicimus; & in lib. Haruch. Atque hanc monetam in Euangelio significatam arbitramur, Matth. 10, 29. Nónne duo passeres asse veneunt? Græcè legimus ἀσσαρίου eadem ferè voce cum IZZAR, cùm ס litera aliis per duplex s s, aliis per zz pronuntietur, dum ad aliarum linguarum scripturam refertur.

PONDIVM ITALICVM. פּוֹנְדְיוֹן אִיטַלְיְקִי

Inter externos nummos Pondium quoque Italicum in vsus receptum est, quod duobus AZZIRIM, hoc est assariis constabat: cuius mentio fit in lib. Misnaioth tract. de Chelaim ca. 17. parag. יב. Et de Nezicim tract. 2. cap. 4. parag. ח. & in Comment. de Ahaloth cap. 3. parag. א. & tract. de angulo. cap. 8. parag. א. in Comm. & in eodem capite, parag. ז. legimus duo vulgaria pauperiorum prandia emi solere pondio vno. Idque etiam exponitur in tract. de decima secunda cap. 4. parag. ח. & tract. de Gharubim cap. 5. parag. ב. in Comment. Et tract. tertio de Nezicim cap. 5. parag. ט.

AZZPER אַסְפַּר MAZZPARIM מַסְפָּרִים

Asper monetæ iam diu apud Orientales in vsu nomen, est vnius denarij valore, vt docemur lib. Misnaioth de decima secunda cap. 2. parag. ט. & in tract. de Ghediuth ca. 1. para. ו. dicitur esse nummus Græcus.

Est & aliud argenteæ monetæ genus MAZZPERIM olim dictum in plurali numero, quæ verè erat vigesima pars ZZELAGH: estque idem illud, cuius hactenus apud Turcas extat pondus, & nomen AZZPAR. Indicatur in lib. Misnaioth, tractatu de decima secunda cap. 2. parag. ט.

ADARCON. אַדַרְכּוֹן

Medi nummi genus fuisse videtur quod apud Esdram legimus nomine ADARCONIM, ab interprete Latino Solidos redditum; Esd. 8, 27. cuius etiam mentio fit in lib. 2. Paralipom. cap. 29. vers. 7. In lib. Misnaioth, tractatu de Siclis cap. 2. parag. ד. definitur eius æstimatio duobus ZZELAGHIM. quæ fuisse etiam dicitur antiqua.

AVRVM siue AVREVS. זָהָב זָהוּב

Auri nomen, cùm ad nummorum rationem significandam, addito numero vsurpatur; Siclorum pondere explicandum esse iam superiùs docuimus. Atque ita interpretati sumus locum Iud. 8, 26. Et fuit pondus eorũ septingẽti auri (vt noster Interpres rectè addidit) sicli. Idem etiã sentit Leui Gersonis filius, in illo loco, & 2. Reg. 5, 5. & 2. Paral. 9, 16. Quanquam Chaldæus paraphrastes denarios aureos vertit: idque non inconcinne fortassis in lib. 2. Reg. 5. Vbi ratio ex Damascenis monetis petẽda videtur. In Hebraicis historiis, quæ Iosephi Gorionidis nomine inscriptæ sunt, legimus nomen ZAHVB, quod Latinè aureum dicimus, definitum Philipporum siue Philippicorum nomine, quod regale numisma & celeberrimum fuisse etiam Horatius testatur; fit autem mentio huius, lib. 2. Historiarum Iosephi cap. 7.

Sunt præterea alia nomina minùs celebria, in antiquis libris, sed quorum vsus vulgaris fuisse, & ex aliarum gentium linguis acceptus videri possit; cuius generis exempla sunt;

TEBAGH, quod dimidium siclum valebat, vt exponitur Misnaioth de Chelaim cap. 2. parag. ד. — טְבַע

HHVRZZA, quod paraphrastes Chaldæus, apud Ios. cap. 24. KESSITA reddit. — חוּרְסָא

TARPAGHITH, ab auctore Haruch dictus nummus cum dimidio, cuius pondus erat septuaginta & octo granorum hordei, vt habetur in lib. Misnaioth de Chethuboth, cap. 5. parag. ז. — טַרְפַּעִית

TRIANA, nummus Traianicus in Haruc. — טְרִיָנָא

TARZZIT, cuius etiam in Haruch mentio fit. — טַרְסִיט

LATER monetæ genus, quod Stater nonnulli dicunt, Haruch. — לַטֵּר

LVMI in eodem Haruch sine æstimatione tamen certa legitur. — לוּמִי

CHINAH est etiam nummi genus in Haruch.

CHVZAB moneta, quam Chozba cudendam curauit, ille fortassis, cuius mentio in Actis Apost. fit. — כּוּזָב

PESSVT solidus nummus in Haruch. Et apud Heliam Leuit. in radice פשט — פְּשׁוּט

PELEZZ monetæ genus non cusæ in Haruch: sed Chaldæo paraphrastæ in Ezechiel cap. 4. & 37. Siclus est. — פְּלֵס

PVLAR nummus est quidam in Bereßith Rabba. cap. 22. 49. 71. — פּוּלָר

PARADIGMA vox Græca est, quæ exemplar significat: fuisse autem monetæ probatissimæ genus hoc nomine appellatum legimus in Haruch. — פַּרְדִיגְמָא

NIKA, MELVHHA } duo monetarũ nomina in Har. scripta. — נִקָא, מְלוּחָא

GARMAN, HANITS, ZZAIENAK } monetarum nomina in Haruch. — גַּרְמָן, חָנִיץ, זַיְנָק

SAPHAN siue SIPHNA Hadriani monetam fuisse tradit auctor Haruch. — סַפָּן, סִיפְנָא

KANTAR Iacorum lingua valet quãtum DINAR: vt docet Gerundensis in Comment. legis pag. 156. col. 1. — קַנְטָר

KONTRINAK Quatrinus est in Haruch. — קוֹנְטְרִינָק

DE CHICHAR. כִּכָּר

Maximi inter Hebræos ponderis nomen idemque antiquissimum est CHICHAR; pro quo Latini & Græci talentum plerumque verterunt. Sed quoniam Græcorum talẽtorum non vnam rationem, æstimationemq. fuisse, ex eorum, qui de asse cõscripserunt, libris constat; nos nomen ipsum Hebraicum ita vt pronuntiatur reddentes, rem ipsam ex auctorum lectione expendemus. Atque ex verbi quidem etymo nihil magnæ significationis ad interpretandũ afferre possumus, nisi dicamus Chichar fuisse ponderis speciem planam, & extensam placentæ instar. quippe in naturalium rerum nominibus Chichar planiciem significat, qualis in agro Sodomorum, inter montes erat: sæpè enim hoc nomen ad eam rem indicandam vsurpatur.

Inuenimus autem in antiquis libris Chichar, pro põdere absolutè positum, vt in li. Misn. tract. de angulo, cap. 8. para. ז. Misnaioth de CHELAIM cap. 2. para. ט. Neque fuit ratio habita numeri, sed ponderis in Chichar, cuius pondus fuisse videtur ferè mille & octingentorum siclorum, hoc est nongentarum vnciarum: Namque Camhius & Leui Gersonides lib. 1. Samuelis ca. 17. affirmant tertiam partem Chichar fuisse ferè siclos sexcentos, siue id ferrum esset, siue aurum, siue quæcunque alia materia. Præterea Camhius in lib. 2. Sam. 5, 8. & 1. Reg. cap. 9. & ca. 10. & c. 16. ait: Chichar auri esse sexcentum aureos, hoc est, vt exponere placet, tantã auri massam, quantam sexcenti sicli conficiunt: namq. hæc in pondere ferè triplo vincent sexcẽtos argenti siclos, qui faciunt tertiam partẽ Chichar. hoc põdere fuit aureum candelabrũ in deserto, Mose procurante factum. Exo. 25, 28. & 37, 24. Omne aurum, quod expensum est in opere sanctuarij, & quod oblatum est in donariis

in donariis viginti nouem Chichar fuit, & septingentorum & triginta siclorum, ad mensuram sanctuarij. Ex quo loco manifestum est, verum pondus Chichar siue auri, siue æris illud sit, ad siclos sanctos, hoc est, argenteos iam explicatos referri debere. Namque septingenti & triginta siclorum pondus, etiam in auro pars Chichar esse indicatur. Bases sanctuarij ex centum argenti Chichar factæ sunt, singulis Chichar per bases singulas supputatis. Æris ad opus sanctuarij oblata sunt Chichar septuaginta duo millia & quadringenti amplius sicli. Et Hiram rex Tyri ad regem Salomonem in templi structuram misisse scribitur cẽtum & viginti talenta auri. 1. Reg. 9, 14. Ex Ophir verò quadringentorum viginti Chichar pondus auri allatum Salomoni legimus. 1. Reg. 9, 28. Regina Saba centum & viginti Chichar auri Salomoni munus dedit, 1. Reg. 10, 10. & multa alia, quæ in libris Regum de talento dicuntur aureo, ad hanc rationem sunt reuocanda. Similiter & quæ de argenti talẽto, in Latinis versionibus commemorantur, vt 1. Reg. 20, 39. Et Naaman Syrus decem Chicharim argenti & sex mille aureos, ad regem Israelis afferebat, dono daturus prophetæ, qui se curaret; ex qua pecunia Chichar Giezi per fraudem sibi postulauit, & duo accepit. Quanquam autem ponderis esset nomen Chichar, tamen in argenti siclis numeratis exsoluebatur; quia sicli certo pondere erant, & ex illis poterat certum Chichar constare: quam ob rem in illo loco dicitur Hebraicè, Numera eis Chichar argenti. Et paulò pòst, Et ligauit duo Chichar argenti in sudario. 2. Reg. 5, 21. Et Menahem dabat Phul mille Chichar argenti, vt esset ei auxilium, & firmaret regnum eius. 2. Reg. 15, 19. Et rex Assyriorum imperabat Ezechiæ regi Iudæ trecenta Chichar argenti, & triginta Chichar auri. 2. Reg. 18, 14. Et Pharaonem Nechao centum Chichar argenti & Chichar auri multam terræ imposuisse legimus 2. Reg. 23, 33. Coronam auream Dauid in Rabba inuenit, cuius pondus erat Chichar auri. 1. Paralip. 20, 2. Dauid ad domum Domini ædificandam filio Salomoni ex testamento reliquit auri Chichar centum millia & argenti mille millia. 2. Paral. 22, 14. Et inducendis auro parietibus adscripsit idem tria millia Chicharim auri, & septem millia argenti. Principes verò, & diuites viri Israel ex spontaneis donariis, ad idem opus obtulerunt auri quinque mille Chichar, & Adarchonim (de quibus iam diximus) Ribbo, hoc est decem millia & argenti Chichar decem millia, & æris Ribbo.. & octo millia Chichar ibidem cap. 29. Amasias Iudæ rex, centum millia robustorum ex Israel centum talentis argenti conduxit. Esdras sacerdotibus, quibus templi sarta tecta curanda commiserat, argenti Chichar sexcenta & quinquaginta; & auri centum Chichar appendit. Esdr. 8, 24. Aman Assuero regi decies mille Chichar argenti proponebat causa perdendorum Iudæorum. Esth. 3, 9.

Et quantum ex attenta verborum atque rerum consideratione coniicere possumus, arbitramur olim in vsu fuisse apud Israelitas & fortassis apud alias Orientis nationes, aurum & argentum rude incertæ formæ ac magnitudinis in tortæ siue placentæ panis speciem conflatum, ad opera deinde facienda, vel ad cudendas monetas in thesauris adseruari; vt & illa omnia eiusdem ferè ponderis fuisse, quantum videlicet à nobis est indicatum; ita metallum ipsum melius in oportunos vsus conseruabatur, & minori molestia asportari poterat, & commodiùs enumerari aut expendi. Itaque ex hac forma nomen esse acceptũ existimamus: namque huiusmodi ex aliis rerum naturis vel forma translatis verbis, artificiorum verba etiam vsurpari solent. sic enim Latini auri argentiq́ue massam dicunt, & æris etiam. Hispani ceram expressis fauis in certa vasa infusam, certaq́ue forma duratã, panem ceræ vocant. Sic etiam Hebræi metalla in panis pressioris formam conflata, Chichar vocabant: atq. ita legimus in Zachariæ visionibus, plumbi Chichar in os mulieris sedentis in medio amphoræ fuisse coniectum Zach. 5, 7. Namque, vt diximus, Chichar præterquàm quòd loca plana & depressa significat, nomen etiam est panis in tortæ formam subacti & cocti, pro quo Interpres noster propè semper tortam Latinè reddit, vt lib. 1. Samuel. 2, 36. Futurum est autem, vt quicunque remanserit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum & tortam panis. Et Samuel Sauli prædicit obuiam fore tres viros, ex quibus vnus tortas panis tres ferret. 1. Samuel. 10, 4. Et Gedeon à viris Sochoth tortas in bellatorum victum postulabat. Et Salomon in templi dedicatione populo viritim distribuit singulas tortas panis & partes carnis bubulæ. 1. Paralip. 16, 3. Et Ieremiæ in carcere detento iussu regis, in singulos dies dabatur torta panis. Ierem. 37, 20. Ex quibus locis etiam magnitudo Chichar cognosci potest: erat enim tantum panis, quantum satis esset viro aut mulieri ad cibum diurnum, præter obsonia & pulmenta. Ad hanc etiam formam tortæ caricę aut ficus olim simul coactæ Chichar ficuum vel caricarum dicebãtur, vt habemus in lib. Misnaioth tract. de Chelaim cap. 2. parg. ט. Et de rationibus & pẽdere Chichar etiam legimus in iisdem libris, tract. de Gharubim cap. 5. parag ב. in Comm.

Atque hæc certa nobis de pondere illo Hebræis solemni dici possunt: Cætera autem nomina, quæ nobis obseruare cõtigit, peregrina sunt, vnà cum rebus ipsis, parumq́ue illustria, ex quibus nonnulla subijciemus.

Est DARHAM Ægyptium pondus granorum hordei sexaginta vnius ex definitione Misnaioth de Gheduth cap. 1. parag. ב. Comment. דַרְהַם

TARTIMAR erat dimidiæ minæ pondus, quo carnes in macello appendebantur, vt traditur lib. Mis. de Sanhedrin cap. 8. parag. ב. טַרְטִימַר

LITRA libram interpretatur Helias Leuita in radice סלע Et in libro inscripto Verba dierum Israel pag. 47. col. 4. & pag. 51. col. 1. Et eadem dicitur Mina in lib. Bereshith Rabba, cap. 10, 23. 65. Et apud Camhiũ. 1. Samuel. 25. Et in eodem loco ita vocatur à Chaldæo paraphraste. לִטְרָא

KANTORIN sunt talenta in lib. Heliæ Thesbithe in radice קַנְטַר & סֶלַע קַנְטוֹרִין

KAMILIA vnciam vocãt auctores Bereshith Rabba cap. 8. in fine. קַמִּלִיא

Hæc de omni ponderum & mensurarum ratione in vniuersum exponenda obseruabamus Antvverpiæ 4. Cal. Augusti. 1571.

Libros de Ponderibus & Mensuris, ac Nummis sacris, à doctissimo Doctore Benedicto Aria Montano conscriptos, legi & perspexi, dignissimosque impressione & lectu iudicaui; vtpote nihil habentes, quod vel pietatem, vel bonos mores offendat. Ita ego Reynerus Brakel *S. Theologiæ Licentiatus & Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Antvverpiensis.*

Et nos probamus iudicium antedicti Domini Visitatoris BRAKEL qui est vnus collegij nostri Censorij, FRANC. SONNIVS.

Vera sicli figura
Prior facies
Posterior facies
Crasitudo sicli
שקל ישראל ירושלם קדשה
siclus israel
ierusalem sancta
Philipp. Gal.
incidebat

PHALEG,

SIVE,

DE GENTIVM SEDIBVS PRIMIS, ORBISQVE TERRAE SITV, LIBER,

BENEDICTO ARIA MONTANO
HISPALENSI AVCTORE.

ANTVERPIÆ
Excudebat Christophorus Plantinus Prototypographus Regius, ad sacri Apparatus instructionem.
Anno M. D. LXXII.

BENEDICTI ARIAE MONTANI HISPALENSIS IN LIBRVM PHALEG, SIVE DE GENTIVM SEDIBVS PRIMIS, ORBISQVE TERRÆ SITV, AD LECTORES PRÆFATIO.

In qua de ea vtilitate, quæ ex ſacrorum librorum lectione percipitur, deque Geographiæ ratione, atque vſu diſſeritur.

VM in eo ſtudiorum genere, quibus ſtudiis ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, ab initio verſatus ætatis eſſem; tantum ipſe, tum mea, tum magiſtrorum diligentia, laboris, operæque ea in re poſui, vt, breui, planeque adhuc adoleſcens (tunc enim vigeſimum ætatis annum agebam: ex eoque tempore ad hanc vſque diem quinque ac viginti effluxerunt anni) hominum doctiſsimorum iudicio, ad grauiora me ſtudia conferre poſſem. Cùm autem ad eam, quam mihi natura tribuit, animi, ad Sacræ Theologiæ ſtudia propenſionem, accederent illa quoque, quæ quidem de eius ſcientiæ præſtantia, tum de meis parentibus, ac propinquis, non vulgari doctrina, ac pietate viris continuò audiebam; tum de iis etiam hominibus, quos ego homines ſtudiorum magiſtros, temporibus illis, longè doctiſsimos habui: mirificè me quædam eius ſcientiæ cupiditas incendit. Quocirca, cùm eius diſcendæ cauſa, totum me ad ſcholaſticam (quam vocant) Theologiæ palæſtram contuliſſem, ita eius ſcientiæ præceptis decurſo ſtudiorũ ſpacio auctus ſum, vt, eorum, quos dixi, doctiſſimorũ, pientiſsimorumq. hominũ ſententia, libros ſacros, adhibito iudicio, legere, peruolutareq. poſſem. Cumq. in illis ipſis Academiis verſarer, in quibus (vt dixi) in humaniorũ (quas vocant) literarum ſtudiis ætatem conſumpſeram, ex ſacra Theologia, ad cuius ſtudia animum applicueram, voluptatem capiebam propè ſingularem. Et quemadmodum ij facere ſolent, qui, quod ſemel adamarunt, ad id, quàm proximè poſſunt, accedunt: ita quoque ego, iis omnibus libris, qui quidem ad eam, quam dixi, ſcientiam neceſſarij erant, conquiſitis, à cœtu hominum atque frequentia, tanquam in portum me in ſolitudinem recepi. id, nimirùm, mihi ipſe perſuaſeram: quæ ars me, quónam pacto ætatem inter homines innocentiſsimam agere, & ad Dei voluntatem, eamque, quam is in ſuis oraculis viuendi normam hominibus præſcripſit, vitæ meæ actiones conformare deberem, doceret; eam vt artem adipiſcerer, ſummo ſtudio, maxima cura, tota animi contentione enitendum eſſe. Itaque in eà ſolitudine, ac rura tantùm peragrans, vixi aliquot annos, id eſt, dum id mihi per propinquos licuit ac neceſſarios. Hi enim cùm meo congreſſu, & colloquiis (vt dicebant) diutiùs carere non poſſent, eosque incredibile teneret deſiderium mei; tandem ex iis me locis, ſuis precibus, obteſtationibusque eruerunt. Eam autem quæ illud tempus conſecuta eſt, ætatis meæ partem, partim in nouis peregrinationibus (quarum ab ineunte ætate fui ſtudioſus) partim in miniſterio, familiaque regis mei, pro eius muneris ratione, quo ego munere, quæ ipſius in me liberalitas eſt, ac beneuolentia, apud eum fungor, conſumpſi. Ita tamen, vt, quas horas, quóſque dies, occupationibus meis detrahere poteram, eos, iis, ad quæ me referebam, Theologiæ ſtudiis, quibus quidem nihil vnquam mihi fuit optatius, integros tranſigerem. Equidem in ea ſum ſententia, vt, totum illud tempus, quod quidem à me eo in ſtudij genere non ponitur, perire mihi exiſtimem. Sacratiſsima enim hac ſcientia nihil iucundius, nihil præſtantius, nihil denique optabilius eſſe poteſt, ac debet. hæc enim eos omnes homines, qui, quo numine ac ſpiritu Apoſtoli, eodem ipſi nondum ſunt afflati, erudit, & ad veram æternæ beatitudinis cognitionem conducit: hæc quo modo vita humana ad præſcriptum diuinæ voluntatis ſit conformanda, ſola homines docere poteſt: hæc vna ſacris ſuis libris omnes omnium, quotquot ſunt, artium ac ſciẽtiarum theſauros complectitur: nullumque animum diſcendi cupidum cibis ſuis explere, abundeque delectare non poteſt: ſummus enim ille opifex, ædificatorque mundi Deus, qua ratione hunc terrarum orbem ab ſe, hominum cauſa, conditum eſſe, iis in libris, teſtatus eſt, eadem quoque omnes theſauros eius ſcientiæ, ac ſapientiæ, quæ quidem ab hominibus percipi poteſt, tam eius, quæ ad naturæ cognitionem, quàm quæ ad artium hominum generi neceſſariarum inueſtigationem pertinet, in iis explicuit. Quæ verò argumenta à ſummis, grauiſſimisque Philoſophis, in diuerſis artium, ſcientiarumque generibus, acutè, ſubtiliterque tractata ſunt, ea, hiſce in libris eò traduntur illuſtriùs, quò is qui ea dictauit, id eſt, Deus ipſe maiore eſt auctoritate: quàm quiuis alius. Equidem, ipſe pro exiguis ingenij mei viribus, ex longa, attentaque ſacrorum librorum lectione, infinita propè, & animaduerti, & collegi; quæ ſi mihi cum iis, quos in Hiſpaniis, Italia, Gallia, atque in hac regione, doctrina, pietateque præſtantes amicos habeo, omni alia cura exſolutis, communicare liceret; mihi non eſt dubium, quin ſeptem aut octo annorum ſpacio ea in omni artium, ac diſciplinarum genere volumina, è ſacris tantùm ducta fontibus, conſcribi poſſint; quæ illis ipſis, quæ à Græcis, Latinisque olim conſcripta fuerunt, æquare ſe aut etiam anteponere poſſent. Atque huius quidem rei breuia aliquot exempla in iis, quos ſuperiori anno, in duodecim Prophetas conſcripſimus, Commentariis; tum in eo libro, quem Ioſeph, ſiue de Arcano ſermone inſcripſimus, à nobis allata ſunt, ac plura etiam poſthac, fauente Deo, adducentur. Quarum in rerum numero vnum genus eſt eorum, quæ ad ſacram pertinent Geographiam: (atque hæc fortaſſis, expectari minus poterant) quo quidem in argumento, quantum nos lucis, iis qui illius artis ſtudiis ſunt dediti, ex ſacræ ſcripturæ theſauro attulerimus, aliorum ſit iudicium. Equidem plus mihi hiſce in libris, quàm apud quemuis alium ex antiquis Scriptoribus, profeciſſe videor. Quis enim vnquam antea de vera terræ, marisque forma, eaque

qua se mutuò contingunt, connexione, adeò certa, quæque ita cum illis, quæ quidem à recentioribus obseruata sunt nauigantibus, conueniant, literarum commendauit monumentis, atque ea quæ in sacris traduntur libris? Quæ verò de cælo ipso, cælorum, ac syderum motu, de toto illo, quod inter cælum atque terram est, spacio, (quod Hebraicè רקיע dicitur) ventis, pluuia, grandine, de omni denique, earum rerum natura, quæ res, tum in sublimi, atque excelsa aëris parte, tum in terra procreantur, quis vnquam ita subtiliter disseruit, vt, quæ ab eo sunt tradita, cum iis quæ ex sacris possunt depromi libris, conferri aliqua ex parte queant? Enimuerò nullam philosophandi rationem tuartiorem, iucundioremque homines sequi possunt, illa, quæ ab eius petitur auctoritate, qui earum omnium artium, ac scientiarum, de quibus agitur, est auctor. Sed vt hæc missa faciamus, & in aliud tempus differamus, illud non est prætereundum, amplissimam illam orbis terrarum partem, quæ quidem auro, argento, gemmis, aliisque multis, quæ ab hominibus maximi fiunt, quæque ad vitam sunt necessariæ, mirandum in modum abundat, quæ nuper ab Hispanis nauigantibus primùm inuenta esse creditur, nouúsque orbis appellatur, ex ea, quæ in sacris traditur libris, terrarum orbis descriptione, apertissimè cognosci posse. Quinimo & illud ex sacra Scriptura docere possumus, eam terram Israëlitis fuisse notissimam: illos enim ad eam sæpius nauigatione contendisse constat. Sanè neq. Strabo, aut Mela, Stephanus, Solinus, Ptolemæus, & alij, aut Plato & Aristoteles, qui quidem obscurè, ac veluti per ænigmata, de iis, quæ sibi ignota erant, disseruerunt: aut poëtæ illi, qui, ne quid ignorare viderentur, nihil fabulis non aspergebant suis: nullus denique ex Græcis, Latinísue Scriptoribus, quorum scripta ad nostram vsque peruenerunt ætatem, aliquid edidit, quod si, quale tandem id sit, diligenter examinetur, comparari possit cum iis, quæ Moses de terra Ophir apertissimè scripsit; vel quæ Ionathan Propheta, eius, quæ est de Regibus Iudæ, scriptor historiæ, copiosè & exactè tradidit: aut cum iis, quæ ab eo qui Paralipomena Spiritu sancto dictante scripsit, disertis sunt descripta verbis. Is enim non solùm de classe à Salomone apud Tyrũ ædificata, atque in eo maris rubri portu, qui Ghassion Gaber dicitur, instructa, Orientémque versus deducta; déque nauigationis tempore & mora, de rebus inde atque ex illis insulis, continente, eiusque terræ littoribus, quæ nauigantes præterlegebant, in alias regiones allatis, mentionem exactam facit: verùm etiam terram illam, ex qua tanta optimi auri copia eliceretur, & ad alias gentes asportaretur, eam, inquam, terram, iam tum פְּרוּיִם Paruaim appellatam esse, apertè docet. quæ quidem dictio, iis qui vel tantùm Hebraicè sciunt legere, duas regiones, olim Peru dictas, clarè demonstrat: vnam quidem, quæ eodem vocabulo, hodierno etiam die Peru dicitur: alteram verò, quæ noua Hispania à nauigantibus est appellata. Eius autem regionis aurum purissimum, atque in maximo pretio apud omnes gentes fuisse constat. Atque Interpres quidem, vel ob ignotam sibi regionem; vel potius in eius, quod illa regio exhibebat, auri laudem; cùm in Hebræo ita scriptum legatur, וְהַזָּהָב זָהָב פְּרוּיִם .i. Et aurũ illud, aurum PERV, & PERV, nam פְּרוּ in numero duali פְּרוּיִם dicitur: ille, inquam, conuertit; Et aurũ erat probatissimũ. Quecirca quicquid auri inter alias Gentes, priscis illis seculis in vsu fuit, id ferè totũ ex illius terræ cauernis elicitũ esse existimamus. Neq. enim aut Tagus, aut Pactolus, et Hermus, aut alia olim celeberrima flumina, quorũ vndæ aurũ secum simul trahere dicũtur, tantã eius copiam hominibus suppeditare potuerunt, quantã olim ab iis qui hostes debellarãt, nouásque Romano imperio prouincias adiecerant, & illorũ quæstoribus Romã aduectam fuisse legimus. quippe quæ olim illorum fluuiorum natura fuit, eandem hodierno die esse constat. exiguam sanè suorum laborũ mercedem, eámque, quæ interdum intermittitur, recipere solent ij, qui auro ijs in fluuiis quæritãdo, & ab iis, quibus annexum est, sordibus secernẽdo, multum temporis operæq. consumunt. Qua quidem ex re fit, vt maximam illam auri copiam, ex terra Ophir ad Indos Orientales, ad Synarũ Gentem, ad Aethiopas, & ad alias regiones, quæ illis magis sunt propinquæ, eósque populos, qui sunt ad Occidentem, & armorum vi, longáque commerciorum consuetudine perlatam esse constanter asseramus. At verò, ne quisquam temerè nos in ea sententia esse putet: apud sacros Scriptores, quotiescunque de rerum pretiosissimarum comparatione agitur, frequens illius auri, quod ea ex terra allatum est, mentio fit: quæ sanè, nisi illud aurum temporibus illis in vsu apud omnes homines maximè fuisset, facta non esset. Neque enim solùm à Dauide, Salomone, Isaia, & eius libri, qui Ecclesiasticus dicitur, Scriptore, qui quidem omnes fuerunt Israelitæ: sed ante illorum secula, à Iob quoque Armenio homine, aurum Ophir commemoratur. Sinarum quoque regionis meminit Ieremias. Atque hanc quidem veteres, cùm multò magis sibi esset vicina, quàm terra Ophir, vix tamen nominauerunt. Etsi verò ad eam nostri homines nauigatione contenderunt, ab iis tamen perlustrata non est. eam ob earum rerum, quæ ibi magno fiunt artificio, admirabilem elegantiam, quæque inde ad nos afferuntur, non satis omnes mirari, ac laudibus celebrare possunt. Denique cæteras omnes orbis terrarum partes, quæ quidem ab vno mari, ad alterum vsque protenduntur, nulli vnquam Scriptores tam apertè atque distinctè, neque tam certa serie, ac singulorum nominum diligenti annotatione demonstrarunt, atque vnus Moses, qui ea disertè, ac verè, literarum consecrauit monumentis. Erat nuper apud me vir longè doctissimus, AVGVSTINVS HVNNAEVS, qui regis stipendiis in celeberrimo Louaniensi Gymnasio Theologiam docet, is, inquam, cùm hosce de sacra Geographia Commentarios conscriberem, ea quæ de terræ, marísque situ iam scripseram, legeret, eas res adeò disertè ac manifestè sacris contineri libris summoperè mirabatur: ac potissimùm eo in argumento, de quo antiqui Geographi cùm scripserunt, atque ea quæ aut ipsi viderant, aut ab alius audiuerant, memoriæ prodiderunt, omnia fabulis, ac falsis descriptionibus corruperunt, atque hac ratione veritatem tenebris obuoluerunt. Atque is quidem præclarissimus vir, hoc, quod ei fuit valdè gratum, à nobis responsum tulit: Eandem, scilicet huiusce rei, atque amplissimæ, magnificentissimæque domus esse rationem. qui enim eam in domum, bis, térue introierit, aut etiam qui continuò in ea habitet, non ita totius eius ædificij formam perspectam habere potest, atque Architectus ipse, qui omnem eius ædificationis rationem, eiúsque partes singillatim ab imis fundamentis vsque ad tectum probè tenet. Itaque cùm Deus mundi huius sit ædificator, suóque verbo admirabilem hanc naturæ, rerúmque omnium fabricam condiderit, quæ cæli ambitu complexa, mundus appellatur, cuius quidem in suprema parte ipse habitat, infimam verò hominibus incolendam concessit; is, inquam, omnes illius partes, quæ incoluntur, quæq.

PERV regio.

non exactè

non exactè describere atque demonstrare solus potest. id quod ab eo sacris in libris abundè est præstitum. Inter ea autem omnia, quæ quidem sciri, cognoscique ab hominibus possunt, orbis terrarum, eiúsque partium descriptio, quam vocant Geographiam, ob singularem ipsius vtilitatem, eámque, quam obtinet, dignitatem non in postremis haberi debet: præsertim verò cùm ad eam animus per se quodammodo alliciatur. Id quod ex eo, quod, quamplures excellenti homines ingenio, singulari quodam eius artis studio, nullis parcentes laboribus, maximam orbis terrarum partem peragrarunt, intelligi potest. Accedit etiam, quòd cùm hæc terra à Deo immortali eam potissimùm ob causam sit condita, vt ea hominum sit domicilium: eam, si propter vitæ breuitatem, aut humanam imbecillitatem corpore peragrare non possumus; saltem propter eius pulchritudinem, admirabilem elegantiam, creatoríque dignitatem, animo, mentéque inuisamus & complectamur. Pleraque sunt alia ob quæ, huius orbis descriptionem necessariò ab hominibus cognosci oportere existimemus. Illud enim in primis maxima est admiratione dignum; ex tribus tãtùm familiis hominum genus adeò esse propagatum, eásq. familias in tantam hominũ multitudinem excreuisse, vt nullus in terris locus, qui modò labore & industria coli possit, hominibus vacuus reperiatur. Videmus prætereà singulorum commoda locorum non illorum tantùm contineri finibus: sed ea ad omnes alias nationes rerum permutatione, emanare. adeò vt hæc, quæ auri ferax est, regio, illud cæteris, quæ quidẽ illo carent, impertiat: illa, vestes, eásque, ex quibus eæ conficiuntur, res aliis abundè suppeditet: alia verò earum rerum, quæ res ad hominum vitam sunt necessariæ, quæq. ideò à Deo sunt conditæ, vt ijs homines, grato ergaipsum animo vtantur, quibus abundat, cum aliis cõmunicet. Quid quod illa humani generis societas, vel vnica ea ex re demonstrari potest, quòd homines ab vno rerum omniũ conditore creatos, ex vno omnium hominum parente Adamo, ex vnóque Seth, atque adeò ex vno Noe, tribúsq. eius viri familiis simul cum ipso ab immensa illa aquarum multitudine in arca seruatis, quæque in tot populos, ac gentes, maximo locorum, regionúmq. interuallo inter se distantes, diductæ sunt, eos, inquam, homines vna generis cõmunitas coniungit, vna omnium natura eos inter se facilè conciliat? Etsi verò singularum nationũ diuersa fuerunt instituta, diuersa linguarum genera, diuersi antea religionis cultus; attamen vno omnes animo esse debere, atque adeò in vnum corpus coire posse videntur. Neque verò maiori cum difficultate, quinimò multò aptius, ac promptius ij qui per Christum regenerati fuerint, in vnius Catholicæ Ecclesiæ communionem conuenire possunt, quàm olim hominum genus ex vno cõmuni omnium terreno parente procreatum in vnam societatem copulari poterat. Nullum verò iam impedimentum, nullaue tanta potest esse difficultas, quæ, quominus Euangelium (cuius propagatione hæc, de qua loquimur, concordia, atque societas iniri debet) ad exteras, longinquásque nationes perferatur, efficere possit: idque potißimùm cùm nulla penitus in toto terrarum orbe regio sit, quam eius incolæ quondam occuparunt; ad quam quidem ij, qui ad eam rem legati fuerint, contendere, ac peruenire non poßint: præsertim cùm id eò maiore animorum coniunctione, rerúmque omnium commoditate, ac maiore facilitate fiat, quò ij qui diuino spiritu ducuntur, iis antecellunt, qui, quòd mutuis inter se discordiis, linguarum dißimilitudine, animorúmque dissensionibus laborabant, in diuersa atque inculta loca, alij ab aliis recedere coacti sunt. Huiusmodi enim homines ipsa discordia diuersos agebat, eos itinerum, atque locorum pericula anxios, solicitósque habebat, ac sæpius ab incepto retardabat opere; eos rerum necessariarum, quas sibi nondum comparauerant, inopia premebat; eos humana fragilitas, ac labor defatigabat. Quibus verò Deus salutis nuntium, vel ad eos homines, qui remotißimas orbis terrarum partes incolunt, perferendum credidit; iis quid potest esse impedimento, quominus commissum sibi munus, alacri, promptóque curent animo? quid est, quominus ad vltimas gentes ac terras, quæ non solùm ex nouis orbis terrarum descriptionibus, verùm etiam ex sacris literis multò luculentius cognosci possunt, peruadant, impedire eos poßit? num pericula? at, cùm spiritu Dei sint repleti, ea nullo modo pertimescunt. num serpentes? at eos ipsi pede comprimunt, ac manibus illæsi tractant. num leones? at hos in fugam conuertunt. num venena? at si venenatas potiones biberint, nihil tamen grauius patiuntur. num linguarum sermonísque diuersitas? at linguis, cùm opus est, loquuntur omnibus. Morbos verò tantùm abest vt timeant, vt potius ij qui aduersa valetudine afficiuntur, simulatque sibi à sanctis hisce viris manus impositæ sunt, conualescant. à quibus nec bellũ ijs gentibus quas adierint inferendum, sed diuina pax afferenda est, & summa prosperitas: adeò vt quas tandem ad terras proficiscantur, illud audiant: Quàm pulchri sunt super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, & prædicantis salutem! Neque verò iis qui antiquitatis certa ratione cognoscendæ studio tenentur, Geographiæ cognitio gratißima ac iucundißima esse non potest: ex ea etenim coniici facile potest, quænam olim natio, cuius in amicitia, societatéque permanserit: contrà verò quænam & cuinam infensa fuerit & inimica: quos inter populos eadem iura, eadem fœdera, eademque viuendi ratio communis fuerit. hinc etiam simultatum, iniuriarum, bellorúmque causæ minore certè labore, maiore verò fide, multóque certiùs, quàm ex quouis alio scriptore cognosci possunt. Quædam enim gentes quodam veluti hæreditario odio, atque discordiis inter se laborarunt: aliæ verò perpetuò veluti quodam societatis iure semper fuerunt coniunctæ. Atque hæc quidem seu odia, & inimicitias, siue fœdera, ac societates, verisimile est ex graui aliqua causa originem duxisse; quæ posteà temporis progressu, non paruis de causis inter illas ipsas gentes, ac populos conseruata sunt, quorum ipsi initia demonstrare non potuerunt. Quæ tamen necessariò ex ijs principiis atque causis, quas nos ex sacrorum librorum lectione obseruauimus, emanasse fatendum est. Legimus enim Cananæos, Ægyptios, Æthiopas, Libyos, & Afros rarò inter se bellum geßisse: sæpéque suas copias, vel ad aggrediendos, vel hostes è finibus arcendos coniunxisse. Neque etiam nos præterit, Assyrios hisce gentibus hostes fuisse infensissimos: atque Hebræos tum Assyriis, tum iis, quas commemorauimus, nationibus perpetuò vel inuisos, aut saltem suspectos fuisse. annon hæc omnia, Cham atque Sem, qui primi illarum gentium fuerunt auctores, diuersum indicant ingenium, quod quidem in eorum altum familiis postea ad posteros emanauit? Illam verò Scytharum & Ægyptiorum veterem de antiquitate contentionem, quibus nam ex causis emanasse credendum est, præterquàm ex illa inimicitia, quæ in tabernaculo Noe est orta, post impium illud flagitium Cham, qui, quas corporis partes patris sui tegere debuit, eas, per summum scelus, prodidit? Porrò

Mare. 15.

Isai. 52. 7.

quod Græci, atque Latini à Iapheth pio in patrem filio genus ducunt, id est in causa, quamobrem ij & in rerum omnium natura cognoscenda, & philosophiæ studiis excolendis, atque, id quod maximum est, in eloquentia excelluerint, multóque præclarior ipsorum quàm aliarum gentium conditio in hoc genere fuerit. illi enim pater, vtpote pientißimo filio pulchritudinem, elegantiam, atque decus in benedictione promisit. In nostris iis, quos in Prophetas edidimus, commentariis, ex antiquarum historiarũ cum libris sacris collatione, ostendebamus Ægyptios, Chananæos, & Æthiopas inter cæteras omnes nationes iam inde à priscis illis seculis ad nostram vsq. ætatẽ seruituti apud alias Gentes maximè fuisse obnoxios. Id quod sine dubio, ex illa patris sententia manat: Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Infinita propè alia sunt quæ ad mores, ritus, religionesque Gentium, ad publicarum, ac priuatarũ rerum administrationẽ, ad belli, pacisque rationes, ad commerciorum vsum, ad omnem denique vitæ consuetudinẽ, mores, atq. adeò ad ipsam vestimentorũ rationem referuntur; quorũ cognitio si ex sacra petatur Geographia, non est dubium quin illa perfectam quandam atque absolutam harum omnium rerum scientiam sit exhibitura. ex eaque non parum accedet lucis ad eorum omnium intelligentiam, quæ tum in sacris, tum in prophanis leguntur libris: at verò absque ea non pauca, alioqui difficillima & obscurissima, etiam diligentissimum Lectorem retardabunt. Nullum denique vel disciplinæ, vel artis genus est, quod non Geographiæ cognitione iuuetur, atque excolatur. hanc inprimis Philosophi omnes, qui quidem rerum naturas inquirunt, rerumque causas indagant, ac perscrutantur, adhibeant, necesse est; cùm infinita propè rerum multitudo, atque varietas tum in ipsis terris, tum etiam in mari contineatur. Eos etiam qui in ea Philosophiæ parte versantur, quæ de moribus est, Geographia opus habere constat, vt varia ac diuersa hominum ingenia ac studia, & quid cuique genti, pro locorum ratione conueniat, statuere possint. Hac medici, quàm qui maximè, tum ad medicamentorum, tum ad corporum varietatem ex locorum diuersitate obseruandam, hac mercatores, hac nautæ indigent. Hanc si è re militari demas, tota illius disciplinæ peritia constare nullo pacto poterit. Porrò qui studiis sacrarum literarum sunt dediti, quique in sacris libris nullum Dei verbum otiosum esse credunt, nullum non scitu dignissimum in iis agnoscunt; ij, inquam, si terrarum situs, maris ambitus, fluuiorum cursus, gentium mores, atque hominum ingenia, qualia sint, ignorent; multa quoque eos in sacrorum librorum lectione latere necesse erit. Frequens enim sacris in literis harum mundi partium mentio fit, quæ ei, quo de agitur, argumento est accommodatissima. Id quod cùm Moses diuino spiritu afflatus animaduerteret, omnem hanc, quam dicimus, Geographiæ tractationem, breuissima illa quidem, attamen certissima descriptione complexus est. Is enim eos homines, qui primi terram coluerunt, quorum nomina atque seriem posteriora secula, rerumque vicissitudines, ac mutationes vel perturbarunt, vel corruperunt, suismet, ac propriis adscripsit locis. Cuius descriptionem Prophetæ omnes, ac reliqui sacri Scriptores, qui post illum extiterunt, sunt secuti, eamque sanctam conseruarunt & integram. adeò vt, quamuis ipsi regionum, vel incolarum nomina post multa secula immutata inuenerint, eadem tamen illa antiquissima vsurpauerint. quod quidem nisi ab ipsis obseruatum fuisset, quod de gentium origine, ex aliis Scriptoribus cognoscere possemus, esset planè nihil. Quare quicquid tum in hoc argumento, tum in cæteris etiam omnibus, veri atque certi sciri à nobis potest, id, inquam, omne sacris potissimùm literis, ceu fonti cuidam perenni, à quo omnia hæc hauriuntur; atque adeò ipsi Deo acceptum referri debet. Itaque nos, qui, quicquid otij nobis conceditur, id omne in sacræ Scripturæ studiis libenter consumimus; non putauimus committendum, quominus hac quoque in re, pro exiguis ingenij nostri viribus, operæ aliquid poneremus. Illa quidem, fateor, breuis est, sed tamen vt speramus, ea quæ Lectoribus nec inutilis erit, neque iniucunda: etsi propter ea, quæ in sese continet, Gentium, locorumque nomina, quæ à Latina lingua abhorrent, neque magnũ dicendi artificium, neq. verborum ornatũ admittit. Pro eo autem, hoc Lectoribus satis esse debebit, siquidem veritas, (id quod in omnibus disciplinis obtinere debet) sermonis elegantiæ est anteponenda, ea, quæ hic traduntur, eo, quo scribuntur, modo, neque omnino alio esse intelligenda. Porrò in huius argumenti tractatione, ipsum potius scriptorem, quàm commentatorem (quem vocant) egimus, perindeque ac si ipsi omnium mortalium primi, terrarum orbe peragrato, eiusque situ, atque forma diligenter obseruata, quæ vidissemus, & obseruassemus, ea literarum monimentis mandaremus. Eorum sanè omnium, quæ hic à nobis afferuntur, nihil ex sacræ Scripturæ fontibus non est ductum: eius rei sacræ Scripturæ loca, in libri margine adscripta, fidem cuiuis facient. quibus quidem ex locis, ea poterunt depromi, quæ si tantùm adnotata scribantur (si cui ei rei operam dare non pigebit) integer in nostrum hunc libellum Commentarius, absque magno negotio, cõficietur. Nobis autem Deus tantum aliquando temporis, facultatisque concedet, (id quod speramus, eúmque supplices oramus) vt hæc quæ nunc primùm in conspectum damus hominum, & polire, amplificaréque possimus. Interim verò nostris hisce laboribus, quos ad sacrorum librorum explicationem non parum adiumenti allaturos esse confidimus, Christianus Lector, cui, quonam in communem omnium studiosorum vtilitatem simus animo, exploratum esse cupimus, nobiscum fruetur. Præterea doctos, ac pios quosque homines obtestamur, atque obsecramus, vt, quo tandem in argumento, ex iis omnibus, quæ à nobis sunt tractata, nostram operam, vel adiuuare, ac promouere, vel etiam superare ingenio poterunt & industria, communis omnium studiosorum vtilitatis, vineaque Domini excolendæ gratia, id, quidquid erit, oneris suscipiant, neque ea in re labori vnquam parcant. Omnes enim absque vlla contentione, pro ratione talenti vnicuique crediti, in communem causam ea afferre debemus, quæ Christianæ sint profutura Ecclesiæ. Vtinam verè omnes prophetent; vtinam omnes non sua, sed quæ sunt Christi, quaque ad Ecclesiæ ædificationem pertinent, quærant. Gratia & pax omnibus in Spiritu sancto. Datum Antuerpiæ Cal. Martij. Anno M. D. LXXII.

BENEDICTI ARIAE MONTANI
HISPALENSIS PHALEGH, SIVE, DE GENTIVM REGIONIBVS, LIBER VNICVS.

RINCIPIO locum esse accepimus rerum omnium quę vspiam extant capacem, eundem verò duabus naturis constantem duplici describi etiam ratione, alterum immensum infinitum, ab omni corporali societate aut occupatione distinctum, sui ipsius compotem, seque ipso plenum, & cætera omnia nulla occupatione sui continentem, atque virtute, efficacitateque permeantem, rotundũ ac simplicem, omni tamen circumferentia carentem, centro autem vbique notabili, quem æternum neque factum neque auctum, neque minuendum vnquam sua ipsius natura vtpote infinita docet. eundem intrà, idemq. extrà, totum antè, totũ retro, totum sursum, totũ deorsum, qui cùm nullo propter naturæ ac virtutis infinitam magnitudinem certo nomine dici à nobis possit, ex oportuno magis sermonis vsu virtus diuina, siue facies, siue præsentia, & manus, efficacitasque Dei appellatur. S. S. E: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es; & si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris; etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Atque ex hac ratione effectum est, vt inter alia plurima nomina, quibus Deus Hebraicè appellatur, מקום MAKOM etiam, id est locus, recenseatur.

Est alter præterea ex superioris virtute & efficacitate constans locus, certis magnitudinis terminis cohibitus, qui sese cunctaque intra se posita vno ambitu continens amplectitur, quod Græco nomine πᾶν, Latinè TOTVM dicimus, sicut scriptum est: Hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Atque hic locus nec æternus, nec immẽsus est, nec auctore caret, nec fine etiã est cariturus, in cuius superficie extrema quidquid continetur, mundus siue cælum & terra appellatur, S. S. E: In principio creauit Deus cælum & terram. vnà enim cum cælo, & terra horum etiam continens locus extitit. Hic autem quanquam vnus est, partibus tamen differt præcipuè duabus, quarum altera *super cælos*, altera verò, *intra cælos*, dicitur: alus verbis *in excelsis, & de cælis* vocantur, S. S. E: Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt Domino. &, Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis. In hoc autem loco, id quod mundum dicimus, est duobus præcipuæ naturæ generibus constans, cælo & terra, S. S. E. In principio creauit Deus cælum & terram.

Genes. 1. 1. Daniel. 3. Psal. 108. Genes. 1.

At verò vt terræ nomine, maria etiam, flumina, fontes & quidquid inferius est, indicatur, ità cælorum etiam vocabulo, leuiora quęque corpora aut sublimiorem sortita locum demonstrantur, S. S. E. Cælum ego impleo, & terra scabellum pedum meorum est. &, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Ad hoc superior pars cælum & cæli cælorum, inferior verò omnis in vniuersum abyssus & terra dicitur, S. S. E: Ecce cælum & cæli cælorum, abyssus & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu eius commouebuntur.

Isaia. 66. 1 Isai. 6. 3. Eccl. 16. 18

Constat autem vniuersus hic mundus, Deo auctore in tempore factus, ita vt simul cum tempore ipse extiterit nulla antè materia, sed solo verbo Dei omnia producente, inani prius in aquas formato & ex aquis cælo efficto, deinde terra crassiorum partium coagmentatione coacta, ac tandem ab aquis discreta & producta, eiusdem verbi virtute in se ipsa residens, nullo alio præterea fundamento innixa, S. S. E. Latet enim eos hoc volentes quod cæli erant prius, & terra, de aqua & per aquam consistens Dei verbo. &, Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum.

2. Pet. 3. 5 Iob. 26. 7

Itaque ex superiore atque inferiore corporum, partiumque natura, eademque generibus, & nominibus varia mundus constat, magnam aliis atque aliis partibus pugnam, varietatem atque discrepatiam cum summa totius concordia, pulchritudine, atque producendarum commoditate rerum continens, summum & sapientissimum conditorem testatus, eundemque prudentissimum gubernatorem professus, S. S. E. Et erit in die illa, exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudient Iezraghel. Et rursum, Facientem Arcturum & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem: qui vocat aquas maris, & effudit eas super faciem terræ. &, Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos: ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: Fulgura in pluuiam facit, & educit ventos de thesauris suis. Qui ædificat in cælo ascensionem suam, & fasciculum suum super terrã fundauit: Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ.

Hos. 2. 22 Amos. 5. 8 Iere. 10. 12 Amos. 9. 6.

Est autem mundi totius rotunda & sphærica communicatione virtutis erga terram, atque inferiores partes oportuna figura, S. S. E. Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ. Qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad habitandum. Quod enim Latinè vertimus Gyrum, Hebraicè HOG est: quod proprie circulum vel sphæram interpretamur; quippe à HOG, nomen MEHOGA deducitur, quod Latinè circinum significat.

Mundus rotundus. Isai. 40. 21. מחוגה חג

Neque verò æternus mundus est, sed temporis initio vnà cum tempore ipso conditus, & pro Dei ipsius consilio & voluntate mutandus, S. S. E: Hæc dicit Dominus creans cælos & formans terram, & quæ germinant ex ea. &, Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanes; & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur. &, Qui fecit cælos in intellectu, & firmauit terram super aqua, & fecit luminaria magna, Solem in potestatem diei, & Lunam & stellas in potestatem noctis.

Mundus factus. Isai. 42. 5 Psalm. 101. 26. Psalm. 135.

Altissimæ autem mundi partes cæli sunt, vltra quas aquæ inesse creduntur his quæ intra orbem sunt aquis raritate, perspicuitate & omni naturæ parte, magno discrimine excellentes, S. S. E. Quia magna est super cælos misericordia tua: Hoc enim cælum altissimum esse ostẽditur, quo diuinæ misericordię infinitudine superatur. Et dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Est autem firmamentum quidquid à terræ & aquæ superficie vsque ad supremi cæli summa cõstant. quod aliis nominibus cæli & cæli cælorum dicitur. Et rursum scriptũ est, Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt Domino.

Psal. 107. 5. Genes. 1.

Neque verò semel conditus mundus casui agi permissus est, sed præsenti ac perpetuo Dei consilio gubernatus, iisdem quibus incepit, legibus perseuerat, nunquam vel omnino hactenus perturbato ordine, nisi semel tantùm diluuij tempestate, idque ex diuini con-

filij & iudicij sententia, deinde rursus continuata serie vsque ad finem ipsum temporum rerumque omnium rationem integram obseruaturus, nunquam hactenus vel motu deficiens, aut lassus, vel vsu detritus, quanquam quasdam partium vicissitudines passus; tamen totus ipse sine sui detrimento conseruatus, idque Deo perpetuò agente & gubernante, obtinet, sicut de his omnibus rationibus diuersis in locis scriptum legimus. Etenim firmauit orbem terræ qui non commouebitur. Psal. 92.3. Parata sedes tua ex tunc, à sæculo tu es. Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam: Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Iob 26. 8. &, Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum. Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illum nebulam suam. Terminum circundedit aquis vsque dum finiantur lux & tenebræ: Columnæ cæli contremiscunt & pauent ad nutum eius. 2. Paral. 6. 27. &, Si clauso cælo pluuia non fluxerit propter peccata populi, & deprecati fuerint te in loco isto, & confessi nomini tuo, & conuersi à peccatis suis, &c. subiungitur tandem, Da pluuiam terræ quam dedisti populo tuo ad possidendum. Isai. 66. 22. Et rursum etiam scriptum est. Quia sicut cæli noui & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus; sic stabit semen vestrum & nomen vestrum. Gen. 8. 22. &, Non igitur percutiam omnem animam viuentem sicut feci, cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hiems, nox & dies non requiescent. Iere. 33. 20. &, Hæc dicit Dominus, Si irritum fieri potest pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo. &, Iob. 25. 2. Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis. Quanquam verò mundus omnis integer, incorruptus, immutatusque permaneat; iustis tamen de causis nonnullæ in eo partes miraculo à Deo edito mutantur, S. S. E. Psal. 106. 33. Posuit flumina in deserto, exitus aquarum in sitim: terram fructiferam in salsuginem à malitia habitantium in ea. Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarũ. Iob. 12. 15. &, Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; & si emiserit eas, subuertet terram.

Mundi verò condendi duplicem causam fuisse legimus: alteram vsus, alteram verò euentus definit. Vsus enim fuit homini vt orbis principi gratis constituto destinatus: Euentus verò Dei ipsius conditoris laus, Zach. 12. 1. gloria, & honor summo iure consecuta. S. S. E. Dicit Dominus Deus exercituum, extendens cælum & formans terram, & ponens spiritum hominis in eo. &, Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Horum enim hominum felicitas & beatitas omnis in Dei laudem & honorem euadat oportet, S. S. E. Isai. 43. 7. Et omnem qui inuocat nomen meũ, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eum. Atque mundus omnis (vt diximus) perpetuis legibus ad finem vsque ipsius à Deo conseruatur & fouetur, Qui custodit veritatem in sæculum.

Sunt verò tres in vniuersum maximæ mundi partes, cælum atque id omne cui expansionis firmamentique nomen indidimus, terra & mare; in quibus cælum pulchritudine, & altitudine hominibus ignota præstat, Iob 35. 5. S. S. E. Suspice cælum & intuere, & cõtemplare æthera quòd altior te sit. Et forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum omnipotentem repe- Iob 26. 14. ries. Excelsior cælo est, & quid facies ei? &, Spiritus eius ornauit cælos.

DE TERRA.

CAP. II.

MVNDI totius infimum ac medium locum ex diuini verbi decreto terra simul cum mari sortita est, ita vt ex vtroque globus integer sit constitutus, atque in ipsa orbis conditione primùm terra aquis obuoluta iussu Dei repente extitit, sedemque immotam occupauit, S. S. E. Psalm. 103. Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi. abyssus sicut vestimentum, amictus eius; super montes stabant aquæ. Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes & descendunt campi in locum quẽ fundasti eis. Psalm. 102. 11. &, Quoniam secundùm altitudinem cæli à terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se. Hæc vt contineatur, velut corporis ossa fulcimentum, montes firmissimam totius orbis & immobilissimam partem habet, S. S. E. Audient Psal. 17. 7. montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ. &, Cõmota est & contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt. &, Quia in Psal 104. 4 manu eius sunt fines terræ, & altitudines montium 1 Paral. 16. 30. ipsius sunt. &, Commoueatur è facie eius omnis terra; Psal. 22. 4 ipse enim fundauit orbem immobilem: ipse super maria fundauit eam, & super flumina præparauit eam. &, Psal. 88. 12 Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti.

Atque terra ipsa à Deo ad hominum vsus, suamque ipsius gloriam formata ex prima ruditate, & incommoda, atque inutili natura magnam multarum rerum gignẽdarum & conseruandarũ vim, multiplicemq. tum habilitatem, tum efficientiam ex diuini verbi beneficio cõtinet: quam rem differendo persequi, nec huius loci nec instituti, modò autem indicare satis fuerit. Scriptũ est autem, Germinet terra herbam virentem, & fa- Gene. 1. 11 cientem semen iuxta genus suum, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. & factum est ita. &, Producat terra animam viuentem iuxta genus suum, iumenta & reptilia, & bestias terræ secundùm species suas. factumque est ita, &c.

Eadem verò terra iis quas educat animantibus omnibus, atque adeò hominibus alendis, satis abundè quod suppeditet, & in se habet, & oportunè producit magna cum humani & sapientis animi admiratione. S. S. E. Gene. 1. 29 Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuersis quæ mouentur in terra, in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum: & factum est ita. &, Psalm. 103. Quàm magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. &, 24. Psalm. 146. Qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius. &, Misericordia tua Domine plena est terra. 15. Isai. 45. 18 &, Hæc dicit Dominus, creans, & ipse Deus formans terram, & faciens eam; ipse plastes eius, non in vanum creauit eam; vt habitaretur formauit eam. &, Tui sunt Psal. 88. 12 cæli, & tua est terra; orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundasti.

Huius porrò generis natura omnis vnà cum virtute, habilitate, opportunitate, atque omni denique sibi diuina liberalitate indito ingenio, Hebraico nomine ARETS propriè appellatur, quæ ante perfectam sui naturam IABASSA, id est arida, dicta est. Idem verò nomen Latina lingua transpositis literis, & sibilationis peregrinæ difficultate vitata, TERRA accepit. atque de eius perfectione & virtute à Deo accepta & conseruata. Scriptum est igitur, Perfecti sunt cæli & Gen. 2. 1 terra, & omnis ornatus eorum.

At verò prima illa & antiqua terræ fertilitas ipsorum cultorum culpa & noxa nõnihil vitij accepit, ipsorum crimen antiquum exercitatione sui necessaria aliquo modo vltura, atque adeò etiam ne otio & segnitie scelus augeretur, sed occupatione potiùs aliquantulum impediretur, nécnon cultura ipsi adhibita humani animi virtus exercitaretur, aut in officio continetur, opportunitatem allatura, S. S. E. Maledicta terra Gene. 3. 17 in opere tuo. in laboribus comedes ex ea cunctis die- Ibid. 23 bus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. &, Emisit Dominus Deus homi-

nem de

nem de Paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est.

DE MARI.
CAP. III.

ANTE explicatas mundi totius partes, aquæ omnia aut erant, aut confusis rerum elementis turbantes celabant, S. S. E. Latet enim eos hoc volentes
2. Pet. 3. quod cæli erant prius, & terra de aqua, & per aquam
Genes. 1. 6 consistens Dei verbo. Et dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis: & fecit Deus firmamentum, & diuisit aquas quæ erant sub firmamento, ab iis, quæ erant super firmamentum. aquas autem quæ sub firmamento erant, in vnum locum congregatas, nouo indito nomine, & transmutata vt natura, ita etiá appellatione ex MAIIM, IAMIM, hoc est Maria vocauit. eam autem naturam tum mobilitate, & liquido fluxu, atque peruia grauioribus, vel durioribus corporibus secabilitate, necnon & opportunum locum facilè occupandi continua quadam eademque diuisibili magnitudine aptauit: additaque admiranda virtute, multarum animantium generibus variis, ac numero ferè carentibus, educandis, alendis, idoneum verbi iussu effecit suo.

DE TERRÆ ATQVE MARIS ORBE.
CAP. IIII.

EX vtraque autem maris & terræ natura, vnum veluti corpus, Deus esse voluit, generis quidem formis dispar & distinctum, rectæ verò ad animantium omnium, atque hominum præcipuè habitationem & vsum efficientiæ, & commoditatis communicatione & Efficientia societate penè idem. Namque terra primum ex diuini verbi decreto extitit, aquarũ verò abyssus illa, terra ad sinistram relicta in vnum locum, hoc ex se ad dexteram partem secessit, vnamque continuam regionem occupauit, variis sinubus & anfractibus terras aliquádo aperiens atque intrans, qua continentem habitabilis tractum alluit, non nusquam verò interrumpens & ambiens, qua insulas constituit, atque ita qua vnum est, & vastum abyssi magnæ; qua verò terras aperit atque intrat, aut circumluit, marium nomen obtinuit. ita tamen maria multa dicitur vt vnum tantùm locum quacunque permeabilem, continuato aquarum elemento occupet; terminum, quem à principio Dei definitione accepit, perpetua obseruantia custodiat, nunquam amplius terram vt occultet, quamuis assiduis fluctibus impetat occupatura vniuersam, ac tantũ aliquando inundatura, quantùm diuini consilij permissu concessum acceperit. Habet autem plerumque pro muro & vallo arenam mollem, hoc est, æternum diuinæ prouidentię & custodiæ argumentum, S. S. E. Congregentur aquæ
Genes. 1. quæ sub cælo sunt, in locum vnum, & appareat arida: & factum est ita, & vocauit Deus aridam terram, & congregationem aquarum maria; & vidit Deus quòd
לְמִקְוֵה esset bonum. Animátium generi omnium educando, & hominis constituendo in orbe principatui commodam, hanc constitutionem indicasse Deus dicitur. Et
Iere. 5. 21. scriptum est, Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit. Et com-
Iob 7. 12. mouebuntur & non poterunt, & intumescent fluctus
Iob. 28. 12. eius, & non transibit illud. &, Nunquid mare ego sum aut cetus, quia circundedisti me carcere? Et iterum scriptum est. Abyssus dicit, Non est in me: & mare loqui-
Psal. 27. 9. tur, Non est mecum. &, Iudicia tua abyssus magna. Totius autem maris aquæ suis in locis congregatæ, in rotundam formam coguntur, ita vt media sui parte altiores, ad terræ verò littora humiliores depressioresque sint. ideoque ex terra in mare nauigaturi descendunt, ipsa etiam abyssus hanc rationem obseruat suo (vt diximus) loco conclusa atque contenta, S. S. E.
Psal. 32. 7 Congregans sicut in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. &, Qui descendunt mare in nauibus, fa-
Psalm. 106. 22. cientes operationem in aquis multis: ipsi viderunt opera Domini, mirabilia eius in profundo. &, Surrexit Io-
Ion. 1. 4. nas vt fugeret in Tharsis à facie Domini, & descendit in Ioppem, & inuenit nauem euntem in Tharsis, & descendit in eam. Ioppem in alto sitam legimus, & tamen ad littus maris, ideoque in eam descenditur; & inde in nauem quæ etiam mari in ipso eminet. Est autem mare ad hominum nauigationes, & terrarũ communicationes commodum, vt quæ pro varia locorum terræ natura, alias atque alias diuersa gignuntur, & fiunt, in humanos vsus commodiùs conferantur, atque etiam piscium ipsorum, & rerum, quæ in aquis, nõ vna aut forma, aut vtilitate continentur, commoditas hominibus ipsis nauigationis opportunitate contingat,
Psal 8. S. S. E. Quid est homo quòd memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? minuisti eum paulò minùs ab angelis; gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuũ tuarũ. Omnia subiecisti sub pedibus eius; oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi; volucres cæli & pisces maris, qui per-
Genes. 1. 28 ambulant semitas maris. &, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis vniuersæque terræ. Hanc vniuersæ terræ adeundæ & dominãdæ hominibus facultatem mae ad nauigãdum commodum præbet: neque verò huic rei obstant maris tempestates & turbationes, quippe quæ non, nisi Deo volente, accidunt, & eodem iubente repentè sedantur. Scriptum
Psal. 88. 10. est enim, Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. &, Spes omnium finium
Psal 64. 6. terræ, & in mari longè: præparans montes in virtute tua, accinctus potentia. Qui conturbas profundum
Psalm. 106. 22. maris, sonum fluctuum eius. Et statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius, & lætati sunt quia
Psal. 92. 5. siluerunt, & eduxit eos in portũ voluntatis eorum. &, Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.

Hoc igitur mare ambitione atq. alluuione sua duas habitabiles partes relinquit, alteram terram omnem siue continentem, alteram terram insularum, siue maris insulas dicimus, S. S. E. Rex verò Assuerus omnem
Esth. 10. 1. terrã & cunctas maris insulas fecit tributarias. Et cun-
Iere. 25. 22. ctis regibus Tyri & vniuersis regibus Sidonis, & regibus terræ insularum qui sunt trans mare. &, Reges
Psal. 72. 10. Tharsis & insularum munera offerent.

Præterea mare latissimam totius orbis partem occupat, extenditur enim vltra medium, ad dexteram Orientis Solis & terræ, vel omni vel insulis comparatum amplitudine excellit: altera verò ipsa secundum longitudinem superatur: longitudinem autem dicimus spacium ab Ortu Solis vsque ad Occasum, siue (vt Gentes metiuntur) ab Occasu ad Ortum iacens, S. S. E.
Iob. 11. 9 Longior terra mensura eius, & latior mari. quamobrẽ non malè dixit quisquis ille auctor extitit, Mare positum est in spacioso loco vt esset altum & immensum.
4. Esd. 7. 3.

DE TERRA, MARIBVS ET FLVMINIBVS.
CAP. V.

TERRA omnis quæ Hebraico nomine THEBEL תבל vocata, Latinè habitabilis dici potest, nec continentiæ nec naturæ viribus vna est. Variè enim aquis maribusque diuisa variam ad habitandum commoditatem aliis atque aliis Gentibus præstat, ita tamen vna est, vt quæ ob soli & cæli disparitatem dissimilia profert, cõmerciorum, & peregrinationum opportunitati in communes vsus exponat; atque ita Dei beneficium
Psalm. 118. 64. probet suis, S. S. E. Misericordia tua Domine plena est terra. Ea autem, vt mundus omnis, angulis differt quatuor, quorum nomina à cæli regionibus, vel à ventis, vel ab aliis insignibus rebus imposita sunt, S. S. E. Post
Apoc. 7. 11. hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent su-

per terram. & illud, Omnes qui circa eum sunt, præ-
Exe. 12.14 sidium eius & agmina eius dispergam in omnem
ventum, vnde Sol oritur, Oriens nominatur aut Or-
tus; vbi occidit, Occidens vel Occasus, vel mare: qua
decurrit dextra, vel Theman & Meridies, ad sini-
stram Aquilo siue Septentrio: Hebraicè autem, KE-
Gen. 28.14 DEM, IAM, NEGEB, siue IEMIN, & ZZA-
Psalm. 49.1 PHON, S. S. E. Dilataberis ad Occidétem & Orien-
Psal. 88.13. tem, & Septentrionem, & Meridiem. &, Ab ortu So-
lis vsque ad Occasum laudabile nomen Domini. &,
Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem terræ & plenitu-
dinem eius tu fundasti; Aquilonem & dexteram tu
creasti. Terræ autem omnis habitabilis locus duplici
Zach. 9.10 mari & Orientis flumine magno, & Occidentis termi-
nis definitur, S. S. E. Et potestas eius à mari vsque ad
Psal. 65.6. mare, & à flumine vsque ad fines terræ. Atque terra
omnis quacunque iacet, mari terminatur, S. S. E. Spes
omnium finium terræ, & maris remotorum. Habita-
tur autem terra magis secundùm longitudinem quàm
secundùm latitudinem. Multæ enim partes à Septen-
trione & à Meridie, vel propter æstus vim, vel propter
frigoris importunitatem cultore carent, interpolatisq.
habitatoribus coluntur. Ab Oriente verò in Occiden-
Mala. 1.12 tem omnis continuatis hominum sedibus frequenta-
tur, S. S. E. A Solis Ortu vsque ad Occasum magnum
est nomen meum in Gentibus. Atque terra omnis suis
rationibus absoluta, & efficacitatibus instructa, ornata-
Genes. 2.1. que constat, ad vsus hominum comparata, S. S. E. Igi-
tur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum.
Psal. 113.16 &, Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis ho-
minum. Porrò maria & fontes, & flumina maximas
terræ opportunitates afferunt, & ad animantium po-
tus, & ad agrorum culturas commerciorumque vsus,
& piscium aliarumque rerum copiam suppeditant,
Psal. 24.1. S. S. E. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terra-
rum & vniuersi qui habitant in eo: quia ipse super ma-
Genes. 8.2. ria fundauit eam, & super flumina præparauit eam.
Eccles. 1.7. Omnia autem flumina exeunt à mari, & in mare re-
currunt, multis nominibus locisque distincta. sed quæ
terram præcipuè instruunt, quatuor maxima sunt ex
Gen. 2.10. eodem fonte, in varias partes diducta, S. S. E. Et fluuius
egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum para-
disum, qui inde diuiditur in quatuor capita: nomē vni
Pison; ipse est qui circuit omnem terram Hauilah,
vbi nascitur aurum; & aurum terræ illius optimum
est, ibique inuenitur Bdellium & lapis onychinus. Et
nomen secundi Gehon; ipse est qui circuit omnem
terram Æthiopiæ. Nomen verò tertij fluminis Tygris,
Eccl. 24.34 ipse vadit contra Assyrios. Fluuius verò quartus ipse
est Euphrates. Atque Pison pleno alueo, eodemque
magno fluit perpetuo: Gehon verò per vindemiam,
Euphrates semper plenus. Tygris autem sub primæ
æstatis tempora exundat. Terræ autem aquarumque
globus ita compactus est, vt ab Ortu in Occasum per
Aquilonem longior terra quàm mare sit. Latitudinem
verò ab Aquilone terra, à Meridie mare occupet, quod
Mich. 7.12. ab Orientis regionibus in Occidétem deflexum terrā
duplicis maris nomine alluit, S. S. E. Et à ciuitatibus
munitis vsque ad flumen, & à mari de mari. &, Do-
Psal. 71.8 minabitur à mari vsque ad mare. &, Tui sunt cæli &
Eccl. 44.23. tua est terra, orbem terrarum & plenitudinem eius tu
Psal. 88.12 fundasti; Aquilonem & mare tu creasti: Et à Solis ortu
Psal. 106.3 & Occasu, ab Aquilone & mari. &, Commouebuntur
Amos. 8.12. à mari vsq. ad mare, & ab Aquilone vsq. ad Orientem.

At verò mare illud magnum nisi qua terras subiens, promontoriorum aut tractuum finibus admissum excipitur, vnum ac perpetuum continuumque est, multaque abyssus in vniuersum dicitur, S. S. E. Ecce vocabat iudicium ad ignem Dominus, & deuorauit abyssum multam, & comedit simul partem. &, Iustitia tua sicut montes Dei, & iudicia tua abyssus multa. Ex hoc autem mari duo celeberrima in terras insinuantur, à Meridie alterū, ab Occasu verò alterum: hoc magnum & Occidentale, & nouissimum mare, & mare indefinito nomine. Illud verò mare deserti & mare solitudinis dicitur. Atque magnū in hoc mare piscium aliarumq. animantiū copia refertissimum insignem draconē habet, siue cete siue alio nomine Latinè dictum, qui cùm in mari natat, semitam repleuit aquis: nauibus etiam excipiendis & ferendis, atque nauigationibus exercendis apprime idoneum est, S. S. E. Hoc mare magnum & spatiosum manibus, illic reptilia quorum non est numerus: animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibunt. & qui descendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Dei, & mirabilia eius in profundo. Illud verò alterum iunci siue papyri illius, & carecti quæ ad scribendum instrumēta suppeditant, est feracissimum: vnde ZZVPH cognomen accepit. Sunt præterea & alia loca quæ fluminum defluxionibus exceptis magnā aquæ vim continent, atque maris etiam nomē sortiuntur omnia hæc vnà cum ipsis fluminibus; S. S. E. Creauitque Deus cete grandia & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile iuxta genus suum. Et vidit Deus quòd esset bonum, benedixitque eis dicens, Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris. Ex his autē quæ nobiliores in sacra geographia habentur, sunt mare antiquius siue Orientale, quod posteriora secula Genezareth, Galilææ, atque Tyberiadis appellarunt: Et quod subuersis quondam magnis vrbibus extitit, Salis mare dictum, & apud Ezechielem Orientale appellatum.

Ioseu. 1.4. & 15.12. Psal. 79.12 Deut. 3.17. & 4.49. Ios. 3.16. & 12.3. 4.Reg. 14.25 Psal. 103. 22. Psal. 107. 22. Gen. 1.24 Ioel 2.2. Zach. 14.8 Ioban. 21.1. Gen. 21.17 Ezech. 47. 18.

DE TERRÆ DIVISIONE.

CAP. VI.

TERRAM filiis Adam omnibus colendam communiterque habitandam concesserat Deus, S. S. E. Gen. 1.15 Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum, benedixitque illi Deus, & ait, Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Et rursus: Ingredimini su Gen. 1.17 per terram, & crescite & multiplicamini super eam. Eam autem omnem vt communem, ita communi studio coli, habitari, atq. vnius Dei cultui addici oportuit: sed hominum malitia factum est, vt primùm linguis, opinionibusque diuisis, cultus etiam per varios errores turbati diducerentur, S. S. E. Et eiecistis Sacerdotes Do 1.Paral. 9. mini filios Aaron, atque Leuitas: & fecistis vobis Sacerdotes sicut omnes populi terrarum: quicunque venerit & initiauerit manus suas in tauro, de bobus, & in arietibus septem, fit Sacerdos eorum qui non sunt Dij: Noster autem Dominus est quem non dereliquimus.

Sed cùm hominū in malum consensio pertinax, diuinum de orbe terrarum colendo consilium retardare moliretur, linguarum confusione inducta, euenit, vt vel dissidētibus iam animis & studiis singulæ quæ tunc extabant familiæ suas vsurparent, occuparentq. sedes, retentis vel generis, & nominis societatibus, vel antiquis etiam maiorum suorum simultatibus. Namque trium filiorum Noe, Sem, Cham, & Iaphet, varia ingenia & studia, varia etiam sortis diuino iudicio editæ exempla relata sunt. Diuisa autem est terra in diebus Phaleg, circa annum mundi millesimum septingentesimum & nonagesimum. Gen. 10 & 11.

GOMRI, siue COMARI & CYMRI.

CAP. VII.

FILIORVM Iapheth prima familia Gomer loca Ezech. 38.6 prima ad Septentrionem obtinuit, cui altiori etiam regione assedit Magog, inferiori verò ad ortum nonnihil semotiori Madai loca à Meridie montibus Ararat; Massagetæ Medi. à Septentrione mari, postea Caspio dicto conclusa occupauit: litora autem ad sinistrum latus terræ in mari Taurus mons.

penitus

penitus procurrẽtis Iauan tenuit. vnde & in aduersam maris oram facilè traijciens, non modò continentem tractum, sed interiectas mari insulas & oppositarum etiam terrarum portus familiis repleuit suis. Harum prima Elisa gentis nomine Elis vocata, oppositi littoris oram, qua mare Ortum aspicit, incoluit. Secunda verò nauigationem longius producens, vnà cum nauigandi peritia cõmerciorum, & mercaturæ facultatem sortita, in Meridianæ terræ littus opportunũ copias tra duxit, atque emporium totius terræ celeberrimum, Tharsis nomine instituit; quam postera secula deductis ex Tyro coloniis Carthaginẽ dixere. Porrò Kithim & Dodanim postremi Iauan filij magnarũ insularum earundemque fertilissimarum cultura delectati sunt. Deinde Kithim angustię iam locorum pertęsi, primam oppositam procurrentis in mare terræ oram coloniis deductis tenuerunt, suo ipsorum indito nomine vocantes, vnde & vrbi illius regionis antiquissimæ nomen Caietæ factum arbitramur, quidquid fabulosa poëtarum ingenia secus finxerint. Corruptis aut mutatis vocibus, postea Kithim Cretenses, Dodanim Rhodij appellati sunt. Post vicina Iauan loca Thubal tenuit, vt genere, ita etiã lingua coniunctus; ille enim Ionicum, hic Latinum propagauit sermonem. Sed ex eodem Iapheth postremò nati, Mosech superiores, & Septentrioni magis subiectas sedes: Thirax verò inferiores, & Ortum Meridiemque spectantes, secundùm maris littora optarunt: nominaque terris à se indita vsque ad multa secula produxerunt, atque aliis gentibus nonnihil immutata prodiderunt. Alteri enim Thracia, alter Moschouia nomen perdurauit. Sed inter Mosech populos Gog & Magog præcipuè illustres habentur. Hos inter duos frequens Ascaniorum familia patre Aschenaz interiora ferè omnia loca, & maritimorum non exiguam partem habuere, gemino mari conclusi, altero ex magno mari, à Meridie in Septentrionẽ procurrente, altero autem ex abysso multa ab Occidente inducto, atque Aquilonis tractus altius etiam quàm illud subeunte. Inter Magog & Mosech Riphath longè protensam regionem & Aquilonaribus frigoribus obnoxiam incertis finibus penetrauit, Ripheamque gentem de nomine dixit suo. Huic vicinus Thogarma concessit; montosis partim, partim campestribus extentus regionibus, atque ad Ortum magis quàm Riphath accedens. In hoc omni terrarum tractu postremas & remotas Occasum versus terras, duo posterioribus seculis cultores adiere, vt quibusdam videtur, Thubal, vel, vt nos arbitramur, Tharsis nepotes; alteri Sepharad, alteri verò Sarphath, nomen fuit: ille Hesperidam, hic superiorem Hesperidi, latamque prouinciam tenuit, quæ pòst longo tempore Gallia dicta est. Omnium autem horum filiorum Gomeri regiones mari à quatuor ferè ventis, vel inducto, vel ambiente, coactæ, angustiores multò quàm cæteræ duę terræ partes esse deprehenduntur. ac nisi quibusdam nõ ita magnis spaciis aliæ aliis adiungerentur, insulas ferè efficerent singulæ; atque adeò integra ipsa pars, quæ cæteras regiones continet; omnes mari vndique multis locis admisso, atque ab Occasu accepto, nisi qua Riphath & Magog habitant, ferè insula tota est. Quamobrem & propter portuosas multis in partibus, nauigationumque commercio commodas oras; insulæ gentium omnes illæ partes appellatæ sunt. Atque terra ipsa omnis quidem habitabilis, cultoribusque frequens est: ideoq. opportunis ad vitam rebus, vel sua ipsius natura, vel commerciorum causa abundè instructa: sed quædam tamen partes quibusdam rerum commoditatibus præcipuè celebrantur. Namque Thogarma equis & mulis abundare dicitur. Iauan, Thubal & Mosoch, homines mercedibus venales, operisque locandis habiles procreant. atque ob metallorũ copiam æreis vasis, instrumentoque omni ferreo, armorumque generibus variis, tum cudendis, tum fundendis, & idoneam materiam

Ezec. 38. 3.

Ezec. 27. 15

& apta artificum ingenia continent. Elisa molliori hominum cultui & ornatui aptam purpuram, hyacinthinoque colore probatas lanas suppeditat. Cultores ad multa habiles, vt familiis, ita linguis quoque distincti, quæ tamen omnes vnius primæ originis vestigia hactenus retineant: illam Gomeriam, siue Cymram, vel Cymbricam fuisse existimamus, quæ prolatione nonnihil varia, maximæ adhuc incolarum parti hactenus retinetur. Bello ferè omnes idonei & apti, nec parùm etiam exercitati, sed in his præcipuè Mosoch & Thubal equis in bello vtuntur: loricis induti, gladiis & hastis pugnãt, vulnera scutis vitant. Thogarma frequens populus belloque ferus, & multis aliarum gentium nationibus pertinaciter infestus, Turcarum gentis origo. At verò cultores Kithim, & belli vsu, & classes per mare deducendi peritia insignes Assyriis, atque Hebræis præcipuè infensi habiti sunt. Atque hactenus primæ orbis terræ partis, spacio quidem breuissimæ, cultoribus verò frequentissimę situm, formam, atq. ingeniũ descripsimus.

Ezec. 27. 7.

Ezec. 38.

Num. 24. 24

DE SECVNDA TERRÆ PARTE. CAP. VIII.

MAGNAM terræ partem Cham multiplici sobole occupauit, tum primis deducendis coloniis, tum impetu in alienas regiones facto, bellorumque hostili aduersus rudes & inermes populos exercitatione. Atque primus omnium Chus penitiores versus Theman sedes tenuit, lato satis tractu, sed tribus è partibus maris ambiente incluso ab Ortu & Occasu, & quæ in acutum desinit Meridie. Huic & tempore & loco proximus Misraim continuam à dextra, atque mari magno à sinistra finitam regionem tenuit. tertius Phut extremam ferè eiusdem continentis oram, adiit duobus maribus definitam, ab Occasu abysso multa, ab Aquilone mari magno qua alteri coniungitur angusto: deinde sinubus ad Sarphath, & Thubalis partem ad dextram, atque ad ipsam Phut oram à sinistra reductis lõgè omnium aliàs, qua diffunditur, locorum latissimo. Atque ita omnis illa pars, quæ interiecto mari Gomeri dictioni opposita est, tribus Cham filiis cessit; cui cùm vnus adhuc esset filius Canaan, mediam inter vtriusque partis terminos, latam magis quàm longam regionem, secundùm magni maris littora optauit, quæ ab Ortu flumine Iarden dicto à dextra fluuio Misraim siue Ægypti, à sinistra reducti maris sinu atque Gomeri finibus clauditur. Sed filij Chus, à patre obtentis non contenti sedibus, secundum Suph maris sinum, ad Ortum & Occasum, atq. ad dextrã & Aquilonẽ quæ producuntur, littora coluere, variaque variis locis nomina ab ipsis ducibus indidere. Zzeba vlteriorem sinus oram ad Ortum & Aquilonem. Zzabtha citeriorem delegit: Raghma magis etiam quàm Zzeba ad Aquilonem & Ortum, qua magni fluminis Euphratis aquas sinus ex abysso multa angustè inductus, excipit littoribus, consedit. inter Zzabah & Ragma, interiecta loca tres populi tenuere. Zzabthecha, Seba, & Dedan, ille Chus, hi Ragma filij. sed Dedan superior cæteris Euphratis confinia habitans, Canaan ab Occasu longo interiecto solitudinum tractu habebat. Secundus autem filius Cham à patre ad Occasum profectus, loca sibi primùm optata, à dextra & Occasu abysso multa, ab Aquilone verò Phut sedibus definiuit. Vltimus autem ex filiis Chus Nimrod, qui angustiores fratrum sibi, & sedes & leges arbitratus, quæ iure partitionis obtinere non poterat, inuento bellorum latrocinio adortus cepit; primusque post diluuium non terras modò, sed terrarum cultores ipsos, nomine regni inducto subegit. & quæ populorum antea communia fuerant, singulari dominationi arrogauit. Is autem regni arcem in Babel primùm linguarum, & studiorum diductione nobili loco struxit, idque dominationis caput constituit, quod fuerat confusionis initium. ea autem fuit in Senaar campo-

Gen. 10.

campestri regione, vbi munitissimæ & florentissimę vrbes ab eodem occupatæ & constructæ sunt, ab amplitudine dicta Erech, & Achad, & Chalneh. Non multo autem pòst tempore Assur, ex illis dominationis angustiis profectus, noua etiam regnandi cupiditate actus, à rege suo deficiens, proximam regionem occupauit, eamque nomine suo appellatam, armorum imperij in omnem ferè terrarum orbem dilatandi principem facere inchoauit. Nobilissimis & frequentissimis vrbibus structis, Niniueh prima, deinde, ab amplitudine vocata Rahoboth ciuitate, & Calahh, & Rezzem, quæ inter Nineueh & Calahh, sita, non tamen aut exigua, aut infrequens, sed magna etiam & populo plena fuit.

Porrò Mesraim progenitis à se filiis vicina sibi Occasum versus loca adeunda habitandaque concessit inter se ac Phut fratrem, proximos autem sibi Ghanamim populos à filij nomine dictos constituit: deinde Lehabim, qua mare in terras lato sinu recipitur, qua rursus terræ cedit, Ludim vicina Tharsis habuere: sed interiora sub Tharsis tenuere Nephthuchim. Hinc rursus per Misraim tendẽtibus primi Chasluhim visebantur inter Misraim, & Seba super oram maris Suph, interiora etiam terrarũ tenentes: His autẽ proximi Aquilonẽ versus, Petruzzim Mediterranea loca obtinuere; quos cõsecuti Philistim, magni maris vsurpauere funiculum, & cõtinẽtia littora. Vrbibus olim præcipuè insignibus Gaza, Ascalone, Accarone, & Gath habitauere, in has sedes, vt vera tradit fama, à Caphthorim, deducti ex Peleseth regione. Nam Caphthorim longũ terræ in mare procurrẽtis possedere tractũ (à Prophetis Insulæ nomine appellatũ) habitarũt Ararat mõtibus ad Ortũ relictis, ipsi inter duos magni maris penitissimos proiecti sinus, eosdemque latissimos vicinos habuere, à Meridie Canaan, ab Aquilone Mesios. Regionũ atque hominũ varia ingenia sunt, illæ autem singulis magis illustres res, Chus Topazios sui generis optimos fert. ater cultoribus cutis color: inter armorum vsus scuta ad defensionem apprime fabrefacta gestant. Saba auro ac thure abundat: homines ipsi vicinæ Huts regioni infesti pernitiosique fuere. Saba & Ragma auro & gemmis diuites, aromatum mercatores illustres sunt. Dedan aulæorum & tapetum artificio insignes. Ex filiis Misraim, Ludim arcu dexterrimi habentur: Lehabim parmis muniuntur. In eodẽ tractu alia ex gente Tharsis mercatura nobilis Orientis prouinciis ferrum, argẽtum, stannum, & plumbum, ex Sepharad comportatum, frequenti commercio suppeditabat. Terra ipsa præter cætera leonum præcipuè generosorũ nutrix est.

Sophe. 5.
Iere. 47. 4.
Iob 27. 10.
Iere. 46 9.
Isai. 60. 5
Ezec 27 24
Iob. 1. 4.
Ezec. 2 21
Ezec. 27. 14
Ezec. 38. 13

TERTIA TERRÆ PARS.

CAP. IX.

Filij Sem.

CONTINENTIS terræ longissimam partem, atque à mari magno penitus semotam, nec valde etiam abysso magnæ propinquã, familiæ ex Sem propagatæ sibi in sedes acceperunt, negotiationis marinæ non vsque adeò, atque cæteræ gentes, studiosi, rebusq. intra regiones suas natis, non minùs beati, quàm contenti. Fuere autem numero duæ ac viginti, omnesque vna dempta terminos sibi ab Occasu præscripsere maris magni oram, qua sinus super Caphthorim in reductas terras contendens excipitur, ab Ortu verò nullos, nisi quos ipsum peragratæ habitabilis terræ spacium ab initio constitutos teneret. Itaque prima vltra Euphratis fluminis ripas ab Ortu fixa sede, secundùm flumen ipsum extensi, atque vltra montes Ararat siue Aram, supremos tractus maximi illius intra terras contenti lacus oram ambiere, atque vlterius etiam ad Ortum procurrentes continuatis aliorum aliis regionibus ad plurima milliaria, nullo ex aliis gentibus interiecto populo producti sunt. Fuit autem illa eorum habitandi series. Elam primus non longè ab Euphrate consedit super magnæ abyssi sinum Achad proximus. Assur secundus fluuio assedit ad Ortum inter Arach & Chalneh. Arphaxad verò his superior ad Aquilonem secessit, citraque montes Ararat sedes optauit sibi. Lud traiecto amne, qua Tygris & Euphrates vno iam alueo contenti in mare procurrunt, ab Aquilone Elam habuit, ab Ortu amnem, & maris sinum, & Raghmah cõfinia; ab Occasu Seba prioris montana loca. Quintus demùm Sem filius Aram, vicinos Babel regno occupauit campos, & mõtes, longissimo tractu ab Occasu in Ortum procurrentes, quos Ararat antiqui, posteriora tempora Taurum dixerunt. Sed hi præterquàm quod in duas alias regiones genus, nomenque integrum propagarunt suum, quæ Aram Naharaim, & Aram Damaschi dictæ sunt (namque ipsa Aram Soba, prima sedes appellata est) familias quoq. ex se produxere, quæ in vlteriora loca culturæ habitationisque causa migrarunt. Primæ nomen fuit Hus; secundæ Hul, quæ vltra montes ad lacum consedentes maximũ, vicinam sibi ab Ortu reliquerunt Madai. Tertia verò Gether dicta, ad Occasum inter montes & lacum fines constituit suos. Quarta Mes post Gether ad magni maris sinum perducta est. Sed ex Arphaxad, quem tertium Sem filium recensebamus, ortus est Saleh. ex Sale verò Heber; qui duobus à se susceptis filiis, alteri Palegh; alteri verò Iectan nomen imposuit: hic numerosa tredecim filiorum sobole ad vltimos vsque terrarum orbis tractus sedibus dilatatis penetrauit. Primùm enim ex procreatis à se filiis ac populis Elmodad vltra Mes, cõtinente solo ad Aquilonem locauit; super hunc verò Saleph secũdum vlterius Hassar-maueth ad Aquilonem quoq. iuxta maximũ lacum atq. fluuium in lacum decurrentẽ: fluuio verò traiecto atque ad Ortum conuerso tractu, Iarahh consedit quartus Iectan filius; super quem quintus Hadoram, inferior autẽ aliquanto, sed magis ad Ortum progressus est Vzal. Septimus Obal fines protulit suos ab Aquilone. Deinde Abimael octauus, & Seba ab illis duobus filiis Chus, & nominis sono & generis alius, quanquam Latinis & Græcis eodem fere modo omnes appellari videantur. Post hunc porrò longè processit Ophir, latissimeque patentes terras, secundùm abyssi magnæ littora ad Ortum extentus, solus obtinuit. Hauilah verò decimus tertius Iectan filius, totum terræ spacium tenuit, quod à Seba & Abimael, ad magnę vsque abyssi littora iacet; atque Gehon maximo amne, vnoque ex quatuor totius terræ celeberrimo alluitur. Vltra Ophir Iobab consedit decimus tertius Iectan filius, qui procreatas à se gentes ad Sepher longissimi montis subiectos tractus emisit. Porrò Ophir, quem anteà diximus, secundùm abyssi magnæ littora genus nomenque produxit suum, ad duas regiones angusto terrarum, sed longo isthmo interiecto distinctas, quæ ad Salomonis vsque atque vlteriora etiã tempora integrum retinuere vocabulum Ophir; quod paulò pòst inuersum vtrique etiam parti seorsum adscriptum est, atque alterutra pars Peru; vtraque autem simul dualis numeri pronuntiatione Peruaim siue Paruaim dicta est.

Gen. 10.
פרוים
2. Par. 3. 6

Quæ in regionibus, incolarumque moribus memoranda obseruauimus, illa sunt. Elam arcu plurimùm in præliis valet; sagittas enim & dexterrimè & celerrimè simul intendit & iacit. Hinc cum Saba & Chaldæis antiqua simultate bellum gerebat. Aram omnis, gemmarum, purpuræ, pictarũ vestium, byssi & serici mercatura exercet maximam. Ophir omnis, siue vtraque Peru regio, auro abundat plurimo: inde etiam ligna Almugim miræ in ædificiorum ornamentis pulchritudinis, & pretiosi lapidis magna affertur copia. Aurum quoque Hauila terra gignit, idque optimum, & eadem Bedelah & Sohan; quos Assyrij Berillos vocant; præstãtis naturæ eximiæque pulchritudinis lapides habet.

Isai. 51.
Iere. 49.
Iob. 1. 17.
Iere. 10. 9.
3. Reg. 10. 11.
Gen. 2. 11

MISRAIM. CAP. X.

PRIMOGENITVS Cham Misraim terminos sibi & filiis ab Ortu Mare-Suph iuxta Pihahiroth & Baghal

Exod. 13. 18
Isai. 11. 15.

Ezec.29.20 ghal Saphon; à Septentrione linguam maris magni &
Gen.45.25 Pelistiim cõfinia, à Meridie Chus terminos; ab Occasu
Amos. Phut confinẽ posuit. habet autem ab Aquilone turrem
Syenes ditionis initium: situs illi multò quàm Phili-
stiim depressior. Eam amnis olim Physon dictus, à per-
petuo diuinæ prouidentiæ & seueritatis argumento, à
Isai.19.5 terrę Chus montibus erũpens, totam à Meridie perua-
Isai.23.2. dit; atque in canales diductus, quoad in linguam maris
magni effluxerit, hortorum instar irrigat, aquarumq.
Deu.31.10 vi multiplicis seminis altrici fœcundam adeo efficit,
Num.16.3. vt copiosissima messe ferè perpetuò augeat: atq. ideò
Exod.7.21. propter annonæ vbertatem lacte & melle manare re-
gio dicatur. Ipse calamorum & papyri mirè ferax lon-
Exod.9.31 go tractu ad mare vsque nauigatur: piscibus abundat
Exod.10.12 & variis & magnis. Aqua potui aptissima, si conseruata
Iudith 1.9. resederit; turbidior enim in alueo ipso est: vnde & Si-
hhor etiam nomen accepit. Præter multa, quæ terra
ipsa sponte procreat, vel aliunde allata feliciter alit,
triticum, hordeum, far, ac linum & optimum & plu-
rimum profert, pomiferasque varij generis arbores nu-
Gen.46.34 trit. Pascuorum copia abundat, sed in ea re Goessen
Isai.19.13 ager pręcipuè commendatur, ad terminos vsque Chus
Num.13.23 pertinens. In ea antiquissimæ vrbes fuere; Thanis re-
Gen.47.43 gia ac maxima, & flumini adiacens, septem annis post
Iere.44.1. & 46.25. Hebron in terra Canaan condita: & On, & Soghan, &
Ezech.29.2 Noph. Pathros lato satis agro, Thahhphanezz, Migdol,
Ezec.20.25 & populo, ac militibus frequentissima No, totius terræ
Exod.1.2. præsidium habita: & Zzeuene, alijs Syene dicta. Poste-
Exod.1.20. rioribus autem seculis illustres fuere Python & Ragha-
mezzez ex regio decreto, Israelitarum opprimendo-
rum causa, magnis & frequentibus operis constructæ
& munitæ. Regio omnis cultorum variorum olim pro-
pria; sed fame aliquando grassante in regiam possessio-
nem Iosephi præfecti consilio empta, cultoribus resti-
tuta, quintam fructuum partem regibus quotannis pen
Exod.14.17. dere iussa est. Homines ingenio ad omnem artem ido-
Iere.46.9. neo, bellandi periti, curruum copia maxima in bello
vtuntur. socios sibi in bello Chus, Phut, & Lehabim ex
Isai.20.4. viciniæ, & generis necessitudine cõiunctos adsciscunt.
Nah.3.9. in rustica, familiariqúe comportanda re, plaustra, atq.
Gen.41.21 asinos agunt, bobus terram colunt: lini artifices, texto-
resque elegantissimi habentur; byssum enim variam, at-
Isai.19.9. que optimam texunt. Piscatores in illis plurimi, retia
& hamos ad capturam parant, lintribus ex papyro con-
textis vehuntur. Regi omnes & parebant, & tributa
Isai.18.1. pendebant, præter Sacerdotes, quos rex consiliorum &
Isai 19. auspiciorum causa sumptuosè alebat, vafrum & versu-
Gen.42.22 tum hominum genus, & ad populos non modò suos,
sed alienos etiam fallendum maximè instructum, ac
promptum. hi, cæli tempora, rerumque omnium na-
turas scire professi, obscuris verborum ambagibus, quæ
ipsi arcana vocabant, atque incantamentorum varia &
mira specie, cæteros in varios errores pertraxere. Deo-
Gen.46.34 rum tot formas, quot animãtium, ex quibus vsus cape-
Exod.8.25. retur, finxere, in quibus pecora & armenta præcipuè
Iere.43.13. culta. Quamobrem & ab horum carnibus abstine-
bant, & pastores tanquam sacrilegos, ac deorum ho-
Isai.19.1 stes auersabantur. Simulachra diis suis statuebant fre-
quentissima. Incantationum & auguriorum his varia
Isai.23.2 genera, variiqúe sacrorum ritus. Magna sapientiæ con
Isai.19.12 genitæ iactatio, incredibilisque antiquitatis arrogantia.
se enim primos hominum, nullius in terra familiæ, sed
Ezec.29.9 fluuij sui semen esse prædicabant. mortuos suos nõ se-
peliebant, cæterarum gentium more; verùm arte me-
dicatos in antris, vel constructis ad eam rem ædificio-
rum, & tumulorum molibus adseruabant. Ei artificio,
& omni medicæ rei parandæ materiam ex Galaad com
portabant.

ASSVR. CAP. XI.

Ezec.27.24 ASSVR regionem ab Ortu Chelmaad, ab Occa-
Iudith 2.6. su Aram, inter duos fluuios sita, ab Aquilone Cha-
lahh, vel, vt nostri vocant, Cyliciæ montes definiunt.
Ea regio, quà Septentrionem spectat, mõtibus non ste-
rilibus munita, cætera omnino plana, & campestris
duorum præcipuè fluminum maximorum multis an-
fractibus, & perpetuo decursu irrigatur: quorum no-
mina prima fuere HHIDEKEL & Parath, deinde ab aliis
gentibus Tygris & Euphrates dicta. Præcipuæ in ea vr-
bes: Niniue, Assyrij olim imperij caput, & Imperatorũ
omnium, ab Assur primo conditore vsque ad Sardana-
palum regia, situ adeò extenta, vt per omnes vicos, &
plateas lustrari non breuiori, quàm trium dierum spa-
cio posset, populo frequentissima, & multis præcipuis Iona 3.
operibus, principumque Assyriorum insignibus ædibus
ornata; muris omni arte, nisi fluminis diuinitus im- Nahum.1.
missi irruptione, expugnatu difficillimis. Est & Rahha-
both ab amplitudine, vt superius commemorauimus, Genes.10.
dicta, & illa vnde Cylicia initium & nomen duxit Cha- Ezec.31.2.
lahh. inter quam & Niniuẽ, Rezzem maxima etiã olim
sita erat vrbs. Hæc totius terræ imperium olim magna
pompa, maximisq. opibus, nulli postea regioni æquan-
dum tenuit. sed ob superbiã atque iniuriarũ admissa
scelera, à Babyloniis victa, illud summa cum ignominia
amisit. Præter agrorum fertilitatem, quæ præcipuè in
regione commendantur, sunt equi. virorum & mulie- Ezec.33.5.
rum ornatus, cultus & victus omnino luxum arguit. In- Ezec.37.23
colæ hyacintho & purpura plerumque vestiuntur: viri
fœminarum amoribus impensè dediti; sed qui à fœmi- Iud.10.18.
nis seduci aut superari, turpe existiment, idque iniquo & 12.11
ferant animo. bella equitatu plerumque gerunt.

BABYLON. CAP. XII.

CHALDIM siue Chasdim regionis caput Babylon Isai.48.14
illa maxima fuit, totius quondã terrarũ orbis post Isai 14.4
Assur, domina, ad flumẽ Parath sita, instar magni mon- & 13.11.
tis ædificiorum magnitudinẽ habens: à Prophetis cali- Iere.51.25
ginosus, & pestifer mons dicta. in ea Chaldæorum re-
gum arx fuit maximis sumptibus extructum opus, atq. Hab.2.
à Nabuchodonosor ex deuictarum gẽtium spoliis per-
petui imperij opinione & spe, munitum & ornatum.
Breuem horum dominationem iniuria fecit, Deo iu- Iere.50.21
dice & vindice ad Madai & Parazz imperium transfe- & 51.13.
rente, locumque æterna solitudine & vastitate dam-
nante. Regio aquis omnis abundat, flumine in magnos Psal.136.1
canales diducto, frumenti apprimè ferax, fluminum
ripæ salicibus frequentes. Homines, quo tempore im- Hab.1.6.
perium & propagabant, & tenebant, bello ferocissimi,
pugnæ dexteritate, & cursus celeritate præstãtes. equis Isai.48.21.
& curribus in prœlio vtebantur; incantationum, augu-
riorum in primis studiosi: syderum rationes ac motus
diligentissimè obseruabant: atque ex illis aliena fata,
suorum prorsus ignari, sibi cognita esse iactabant. Deos
præcipuè coluerunt, Bel antiquissimum Assur patrem, Isai.46.
atque etiam Merodach & Nabo. Deorum ac princi- Isai.21.9.
pum statuis instructissima Babylon fuit, eiusque artis Iere.51.13.
opifices habuit, & plurimos, & egregiè peritos.

SVMMA CHALAHH DESCRIPTIO. CAP. XIII.

CYLICIA ab Ortu & sinistra magnis montibus Iudith.2.
Ange Assur vicinis clauditur: à dextra verò regio
illa est, quam filij Ismael primùm tenuere. ab Occasu
autem filiis Iaphet, quos commemorauimus, præcipuè
autem mari Elisa & Dodam adiacet. In ea vrbs est an-
tiquissima Tharsis ex filiis Iaphet, illius alterius, quam
diximus, Tharsis mater: & celeberrima quondam Me
lothi à Babyloniorum exercitu aliquando expoliata.

MESOPOTAMIA, ARAM, DAMESECH & ARAM SOBAL. CAP. XIIII.

INDE ad filiorum Iaphet fines, qui Austrum spe- Iudith.2.
ctant, Aram Naharaim est sic dicta, quòd inter duos Iudith.1.6.
fluuios Iob.5.

fluuios Hhidekel & Parath iaceat. Illustris in regione illa est Ragau, campus inter Parath & Hhidekel. Tygris salutares pisces alit, & Nahor vrbs, ab Abrahami fratre, vt creditur, condita & appellata. In ea etiam
Ezec. 27.23 Mamre fluuius est memorabilis. & vrbs insignis Padan;
Gen. 24.9. Thare & filiorum, atque Iacob fratrem fugientis hospitio olim nobilitata. Huius regionis gentes vestibus vtuntur optimis, colore hyacinthino, & polymito; quas & in alias prouincias transmittunt. Est deinde Aram alia mirè fertilis, atq. amœna regio, duobus mõtibus ab Aquilone, dexteraque vallata; quorum alteri Libano nomen est, cedrorum generosissimarũ feracissimo, variarumque plantarũ multis & elegantibus generibus instructo, gratissimo perpetuo odore, ceruis etiam, capris, & aliis animantibus frequenti. Ex his mõtibus duo præcipui amnes Abana, & Pharphar demissi interiectum campum rigãtes, maximorũ hortorũ speciem præbent. Totius regionis caput est Damesseck, antiquissima vrbs, & Israelitarum regum æmula. Ager ipse, frugum, fructuumque optimorum copiam suppeditat. Vino inprimis abundat nobili. Lanæ & naturæ ipsius vi, & artificum industria optimum colorem referunt. In agro desertum est, vbi Hazael ab Helia vate in Aram regem oraculo est inunctus. Inter Aram, Damesech & Aram Nahharaim duæ prouinciæ sunt. Alteri antiquissimum nomen Aram-Sobal; Damascenæ Aram, proximæ: alteram posteriora secula Apameam dixêre.

4. Reg. 5. 12. Isai. 28. Amos. 1. 3 Iudith. 2. 17 Iudith. 3. 14 Iudith. 2. 17 Ezec. 27. 18 3. Reg. 19. 15.

QVANQVAM *nostri instituti tantùm fuerat Gentium situm, per antiqua nomina, quæ perpetuò in sacris libris Hebraicè obseruantur, solùm indicare, & laborẽ conferendi illa nomina cum ijs, quæ postea in ijsdẽ locis vel corrupta, vel immutata deprehenduntur, aliis relinquere, qui geographiæ expertes non essent, & vel sibi ea solis vel aliis etiam communicanda adnotare; tamen suasu quorundam amicorum, qui omnia quàm explicatissima à nobis, ad publicam vtilitatem, edi volebant, inducti, illorum locorum sedibus adnotatis, & non certo finẽ tamen non omnino incerto præscriptis, nomina etiam reddidimus, quæ à Ptolemæo, Mela atque aliis auctoribus sunt indicata, ex quibus nonnulla tandem omnino literarum consonantium vim, sed non eandem in vocalibus formam retinent, iuxta rationem à nobis sæpè aliâs expositam de nominum & verborum deprauatione, vel ex aliis linguis in alias deflexione: quam qui obseruarit, magnum profectò operæpretium faciet, non solùm ad verba eiusmodi cognoscenda, sed etiam ad alias linguas ex aliis exiguo negotio perdiscẽdas. Nunc igitur, vt id breuiter agamus quod intendimus, animaduertendum est, à nobis totum orbem in tres partes diuidi, vnam ad Ortum perpetuò extensam post æquatorem Septentrionem versus latam; huic coniunctæ sunt duæ ad dextram & læuam magnæ abyssi aquis per fretum admissis & interiectis, quas aquas Magnum mare appellari ostensum fuerat. dexteram partem Africam Geographi nostri dixerunt: sinistram Europam: longissimam, & his obiectam Asiam. Neque verò præter rationẽ accidisse olim videmus, vt orbis ab omnibus, qui de eius situ scripserunt, in tres tantùm partes distingueretur. sed hoc perpetuum vestigium, & monumentum mansisse trium Noe filiorum, quorum familiis omnis olim orbis ita disseminatus est & cultus, vt semper tamen vniuscuiusque pars vt nominibus, ita etiam sedibus distingueretur: Septentrionalis enim & Occidentalis terra, quæ è Babylone, vnde diuisorum discessio facta est, continuatis itineribus oblata est, filiis Iapheth, quem Græci Iapetum dixerunt, cessit omnis. Meridionalis verò ad Occasum vsque ferè ab ijsdem initiis, hoc est, à Babylonis confiniis cœpta secundo fratri Cham nomine, Græcis Cambisis dicto, est occupata, ab iis, quod reliquum fuit inter Aquilonem & Ortum filiorum Sem, fuit: ad oram enim maritimam Meridiem versus Chami nepotes Chus filij longum tractum vsque ad terram Hauila, quam Ganges rigat, obtinuerunt. Horum partes gentium & familiarum serie proposita nos distinguimus; & quoniam tabulam pro libri videlicet magnitudine pinxiramus angustiorem, quàm vt capere posset singulorum nominum satis expeditas inscriptiones, eam rationem commodiorem existimauimus, si notis quibusdam secundum loca appositis in spacio extra tabulam relicto, earundem notarum obseruata serie, nomina adscriberemus antiqua. Est autẽ illa ratio, vt filios Iapheth numerorum Latinæ notæ indicent,* I. II. III. IIII. V. *&c. Sem verò familiæ numeris Græcis, quas cifras vocant, notentur:* 1. 2. 3. 4. 5. *&c. Cham autem Gentes Romanarũ literarum figuræ demonstrent,* A. B. C. D. E. *singularum igitur notarum series obseruata in tabula loca habitationum, in indice verò nomina ipsa demonstrabit Gentium. Nunc verò eadem seruata ratione posteriorum seculorum nomina apponemus.*

PARS ORBIS IAPHETH
ADSCRIPTA.

Filiorum Japheth sedes.

I. גומר *Gomer.* Comari ita dicti Melæ: aliis Cymerij vel Cymbri, namque ex Gomer Comari, & ex Gomaris Cymbri procreati sunt.

II. מגוג *Magog.* Massagetæ & Getæ Ptolemæo, Pomponio, & Straboni.

III. מדי *Madai.* Mœdi Geographis omnibus nomen retinent.

IIII. יון *Iauan.* Ion, vnde IONES & IONIA, nomẽ integrũ Hebraicè tenet.

V. תובל *Thubal.* Iberi Aquilonares iuxta Męotidem Pomponio, nomine paulum mutato, aspirata detracta, & L. in R. affinem: ab his Hiberis deductæ coloniæ Hispaniã occupauere, eamq. Hiberiam, seque Hiberos appellarunt: vnde constans Hispanis fama est, Thubal fuisse primum illius regionis cultorẽ. sed nos aliàs de hac re disseruimus.

VI. משך *Mesech.* Moschi Pomponio hactenus tuentur nomen Moschouitarũ.

Filiorum Gomer sedes.

VII. תירש *Thirax* Thrax. vnde Thraces & Thracia nomen retinent.

VIII. אשכנז *Aschenaz.* Ascanij quondam dicti, postea Germani.

IX. ריפת *Riphath.* Riphaces siue Riphathes Melæ, aliis Riphæi.

X. תוגרמה *Thogar.* Thurcę Melæ, corrupto aliquantum vocabulo, tribus literis præcipuis conseruatis, TH. R. G.

Filiorum Iauan sedes.

XI. אלישה *Elisa* Elis. vnde Græci omnes ἕλληνες dicti.

XII. תרשיש *Tharsis.* Carthago in Aphrica, quã postea Pœni occuparũt. sunt qui Venetos ad Tharsis etiam referãt, & ad Phœnices quoq.

XIII. כתים *Chetim.* Cretẽses olim dicti, ab aliis Cortini; à quibus ea Italiæ ora, quæ quondam magna Græcia dicebatur, habitata fuit, & vrbs constructa, quæ antiquum nomen retulit, CAIETA, quidquid alij fabulentur.

XIIII. דודנים *Dodanim.* In libro Paralip. רודנים Rodanim Rhodij fuerũt, nomẽ & significationem retinẽtes: nam רוד DOD idem significat Hebræis quod ῥόδος Græcis.

DVORVM, QVI OCCIDVAS PARTES INCOLVERVNT, NOMINA & sedes incertis parentibus.

XV. ספרד *Sepharad.* SPERIDES Hispaniam hi occupãtes, Sperida vocauerũt; quo nomine à Græcis perpetuò illa regio dicitur.

XVI. צרפת *Sarphath.* Eam partem Europæ obtinuere quæ Gallia dicta est. nam Galli primi ex Asię parte Bithynię vicina venerunt; indeque nomen Galliæ secum detulere. ita perpetua cognatio fuit Gallorum & Galatarum. erat autem Sarphath in illa Asiæ Gallia, à qua ex adiuncto distinguebatur Sarepta, siue Sarphath Sidoniorum. Iuuenalis:

Quanquam & Cappadoces faciant equitésque Bithyni;
Altera quos nudo traducit Gallia talo.

Alteram Galliam vocat illam Asiaticam.

Filiorum Cham sedes.

A. כוש *Chus.* Nomen adhuc sua lingua retinent. sunt Æthiopes, gentibus & populis varij. Lusitani vocant Cussios.

B. מצרים *Misraim.* Ægyptij. hactenus etiam Ægyptus, Arabibus ac Turcis dicitur Masra.

C. פוט *Phut.* Africa Mauritania, Ptol.

D. כנען *Chanaan.* Nomen retinuit ad multa secula.

Filiorum Chus, nomina & sedes.

E. סבא *Seba.* Sabæa regio thurifera.

F. סבתה *Sabtha* Stabæi Ptolemæo super sinum Persicum, & Messabathę ex Stabæis oriundi. Pomponius à sinu Persico quidquid in Africam vsque est, Æthiopibus adscribit.

G. רעמה *Raghma.* Charmania Ptolemæo sic hactenus dicta.

H. שבה *Seba.* Arabia felix interior Ptolem. regio thurifera & myrrhifera.

I. דדן *Dedan.* Palmyrina regio Ptolemæo, in qua Alsadanus vel Aldadanus mons magnus.

L. בבל *Babel* Babylonia regio cum vrbe metropoli eiusdẽ nominis.

M. ארך *Arach.* Cyrrhestica regio, in qua Edessa vrbs, quam D. Hieronymus vocat Arach.

N. אכד *Achad.* Achabene, siue Achadene Ptolemæo, in qua Nisibis vrbs D. Hieronymo dicta Achad.

O. כלנה *Chalne.* Chalcitis regio super Edessam, Ptolem.

P. לודים *Ludim.* Libyj propriè dicti posteà, à quibus Libya reg.

R. ענמים *Ghanamim.* Trogloditæ sunt Pomponio & Ptolemæo.

S. להבים *Lehabim.* Libyj Cyrenaici, siue Libyes Ægyptij, Ptolem.

T. נפתוחים *Naphthuhim.* Africa minor: & huic regioni subiacentes Numidæ.

V. פתרוסים *Pethrosim.* Petrosi, vnde Arabiæ Petrææ nomen; cuius metropolis Petras dicta est.

X. כסלוחים *Chasluhim.* Sarracenos gentem multo pòst appellatã eo loco ponit Ptolemæus, & Mela Arabes.

Y.

Y.	פְּלִשְׁתִּים	*Pelisthim.*	Paleſtini nomen diu tenuere.
Z.	כַּפְתֹּרִים	*Capthorim.*	Cappadoces: ſic Chaldęus Paraphraſtes Onkelos, & Hierosolymitanus קפרוקיא

Filiorum Sem ſedes.

1.	עֵלָם	*Elam.*	Elamitæ
2.	אַשּׁוּר	*Aſſur.*	Aſſyrij.
3.	אַרְפַּכְשַׁד	*Arphaſſad.*	Suſij : & Suſiana regio.
4.	לוּד	*Lud.*	Lydi, & Lydia regio.
5.	אֲרָם	*Aram.*	Armenia maior.

Filiorum Aram ſedes.

	עוּץ	*Vs*	Armenia minor: ſic Chaldæus paraphraſtes in Iob.
6.	חוּל	*Hul.*	Æolis.
7.	גֶּתֶר	*Gether.*	Aetholios Mela circa hæc loca conſtituit, in quibus Aſſon & Gargara.
8.	מֶשֶׁ	*Mes.*	Miſij & Miſia regio. Iuuenalis meliùs appellat Meſos: de grege Meſorum.
9.	אֶלְמוֹדָד	*Elmodad.*	Themeothæ ſunt Pomponio & Ptolemæo: quorum pars eſt Seleph.
10.	שֶׁלֶף	*Seleph.*	Selebij.
11.	חֲצַרְמָוֶת	*Haſſarmaueth.*	Sarmathę & Sauromathę, Sarmatia regio.
12.	יָרַח	*Iarahh.*	Aria, & Arachoſia, hoc loco ſunt Melæ. Ptolemæo etiam Zarathæ.
13.	חֲדוֹרָם	*Hadoram.*	Hircania.
14.	אוּזָל	*Vzal.*	Oxia Bactriana, cuius cultores Oxij Ptolem.
15.	דִּקְלָה	*Dicla.*	Scythia intra Imaum.
16.	עֵיבָל	*Ebal.*	Bolitæ ſiue Obolitæ intra Caucaſum & Paropanyſum montes.
17.	אֲבִימָאֵל	*Abimael.*	Imaenſes ſiue Imai, inſignem montem eodem nomine habent Imaum.
18.	שְׁבָא	*Seba.*	Sacæ ſunt Pomponio & Ptolem.
19.	אוֹפִיר	*Ophir.*	Ophire ſiue Opire, & ἐν τῷ μεταθέσιν. Peru ſic etiam dicta, quo tempore Paralipomenon hiſtoria cõſcripta eſt. 2. Paralip. 3. 6.
20.	חֲוִילָה	*Hauila.*	India omnis & Gangeticæ regiones.

Duo ex filiis Jectan Gentes.

21.	יוֹבָב	*Iobab.*	Noui orbis dicti pars vocata regio PARIAS, auro margaritisque abundans.
21.	סֶפַר	*Sepher mons*	Longiſſimus omniũ montium, qui hactenus in orbe viſi ſunt, à noſtris ANDES dictus; in illa orbis parte adhuc manet vrbs antiquiſſima IVKTAN, quæ nomen auctoris illius Gentis retinet.

ORBIS TABVLA.

BEN. ARIA MONTANO.

AVCTORE.

BENEDICT. ARIAS MONTANVS SACRAE GEOGRAPHIAE TABVLAM EX ANTIQVISSIMORVM CVLTOR. FAMILIIS A MOSE RECENSITIS: AD SACRORVM LIBROR. EXPLICANDOR. COMMODITATEM ANTVVERPIAE IN PHILIPPI REGIS CATHOLICI GRATIAM DESCRIBEBAT. 1571.

צפון
Βορέας
Cyrcius

IAPHETH
גומר
מגוג
מידי
יון
תבל
משך
IAPHETH SEDES
FILIOR GOMER SEDES
תירש
Duorum qui occi
nomina & sedes

PARS
FILIO
Gome
Mag
Mada
Iauan
Thubal
vi Mesech

19

ים
Ζέφυρος
Fauonius

קדים
Εὖρος
Subsolanus

21

22

19

Loca a NIMROD

FILIOR.

אבימאל	17	*Abimael*
שבא	18	*Seba*
אופיר	19	*Ophir*
חוילה	20	*Hauilah*
Duo ex filiis IEKTAN.		
יובב	21	*Iobab*
ספר	22	*Sephermōs*

תימן
Νότος
Auster


צפון
Βορέας
Cyrcius
SEDES FILIOR. SEM.
עילם 1 Elam
אשור 2 Assur
ארפכשד 3 Arphachsad
לוד 4 Lud
ארם 5 Aram
SEDES FILIOR. ARAM.
חול 6 Hul
גתר 7 Gether
מש 8 Mes
FILIOR. IEKTAN SEDES.
אלמודד 9 Almodad
שלף 10 Seleph
חצרמות 11 Hassarmaueth
ירח 12 Iarahh
חדורם 13 Hadoram
אוזל 14 Vzal
דקלה 15 Dikla
עובל 16 Obal
קדים
Εὖρος
Subsolanus
ים
Ζέφυρος
Fauonius
תימן
Νότος
Auster
ORBIS
FILIOR. GOMER SEDES.
אשכנז viij Aschenaz
דיפת ix Riphath
תוגרמה x Thogarma
FILIOR IAVAN SEDES
אלישה xi Elisa
תרשיש xij Tharsis
כתים xiij Kithim
רודנים xiiij Dodanim
partes incoluerunt
ortis parentibus
Sepharad
Sarphat
cum filiis Chus.
SEDES
Naphthuthim
Pathrusim
Casluhim
Caphthorim

BENEDICTI ARIAE MONTANI HISPALENSIS IN LIBRVM CHANAAN, SIVE DE DVODECIM GENTIBVS

PRÆFATIO.

CHANANAEI, *post insignem illam linguarum diuisionem, eam occuparũt regionem, quæ quidem inter eas omnes, quæ sub cælo sunt, ob soli vbertatem, aëris salubritatẽ, cæli temperiem, frugum omnis generis abundantiam, atque aliarum omnium rerum copiã, quæ res tum ad hominum vitam sunt necessariæ, tum etiam earum, quæ hominibus solent esse in delicijs, apud omnes homines maximis erat celebrata laudibus. Tantáque erat agrorum illius regionis bonitas, non modò suos vt incolas omnium redderet ditissimos, ac potentissimos; verùm etiam eos, qui cæteris omnibus populis formidinem inijcerent. Vix enim quisquam cogitatione, nedum verbis consequi potest, quantam aleret hominum multitudinem, quot vrbibus, locisque suapte natura munitissimis referta esset illa regio exiguis circumscripta finibus: neque enim (vt eius dimensionis rationem ad geographiæ normam ducamus) habet plura quàm sexaginta millia passuum in longitudine; in latitudine verò quadraginta millia: regna, regesque habebat triginta, & vnum, præter Sydonios, & Palæstinos maritimos. Porrò incredibilem hanc rerum penè omnium opportunitatem ipsa soli vbique fertilis natura effecerat; & quia regio illa quàm plurimis, ijsque maximis, altissimisque montibus frequens erat, vltra quadruplum, maiorem sui vsum exhibebat, quàm superioris cæli, aut inferioris areæ spacia definiebant. Scimus enim montes altos, quaternis superficiebus, quadruplum ferè subiectæ areæ magnitudinem continere; depressas quoque, atque decliues valles, planiciei eodem modo describendæ modum longè superare. Quantum verò emolumenti ad homines redeat ex inæqualibus huiusmodi locis, nemo est qui ignoret: quippe varius, ac multiformis ille cæli, solique aspectus ad omnis generis res procreandas mirificè est aptus, atque efficax. Præterea calor ille natiuus, quo quidem cuncta gignuntur atque fouentur, intra mõtium cauernas ac viscera varijs inclusus anfractibus, ac, pro loci ratione, variè affectus, multiplicia rerum genera procreat; ac simul cum humore variè mixtus, ac temperatus, terram multo, optimoque succo ab se imbutam mirificè fertilem reddit, ac fœcundam. Hinc, nimirum, metallorum, & lapidum; hinc mineralium (quæ vocant;) hinc bituminis quamplurima, diuersaque genera; hinc tanta arborum, atque plantarũ; hinc infinita propè animalium, quæ terra sponte quodãmodo sua procreat, & gignit, multitudo ac varietas, quæ in montibus conspicitur. Feræ præterea, armenta, ac pecora nullibi commodiùs viuunt, nullisque adeò delectantur locis, æquè ac montosis & siluestribus. His accedit omnibus aquarum copia, quam montes, qui propriè הרים, id est, montes dicuntur, tum frequentibus fontium scaturiginibus, tum etiã quia imbres, atque pluuias ex cælo decidentes excipiunt, eæque à summo monte vsque ad imum defluunt, rebus omnibus vtilem, atque opportunam suppeditant. Atque hæc quidem omnia sacer ille Propheta, ac vates omnium præstantissimus diuino planè hoc carmine significauit:*

Qui emittis, inquit, fontes in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ:
Potabunt omnes bestiæ agri: exspectabunt onagri in siti sua:
Super ea volucres cæli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.
Rigans montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum satiabitur terra:
Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum:
Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis:
Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.
Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit:
Illic passeres nidificabunt, herodij domus dux eorum:
Montes excelsi ceruis, & petra refugium herinacijs.

Atque his quidem omnibus ex rebus efficitur, vt minimè mirum sit, in tam exigua regione tantam fuisse rerum omnium commoditatem, tot vt regnis, tam multis vrbibus, pagisque propè innumerabilibus alendis sufficeret: idque potissimum cùm montium niuibus, ijsque quæ ex vallibus spirabant, auris nimium quorundam locorũ & climatis calorem temperaret. Tota deinde regio inter duo maria, & Iordanem flumen sita, lacus non paucos habebat, eosque qui nauigabiles erant, & optimis abundabant piscibus. Præterea continuo hominum labore & industria maximè erat culta, ac denique ea, quam Deus singulari quodã fauore ac beneficio præ cæteris omnibus regionibus prosequebatur, sicut scriptũ legimus: Terra enim ad quã ingrederis possidendã, non est sicut Deut. 2.
terra Aegypti, de qua existi, vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ; sed montosa est, & campestris, de cælo expectans pluuias: quam Dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi eius super eam sunt à principio anni vsque ad finem eius. Porrò illud imprimis adnotare, atque ad nostram vtilitatem referre debemus: ex huiusmodi, videlicet rerum omnium abundantia, ob quam homines & suauiter, iucundéque vitam ãgere, ac in honesto quodam otio versari commodè possent. quod quidem otium in Dei cultu, perpetuoque erga ipsum amore & obseruantia consumere deberent, post primi illius & communis omnium parentis Adami lapsum euenire plerumque, vt non modò eo, vt decet, non vtãtur; verùm etiam vt propter illud ad libidinem, atq. ad quandam morum peruersitatem dilabantur. Qui enim omnibus vitæ cõmodis ita abundant, ij tandem mihi

eos imitari videntur, qui cùm in eo sint flumine, cuius vndæ extra ripas effunduntur, ipsíque tanquam siticulosi aquam plus satis hauriunt, tandem vi fluminis, nimiaque aquarũ abũdantia prostrati atque deiecti, in profundissimis voraginibus submerguntur; multoque satius ipsis fuisset, ex limpido aliquo fonte aquam haurire, quàm ad maximum illum aquarum impetum accedere. Constat enim Chananæos, qui omnium terrarum optimam, rebusque omnibus ad vitam necessarijs abundantissimam sortiti fuerant, dum paternæ nequitiæ & hæredes, & imitatores essent, ob maxima illa vitæ commoda, atque ideo quia otio diffluebant, nullo sese peccati, scelerisque genere non contaminasse: adeò vt cùm Deum suis flagitijs atque impietate irritassent, homines maximis affecissent iniurijs, terramque ipsam scelere nefario polluissent; tandem ipsi sibi exitium sint moliti. Nam intra quadriennium reges illi, qui quidem numero erant triginta & vnus, vnà cum suis gentibus ac regnis plane extincti sunt, ac deleti: ac præter mortem æternam, qua digni fuerant, ipsorum nomina perpetua quadam ignominia, & infamiæ turpitudinisque nota, Dei sentẽtia, ac decreto, inusta sunt. Adeò excellentibus Dei beneficijs, ac præclaris naturæ donis, aliisq. rebus ad virtutẽ colendã opportunis abuti solent ij homines, qui cùm terram fertilem, atque omnibus rebus ad vitam necessariis abundantem incolant, ipsi tamen omnium sunt nequissimi. Id quod Spiritus sanctus disertis expressit verbis, cùm Mosi de Sodomorum, ac Gomorræorum agro scribenti illa dictauit: Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur, antequam subuerteret Dominus Sodomam & Gomorram, sicut Paradisus, sicut Aegyptus. Et paulò post additur: Homines autem Sodomitæ pessimi erãt, & peccatores coram Domino nimis. Videmus etiam Israëlitas, qui quidem, licet à Deo sæpius admoniti, tamen quia ab ijs, quibus se contaminarant, peccatis ad bonam frugem redire noluerunt, simul cum libertate & republica, omnia etiam huiusce vitæ commoda amisisse, atque, cuius rei ipsi hodierno etiam die oculati testes sumus, in maximas miserias & calamitates, in quibus etiam num versantur, incidisse, sicut scriptum est: Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus; impinguatus, & dilatatus dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Cùm verò non eos modò, qui peruersis imbuti moribus, depraua taque consuetudine educati, sed eos etiam qui probis orti sunt parentibus, optimisque instituti præceptis videamus nimia rerum omnium abundantia corrumpi, ideoque, Dei fauore & auxilio destitutos, tandem in horrendas incidere miserias: pij certè homines eam rerum abundantiam, vitæque commoda non optare, sed illis paupertatem & laborem anteponere debent: aut si illa sibi à Deo concedantur, caueant potissimùm, ne ijs abutantur; sed ea ad optimos vsus, & diuinæ voluntatis præscriptum referant: atque ideo precibus à Deo contendant, eam vt mentem sibi inijciat, quæ eos homines, qui illa conditione viuunt, maximè deceat; neque semper non veniat ipsis in mentem illius sententiæ, quam Christus ipse pronuntiauit: Quàm difficile (inquit) est eos, qui diuitias habent, in regnũ Dei introire! Quoniam verò terra Chananæorũ tribubus Israelis iam olim à Deo destinata ac decreta, posteaque etiam requietis terrenæ nomine, illustríque titulo insignita fuerat; quibus accedunt eorum, quæ ea in regione Deus gessit, præclara monimenta, quibus terra illa nobilitata fuit: neque eam solùm Israelitæ coluerunt, atque habitarunt; verùm etiam patres ipsorum ad eam sæpius accesserunt, in eaque fuerunt hospites: propterea sæpissime, sacris in literis, tum huiusce totius regionis, tum singularum eius partium mentio fit. Ea verò nomina, quæ in sacris reperiuntur libris, nisi adhibita eorundem locorum descriptione, certaque notatione, intelligi nullo pacto possunt. Atque hanc quidem ob causam, quantum fieri potuit, nos nostram hac etiam in re operam libenter consumpsimus. Eorum enim locorum omnium eam attulimus explicationem, quæ quidem sacræ scripturæ studiosis ad intelligenda ea loca, quæ in sacris recensentur libris, vt mea fert opinio, satis esse poterit: est enim tum ex sacrorum librorum descriptionibus, tum ex situ ipso petita. Ad eamque adhibuimus totius regionis tabulam, Mantuani cuiusdam viri doctissimi, & Hebraicæ linguæ peritissimi sumptibus, liberalitateque in ipsa Syria Palæstina confectam; quam cùm nos Tridenti omnium exactissimam nacti essemus, eius exemplum cum sacris libris collatum, nostro huic, quem ea de re conscripsimus, libro addidimus, atque in ea omnia loca Hebraicis litteris & nominibus descripta adnotauimus. Atque his quidem omnibus in rebus si quæ forsan desiderabuntur, quæ aut ob vetustatem, temporumque iniuriam, aut quia, qui hisce de rebus exactius tractarẽt, defuerunt, ad nostram notitiam non peruenerunt: vestrum est, lectores, nobis ignoscere, nostrumque studium boni consulere, qui incerta pro certis habere, eaque aliis tradere noluimus. Deum porrò omnis scientiæ ac sapientiæ fontem supplices orare debemus, vt Spiritu suo sancto in corda nostra immisso, sua sapientia nostros animos repleat. Ei sit honor & gloria. Datum Antuerpiæ Nonis Martij. 1572.

Genes. 13.

BENEDICTI ARIAE MONTANI HISPALENSIS FAMILIÆ, SIVE DE CHOROGRAPHIA LIBER.

DE FILIIS ORIENTIS.

CAP. I.

Genes.19. EX CHALDÆORVM natione duæ gentes oriundæ mediterranea loca occupauere post diluuium multis annis, Abrahamo adhuc inter viuos agente. harum principes duo fuere Moab & Amon, Lot patre ex duabus filiabus suscepti. Atq. Moab sedes sibi optauit his cõclusas finibus; ab Ortu magnis & perpetuis mõtibus Horri; ab Occasu ingẽti lacu, quod Mare salis dicitur, & Iordanis parte; à dextera verò illustri flumine Arnon, qui Amorrhæos à regione diuidit; Num.21.13. Deut.2.13. ab Aquilone autem funiculo à Iaboc fluuio, vsque ad montes Pitsga, siue Phasga. in his amnes sunt, Iazer torrens, Nimrim ex montibus Phasga deductus, item Dibon, & ille totius regionis terminus Arnon, ab extremis montis Horræorum, ex rupe sui nominis defluens. Lacus ipse, quo ab occasus parte regio ambitur, terra olim fuit amœna & fertilis, multis bituminis mineralibus frequens, Iordanis fluminis deriuationibus tota irrigata, quæ paulò ante Moab & Amonis ortũ, ob nefaria incolarum scelera cælo tacta, atque omnis euersa, & perpetuæ detestationis monumento aquis submersa, vna, seruãdi Lot gratia, excepta vrbe, cui ex breuitate nomen est factũ Tsoghar, siue Segor. Cæterũ quatuor magnæ vrbes cũ vicis & villis in ipsa euersione periere, Sedõ, Ghamora, Adamah, & Tseboim. Locus omnis ante subuersionẽ, vallis Hasidim dictus; postea verò Mare salis, & Mare mortuũ, & Orientale, & Sodomiticum mare. Lacui ab ortu montes imminent, in quos Moab termini desinunt. Mõtes regio habet præcipuè insignes, ab ortu Phegor, ab Aquilone Luith, ab occasu Abarim, qui idem Nabo montes, & Hermõ, & Senyr secundum Iordanis fluenta. Sed in his Abarim præcipuè insignis propter Cananææ regionis subiacentis prospectum, & Mosis ibidem vita defuncti memoriam, qui nõ procul in valle, sepulchro nunquã amplius ab hominibus notato, diuina prouidẽtia cõditus est. Est & alia illustris vallis in regione Moab in capite Phasgha mõtis, qui desertum spectat, Bamoth dicta, clara statione quondam Israelitarum, & victoria de Amorrheis parta transitum in promissam terram prohibẽtibus rege Balaac. Cæterùm regio ferè omnis campestris, multis & frequentibus vrbibus olim per Moabitas culta; quarum illæ præcipuè commemorantur: Arnon secundùm flumen sui nominis sita, Moab latericio opere constructa, & paulò à flumine distantior, Gallim, Ar regia, gigãtum olim Emim sedes, robustorum hominum de stirpe Enachim; Dibõ, Nophe, Medabah, & Nabo, Aroer, Araroth, & Roth, Sophan, Iaghazer, Iebghaah, Bethnemrah, & Beth-Aram, & Geminæ Horõ; superior in monte, inferior in valle sitæ; vtraque simul Horonaim dicta à Luith montibus non ita longè distantes; Hesebon, & Elghale, Kiriathaim, Bagdal, Meghon & Sabana, Heloniasa, ab aquarũ horrore dicta, Meipahhadh duobus insignis palmetis, Diblathaim, Bethgamul, & Bethmaõ, Kirith & extrema Bossor siue Bosrah, & Nimrim iuxta fluenta: Sithim locus & oppidum, æternum Israelitarũ incestus, & vltionis diuinæ monumentum à Phinea sacerdote iram deprecante diuinam consecratum; ibidem etiam turpissimi nominis, & falsi dei fanum Baghal Peghor. Terra omnis ab initio fertilis est, sed quæ Iaghazer pars est versus Galaad, pastionibus abũdat optimis: & pecori, armentisque alendis opportunissima habetur. Huius partes insignia oppida, Dibon, Iazer, Atharoth, Nemra, quam Beth-Nemra diximus, Hesebon, Elghale, Sabain, Nebo & Beon: sed Sabama, Elghale, Kiriathaim, Baghal Meghon, & Sabama vineis generosis instructæ. Viri ipsi robusti, qui gigãtes de stirpe Enachim partim occisos, partim loco pulsos eiecerunt, Deo iudice & vindice. Circumcisi omnes ex imitatione filiorũ Abrahæ. Veruntamen Deum Abraham non colebant; sed alia ementita numina, quorũ præcipuum Chamos fuit. Atque hæc olim Moabitæ loca tenuerunt. Sed ab Amorrheis postea Iordanẽ prætergressis, Sehõ regẽ oppugnati & victi, magna & fertili agrorũ & vrbiũ parte cedere coacti sunt: inter quas fuit Hesebã, cum omni perpetua occidẽtali plaga vsque ad Arnon. Sed is non multò pòst Israelitis in Iasam cum exercitu infesto occurrens, & vita & regno fuit priuatus.

Isai.15.5. Ierem.48.4. Num.33. Deut.32.49. Deut.34.1. Deut.34.6. Num.21.20. Num.21.1. Num.24. Ios.12. Num.33. Isai.15.1. Deut.2.9. Ierem.48.4.8. Num.21.30. Num.32.32. Ierem.48.32. Ierem.48.3. Am.1.2. Num.25.2. Deut.4.46. Ierem.48.11. Ierem.48.32. Num.32.2. Ierem.43.32. Deut.2. Ierem.9.25. Num.21.29. Ierem.48.7. Iud.3.28. Num.21.24.

AMON. CAP. II.

PROXIMVS fratri Moab consedit minor natu Amon, terrãq. occupauit à mõtibus Luith vsque ad mõtes Bassan; ab ortu mõtes perpetuos, Acrabim dictos, cõtra terrã Emim; ab occasu verò Amorrhæum habuit. Ager ipse vallis inter montes sitæ vsum præbet amœnissimæ & fertilissimæ: olim cultus fuit à ferocibus, & proceræ staturæ hominibus, quos Ammonitæ Zomzomim vocabant. Sed inductis Amonitis, illa natio ex diuini iudicij sententia perijt. Fluuium habent insignẽ Iaboc, qui ab ortu ex montium inflexu exortus, & communem cum Moabitis terminum Aroer vrbem præterfluens, ab occasu in Iordanem influit. Vrbibus frequens regio in plano, & in monte constructis. In his antiquissimæ commemorantur, Rabath à populi & loci magnitudine dicta, in qua miræ magnitudinis lectus ferreus mõstrabatur, quo Og rex Basan magnæ staturæ vir iacuisse perhibetur, & Hesebon in monte sita in Moabitarũ confinijs, & Hai, & Mennith, inter quam & Aroer viginti vrbes fuere, quarum nomina ad nos non peruenerunt, præter vnam Abel, vinearũ copia insignẽ. Hi etiam, vt Moabitæ, circũcidebantur: sed Deum verum non colebant. Melcho enim deorum nuntium, & Chamos sibi præcipuos consecrauerant.

Ierem.49.1. Deut.2.15. Deut.3.11. Ierem.49.2. Iud.11.33. Amos.1.15. Ierem.9.25. Iud.11.24.

DE FILIIS ORIENTIS.

CAP. III. FILII CETVRÆ.

DVÆ præter Saram ex Abraham populorum matres fuerunt, Hagar Aegyptia, quæ viuente Sara filium Ismael suscepit; & Cetura vxor, quæ defunctæ vita Saræ successit in familiarem curam. Harum filijs à promissa sibi Cananæorum terra exceptis, orientalem plagam pastionibus opportunissimam occupandam & frequentandã ostendit pater, muneribus ad vitæ vsum, atque ad pecuariam comparandam rem abundè satis distributis. Fuere autem Abrahæ ex Cetura filij, Zamram, Iechsam, Madan, & Madiam, Iesboc, & Sue. Hi deserta loca inter se diuisa, inter Moabitas, Amonitas, & Chaldæos, ac Persas pastionibus peragrarunt, occuparuntque suis, Ortum versus; vnde Orientales, & filij Orientis perpetuò dicti ab Aram Naharaim ad Persicum vsque sinum, & mare Suph. Sed Madian ea quæ versus Austrum sunt, occupauit vsque ad Horeb montem, atque occupatos agros inter filiorum familias sex partitus est, Epha primùm, & Henoc, Epher, Henoch, Abida, & Eldaa, vt ætatis, ita etiam locorum ordine constituto, aquam ex puteis hauriunt. Huic proxima Aquilonem versus loca tenuit Iecsan cum Saba, & Dadan duabus filiorum familijs. quarum altera tribus liberis proseminata sobole latissimè locis propagata

Genes.25. Exod.3.1. Exod.18.1. Exod.3.

gata est. Inde enim Assurim orti, patre, vt iam commemorauimus, Assur, qui ex occupata per Nimroth prouincia, in Euphratis amnis agris magnas vrbes, & Assyriorum regnum condidit. Secundus Dadan filius fuit Latus, à quo Latussim nomen & locum obtinuerunt Assyrijs proximi; deinde Laū, vnde Laumin dicti duo. Atque hi duo præcipuè Arabes sunt, incertas sedes, pascuorum causa, peruagantes. Tentoria pro domibus habent: dromedarios, & camelos ad oneris ferendi, & vecturæ commoditatem alunt: eosdem phaleris, & bullis ornant, præcipuè eos, quibus principes, atque homines ipsi perforatis auribus aureas inaures appendunt: regibus purpureæ vestes in primis gratæ: comas tondent: arcu & sagittis in bello vtuntur. Saba multis rebus abūdat elegantibus, comprimisque hyacinthino coloris artificio. Mercatores etiam fuere ad Tyrū, multam & variam delicatarum mercium copiam ferentes.

Isai. 21. 12. Iud. 6. 6. Genes. 25. Isai. 60. 6. Iud. 8. 22. Ierem. 25. 23. Isai. 21. 12. Ezech. 27. 23.

DE ISMAEL.

CAP. IIII.

MAIOR ætate Ismael fuit ex Aegyptia ancilla natus, minor tamen ordine ob legitimarum nuptiarum ius Ceturæ filijs adscriptum. Sed diuini oraculi promisso, Ismael in duodecim velut tribus creuit, duodecim progenitis principibus filijs, Nabaioth, Cedar, Adbeel, Mabsam, Masmah, Dumah, Massah, Hadad, Themad, Iethur, Naphis, Cedma. Qui omnes paternum nomen Ismaelitarum perpetuò tenuerunt, aliquando ex Nabaioth, plerumque verò ex Cedar secundo filio cognominati. Cœpit autem eorum habitatio à deserto Pharam, vbi Ismael Aegyptiam vxorem horum matrem duxit; atque inde propagatus, nonnunquam pulsis alijs, nonnunquam ab ipsis pulsus, interdum oppressus, aliquando inducijs factis inter Ceturæ filios, quemadmodum oraculo fuerat declaratum, commoratus est, sicut scriptum est: Duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam. Et hic erit ferus homo; manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & è regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. Horum autem prima habitatio ab ortu meridiem versus in Heuilah cœpta, ad occasum in Sur tendit vrbem antiquam, atque Misraim terminis finitimam, non longè à Kades, monte ac solitudine: Ab Aquilone verò ad Assurim vsque producta. Inter quos non procul à Dedan Ceturæ filio Thema diuturniores, & magis notas habuit sedes, & proximas vibi, cui nomen fuit Buz; vnde Buzithę dicti, qui postea Essitæ ab alijs appellati sunt. Terra omnis pecoribus, armentisque alendis optima, atque homines ipsi ei arti præcipuè dediti, tentoria subeunt; quæ supellectili eleganti instruunt. Pellibus ad omnem vsum rectè paratis abundant; camelos & armenta alia plurima alunt. Pecudumque genus omne præter cæteros pastores numerosum possident. Agnos, arietesq., & hœdos ad emporia, vendendi causa, asportant: comam, vt vicini Arabes, attondent. sagittarum, missiliumque conijciendorum peritissimi habentur. Quidam ex illis mercaturā exercent, maximè qui Galaaditidi regioni viciniores sunt; vnde resinam, stacten, aliaque aromata in Aegyptum camelis asportant.

Genes. 17. 20. Genes. 25. Gen. 21. 21. Genes. 16. 12. Ierem. 25. 23. Ierem. 49. 28. Isai. 21. 16. Isai. 60. 7. Ezech. 27. 21. Ierem. 25. 23. Gene. 29. 25.

DE HORRAEO ET EDOM.

CAP. V.

EX ANTIQVO gigantum genere Seghir superiores Moabitis, Nabathęis verò inferiores montes adiacentes, atque Moabitis finitimos campos tenuit. Fuit autem eius prima sedes in monte Hor non longè à salis mari distante, qui ab occasu Cades despicit: à dextera verò Arabiam & maris Suph littus prospicit. Hinc sobole per continuatos montes ad ortum, atque ad Aquilonem procurrentes propagata, regiones certis nominibus ex filiorū monumēto appellatis, in heptarchias diuisit, cūque posteritate sua habitauit. Atq. heptarchiarū nomina & series huiusmodi est: prima Lothá, in duas familias diuisa; Hori, qui mōtē ipsum possessionis initiū incoluit; & Hemā, qui proxima loca tenuit. Secunda Sobal, in regiones diuisa quinque, Aluan, Manabath, Ghebal, Sapho, Onam, quorum nomina regiones ipsæ acceperunt. Tertia Sebeon, quæ & in duabus partibus cessit, altera Aia filio, altera eius fratri Ana, qui primus, equis cum asinis, quas pascebat, commixtis, mulorum genus, & vsum mortalibus ostendisse dicitur. Hic duplici etiam prole clarus fuit, Dison filio, & Oholibama filia. Quarta hexarchia obtigit Ana, alteri ab illo mulorum inuentore, cuius nulli commemorantur liberi. Quintam verò obtinuit Dison, quam filijs quatuor impertitus est, Amdam, Esebam, Iethron, & Charam. Sextam Eser habuit, filijsque Balaan, & Zauan, & Acan concessit. Porrò septimam atque vltimam Nabathæis, atque Amonitis finitimam tenuit Dison, cuius partibus nomina à filijs indidit Hus: vnde insignis ille sapiētiæ & virtutis omnis laudibus celebratus Iob fuit, & Achan. Verùm Esau Isaac filius, qui propter familiarum & rei pecuariæ frequentiam, pastionumque, vtrisque simul angustum locum ab Iacob fratris consuetudine discessit, Seghir montes paulatim bello occupatos, tandēm omnes ex diuino iudicio vsque ad Cades obtinuit, atque antiquis abolitis, ex filiorū suorū nominibus appellauit, imposito tamen omni terræ & gēti nomine à fratre sibi indito Edom, in perpetuæ cum fratre simultatis signum. Atque tetrarchis initio constitutis, ditionem omnem trium vxorum filijs diuisit obtinendam. Primas enim sedes secundum Hor montem Eliphaz ex Ada Hethæa matre natus sortitus est, cum filijs ex legitima vxore quinque; Theman, Omar, Sopho, Gathan, & Chenez; atque ex Thamna concubina Amalech & Core. Secundam tetrarchiam obtinuit Rahziel, susceptis Nabath, & Zarah, Sama & Meza quatuor liberis. Tertiæ tetrarchiæ domini fuerunt filij tres ex Oholibama, Anæ Cananæi filia, Sabeonisque nepte suscepti Iehus, & Ihelon, & Coreh. Singulæ autem tetrarchiæ in tot myriadas (siue ducatus, siue marchionatus dicere velimus) diuisæ sunt, quot filiorū & nepotū nomina fuerunt: fuit enim illorum distributio, gentis more; in myriadas facta, atque ita singulis vel filijs, vel nepotibus cum prefectura myriadis nomen quoque Aluph est concessum, quod Millenarium, siue Milliatū interpretari possumus. Fuitque huiusmodi myriadis nominum & locorum series cum nominibus ipsis præfectorum distributa: Aluph Theman, Aluph Omar, Aluph Sepho, Aluph Ghathan, Aluph Chenez, atque ex Thāna cōcubina Eliphaz, Aluph Amalec, & Aluph Coreh. Secūdæ tetrarchiæ myriades cum primorū præfectorum nominibus sunt: Aluph Nahath, Aluph Zarah, Aluph Sama, Aluph Meza, ex Basemath progeniti omnes. Tertiā tetrarchiā inter se diuisam rexere Oholibamah filij: Aluph Iehus, Aluph Iethon, & Aluph Coreh. Atq. his olim omnis Edō terra gubernabatur millenarijs, quo primùm tempore ab Esau occupata est; deinde regione in regni formā redacta, myriadū facta mutatio est, minori numero, & nominibus variatis. Hoc modo Aluph Thamna, Aluph Alua, Aluph Ietheth, Aluph Oolibama, Aluph Elah, Aluph Phinen, & antiqua nomina retēta, Aluph Cenez, & Aluph Theman, & nouis nominibus Aluph Mapsar, & Aluph Magdiel, & Aluph Hirā. Hi omnes regi vni cuipiā, qui cæteris imperaret, delecto parebant. Erant autē Edom termini idem qui olim Seir, perpetuis Horræi montibus, tractu ex Theman, Cades finitimo in Aquilonem procurrente, atque ad occasum contra Luit montes deflectente. Valles quæ præcipuè insignes habentur, Rohoboth dictæ, ab amplitudine nomen accepere. Regioni in montibus fontes, in campestribus verò putei aquas suppeditant. Antiquæ vrbes, Denaba, Bosra, Hauith, Masrecha, Phaur, omnes hæ regū patriæ, & Dedan. Gens ipsa bellorū studijs aspera, prudētiæ ac sapiētiæ miræ iactatrix.

Genes. 36. Genes. 14. 7. Deut. 22. Numer. 20. 17. Genes. 36. 16. Ierem. 49. 16.

SVMMA TERRÆ CANAAN DESCRIPTIO. CAP. VI.

Num.25.14. Gen.15.14. COMMVNIS discessionis necessitate pulsus Canaan regionem tenuit vario & multiplici situ notabilem, finesque constituit ab Ortu flumen insigne ex fontis nomine, atque decliui descensu IARDEN dictum; ab occasu verò magnum mare; dexteram autem partem Misraim, & Arabum tractus fluuio non ita magno interiecto; sinistram insignis ille mõs Libanus clausere. Iarden flumen non longè à Libano duplici capite, sed altero vberiore exortus dexteram versus aliquandiu procurrens, ad ortum paulatim, quoad in obiectos montes offenderit, deflectit; indeque rursus ad dexteram recepto cursu, lacum in ipso primo flexu efficit, cui accolæ nomẽ מֵי מְרוֹן, id est, aquas supremas, fecere. Excipitq; eodem in loco fontis illustris aquam, quem fontem posteriora tempora Daphnin dixerunt: deinde vbi alueo ripis angustioribus contracto, fluuij nomen, formamque receperit, atque aliquantum produxerit, rursus propulsa ad Ortum, & Occasum margine, lacum efficit, atque implet, superiore maiorem, piscibus optimis, & plurimis abundantem, aquis etiam dulcissimis; qui ob occupati spacij, pro regionis angustijs, magnitudinem, atque ob admissas ex ventorum vi tempestates maris nomen obtinuit, atque à citharæ fortassis forma, quã refert, CHINERETH mare dictum est. Exteris verò nationibus, quæ regionem postea vel inuaserunt, vel viserunt, mutata paululum voce, Genezareth appellabatur. Ex eo lacu rursus in angustum coactus Iordanis fluuius fit; rectà in Austrum tendens, auctusque ab Occasu defluentibus ex monte Thabor; ab Ortu verò Iaboc fluminis aquis in Ortum insigni flexu vertitur, atque decurrit; deinde ad dexteram contento fluxu procurrens, amœnissimos quondam campos, & quinque magnis vrbibus continendis, atque alendis opportunos, & vallem mirè
Gen.13.20. fertilem, canalibus deductis, irrigabat. Sed locis postea ob incolarum scelera cælitus incensis, spatium omne maximo lacu est occupatum, aquis fluminis crassissima, & grauiter olenti salsugine infectis, quæ nec nauigia ferunt, nec animantẽ vllam alunt; nec tempestatibus etiã tolluntur; vnde à quibusdam Mortuum mare illud dictum est: Accolis mare salis, Græcis autem, cùm postea
Gen.14.2. est cognitum, ἀσφαλτήης lacus, à bituminis copia fuit appellatus. Vallis illa, antequam lacus esset vallis, שִׂדִּים, id est, copiarium dicebatur. Hoc mare, siue hic lacus ex Moabitarum agris, quos ab Occasu terminabat, tria nõ magna flumina excipit: Iordanis quoque ostio proximas aquas NIMRIM, longè vlterius versus Austrum, Arnon fluuium, qui Moabitas ab Horræis dirimebat. medium verò alium, cuius antiquum nomen ad nostrã vsque memoriam non peruenit. Iordanis ipse tempore
Eccl.24.34. messis exundans, vtramque aluei ripam superat. Hoc igitur mari, & Iordanis continentibus vel marginibus, vel ripis, Libano monte; & mari magno, atque fluuio Ægypti dicto, tota Canaan regio contenta fuit; cui ab Ortu vicinæ gentes adiacebant, Gessuræi, Mahhathæi, & deinde Bassani celeberrimi montis accolæ Amonitæ, & Raphaim vsque ad Moabitas, quibus inter Amalech & mare salis sedes erant. A dextera verò Horræorum pars ad Arabas vsque, & ditionis Ægyptiæ non magnus tractus. Ab Aquilone autem Aram Damasci ad Sydonis vsque terminos. Regio montibus frequens, ijsque perpetuis; vallibus etiam & campis, quà depressior terra est, & situ, & natura optimis. Parua flumina, taraque emittit; partim in Iordanem ad Ortum, partim etiam in magnum mare influentia. Ex montibus citra Iordanem præcipua nomina obtinuere: Thabor, media ferè ipsius regionis loca ab Aquilone percurrens; & Carmel magno vicinior mari, & super hunc Saronne montes: vlterius etiam ad ortum Garizim, ad dexteram etiam pro-
Genes.42.5. Deut.32.13. ducti Cananæorum, superioresque his Iebusæorũ montes, & Cananæis inferior Sanir. Regio ipsa omnis, si cũ alijs conferatur, excelsa est: vndique enim ad eã adeuntes ascendunt. Quamobrem & puriori, nobiliorique solo prædita, & cæli aërisq. temperie præcipuè felix, præterquam quòd olim Dei prouidentia singulari fouebatur, fontibus, ac torrentibus abundat; atque vbi his deficitur, puteos habet aquæ dulcis; riuos etiam ex fontibus deductos, quibus irrigari prædia possunt. Frumenti, hordei, vini, atque olei ferax: vuarum botri ad miran- Deut.8.8.
dæ magnitudinis in vitibus crescunt: fructibus & pomis Num.13.25.
omnium generum fertilis: ficus, oliueta, & punica mala sponte etiam sua profert. In montibus ferrum, atque
æris metalla effodiuntur. melle adeò abundat, vt ma- Deut.32.13.
nare etiã dicatur, quemadmodum & lacte, propter innumerabilẽ ouium, caprarum, armẽtorum, & totius pecuariæ rei copiam. Ex his quæ ad vitæ delitias, vel medicinæ vsum faciunt, præcipuè commẽdatur balsamum,
vni tũc orbis parti generosissimũ à Deo cõcessum. mel, Genes.43.11.
aromata, mastix; & duo nucum genera, alterum amigdala Latinis dictum; alterum verò, quod optimum in ea regione est, patria lingua, בָּטְנִים, Græcis, & Latinis pi-
stacea dictum. Hominum genus illud antiquum, ferox, Num.24.2.
corpore procero, & ad gigantum speciem proximè accedens; ingenio ad delitias, voluptates, atque ad omnẽ turpitudinem procliue, moribus corruptis, vt Cham patris antiqui improbitatem studiosè imitati fuisse existimentur. Vrbes grandes, & natura, opereque munitissi- Num.13.23.
mas habuerunt; in quibus antiquissimæ fuere, Hebron, Gen.23.19. Deut.1.19.
quæ alio nomine Kiriath Arbagh dicta est, septẽ annis Genes.12.
ante Tanim Aegypti condita, patria quondam filiorum Genes.35.8. 48.2.
Enach; & Bethel, quæ antea ob nucum copiam Luza vo Genes.34.
cabatur, Deboræ, Rebeccæ nutricis sepulchro insignis; Hai & Hoba ad læuam Damasci; Sichem, siluestris arboris sui nominis copia notabilis; & Ephratha, iuxta quã Rachel vxor Iacob est sepulta. Illæ etiam vrbes antiquę fuerunt, quas postea perpetua demersione damnatas Deus euertit, Sodoma, Ghomorrha, Adama, Seboim, & Bala. Ab illa autem clade paruum oppidum est exceptum, cui ex breuitate nomen Soghar, siue Seghor est Genes.14.2.
factum, insigne singularis erga Lot beneficij monu- 9.23.
mentum.

DE DVODECIM GENTIBVS. CAP. VII.

QVANDO diuidebat Altissimus gentes, quando Deut.32.
separabat filios Adam', constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Igitur duodecim oportuit gentes esse, à quibus terra illa habitata, culta, apparataque fuit, in quam duodecim Israelis filij sedes obtenturi deducendi erant. eum autem numerum Chanaan ipse cum vndecim filijs compleuit. Nam Sidon primogenitus Chanaan maritimam oram ab Aquilone ad dexteram, vsque ad Palestinam occupauit; ab Ortu Aram Damasci, & quosdam alios ex fraternis agris finitimos constituit. Huic proximus versus Ortum superior consedit Hheth, à quo tota regio, & gens Hhethæi nomen accepit, vsque ad montis magni vicina loca, quem accolæ Gelboe dixerunt. Tertius in dexteram Iebus processit, gentique suæ nomen reliquit Iebusæi. Emor quartus, vnde Emorrhæi orti, mediterranea magis loca tenẽs, Iebusæis ad Occasum adiacebat. Girgasæorum autem familia supra Hhethæos Iordani fluuio vltrà citraque assedit, qua parte Aquæ Maron, & lacus magnus Chineret est. Heuæorum genus inter Emorræum & Palestinum habitarunt. Arac posteritas à patre suo obtenta loca coluit, Libani montis radices, & partem quà mons in dexteram respicit partem, gens Aracæa dicta est. Sinæus Hhethæo vlterior versus Ortum fuit ad Iordanem ferè propagatus, nisi quantum Heuæorum gens primarũ sedium angustijs exclusa, ad illi flumini proximos agros colonias deduxit. Arad nonus ex Canaan filijs vltra Hheuæum, & Emorrhæum vastæ solitudini Cades vicinam regionem coluit. Decimus etiã Sanir montes conscendit geminos inter Gir-

gasæos, Sinæos, Hhethæos; ijsdemq. nomine indito suo, gẽtem à se ortam colonias dedit: mõtes ipsi Semaraim, gens autem Semaritis dicta, siue Semareus populus. Porrò vndecimus ex his Hhamath ea loca optauit, quæ diuiso Libano monte ad Aram Damasci facilẽ accessum præbẽt: ditionẽ verò secundũ primos Iordanis meatus ad aquas MARON dictas vsq. ferè produxit. His annumeramus ipsum patrem Chanaã, qui diuisæ inter filios regioni omni suum cõmune nomẽ reliquit, & quà ipse degeret, partem sibi retinuit inter Palæstinos, & Emorrhæos longis & continuis ferè montibus, ac depressis vtrinque, magnisque vallibus præ cæteris insignem. Atque ita duodecim populorum gentibus & nominibus tota regio cessit colenda; quorum illa series est, Sidon, Hhetæus, Iebusæus, Emorrhæus, Gergasæus, Heuæus, Aracæus, Senæus, Aradius, Samaræus, & Hhamathæus; horumque omnium pater Chanaan.

Ios.18.

Deut.11.30.
Iudic.1.9.

DVODECIM GENTIVM INSIGNES MONTES, ET VRBES. CAP. VIII.

PRIMOGENITVS Chanaan Sydon vrbem sui nominis condidit omnium primam, secundum maris littus, fluuio ex Libani montis finibus deducto proximam. Ab eius autem posteris TSOR, nostris Tyrus condita est in maris exigua insula, vrbis tantùm, ædificiorũque capaci, exiguo interuallo à continente diuisa: dextera, læuaque portubus instructa, quæ totius terrarũ orbis emporium celeberrimum fuit. Nomen ab angustia, fortitudineque loci habuit, vnde & à vatibus Fortitudo maris est appellata: sed cùm semel à Babylonijs capta, ac diruta fuisset, iterumque valere, ac pristinæ superbiæ insolentiã tueri perrexisset, aggere per Græcorũ exercitus comportato, iterum capta, atque diruta fuit, continensque cum vicina terra permansit, à qua antea septingentis passibus, prælto, ac portuoso mari diuisa erat. Interiora regionis loca & oppida, quæ videntur antiqua, fuere Helim, secundum Libani radices, Beth Enath, Cedes, & Orez: regio omnis ab elegantia Græcis φοινίκη, Latinis Punica, & Phœnicia dicta est. Hoc enim incolarũ lingua פנס significat. In HHETHÆORVM tractu præcipuus mons est Thabor, ab vmbilici forma, quã referre videtur, dictus. Vrbes antiquę Chul, & Cophec, & Rimon, & insigniter illustris, ac regia Achsaph. IEBVSÆIS maxima vrbs regia, quæ ciuitas fuit IEBVS à cõditore Chanaan filio dicta, in mõtibus cõdita; eadem etiam Salem appellata, quam posteriora tempora ob editiorem situm IERVSALAIM dixerunt, quòd altera eiusdem nominis apud Chananæos esset Salem. Ad hanc regionem pertinet Maspha mons cum vrbe & turri eiusdem nominis ab specula obtenti, cuius vsum locus ille dabat. Ex monte Almon fluuius ortus in Iordanem non lõgè ab ostio, quo Mare salsum aperitur, defluit: ab Occasu campus magnus monti adiacet, qui gentis vocabulo ELON MOREH, à nostris conuallis illustris dicta est, inter illum quem diximus, & alterum Amorræorum montem, cui Garizim nomen fuit. Maximus enim Amorræis mons est Garizim, in quo Luza olim ex nucum copia dicta fuit, cui posteà Iacob nomen fecit Bethel: secundum verò alios mõtes ad Austrum Eglon & Kiriath Arbagh, eademque Hebron appellata, regiæ vrbes. GIRGASÆI insignem ac regiam habuere vrbem & ædes; & his vicini Aracæi Hasor maximam, Hesram aliàs dictam, & Samanan, & Cartha, & Accadim, & Iebnael, & Eseb. HEVÆIS inter montes Sanir & Palæstinum Gazæ regnum sitis vrbes fuerunt primæ, Makedah, Adullam, Gader, Taphuah, Harmah, & Hered; his finitimæ Palæstinæ vrbis Gaza & Gath, earumque regna fuerant. Ex Heuæis deductæ coloniæ secundum Iordanem consedere, quà Iaboc fluuius ab Ortu excipitur, vrbemque insignem tenuere, à Faustitatis numine, quod in ea præcipuè colebatur, Baghal Gad nuncupatam: idem Aroer Gentium dictã possidebant. SINÆI inter duos ab Ortu, Occasuque mõtes, & fluminis ex Thabor decurrentis aquas vsque ad cõuallem illustrem siti, Thirsam cum Amorræis ferè communẽ habitauere. sed præcipuã tenuere Beth Hhorõ, à nimio æstu, sicuti arbitramur, appellatã. SAMARÆI Semir montem; vrbes verò Nahhalon, Dothaim, Dabereth, Salim, & Iasiæ tenuere. HHAMATHÆIS Hhamath magna appellata nomen conseruauit, quibus etiam Riblatha obtenta est, & totus tractus vsque ad Cedes. Porrò CHANANÆI & montes Bethel, quæ eadem Luza ab Ortu, & Sarone ab Occasu insignes possedere; horumque ramenta multis partibus interiecta campestribus, planisque locis, mireque fertilibus agris, qui plures atque magnas alebant vrbes, Megido, Salem alteram ab illa Iebusæorum, Gazer, Sichẽ, Apheca, Bethel cum Emorræis communem. In ARADÆORVM ditione Arada fuit, & citra Sannir montes Debir ciuitas, & cui ex siluarum densitate nomen est factum, Kiriath-Iegharim. Ex Emorræis orti PHEREZÆI. hi mari Salis finitimum spacium occuparunt, illustri inter cæteros accolas sibi parto nomine, Geth regiam vrbem, & Beth Gharaba ædificarunt & coluerũt. Horum ditio secundùm mare per Aphecam vsque ad Iericho producta est. Fuit autem Iericho regia, situ, & opere apprimè munita; vrbs palmetis frequens, vnde & Palmarũ ciuitas dicta. Sed præter omnes terrarum tractus, ob balsami nobilissimę arboris copiam, illi vni agro singulariter à Deo concessam illustris, ac celebris, ex cuius odoris vi atque præstantia nomen est sortita, IERICHO. Nãque Aegyptiũ balsamum, quàm regionis huius, lõgè minus est generosum. Aquas olim habuit insalubres, quas postea Eliseus propheta salubritate correxit.

Isai.23.

DE TRIBVS GENTIVM PRAECIPVIS NOMINIBVS AC DE HEBRÆIS. CAP. IX.

CHANANÆORVM nomẽ commune omnibus alijs vndecim gentibus, fuit à patre acceptum, & cognationis retinendæ, atque societatis, mutuique auxilij præstandi causa conseruatum; vniuersaque regio terra Chanaan dicta fuit; & communis omnium incolarũ lingua, quam Hebræam alij vocant, Chanaan lingua appellata fuit. Sed præter Chanaan præcipuã alia nomina fuerunt, Emorrhæi, Pherezæi, qui populorum, gentisq. frequentia, atque rerum etiam copia, locorumque præstantia cæteras excellebant familias, diuisisque tractibus, in suam societatem, seu municipiorum iure cõscriptas sortiebantur. Emorræis enim loca mõtana, & proxima campestria citra Iordanem adscribebantur. Chananæis verò quod ab Emorræis ad mare vsque magnũ producebatur regionis. Media inter hos pars, secũdum appellatum Salis mare Pherezæorum erat. Atque inter Emorræorum partes Ierusalem recẽsebatur vrbs, Iebusæorum; vt diximus, regia, & Hebron Ierimoth, & Lachis, quæ regum etiam sedes fuere. Chananæorum cãpestria loca, in quibus & Galgal vrbs ad eos pertinuisse commemoratur. Hebræorum autem nomen non certæ cuiusdam familiæ fuit; sed commune omniũ, qui cùm Euphratem flumen traiecissent, inter flumen ipsum, & mare magnum sedes sibi optauere, atque tabernacula fixere. Significat enim verbum ipsum עבר idem quod Latinis transiens, vel transmittens. atque hac significatione ad eos dignoscendos vsurpabatur, qui post primã illam gentium diuisionem è loco, vbi maiores ipsorum consederant, migrantes, flumine traiecto, in proximas regiones certis iam cultoribus & nominibus adscriptas deuenientes, aduenarum potius, quàm indigenarum iure vtebantur. Huiusmodi commigrationis primus omnium viam iniuit Heber, viuendi commoditatem nomini suo consentaneam quærens. Cuius exẽplum imitatus Thare, sextus iam familiæ nepos cum Abraham filio in eandem regionem migrauit. deinde Abraham ipse in Chananæorum agris hospitem agẽs, duplici cau sa

Gen.40.15.
42.3.
Deut.1.5.
Ios.5.1.
Num.13.29.
Genes.13.7.
Gen.32.30.
Ios.10.4.
Deut.11.30.
Genes.10.
Gen.14.11.
Gen.39.14.
Gen.40.15.
42.23.

ſa Hebræi nomẽ obtinuit;& quòd è patria in Haran, & quòd ex Harã in Chanaã pertrãſiſſet. Illius etiam filij & nepotes interim dum nullas proprias obtinuerũt ſedes, Hebræi ab Aegyptijs, alijsq. nationibus appellati ſunt.

DE HEBRAEORVM PEREGRINATIONIBVS. CAP. X.

VAGI inſtabilesque diu Hebræi illi, quos diximus, varia regionum, vrbium, atque agrorum hoſpitia mutauere; neque tamen vſquam promiſſorum immemores, incertiue ſediũ, neq. diutius expectatæ promiſ-
Gen.11.30 ſionis tædio affecti. Horum namque pater Abrahã primus Thare patris ſui cõſilium ſecutus, ex Vr Chaldæorum profectus, amneque traiecto in Haram Naharaim, hoc eſt, interamni conſedit; defuncto autem vita patre,
Geneſ.12.6. promiſſione, imperioque Dei ductus, in Emorræorum regiæ Sichem migrauit agros, eamque conuallẽ hoſpes tenuit, quæ accolis Moreh, Latino interpreti illuſtris dicta eſt. Ibidem cùm eſſet Dei nomen, & cultum palàm profeſſus prædicauit: inde verò profectus inter Bethel & Hai ſecundum montem cum familia omni ſua con-
Geneſ.13.3 ſedit. Orta autem in regionibus illis fame, in Ægyptum commigrauit; vnde poſtea reuerſus in Bethel agros, eò loci, quo antea fuerat, deuenit: ex illo etiã loco à nepo-
Gen.16.16. te Lot dimiſſus in conuallem Mamre ſecundùm He-
Gen.17.13. bron, tabernaculum, familiamque traduxit, vbi Iſmaelẽ ſuſcepit, & ſanctum à Deo fœdus profeſſus, circunci-
Geneſ.18.1. ſionis ſignum acceptum iniuit. Ibidẽ quoq. Sara Iſaac concepit, filium futuræ ſobolis, ac ſacræ poſteritatis pri-
Gen.20.1. mum ſemen. Ex Mamre profectus, ad Auſtralem plagã itinere ſuſcepto, aliquanto pòſt tempore inter Cades, & Sur habitauit, atque Geraræ ciuitatis hoſpitem illa
Geneſ.21. tempeſtate egit. In Geraræ agris Iſaac natus eſt. Hinc Iſmaele filio cum matre emiſſis, ipſe etiã in certo eiuſdem regionis optato loco, puteum ſibi legitimo pretio emptum, Bearſebagh, in perpetuum poſſeſſionis monumentum nominauit, fœdusque cum incolis, amicitiæ cauſa, percuſſit. Ex illo loco ad Moriah montem in Iebuſæorum agris ire iuſſus, fidem ſuam, periculo à Deo facto, egregia pietate probauit. atq. promiſſorũ cõfirma-
Gene.23.2. tione auctior, in Bearſebagh ſeſe rurſum contulit. Vnde & poſt aliquot annos profectus in Arbagh vrbem, quæ & Hebron dicta eſt, ſeceſſit; ibidemque defunctæ vita vxori Saræ, agrum in ſepulchri ius, atque vſum ſibi, atque hæredibus ſuis proprium futurum publica, legiti-
Geneſ.25.10. maque tranſactione mercatus eſt. Ab Hhethæorum rege Ephron contra Mamre, vbi idem etiam è viuis cùm deceſſiſſet, ab Iſaac, atque Iſmaele filijs eſt conditus.

ISAAC poſt Abrahæ patris obitum, tabernaculum fixit iuxta fontem aquæ, in ſolitudine, quæ eſt in via Sur,
Gene.16.7. cui ab Agar nomen factum fuerat, Puteus viuentis, &
Gen.25.11. videntis; ibique duos ſuſcepit filios, Eſau & Iacob. eo in loco tandiu manſit, quoad ob grauiſſimam famem in illa regione exortam, à Deo monitus, dum in Ægyptum cogitaret, in Palæſtinam migrauit, hoſpitemque Gera-
Gen.26.1. ris egit ſub Abimelech Rege; inde à loci incolis propter formidatam diuitiarum amplitudinem, quæ magis indies homini augebatur, vt diſcederet, rogatus, atque inuidia etiam ruſticorum, & continuis ſuorum, aliorũq. rixis motus, in loca fluuio Geraræ vicina ſeſe cõtulit, puteosq. ab Abraham patre apertos inſtaurauit. Inde poſt annos aliquot profectus in Bearſebagh, tãdem cõſedit, atque vicino Palæſtinorum regi, eiusque principibus rogatus amicitiæ dexteram dedit, ibidemque reliquam ætatem ad mortem vſque peregit. IACOB à Bearſe- Gen.28.10
bagh, fratris metu, matrisque iuſſu cùm fugeret, in Haran contendens, Luzam venit; cuius in agro cùm pernoctaret, diuinorum promiſſorum arcanam rationem per quietem vidit; in cuius rei monumentum, loco nomen dedit Bethel. Illinc vbi ſurrexit, cõtinuis itineribus Gen.27.45
in terram Orientalem, id eſt, in Meſopotamiam Syriã, quæ Hebraicè HARAM NAHHARAIM dicitur, Geneſ.28.2
peruenit, vbi à Laban hoſpitio ſuſceptus, viginti totos annos verſatus eſt; quibus elapſis, familia cõſtituta, ac familiari coacta re omni, in terram Chanaan reditum inſtituit, traiectoque amne, ad magni vſque montis vicina loca inoffenſus peruenit. Ibi autem à Laban ſocero ſe Gen.31.19
aſſecuto, breui tempore detentus eſt: compoſitoq. neceſſitudinis fœdere cum ipſo, ipſiusque familia, monti nomen fecit, Gilghad, ſiue Galghad. Inde ſocero vale- Gen.32.30
dicens, ad Iaboc fluuium recta via peruenit, non longè à Iordane, vbi per noctem integram luctatione grauiſſima cum angelo contendens, victoriaeque compos, & ipſe Iſrael nomen diuinitus accepit, & locũ Phanuel appellauit. Poſtridie vado tranſmiſſo, ab Eſau fratre obuiam veniente exceptus, & depoſito odio, firmata profeſſione dimiſſus etiam eſt. atque familiæ ex longa iam via reficiendæ cauſa, inter Iaboc, & Iordanem tentorijs fixis aliquandiu hæſit, nomenque loco à tabernaculis ipſis impoſuit Zzuchoth. Illinc ſoluens, Iordane tranſ- Gen.33.16
miſſo, in Salẽ deuenit, illam alteram inferiorem, quam in Chananæorum ditione recẽſebamus, atque agri partem à ciuibus Sichem certa pecunia ſibi comparauit, ſuoq. iam in fundo tabernacula poſuit. Poſtea commo- Gen.34.31
tus clade Sichimorũ à filijs ſuis facta, atq. Dei oraculũ Gen.35.1.
ſequutus, in Bethel commigrauit; vbi ara conſtructa, religionis colendæ formam, ac rationem filijs præſcripſit ſuis, familiamque ac populum ſui nominis inſtruxit. Ex Bethel cum tota familia diſcedens, Ephratam verſus iter agebat, cùm accepto filio Biniamin, vxorem Rachel ex partu amiſit, quam eò loci ſepultã inſigni monumẽto donauit. Atque aliquanto itineris ſpatio progreſſus, Gen.35.27
in Iebuſæorũ agro, trans Turrim gregis tabernaculum collocauit, ibique integram nominis ſui domum conſtituit, duodecim recenſitis filijs; Ruben, Simeon, Leui, Iudah, Iſſachar, Zebulon, Ioſeph, Biniamin, Dan, Nephtali, Gad, & Aſſer; qui omnes cum patre ipſo Iſrael poſtea perpetuò ſunt appellati. Cum quibus in Hebron regionem ad agrum Mamre profectus, Iſaac patri ſuo grandæuo ad mortem vſque pietatis officia exhibuit. Ibidemq. tandiu habitauit, quoad à Ioſeph filio, Aegypti publicam rem curante, euocatus, cum tota familia, hoc eſt, animabus ſeptuaginta, Bearſebagh de illo itinere, conſulendi Deum cauſa, petiuit. Ibidẽ autem reſpon ſo accepto, monitus, ac iuſſus, in Aegyptum deſcendit, in agroque Goſſen, dum à filio exciperetur, hæſit; cum filio Thanim Pharaonẽ ſalutaturus adiuit. Inde reuerſus in regionem Goſſen, cum omni domo ſua ad poſtremum vſque vitæ diem egit. Mortuus ibidem, ſepulturæ cauſa, in terram Chanaan eſt relatus, promiſſiei à Deo facti hæredibus relictis duodecim filijs, quos ſuprà commemorauimus.

Libellus hic nihil habet S. Romanæ Ecclesiæ fidei contrarium, aut Reipubl. offensiuum; immò multum utilitatis conferet studiosis sacrarum literarum, tum ut memoriam confirment, cùm quòd faciliùs intelligent quæ in hac materia sacræ scripturæ proponunt: quod attestor

Sebastianus Baer Delphius, insignis Cathedr. Ecclesiæ S. Mariæ Antuerpiensis plebanus, & Canonicus.



TABVLA TERRÆ CANAAN ABRAHÆ TEMPORE ET ANTEADVENTVM FILIORISRAEL CVM VICINIS ET FINITIMIS REGIONIB. ex Descriptione Benedicti Ariæ Montani.

Caracena regio.
Toßęi.
Asia.
Teredon
Rhaon
Taxiana
Tharo
Aphana
Ichara
Aracena
Tigris flu.
חדקל
Chiripha.
Altha.
STROLADES
ASSAPENI
Batrabartha.
Blana.
halatha.
Rhagia.
Aminxa.
Idicara.
Iucana.
Charada.
Sacra solis
Orchoa
Iamba.
Thedum
BOCHINI.
LAMITÆ.
CORA BANI.
Luma
Odargea
Sabria.
Pharata.
Mon tes.
SOPHA NITÆ.
Masanytæ.
Calana.
RAHA BENI.
ABUCHÆI.
Didimus mons
Libano tophiros
Balimon
Temna
Solitudo Arabię
Zalanis
Telmagros
ARGEI
Beth Heßimoth
BI A
Iassa
ESSITÆ
E R T I A.
ARA
Dapha.
Tapana.
Ethson
Gesa
desertum vnum exterminis israel.
Kariathaim
Phasgh
Elmondi blathaim.
Maphabeth
Beth phagor
Montes Edom.
AMALECITA.
BI A.
GERZI.
Asseroth
Amalek.
Sapho.
Zepho.
Onan
Kore.
Aluan.
Ebal.
Omar
Abana.
Zaghauan.
Aholibama.
Ghatha
Manabath.
Tubal.
Bethan.
Altar
Desan.
Peira deserti
FOE
THAMIDENI.
Rabah
Hesebon regia
Sorta
Taghla
Kara.
Ana
Bosra
Mons Edom.
Aran
Quirioth.
Iaghus.
Phaiqe mons
Dimon.
LI
Osthama.
Saham
Edorghi
Aroer
Coph
Rehoboth
Nahath
Dedan.
Zerah.
Ithran.
Mahanaim.
Horo
Gallim.
Aroer.
Cheran
Betharan
Beth Gamul.
Nebo.
Nophe.
Sarathaßai
Arnon
AMORRHEI.
Midcho
Deon.
Moab
Asedoth
Mons Hor.
Seghir.
IS PARS.
Dabir.
Heßebon.
Eleel.
Setim.
Cuzim.
Nimrim
Bosor.
Cedimot.
Abano
Mephaath
Hermon.
Hermonim.
Asthareth Karnaim
Seghor.
Sodoma
Iasa
Gomorha.
Adama
Seboum
Arad.
HEBaolgad
VE
Aphecca
Aroergentium.
Iericho.
Maspha.
Beth araba.
Geth.
PHEREZÆI.
Hai.
Almon.
Vnus ex terminis exod. 31.
Beth horon superior
Thirsa.
Comallis illustris
IEBVSÆVS
Ierusalem.
Eglon regia.
Kariath Arbagh.
Hebron.
Gelboe Mont.
CANANÆI.
EMORR
Montani.
Bethel
Mons Garizim
AMORREVS.
Ierimoth.
Regia Pharam.
Sanir mons.
Achsaph
Apha
Cariathiarim.
Debir.
Sichem.
Gabaon.
HEVÆVS.
Harma.
Hered.
Magido.
Salem.
Gazer.
CANA
NÆVS.
Saronne montes.
Makeda.
Adullam
Gader.
Taphna.
Lachis regia.
Lebna.
Gath regnum.
Gath.
Accaro regnu.
Accharo
Tamnatha
Gaze regnum.
Geraris.
Geblan.
Beth Scon.
PALESTINA
Azothus.
Azothi regnum.
Achzib.
Ascalon.
Regnum ascalon.
Gaza.
Rinocura
Fluuius Aegypti.
Siorbanath
Meon Mons.
Rimon Phares.
Pharan.
Baalsephon.
Carmel.
Kades Barnea.
Go zer.
Rubrum. Arabicus. sinus.
מצרים
ÆGYPTI. PARS.

BENEDICTI ARIAE MONTANI HISPALENSIS IN LIBRVM CHALEB, SIVE DE TERRÆ PROMISSÆ PARTITIONE, AD CHRISTIANOS LECTORES, PRÆFATIO.

DESCRIPTIONEM terræ Chananæorum, quæ terra, postea, veteribus incolis ex ea expulsis, atque Israëlitis in locum illorum substitutis, ad nostram vsque ætatem Terra sancta appellata est, in suas partes, hoc est, in proprias singularũ Israëlis tribuum regiones diuisam, & ex sacris petitam historiis, atque adeo ad ipsius regionis exemplar in ipsa Syria accuratè descriptum, expressam vobis exhibemus. Quo quidem labore nostro, sacræ scripturæ studiosis neque paruum adiumentum, minimeq. vt spero, iniucundum attulimus: quæ enim sparsim, diuersisque in locis relata, atque obscuris peregrinarum linguarum idiotismis obuoluta erant, ea ipso describendi ordine ac methodo faciliora reddidimus. Vtque facilius ab omnibus intelligi possint, ea ipsius tabulæ descriptione ac pictura ante oculos vniuscuiusque sunt posita. Hoc verò tum à nobis, tum à doctissimis iis viris, qui quidem nos doctrina & ingenio longè antecedunt, qui in sacro hoc apparatu egregiam posuerunt operam, præstitum esse arbitramur; vt, videlicet, sublata, aut saltem emollita asperitate ac difficultate illa, quæ lectores, quominus simplicem sententiæ, quæ sacris in libris prima spectanda est, intelligentiã consequantur, impedire posset, ad arcanam illam, quæ iisdem sacris continetur libris, æternæ beatitudinis doctrinam faciliùs perueniant. Neque enim satis commodè, atque ea qua decet integritate, saluberrimus illius doctrinæ nucleus erui potest, nisi prius cortices, quibus ille contegitur, secentur. Atque is quidem labor, qui positus est in commissuris illis disiungendis ei, qui modò vtilitatẽ quæ ea, ex re prouenit, cognoscat, non gratus atq. iucundus esse non potest. eo siquidẽ omnis ea quæ est de natura rerũ, omniumq. liberalium artium ac disciplinarum cognitio continetur. Porrò eam rem præclarissimi, atque acerrimo philosophi ingenio, in summi boni definitionibus posuerunt: atque ex iis nonnulli tanti eam fecerunt, vt, non vlterius progrediendũ, sed in ea acquiescendum esse existimarint. Cùm itaque tanta librorum sacrorum sit dignitas, vt summorum hominum iudicio, non vulgaris sit eruditionis ea cognoscere, quæ ad abditam illam & penitiorem doctrinæ partem aditum patefaciunt: sine dubio constat illam alteram per se summopere esse expetendam, & hanc, sine qua ad illã peruenire nõ possumus, nullo pacto esse negligendam. Quàm verò necessaria sit locorum cognitio, quæ in diuersis sacræ scripturæ locis commemorantur, nulla historia apertè non docet. Si enim absque locorum obseruatione res gestæ narrentur, aut sine topographiæ cognitione historiæ legantur; adeò confusa atque perturbata erunt omnia, vt ex iis nihil non obscurum, nihil non difficile elici possit. Iam verò quanta terræ Israëliticæ dignitas fuerit, & quamobrem inter celeberrimas omnes orbis terrarum partes, digna semper sit habita, quæ, qualis, quantaq. sit ab omnibus cognoscatur, tantùm abest, vt breui, qualis hæc est, præfatione explicari, vt ne longa quidem oratione consequi quis possit. Illa enim in primis diuinorum promissorum cõstantiam & veritatem hominibus testatam facit: vtpote quæ promissa olim patribus Abraham, Isaac, & Iacob, qui quidem etsi in ea erant peregrini, & hospites, ac numero perpauci, tamen ad diem dictam ipsorum nepotibus est tradita: adeoque exiguo temporis spatio ab ipsis est expugnata & occupata, vt temporis ipsius breuitas non ad expugnandam, sed ne ad totam quidem illam peragrandam satis esse potuisse videatur: cùm tamen in illa vrbes ipsa loci natura, atque hominum industria munitissimæ frequentes essent. Gens præterea ipsa ferocissima, bellisq. maximè assueta, & exercita erat. opibus, diuitiisq. maximis, ac rebus denique omnibus ita abundabat, vt facilè bellũ, quod sibi ab exteris illatum esset, ad multos annos sustinere potuerit. Montibus, ac fluminibus ita erat vndique munita, vt, per quàm difficiles aditus ad eam essent: ac eã potissimùm ob causam vim hostiũ à suis finibus arcere, eorumq. conatus comprimere facilè poterat. Quid quod vnius ac triginta regũ consiliis & copijs vnà coniunctis defendebatur? quorum omniũ regum repentina atq. inopinata mors, cum ingenti populorum clade coniuncta illud apertè significauit, omnes quantumuis maximos hominum conatus, maximas opes, maxima imperia quæ sceleribus vi atque iniuria nituntur, repentino aliquo casu, iustissimo Dei iudicio imminui, dissipari, & ad nihilum redigi: & quominus id eueniat, nulla hominum prudentia, nullis consiliis, nullis opibus prouideri posse. docetque illud præterea, nullam omnino tantam esse difficultatem, quæ, quominus Deus, ne minima quidem ex parte suis stet promissis, efficere possit. His & illud accedit, tanti illam regionem olim factam esse, quòd vna ex omnibus orbis terrarum partibus diuinæ requietis nomen obtinuerat, atque inter terrena Dei promissa, erat singulare quoddam eius quietis exemplum, qua quiete pij homines, post absolutam hisce in terris peregrinationem, in regno Dei fruentur. Atque vt illa eos qui & vocati fuerunt, & vocanti Deo crediderunt, ac eius voluntati obtemperarunt, excepit; ita quoque hæc, quam intentis intuemur oculis, in qua Christus morte & inferno debellatis, regnat, eos omnes qui & labores patienter tulerint, & inuicta animi fortitudine atque constantia ad propositum sibi præmium recto contenderint cursu, lætos tandem ac felices excipiet. Sed inter tot illius regionis præclaras laudes, ac testimonia, vel hoc vnicum sua præstantia reliqua omnia longè superat: primos, videlicet, euangelij nuntios, quod euangelium per totum terrarum orbem dispergi, disseminarique debebat, in ea primùm esse auditos. In ea summus ille hominũ seruator Christus est natus, in ea creuit, in ea ipse verus Deus hominibus se quoque verum hominem conspiciendum dedit: in ea admirabilis, atque diuinæ suæ

virtutis signa edidit propè innumerabilia: in ea munus à patre sibi datum, cuius conficiendi gratia ipse in mundum venerat, vt scilicet, communi omniũ hominum saluti sua morte consuleret, expleuit. In ea denique ea omnia præstitit, quibus mundo se verum esse Dei filium, atque illum, cuius frequens sacris in literis fit mentio, patefecit, idque certissimis signis atq. argumẽtis comprobauit. Ex eaq. adeò terra sacri præcones euangelij in omnes terras distributi sunt, atque has quidem omnes ob causas, quamplurimi homines Christiani operæ se pretium facturos esse sunt arbitrati, si, omnibus viæ periculis spretis, ac laboribus, ad eam adirent: cùm ipsa nimirum, maximum miraculum & perpetuum quoddam sit monumentum omnibus miraculis abundantissimum. Eorum autem qui pietatis causa illò sunt profecti, nemo (vt opinor) adhuc est inuẽtus quem laboris, temporis, ac sumptus eam in rem facti adhuc pœnituerit: quinimo, quamplures ipse & vidi & noui qui, cùm eorum locorum sibi in mentem veniebat, eaque quæ ipsi viderant, commemorabant: mirifica quadam delectatione afficiebantur. Vidi præterea quosdam alios, eosque viros eruditissimos, qui non bis aut iterum, sed sæpius eò contenderunt, atque hi quidem quò frequẽtius eò proficiscebantur, hoc maiorem se suis ex peregrinationibus fructum capere suis mihi verbis sunt testati. Sed quoniam omnes, diuersas ob causas illuc proficiscendi facultatem non habent; tamen nihilominus, quia non parum refert eos qui sacræ scripturæ studijs sunt dediti, illam & singulas eius partes pernoscere; pro nostra, quantulacunque ea est, industria, ex accurata sacrorum librorum lectione, eam, demptis locorum periculis, ac laboribus, lectori conspiciendam exhibemus, indéque sumpsimus initium, vbi Israëlitæ ab Ægypto profecti primùm per annos quadraginta mansiones suas collocarunt, interim dum in promissam sibi terram perducerentur. Quarum mansionum descriptiones, cùm non ita vt par est, accuratè tabulis repræsentatas esse animaduerteremus; operæ pretium nos facturos esse existimauimus, si veram ac germanam eius tabulam, ad illam ipsam, quæ in ipsa Palæstina, vt diximus, depicta est, expressam, & ex sacræ scripturæ descriptionibus petitam, atque adeò eam, cuius aspectu primum caput Deuteronomii, alioqui subobscurum, ac subdifficile intelligi poterit, vobis exhiberemus. Vale Christiane Lector: tuisque apud Deum precibus nostris hisce faue conatibus. Dat. Cal. Martii. M. D. LXXII. Antuerpia.

BENEDICTI ARIAE MONTANI

HISPALENSIS CHALEB, SIVE DE TERRÆ PROMISSÆ PARTITIONE, LIBER VNICVS.

מסעות *Siue de itineribus*, CAP. I.

ANNIS ferè ducentis viginti postquam Israël descenderat in Ægyptum, diuinæ prouidentiæ singulari beneficio amplificatus, ad eũ sobolis numerum deductus est, qui expugnandis, occupandis, colendisq; promissis sibi agris esset idoneus: ita vt illa populi frequentia, ex octoginta duabus animabus, ad virorum plusquam sexcenta & tria millia, & quingentos quinquaginta sex, præter fœminas & pueros, & præter tribum Leui aucta, ijs qui de diuinis promissis rectè sentirent, spem facere posset futuræ propediẽ migrationis, in paratas iam olim à Deo sedes: id quod Moyses intellexisse visus est, cùm, relicta aula, in qua
Act.7.34. educatus magnificè fuerat, fratres suos filios Israël (proximæ iam salutis significatione) animaturus inuisit. Sed suorum ingrata stultitia repulsus, atque regiæ
Exod.2.16. ire declinandę causa ex Ægypto profectus, in Madian sese contulit; ibique per quadraginta annos exul, ministri publici filia in vxorem ducta, soceri sui pastorem
Exod.4.26. egit: quoad Dei mandato legatus Ægyptum repetiit, fratremque suum Aaron in monte Dei sibi obuiam factum, allocutus, communicato consilio, commissam sibi legationem multis actionibus & grauissimis peregit. Tum verò victo Ægyptiorũ rege, populoq; ad extremũ periculum vsq. vexato, & ex diuina inspiratione iure belli præda capta, & spoliis collectis Israëlem liberum & incolumẽ eduxit decimaquinta mensis primi anni ferè bis millesimi quadringẽtesimi quadragesimi
Exod.12.37. octaui ab orbe condito. Fuerat aũt Israëlitarũ hospitiũ toto hoc tempore in terra Gossen, cuius præcipua vrbs Rahamesses dicebatur. Vnde primùm profecti, contẽti itineris recta via venerunt in Soccoth סוכות Ægypti partẽ, cuius cultores antra & casas pro domibus subeũtes no
Exod.13.21. mẽ loco fecere: eos Græci Τρωγλοδύτας dicunt. Ex Sochoth in ETHAN אותן venerunt, qui Arabum solitudini proximus locus est, neque idem à Chananæorũ termi nis lõgè distãs, quos breui pertingere possent, nisi Deus decretæ in Ægyptios vltionis expediẽdæ causa, iter ad ortum flectere, atque ad Mare iuncosum contendere iussos, in angustum deduceret locum, cui PIHAHIROTH nomen postea factum videtur ex vtriusque populi indignatione, nempe Ægyptiorum in Israëlitas, & Israëlitarum in Moysen, à quo se in necem traditos
Exod.14.1. existimabant, conclusi nimirum inter mare & montem Aquiloni dicatum, cui Baghal-saphon erat nomẽ, & arcem Migdol, atque hostem ipsum, quem à tergo habebant. Ex PIHAHIROTH mari transmisso, hostibusque omnibus, qui in aquis perierant, liberati, trium dierum itinere per solitudinem SVR iter fece-
Exod.15.23. runt, aquarum inopia affecti, quas tandem in MARAH מרה nacti, cũ amaras esse deprehendissent, ligno per Mosen ex Deo monitum iniecto, dulces hauserunt. Ex Marah in Elim processere amœnum locum, aquarum fontibus duodecim, & palmis septuaginta insignẽ. Inde in desertum SIN סין, quod à rubis, arbustorũ genere, ibidem frequẽti dictum videtur. vbi cõmeatu defecti, quẽ ex
Exod.16. Ægypto exiguũ detulerãt, nouo genere cœlitus demissi cibi, quod MAN ipsi ex admiratione vocabant, pasci cœpere: eoque victu quadraginta integris annis vsi sunt cõmodissimo. Illa autẽ solitudine relicta, per Daphca דפקה & Elus אלוש, in quibus aliquandiu hæserant, tentoria fixere in Raphidim רפידים. illic importunè efflagitatam aquã
Exod.17. diuina liberalitate obtinuerunt, ex rupe à Mose percussa repentè erumpentem; cuius copia, consecutis ipsorum itinera perpetuis riuis, nunquam amplius caruerũt. tractui omni nomẽ Horeb mons dederat, ab ariditate ita vocitatus, in Amalec Gentis ditione situs. loco verò ipsi rupis stagnantis nomen à Mose est inditum, Mazzah & Meribah, à iurgio populi aduersum se inito, atque à tentatione in Deum impiè cœpta. Eodem loco Iosue cum Amalec aduersum bellum mouente, pugnans, victoria potitus est per Mosis in monte adorantis preces, Dei instructus auxilio. Eius victoriæ auctoritatem & perpetuas contra Amalec inimicitias, ara ibidem à Moyse extructa posteritati etiam testata est. Ex *Raphidim* profecti initio tertij רפידים
Exod.19. iam mensis postquam exijssent ex Ægypto, in Sinai desertum deuenere: ibique diu hærentes, leges à Deo סיני
Num.10. & 11. acceperunt. Ex *Sinai* tribus itineribus in locum deuenere, qui ob cladẽ è cælo acceptam, propter funestas carnium quas concupierant epulas; *Sepulchra concupiscentiæ* dictus est. Atque hæc prima migratio fuit חצרות Arcę & tabernaculi. Ex hoc loco in *Haszaroth* profecti sunt, vbi dissidium à Maria aduersus Mosen excitabatur, quam lepra immissa Deus est vltus. Ex illis Sepulchris in *Rithmah* רתמה solitudinis partem genistis innatis
Num.33. refertam, quod ipso indicatur nomine: Ex Rithmah in *Remon Phares* רמון פרץ, vbi maligranati aperto fructu copia inuenta fuisse videtur. Ex Remon-phares profecti, castra metati sunt in *Lebnah* לבנה, Albionem Latinè dicere possimus: terræ namque faciem albam fuisse nomen arguit. Inde soluentes, in *Rezzah* רסה, solo ex roribus assiduis vdo, tabernacula fixêre. Ex Rezzah egressi, venerunt in *Kehelathah* קהלתה, quod coactionem interpretamur: ibi enim angustiori loci spatio coacti in breuius fuisse videntur, arctèque coniunctis tentoriis consedisse. Proximam post Kehelathah, prospectus pulchri mons, illis mansionem dedit, qui ab elegantia *Mons Sepher* appella- הר שפר
batur: inde verò in locum, qui à tremore *Haradah* vo- חרדה
catur, deuenere. ex Harada profectos *Macheloth* ex- מקהלות
cepere, iniqua, vt interpretari possumus, loca, neque totius simul populi capacia: quam ob rem in plures turmas segregatos considere opus erat. id enim vel nomẽ ipsum significat. Post hoc verò in depressam & profun dam vallem deducti sunt, cui *Thahath* תחת nomen, situs
ipse fecerat. hinc soluentes, in *Thare* תרח venerunt, locum à fragrantia sic dictum. vnde etiã & alio excepti sunt, cui suauitas nomen *Methca* מתקה conciliauit. inde verò in
Hesmona חשמונה reducti, qui locus Ægyptum à Chanaan regionibus diuidebat. illinc profecti ad montes deuenẽre *Moseroth* מסרות dictos, ex quibus vnus Aaronis obitu præcipuè memorabilis est: videtur autem ibi eruditi etiã fuisse Israëlitæ, exemplo illius Pontificis, qui, antequã promissam iniret terram, sublatus è viuis fuit, nimirum offensæ veteris reus. Ex his montibus profecti, *Bene* בנייעקן
Iachan appellatum ex possessorum nomine, agrum petierunt. ex illo autem in montem deducti sunt, cui ex naturæ felicitate nomen inditum fuit *Gidgad*. inde הרגדגד
profecti *Ietebatha* יטבתה, locum, vt vox indicat, palustrosum, & inundãtem tenuerunt. Vlterior illis *Hebrona* עברונה fuit à transitu superioris, vt coniicere ex verbo possumus, dicta, Illinc vbi soluissent, mare ipsum, vnde iam olim exierant, reuisere coacti sunt itinere vsque ad *Asion gaber* עציון גבר, qui maris portus erat, producto: ex eoque loco iterum ad Aquilonẽ contendentes, in desertum *Sin* מדבר סין
deducti, ad *Cades* קדש manserunt. Ex Cades profecti, montem
Hor הור הר tetigere in extrema Edom ditione, in eoq; monte Aaron vita defunctus est, quadragesimo anno post exitum ex Ægypto, quinti mensis die prima. Ex mon-

צלמונה te Hor, post Aaronis curatas exequias profecti, venerũt
פונון in *Salmona* vmbrosum locum: ex quo in *Phunon* per-
rexêre, cui loco prospectus nomen dedit. atque ex
אובות Phunon soluentes castrametati sunt in *Oboth*, quod
nomen ex loci specie inditum, vtres significat. Inde in
עיהעברים Moab fines deuentum ad colles qui *Ieabarim* ex eo
dicti videntur, quòd illis transmissis Moabitarum di-
דבון גד tio concluderetur. Collibus illis profectos *Dibongad*
excepit, quod prosperam fortunam Gentis vocabulo
עלמון sonat. Inde porrò in *Helmondeblathaim*, quod duarum
דבלתים caricarum absconsionem significat, castra mouere: at-
חריעברים que ex illo loco montes petiere, *Abarim* à transitu di-
ערבתמואב ctos è regione Nebo. Ex Abarim spatiosos tenuere cã-
pos, quos à gente, cui addicti fuerant, *Planities Moab* di-
ctitatos leginus. ibidem nullo certo loco commorati
sunt, sed breuibus itineribus nunc hanc, nunc illã par-
בירת tem occupabant, à loco *Beth-haiesimoth* dicto, vsque ad
השימות tractum Sitim, ab earum arborum copia vocatũ. His
planioribus locis sese interim continuêre, dum Iorda-
nem ex Dei oraculo traiicerent.

SVMMA TERRÆ DESCRIPTIO. CAP. II.

Gen. 27. & 28. Ios. 3. 4 Deut. 11. 23. OMnis ex antiquis promissis adscripta Israëlitis regio quatuor insignibus terminis definita est, ab ortu fluuio Euphrate per montes Galaad ad Iordanem vsque, qua flumen in mare Salis influit, & ipso mari, quod Salis appellatum esse docuimus; per Ascensum scorpionum vsque ad Cades-barneah communia cum Edom confinia habuit. inde verò flexo termino per Adar & Hasemona ad vsque fluuium Ægypti dictum, meridiani regionis fines statuebantur cum ipsa fluuij ripa, vsque ad magnum mare producti. Occidentale latus maris littus continuum clausit vsque ad Sydonẽ. inde verò ad ortum conuerso cursu ad mõtem altissimum, cui nomen Libano fuit, terminus Aquilonem spectabat, qua mons ipse longè producitur per Emath ad terminos Sedada, & deinde ad Sephona & Ennom vrbem. Quanquam verò ad Euphraten flumen promissæ olim ditionis locus proferebatur; tamẽ ad Dauidis vsque regis ætatem nullus ex Israëlitis eas regiones expugnauit, quæ à Iordane per Libanum ad Euphraten pertinent. Nam postea Dauid Arã Soba rege Adar-ézer superato, sub iugũ misit, & Aram Damasci regem quoque cùm vicisset, in ipsa Damasco milites præsidiarios constituit: antea verò quã loca illa vltra Iordanem in Israëlitarum ditione essent, terminus orientalis ab Enan ad Sepham, ad Ribla, atque ad fontem vsque, quem Græci Daphnim dixêre: inde verò flumẽ Iordanis decursu suo terminos ab Ortu in mare Salis finiebat. Omnis itaque regio, quæ inter Iordanem & mare, atq. inter Libanũ & Ægypti fluuium iacet, Chanaan olim dicta, in possessionem filiis Israël concessa fuit, & occupata atque obtenta maxima antiquorum cultorum parte Iosue duce, vel interfecta vel depulsa, paucis exceptis, qui postea negotium nec leue nec breue Israëlitis fecerunt. Aliàs etiam Israëlitarum termini paulò latiùs, sed ferè in idem recidente ratione definiuntur à mari rubro vsque ad mare Palæsthinorum, & à deserto ad fluuium vsque Euphraten. Regio ipsa latior est vltra triplum, quàm vbi longissima est. Namque à mari ad Iordanem trium dierum iter, ad summũ constat, atque in summa à Ioppe portu ad Traionos montes sexaginta millia passuũ cõnumerantur: mediũ autem ferè hoc spatiũ Iordanis interfluit. A Libano autem ad fluuiũ Ægypti compositis itineribus octo, vix pertransiri spatium est. Ideoq. cùm de magnitudine regionis integrè agitur, ab Aquilone ad Meridiem mensura ducitur, siue à Dan vsq. ad Bearsebagh, centum & sexaginta passuum millibus, à se inuicem distante vtroque loco. Montes habet præcipuos Hermõ ad Orientem, & Thabor ad Occidentem, eosque maximos & editissimos, quorum alij vel brachia, vel partes, vel ramenta sunt. Nam Ebal, Beth-horon, & Mispa siue Maspha, & Bethel ad Hermon, Gelboe, Gerizim, Sarona, & postremus, ac mari proximus Carmel, ad Thabor referuntur. In maximis illis montibus leones, lupi, cerui, vrsi, aliæque feræ cubilia, latibulaq; habent. Terra omnis, quamuis non ita magna, tamen quia frequentibus montibus, vallibusque referta, ijsque omnibus summa fertilitate nulli terrarum angulo cedentibus, multis alendis vrbibus, & oppidis, ac pagis fere innumeris, satis cõmoda oportunaque adeò est, vt gentili ipsorum cultorum dicendi more, lacte ac melle fluere dicta fuerit. Vicinos habuêre ab ortu Madian & Amalec, & cæteros Ismaëlis filios, qui Oriẽtis populi ab incolis huius regionis vocabantur; ab occasu Palæsthinos infensos perpetuo hostes; à meridie Arabes & Ægyptiorum vltimas terras, ab Aquilone Sydonios & Emathæos atque Aram Damasci.

1. Par 18. 3. Num. 24. Ezech. 37. & 38. Exod. 23. 30. Exod. 38.

DE DVABVS TRIBVBVS REVBEN, Gad & dimidia tribu Menasse.

SEON Amorrhæus genere vltra Iordanem ditionem occupabat, sub rege Amon victo expugnatam: Is enim ex familia Rephaim, montana loca secundum Iordanem tenebat, qua Hermon tenditur, vrbesque Astaroth & Edrai regias in illo montium tractu, vnde productis finibus ab Aroër vrbe secundum Arnon fluminis ripam sita, multas atque magnas vrbes obtinuit, regiam postea sibi constituit Hesebon. Huic proximus cõsidebat Og, cui omnis terra Bassan regnum erat, fertilissima autem vtraque regio fuit, & armentis pecoribusque alendis apprimè opportuna. Hi autẽ duo reges ab Israëlitis, quorum iter impedire magnis in expeditionem productis copijs tentauerant, victi, occisi, regno atque opibus omnibus expoliati sunt. Illorum verò regionem omnem duæ Israëlitarum tribus Reuben & Gad, cum dimidia Manasse sibi propter pascuorum commoditatem exoptatas, Dei beneficio obtinuerunt. Etenim Reuben totum regnum Seon; Gad verò & Manasses parti, id quod præterea erat Seon regis vsque ad Bassan ad habitandũ est concessum. Igitur Reuben tribui, Aroër prima vrbs, sortisque suæ terminus à meridie contigit, ad Arnon fluuij ripam sita. Ab Aquilone verò extremam magni nominis vrbs Hesebon regia fuit, ab occasu Hermon montes, qui Iordani adiacẽt flumini, atque ab Ortu Edom regiones atque Arabum solitudines. Hi etiam latam atque fertilem vallem inter Hesebon & flumen sortiti sunt. vrbes habuêre præcipuas, Aroër, Iahassa, Medeba, Misor, & Bagal-meghon, non procul à torrente, qui ex Edom montibus erumpens in mare Salis defluit. Præterea Chiriathaim, Mephaath, & Beth-iesimoth, Cedimoth, Iethson, Lassa, & sitam in campo Bosor, Sarath, Asar, Sebama & Phasga, Bethphegor, Asedoth & Hesebon regiam, & quæ inter torrentem atque Edom montem campestres vrbes appellabantur; ab illis autem illæ vrbes partim instauratæ, partim conditæ fuêre, aut alijs nominibus appellatæ, Hesebõ, Eleale, Chiriathaim, Nabo & Bagal-Meghon. Tribus autem Gad communes cum Reuben terminos à Meridie habuit, ab occasu montis Hermon partẽ, qua Iordanis defluit, perpetuã vsque ad terminum maris Chinereth, ab Aquilone dimidiam Manasse tribum, ab Ortu verò eos montes, quibus Edom atque Arnon regiones ab Arabũ vasto tractu dirimuntur. Vrbes præcipuas habitauit in ipsis propè finibus Debir, Aroër alteram ab illa Reubenitarum, & huic oppositam Rabba, Iazer, Mahhanaim, Esebon, & Mispha, Ramoth & Aram & Socoth, in media autem regione, atque in vallibus ipsis Saphõ, Phanuel, Bethanim, & in mõtano loco sitam Ramoth Betharam & Beth Meurah. Quæ verò ab his extructæ memorãtur, illæ sunt; Dibõ, Ataroth, Aroër, & Roth, & Sophan, & Iazer, & Iibga, & Bethmeura, & Betharan,

Num. 21. Ios. 12. 13. Ios. 13. 14. Num. 32.

Filiis

Filiis Machir,hoc est,dimidiæ tribui Manasses,cætera
Ios.13.29. omnia loca adscripta, inter Basan & Arà Damasci iacẽt, initio à Mahanaim sumpto,quibus postremæ secũdũ terminos vrbes fuerunt,Ephron,Iassan,& Astaroth, Iabes Galaad,Edreghi & Bosra, Bagal Gad,& Hermonim. Horum ditionis erat omnis ille ager saltusq; Basan celeberrimus, & ad rem pecuariá exercendam maximè opportunus & cõmodus, & dimidia pars mon-
Num.32.39. tium Galaad, quæ in occasum prospectat. Ex filijs etiam Manasse vnus Iair, victam à se bello atque occupatam Basan agri partem, quam diximus, septuaginta oppidis captis, atque instauratis frequentem reliquit, quas de suo nomine Hauoth-iair appellauit. Alius autem ex Manasse liberis Noba dictus, expugnatæ à se vibi Canath, nomẽ etiã indidit suũ Nobab siue Noba.

TERRÆ DIVISIO IN OCTO TRIBVS ET DIMIDIAM, ATQVE TRIBUUM singularum descriptiones. IVDÆ SORS. CAP. III.

CITRA Iordanem fluuium quidquid terræ ad magnum vsque mare iacet, octo tribubus & dimidiæ per sortes diuino oraculo adscriptũ, atque Eleazaro sacerdote & Iosue duce ministris distributũ est. Prima autem omnium Iudæ sors educta est, cuius, in descripta terra, fines hoc modo constituti fuêre. Ab ortu mare quod Salis appellatur,qua littus porrigit ab ipso Iordanis influentis ostio ad extremum vsque finẽ, possessionem illam à Moab atque Edom dirimebat. hos enim vicinos illa ex parte Iudas habuit. deinde verò a maris extremo littore paululum producebatur tractus ad vicinam vsque Hor montis solitudinem, non longe ab Arad vrbe,inde ad meridiem versus, atque ab ortu ad occasum procurrens,omnibus illis montibus,quos vno nomine Hor dictos,plura deinceps distingũt nomina opponebatur. Sunt autẽ præcipua nomina,Cades Barnea,nõtis & vrbis in eo sitæ, & Maon mõs, & Pharan atq.Sinai,tandẽ cum decursu fluuij Ægypti,siue Sihor in mare magnum descendit: terminus huc a meridie est. Ab occasu verò maris magni littus vltra portũ cui postea ex vrbe iuxtà condita Ioppe portus nomẽ fuit. Ab Aquilone tractus omnis, qui inter mare magnum & Iordanis ostium est, sed obliquo & fere tortuoso fune definitus. Primùm nanque per Iaphiæ montes translatus, penè rectè ad Saronæ montes procedit: deinde Ypsilon literæ modo ad dexteram diductus rectus etiam procurrit vsque ad obiectos etiam montes, qui cultoribus Ephron montes dicti sunt, ab hisq; deflexus aliquandiu ad Austrum tendit ad lacum vsque Nephthoah dictum. à quo rursus ad Ortum contendens,per obiectos montes traductus,ad Iordanis vsque ostia perferebatur. Præcipuas in finibus ipsis vrbes habuit;in orientali Bethagla,& post torrentem Agallim,
Cant.1. Apheca & Engaddi,quæ alio nomine Hasasonthamar à palmarum prastantia & copia dicebatur,eratq; locus copher & balsami fertilis; deinde ea quæ ciuitas Solis appellabatur,& Acrabin à montiũ nomine dicta.à meridie verò postremas habuit vrbes, Cabseel, Eder, Iagur,Cina,Dimona,Adadah,Cedes ab Amorrhæis quõdam conditam & inhabitatam, Assor, Iethnan & citra Gozeos montes Ziph,Telem, Beatol, Asor noua,Carioth, Gesron, Amat, Sama,Molada, Asergada,Hassemon,Bethpheleth,Hasar-sual, Bersabee, Baziotha, & Baala, & Im,& Essen, Eltholad,Cesil,& Harma,& Siceleg,Medemena,Sensena,Lebaoth,Selim, Enrimon. Ab occasu secũdum maris littus, vrbes Iudæ sorte obtigerant, postremæ Palæsthinorum præcipuæ,quas aliquando expugnauêre, iterumq; amisere,Gath, Gaza, Ascalon,Aczib,Azotus,Iebneel,Iesan, & post longum tempus condita in portu Ioppe. Aquilonari in termino sitæ fuerunt,Iebneel inter mare & Bagalæ montes,qui alio nomine Iaphrah montes dicti sunt, Tamna ante montes Iarim,Bethsemes,à solis vi sic appellata, Chesion & Bagala,alias ob syluarum magnitudinem Chiriathiearim dicta,Zachariæ prophetę filii Ioiada sacerdotis patria. & iuxta eam vrbem Gigath,in qua arca fœderis aliquandiu fuit:qua verò terminus ad Ephron mõtem flectitur, Sonan, post quam lacus Nephthoah erat: deinde iuxta montes amœnissimis hortis illustris vrbs, cui nomen fons innatus fecit Enganim, pòst Ciriathsepher Debir appellata, postquam ab Othoniele Calebi nepote capta fuit: vlterius Iebus,quæ & Salem & Ierusalem dicta,in montibus sita, ab ortuque monte oliuis consito ornata. inter vrbem & montem Cedron torrens decurrit. deinde est conuallis filiorum Enõ,& fons Rogel,& fons Solis,& vallis Achor,& rupes Bohen à filio Reuben dicta,& Betharaba, & Bethagla vrbes. At verò interiores vrbes habuit Iudæ tribus,peragratione ab Ortu cœpta, Bethlehẽ, paruũ oppidum, sed clarissimorum virorum natalibus insigne,Abesan Iud.12.9.
iudicis,Booz, Isai & Dauidis regis; maxime verò Iesu Ruth
Christi;& Turrem gregis,Betharaba, Betharath,Ziph, cui desertum vastũ adiacebat,Modin, Sior, Nephian, Izraël,Bethsura,Thecua,saltubus & syluis,pastorumq; frequentia celebris,magis autem clara Amosi vatis natali solo,Hebron,Egron, Lucdar,Ianoa,Acaim, Esan, Memra siue Memra,Thamna,Gaba in Gozen monte sita,Othan ad radices Carmel,quæ pars Gozen montis vinetis consita fuit. Nephsan,& ciuitas quæ Solis dicebatur,Harama in monte posita,vnde & nomẽ accepit, & superius etiam Hasargad non longe à specu magno, quæ Odollam spelunca est appellata,& Hassenum, Adulam,Socho,Bethul, Dan, Anab,Beth-pheleg, Gilo, Iether,Cesil,Dabir, Ciriath-senna,Elthola,Hasarsusal, Bagala,Hasar Soghal,Aman, Magdalgad,Hadassa, Adelasa,Bethharama,Bethiephiboth,Cheboc, Sama,Baloth,Sisclec,Leheman,Masseph, Iectel, Chaim, Bethmarchaboth,Ain, Molada,Delean, Zecho, Thaman, Saraim,Adithain,Saroen,Gederoth,Bala, Iagor,Maceda,Gethremmon,Bane,Baala,Iethla,Remmon, Bethlebaoth,Labana,Ether,Gericon iuxta lacum, Elon ab vlmorum copia sic dicta,& Aialon,Athar, & Sersena, Tamna,Ieptho,Elon,Aeron, Themna, Baschat, Maama,Bethdagon,Gethela,Lachis,Asan, Etna, Chebon, Gederothaim,Salabim,Zanoab,Arna,Gera,Sabag,Secron,Aracon,Lebna,Nesib, Aczib,Maresa, Asthaoth, Asen, Cesil, Gerara, Sur,Iehud iuxta Baala montem, Acharon, Aczib, Ascalon, Baala in extremo termino, Iania supra Ioppen, Enrimon, non procul à fluuio Ægypti malogranatis nobilis & Setim. Fuerunt preterea aliæ vrbes & oppida plura in hac tribu vel olim condita,& posteà amplificata, vel à nouis incolis constructa. Atque hactenus Iudæ tribus sors, quæ ad Austrum omnis erat,peragrata à nobis est. Latissimam omnium partem hæc tribus sortita est, Australem, vt diximus, Gen.49.10.
totam: vinetis & pascuis locis frequentẽ; ideoq; iuxta Iosue 18.
oraculi sortem vino ac lacte abundantẽ,munitã multis Iudic.1.
in locis naturæ opera. fuerat olim Chananæorum, Pherezæorum, & Iebusæorum ditionis. Quanquam verò prima & antiqua Iudæ tribus ratio, hoc quem descripsimus modo habuerit; tamen populi crescentis cultura,& temporum decursu multis partibus & locis mutationem & incrementum aut ornamentum accepit,vnde in alijs auctorum scriptis, præter Iosue, qui distributionem primam definitam reliquit, multa obseruauimus,quæ operæ pretium facturi videmur,si lectoribus breuiter indicaremus,vt aspici, cognosciq; dignissima. Illud autem præfari principio placuit, auctores omnes,qui post discessionem Iudæorum & Israëlitarum scripsere,maximè qui ex alia gente fuerint,aut qui postremis temporibus post Babylonicam transmigrationem de his regionibus aliquid disseruêre,ferè toti regioni,in nouem quondam tribus diuisæ,Iudææ nomen vel Palæsthinæ vel Syriæ Palæsthinæ adscripsisse, aut diligentiori partitione in tres tantùm prouincias

diduxisse Iudæam, Samariam, & Galilæam. Deinde non omnibus locis suum situ exactè à veteribus fuisse adnotatum. Igitur quæ post mortem Iosue varijs tẽporibus commemorata adnotantur, sunt; Medemena, eademq; Memnonis proxima Hazzab, & Bethdagon non procul à Iamia, & Gabaath, Ceilæ adeò vicina, vt Habbacuc vatis sepulchrum, vtraque sibi vendicet; Halul villa Hebron proxima, & Eschol vallis cum torrente; Theorah oppidum, de quo iam diximus, & saltus vasti inter Ierusalem & Engaddi, in eoq; agro Asphar lacus, & super Thecuã ad Ortũ Ieruël vallis, Beth-anabal, & Aorabi in terminis Iudęæ ad Orientẽ & Arath non longè à Cades agro, cuius regem infestum Israël aliquãdo sensit, ibidemq; Barath, Arith in Daroma locus Dauid præsidio insignis, & iuxta eum Asthemech, & in agro Ierusalem Bethsam siue Asam vicus. Puteus siue fons videntis me inter Cades & Arath, Bare siue Bera siue Beroëa vrbs inter Ascalonem, Azotum, & Ierusalem, quæ Ioathan filio Ierubaal latebras dedit, Abimelech fratris sæuitiam fugienti, & in eodem tractu Baaldezel vicus iuxta Bethsemes siue ciuitatẽ Solis, Berat Bethur, & Bezech Palæsthinorum siue Bezedim & Challis vrbs, & rupes Ethan, vnde Samson ad Philisthæos demissus est, & prope rupem Ebezinthia locus, & Phatura villa nõ longè à Gaza & Sephir prope Ascalonem, Befferon, quæ posteà Bethsura, Ierosolymorum præsidium ad vallem Rephaim in montibus situm. Bethacaris, Syriacè vinearum domũ significans, inter Befferon & Ierusalem, eadem corruptè Bedus Carith & Bergazura, & Dessan castellum ad Aquilonem vrbis, & Carnea vicus decem millibus passuum longè ab Ierosolymis. In Gerara agro Beer Dan, ibidem Gerara metropolis dicta, & Gurbaal, & vallis ipsa magna Gerar, & putei Iacob multi in ea valle. Inter Ierusalẽ & Iericho, Bethagan qua fugam in desertũ Sedechias petebat, & Lacabus vicus in agro Ierusalem, & Salem contra ortum Ierusalem in tractu ipso atque vicinia Ierusalem, Bethania villa ad Austrum montis oliuarum duobus passuum millibus ab vrbe distans, & secus villam Bethphage, inter quam & vrbs collis est montis, & Turris gregis siue Geder nõ longè à Bethlehem Ephratha, monimẽtum olim sceleris Reuben aduersus paternæ domus pudicitiam admissi. Hîc pastoribus angelus Christum nuntiabat natum, in eadem regione Rama locus inter Techoã & Hebronem Gabrata sepulchrum Rachelis sortitus locus. In agro verò Hebronis Luza & Ogysoi regio Cananæorum olim vbi Agar Abrahę locata dicitur. Et Malatha vrbs & Maseroth, vbi aliquando Dauid in speluncis latuit, ibidẽque Siphemoth locus: & Abel Misraim, id est luctus Ægyptiorum. Et Asedoth siue Asdoth locus: in ea regione Enacim fuerunt, quorũ reliquiæ in Gad & Asdod mansere. Ad fines Australes, Petra vrbs antiqua, alia ab Arabum Petra in Ægypti confinio. Param desertum in ambitu Maon & Carmel montium ad Austrum spectabat. Sunt & alia minoris notæ loca, tamen vel cõmemoratione, vel rei in illis gestæ monumento celebrata, vt Bethsalisa in Tamnitica regione, & Bozor torrens ad Austrum Siceleg. Post Chiriathiarim sunt castra Dan versus Ierusalem, quorum etiam nomen est Bethmaacha. Nobe etiam vrbs fuit sacerdotibus adscripta, inter Ramath Beniamin & Ioppen, quæ Saulis in sacerdotes crudelitatem testata est. In agro Maresa vallis fuit Zaphatha; alijs Sephala dicta à depressione; eadem etiam Rephaim vallis dicta; in eadem valle Adiada vrbs. Apud Bethsemes locus castrorum Philisthijm indicabatur Aphech nomine. Ebenhazer lapis adiutorij dictus prope Bethur. Circa Mare Salis Sohar est, siue Sehor, quam Lot Sodomiticum incendium fugiens, petiuit. Iuxta eam ad Aquilonem fuit Nimrim siue Benamrim, & in Iudæ montibus, qui ad Seir ascendunt, ad vsque Baalgad erat mons Lenæus dictus, Casphim vrbs munitissima super Iabniam ad ortum in Dan tribu, atque in eiusdem tribus termino occidentali, Eleutheropolis, quam Elthola quondam dictam putamus, itinerarij Hieronymiani notatione insignis: in eadem tribu Dan ad Ortum versus Ierosolymam Malatha fuit.

SIMEONIS TRIBVS SORS.

SIMEON & Leui nullam certam hæreditatem pater Israël assignauit: Sed diuidam, inquit, eos in Iacob, & dispergã eos in Israël: igitur à Iudæ tribu, cui latissima præter cæteros contigerat sors in, hæreditatis partem admissi Simeonis filij, terminum à meridie occasum versus habuerunt Beersebа & Seba, qui per Molada in Hasersual ascendebat vsque ad Hassem, & Bethul, & Eltholad, & descendebat ab Aquilone per Siceleg, & Bethmarchaboth, & Barohen vsque ad Sabaa, Baala & Bethrama contra Australem plagam. interiores illis vrbes fuêre; Bala, Harama, siue Betharama, Ain & Rhẽnon & Athar & Asan; omnes hæ vrbes cum vicis, oppidis pagisque suis. Cæteræ verò omnes, quæcunque his intermixtæ fuere, Iudæ tribus ditionis erant.

DAN TRIBVS SORS.

DAN etiã ita Iudæ confinis habitabat, vt tribus partibus ab Ortu, Occasu & Austro terminos cum illa tribu communes haberet, ab Aquilone verò partim, hoc est, Ortum versus cum Biniamin, partim verò cum Ephráim limites iungeret, atque ex ea parte non magnis tamen spatijs mare contingeret ad Ioppen. Habuêre autẽ vrbes limitares, ab Ortu Sorah siue Saraa, deinde versus Aquilonem, Esthaol & Girsemes, ad Austrum Selabim & Aialõ, & Iethla: interiores vrbes memorantur inter primas, Elõ, Themna & Acron, Eltheche, & Gebethõ, & Balaad, & Lud, & Bane, & Barac, & Iud. 5. 17.
Gethrimon, & Giarcon, siue Ghericon sita ad lacum, Iud. 13. 1.
& Arecon tractu vsque ad mare, cuius vicinia effectum est, vt nauigandi studio teneretur illa postrema regio. Habuit insignem virum tribus hæc Manue patrẽ Samson de stirpe Dan. Quæ verò posteriorum temporũ loca obseruata, præterea apud hãc tribum accepimus, fuêre Iabnia ciuitas, quæ & ipsa Iebnaël, vel non procul à Iebnel fuit, & Sored torrens qui vrbem Esthaol præterfluebat, & Capharzarid vicus, & Sarea vrbs, & Gederoth siue Gedrus oppidum postremis seculis Cedro, vt videtur, dicta, & Sechrona, & Modin oppidum Hasmonæorũ, qui & Machabæi dicti sunt, patria; quorum sepulchra illustribus septem pyramidum monumentis, eodem loci visuntur. Sed non contenta his terminis, quos primùm sortita fuerat Dan tribus, ad Libani vicina loca procurrit, atque in Aser & Nephthali sortibus eam partem inuasit, quæ Lais siue Lesem ditionem definiebat, & à Chananæis diu occupatam expugnauit; in eaque populi sui partem, tanquam coloniam, constituit, cui mutato nomine Lesem suæ tribus auctoris nomen indidit, Dan, terminosq; sibi constituit, ab agro Emath vrbis magnæ ad Libani ostia vsque ad Sydoniorũ terminos, agros. in ea regione postea commemoratas inuenimus Samanam ad Libani radices & Cades, & Acadin, Helim & Orez, ipsa autẽ Dan ad Iordanis fluuij caput sita fuit. Huiusmodi autem inuasionem à filijs Dan efficiendam antiquus omnium tribuum pater in prædictionibus significauerat. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retrò Fuerunt autẽ duæ Gen. 49.
extremæ totius terræ Israël vrbes, Dan ab Aquilone & Beersebag ab Austro, atque ideo cùm de vniuersitate Israëlitarum, vel de terra ipsa omni, mentio fit; harum duarum vrbium nomina & regiones commemorantur.

BENIA-

BENIAMIN SORS.

BENIAMIN à meridie eosdem sortis terminos habuit, quos Iuda ab Aquilone vsque ad Tamna, quæ vltra montem Saronæ sita erat, namque ea parte finiebatur omnino terminus Australis Biniamin, & cum Aquilonari termino in acutum angulum coibat, ita vt alterum Ypsilon cornu Australis, alterum verò Aquilonaris efficeret; ipse verò angulus terminum, à mari, hoc est, occiduum constitueret, ab Aquilone verò filiorum Biniamin ferè rectus ad Iordanem vsque procurrebat, nisi quantum in montibus Bethel & Ephráim, nonnihil flectebatur, vbi in Iordanem deductus esset, Occidentalem fluminis ripam vsque ad ostium secutus, Orientale claudebat latus. Transibat autem terminus per montes Saronæ, & Atharoth Adar, & Bethel, & vallem Bethauen, & Anathoth, & Maspah, & Ebal. Vrbes & loca celebriora in terminis fuêre ad Austrum, Betharaba, & conuallis Enon, & pars Ierusalem, & Ensemes, & Eleph, & En-rogel, & vallis Hinon, & Nobe, & Beeroth. Ad Aquilonem verò versus Ortum tendentibus visebátur, Baamoth & Ierephel, Recem & Amosa, Bethauen, Bethel, Anathoth Ieremiæ prophetæ natale solum, Maspha siue Mispa, iuxta torrentem Cherith. Interiores verò vrbes ab Ortu recéseri cœptæ fuerunt; Iericho, Bethagla & Hai, Chasis, non longè à conualle Hinom, Gebgath, Samaraim, & Kiriath Sela, Almon, Gabba Saulis, id est, collis Saulis, iuxta quem lapis siue rupes fuit notabilis, sub qua Dauid, antequam postremùm à Ionathá digrederetur, latuit. est & in eodem agro lacus clade Palæsthinorum, quos Dauid superauit, memorabilis. fuit & altera Gabba Biniamin toti ferè tribui aliquando funesta vrbs, ob violatam Leuitæ vxorem. Fuêre præterea aliæ mediterraneę vrbes, vt Auin, Ceila, Aphera, Ophra, & Gabaon in Silo monte sita, Caphra, siue Cephira, & in monte Ephráim, Rama, quæ Saulis ciuitas appellata est. Et Mispha Samuelis domicilio illustris in eodem monte Silo, Irpheel, Tharela, & Segla. Quæ præcipuè in huius tribus locis præter ea quæ iam recensuimus memorāda occurrūt, sunt duæ rupes in agro Gibgah, quarum alteri nomen Boses, alteri verò ab acumine ac dentis similitudine Sennah, quas Ionathan cum famulo aliquando difficillimo labore conscendit, admirando tamen cædis in hostes fugatos factæ exitu. Est & Rimon petra inter Ierusalem & Iericho, & Baalthamar, quo loco Israëlitæ in Biniamin tribum vlciscendi sceleris causa, vbi conspirassent, castrametati sunt. Sors hæc angustior ac breuior cæteris ferè omnibus fuit, sed quæ soli vbertate breuitatem compensaret, sicut scriptum est: Biniamin lupus rapax, manè comedet prædam, vesperè autem diuidet spolia: quod & ad illud etiam Gabaitarum facinus referendum est. ad Iebusæos antea pertinebat huius regionis pars quæ Ierosolymam respicit.

Ios. 18.

1. Reg.

Gen. 49. 27. Iudic. 1. 21.

FILIORVM IOSEPH SORTES.

DVOBVS filijs Ioseph, Ephráim & dimidiæ tribui Manasses sors tertia obtigit, vltra Iudā & Biniamin ad Aquilonem: sed Ephráim longior & maior omnino terræ pars est tributa quàm Manasse, cuius dimidiæ tribui vltra Iordanem sors ampla contigerat. Fuerunt igitur Ephráim termini meridionales à Iordane ad mare, idem qui Biniamin Aquilonares à fonte celeberrimo & vnico, quo Hiericho agri fertilissima pars irrigatur per extrema Ebal montis, transibatq; per montem Canehadema, & per ramenta montis Silo ad Archiatharod montis partem eius, quem Ataroth-adar appellari in Biniamin tribu exponebamus, & per Iephlethi, & per terminum Bethoron inferioris, & per agrum Gazer, quæ Cananæorum vrbs fuit insignis; quos non illo tempore expulerunt Ephráim filij. Deinde terminus ad mare pertinebat, angusto satis tractu: à mari terminus Aquilonaris per Bala montem trāsibat ad vrbem, cui ex fonte nomen factū fuit, Enthaphua, hoc est, Pomorum fons; cuius aquæ regionem irrigabant in Manasses agro pomorum mirè fertilem traiecto torrente, qui antiquo nomine Arundineti torrens, & postea Torrens Ephraim dicebatur, cum ipsa Arundineti valle post En-Thaphuah, ad Garizim montes & Bethoron superioris terminos, atque inde ad Thanach Silo, ac tandem ad Iordanem perueniebat. Orientalem terminum Iordanis constituebat, à Thanach Silo vsque ad Ianoah non longè à mari Salis. Vrbes in ea præcipuæ fuerunt; Tanach Silo, Ianoah, Ephráim, Baal, Assor, Bethauen, Bethoron inferior, in Orientali & Australi limitibus, En-Thaphua, Bethoron superior, quæ conualli illustri dictæ imminebat. Interiores vrbes ab ortu legentibus erant, Iebsam, & illa postea Ierosolymorum & Iudæ regni, ac totius nominis & rerum summæ æmula Samaria; Silo, tabernaculi sacri olim locus; Sichem, hospitio Abrahæ primùm nobilis, sed insigni cultorum clade per Iacobi filios accepta memorabilis, duodecim filiorum Israëlis sepulchro vicino insignis, cui Selmon mons imminebat, & Salem altera, ab illa Ierusalem, clara olim Melchisedech rege ac sacerdote Dei superni. Regio montuosa est, sed eximiæ, tam in vallibus & campestribus, quàm in montanis locis, feracitatis. culturam admittit facillimè, & summa cum colētium vtilitate. arboribus plena fuit, tum sylvestribus, tum etiam fructiferis. aquis dulcibus abundat, & amœnis pascuis, vnde pecoribus, armentisque frequens, lactis copia, & bonitate nulli ex alijs concedens: viris passim referta, & in vrbibus, & in agris conspiciebatur, vnde & paternæ ad precationis atque promissionis ex diuino oraculo hæres illa gens fuit, dum suam illam sortem non irritato Deo obtinebat.

Ios. 16.

MANASSE SORS.

DIMIDIVM ferè eius tractus, qui est inter Iordanem & mare magnum dimidia Manasses tribus obtinuit, eam, videlicet, partem, quæ ad mare attinet: ad læuam enim Aser tribus, ad dexteram Ephráim pars, ad ortum Issachar, ad occasum autem ipsum mare, habebat; nempè terminis hoc pacto ductis: ad læuam qua Aser adiacebat, Machmathath recta per traiectum Cison fluuij brachium ad Thenach vsque: deinde ad mare per Carmel montis partem. erat autem ad dexteram idem Manasse terminus, qui Ephráim ad læuam fuerat, à mari iuxta Sihorbanath, & traiecto torrente Ephráim, qui ex Silo in mare sub montibus Carmeli decurrit, & per vallem Arundineti, & agrū Thaphua, ac donec in confinia Issachar deueniretur, iuxta Thaboram oppidum, vnde recto ductu terminus ad Thabor montis partem, iuxta Machmethath tēdebatur. Vrbes præcipuæ & antiquissimę in hac tribu fuerunt; Bethsan, Machmatha, quę eadem Michmas, Endor, Ieblagham, Magedo, Nopheth, & Thanac, & Gethrimon, Bethsan, Dor, & Sior, ac Siorbanath. Posteriorum verò temporū vrbes & nomina in hac sorte fuerunt; Dothaim, & Galgul; & Bethulia, Iudith insignis formæ, pudicitiæ, fidei ac fortitudinis fœminæ patria, in monte sita, qua mons occasum respicit, ibiq. fons insignis; Helma, Helmō, & Esdrelon, in cāpo Magedo, Abelmeholach sita in Aulone mōte, vbi Elisæū prophetam natum legimus, & Hebath & Bethsecha, & fontes torrentis Cherith, latibulum aliquando Eliæ: Lebona & Luz altera ab illa Bethel, Armathaim siue eadem Ramatha Samuelis patria, quam Arimathæam Syri dixerunt, & Capharsalama Machabæorum tempore notissima, cui postea Antipatrida nomen fuit. Aruir villa & Gebarimon, & Cuphne vrbs magna triginta quinque stadijs à Bethoron seposita, & Ammua villa, & Bezech, & Hammorch collis Hermonis minoris, vbi castra Madianitarum fuêre, & Baa-

Iudith 1. Machab

zor, in cuius agro Absalonis greges erant. Et Baal Ierasim Dauidi ad castra delectus contra Palæsthinos & Bamah locus tabernaculi in Silo, aliàs Bamah Gibgoa dictus. Multa etiam in hac regione, postremis Iudæorum fere temporibus habitata seruauimus, vt Thebe oppidum, non procul à monte Silo, & Phaselum oppidum in Aulone, Iordanus vicus non procul a Iericho, Eduma, Magdal, Sina, Amathus vicus ab aquis calidis dictus. Sed hæc nomina & oppida antiquæ sortis Ephraim & Manasse limites excedebant, atque ad ea sæcula referuntur, in quibus tribus omnes in tres regiones confusæ erant, Iudæam, Samariam, & Galilæas. Namque hæc omnia Samariæ ditioni adscribebantur, quæ ab Herode restituta, Sebaste dicta est. Ex hac ratione fuere, Bethahad vicus Samariæ in angusto loco situs, vnde & nomen accepit, & Thebath & Bethseca huic proxima, Chelma & Chelmon prope Bethuliam, Esdrelon etiam sub Dothan in campo magno sita, vrbs & campus ipse eodem dictus nomine Esdrelon. In mõte etiam Ghebal olim Baghal-berith templum fuerat, quod Alexandri tempore restitutum, sacerdotes quidam seditioli, Ioui Olympio hospitali consecrauere, qui & Bethel-berith quondà dictus est. Huc etiam per ea quæ diximus tempora, pertinebat Ierichus, non iam vrbs, sed castellum, & Trax castellum, non longè à Ierichonte, & huic proximum Tyrus castellum, & Socoth à tabernaculis Iacob prope Sichem dicta, & Gaas mõs iuxta Tamnam, Iosue sepulchro illustris; & Arima locus ex Abimelec insidiis nobilis, inde enim impetum fecit dux ille in Sichem; Phasso, Ptolemaitus, Sanim vici in agro Samariæ, Ierosolymam versus, Laba paruum castrum, Aphec vrbs Palæsthinorum olim castrametatione occupata, Gilim, Achabi oppidula & Aiolim dicta, olim Aialon in monte Cheres, & iuxta aquas Merom, Araba, Afer, & Berothi, & Bethabara, Bethasitha, & Seredath, Seroratha iuxta Aulonem, Deiersa ad aquas Meron in Issachar olim agro. Ephraim, mons in qua Sechem oppidum, Ephra, & Ophra in montibus Ephráim, Gur, pars montis Ieblagam. Rooba oppidum in tribu Manasse, Salumnias vicus & Samir in termino Issachar, Thirsa regia & Adarsa, vicina Bethoron inferiori, Adaser oppidum, Bethel etiam huic parti adscripta est, dicta etiam Excelsum Silo, Gittah vicus inter Antipatridam, & Ramah, Hai, & mons illi ab Aquilone oppositus, in quo Iosue castrametatus est; Sebarim etiam, ad quem vsque locum viri Hai persecuti sunt Israëlitas in descensu viæ ad Iericho. Atque soli agrorumque vbertas, cælique temperies vtrique Ioseph filio obtigit, admirabilis, testamentique legationi olim à patre Israële designatæ, apprime conueniens, non modò situ ipso, & regione, sed prosperitate, rerum copia, populique frequentia, sicut scriptum fuerat. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decórus aspectu, Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluæ. Gens ipsa reliquas tribus Israël sibi familie splendore & dignitate cõparatas despiciebat, propter summum in auctore suo Iosephũ, omnis animi magnitudinis rerum gestarum gloriæ ac dignitatis exemplum. Adeòque valuit gratia & dexteritate atque consilio humano, vt ex duodecim tribubus, nouem sibi deuinxerit Ephraim.

In I Iosephus Iosue Iud. 4. Reg. Machab.

Gen 49. 23. Iud. 1. 22.

ISSACHAR NONÆ TRIBVS SORS.

Gen. 49.

ISSACHAR asinus fortis accubás inter terminos, vidit requiem, quòd esset bona; & terrá quòd esset optima, & supposuit humerum suum ad portádum. Huic quarta sors obtigit inter Ephraim à meridie, & Zebulon ab Aquilone, Gad ab ortu, & Menasse ab occasu; cuius terminus ab Austro, ex Iezragel amœnissimo & eximiæ fertilitatis loco per montem Garizim, & Samariæ atque Bethoron vsq. ad Iordanem productus est, idem qui Ephraim Aquilonaris erat, ab ortu verò limitem Iordanis constituebat, ad mare vsque Cinereth siue Genezareth: indeque per montem Thabor ad Ieramoth vrbem siue Iarmuth, Aquilonaris terminus fuit: ab ea aũt ad Iezreel occiduus. In illa vrbes commemorantur ab Ortu recensentibus, Enharada, Bethpasses, Enganim, Haemes, Rabboth, Ramoth, Abes, Cesion, & Ephraim, Aroer gentium, & Subam; non longè à Gelboe montibus, Salim iuxta torrentem, Chosaloth, Daberet duo oppida ex vicina in Zabulon tribu, vrbe olim extructa, Bethsemes, Hapharaim, Anacharath, Chision, Zunam, Sehesima. Montium in ea nomina præcipua, Thabor & Gelboe partes & Ramoth cum vrbe iam commemorata, & in occidentali termino Carmeli partem. Quæ verò præter commemorata in distributionibus loca ad Issachar sortem relata, aliàs obseruauimus illa fuere; Enabris vicus, & Naim oppidũ, & Bethsaida parua vrbs cum eiusdem nominis saltu vasto, Iotapata, non procul à Chinereth lacu. Regiones præterea duæ in huius tribus agro notatæ sunt, Chinereth iuxta lacum, Dalmanutha inter lacum & Thabor, eam interfluit Chison Sisaræ cladis monumentum perpetuum, mira fluuij natura: namque ab Ortu, ex montibus Gerizim, Samariæ, & Gelboe, vnde concipitur, in occasum tendens, post longum decursum diuisis aquis, alterum cornu sui nominis in mare magnum tendit, alterum verò Chedumim appellatum, ad Ortũ directè reflectens, Chinereth lacum petit. Apud hoc autem Elias Baalim sacrificulos interfecit. Terra, vt Israël sortes filiis nuntiando prædixerat, fertilissima fuit: sed præ cæteris tributo soluendo impense addicta. S. S. E. Factusque est tributis seruiens. Gen. 49. 15.

ZEBVLVN TRIBVS SORS.

ZEBVLVN in littore maris habitaturum esse pater prædixerat, atque ita educta sorte vtriusque maris littus obtinuisse legimus, magni ab occasu, Chinereth ab ortu. Habuit autem à meridie communes terminos cum Manasse & Issachar, præcipuamque in illo latere vrbem Sarith; à qua, pars limitis ad mare magnum decurrebat; pars verò superior secundum Chasaloth Thabor per Medalaa, & Dabereth, iuxta torrentem Chedumim, & Iaphia magna oppida pertinebat. Deinde aduerso flumine per Geth-hepher & Thachasim, vsque ad Remon, inde Aquilonaris terminus procedit: Amthar, & Noa, & Hannathon, quam ad Austrum relinquit, tandemque egreditur in vallem magnam, quæ à latitudine & longitudine Iephthael dicta est. Primæ habitationis in hac regione vrbes præter eas, quæ in limitibus erant, memorantur Careth & Nahalol, & Simeron & Iedala, & Bethlehem, altera ab illa Ephratha quæ in Iudæ tribu fuit; montes in hac præcipui nominis, Charmel ad occasum secundum mare magnum, & Thabor in medio, & quæ partes Hermon minoris citra lacum sunt. Quæ verò post primam descriptionem commemorata reperimus, ea sunt, Ecbathana oppidum in mõte Carmelo situm, quod ab ipso postea monte nomen mutauit, Carmelumq. dictum est. Et Capernaũ vrbs in regione Genesar, non longè à lacu Genesareth, & fons iuxta Capernaum, qui agros irrigatos à se fœcundat, & Githron quæ antiquos habitatores diu retinuit. Malon suæ olim gentis regia, Georgia, Ruina, & Chaynoth castella, & oppida, Cana minor quæ Galilææ Canah dicta est, atq. illa Iesu Christi humilis, sed nobilissima patria Nazareth in media ferè tribus huius regione sita. Habuit regio hæc præter communẽ omnibus fertilitatem in aquis Capernaum coracẽ piscem quem nisi in Ægypti Nilo nullibi aliàs reperire est. Hæc tribus insignem in omni Israël iudicem dedit Ahialõ. Antiquissimi cultores Chananæi dicebãtur. Ab occasu Aquilonem versus Sydonis regnum contingebat. Iud. 12. 11. Iud. 1. 30. Deut. 33. 18.

NEPHTHA-

NEPTHALI TRIBVS SORS.

QVOD reliquum est à termino Zebulun Aquilonari ad Iordanis vsque flexum magnum, Nepthali tribus sorte obtinuit: eiusque terminus ab Aquilone fuit Halibath siue Haleph, in angulo sita, qua se tres tribus Nepthali, Asser & Dan contingunt, & per Nehelon & Adami, & Saananim ad Iebnael & Amonider, indeque ad locum sub lacu Iordanis primo, ac tandem ad Iordanem; ab Austro verò, vt diximus, terminus cum Zebulon communis deducebatur iuxta Azanoth Thabor vsque ad Hucboch, & peruenit ad Asser confinia iuxta Chul: deinde terminus in arcus formam declinabat, ab Occasu ad Helaph vsque, habebatque ad dexteram conterminos Zebulun agros ad sinistrā Dan; ad Occasum verò Asser, ab Ortu autem Iordanis partem cum lacu minori, ita vt Iordanis decursu cum Iuda coniuncta esset hæc tribus; ipsaque fluminis initio, Iuda verò fine cæteras omnes tribus ab Ortu cohiberēt. hoc enim à Iosue significatum arbitramur, sic scribente. Et pertransit in Zebulun contra Meridiem, & in Asser contra Occidentem, & in Iuda ad Iordanē contra Ortum Solis. Præter eas vrbes, quas in limitibus sitas diximus, illas quoq. munitissimas habuisse hanc tribū accepimus: Hassdimser, Emath, magnā ciuitatē & regionis suæ caput. Rachath, Cheneret, quæ magno lacui nomen, vel ipsa dedit, vel ab eodem accepit; & Edemah, & Arama; Asor & Cedes, & Edrai, & En-Assor, & Iabin olim regiā vrbem, & Ieron, & Magdael, Horē, & Beth-Annath, & Beth-Sames, & Carthā, balneis salubribus insignē. Quæ verò posteriorismemoriæ loca in illa tribu fuisse obseruauimus, illa sunt, Sedad, Siphrō & Charoseth ciuitas Sisaræ, Bethmahacha, Sebath filij Bochri in Dauidē rebellis furiarū terminus, Abel Mahacha in lato campo sita, munitissima pacisq. cultrix vrbs, Beth-Achad, Gabe Hippeō, nouissimis tēporibus Legio dicta. Velenę Ampelosa Gabacha, vrbes: Berothi & Iamia, parua oppida: Ghalgal, Masaloth, Nephthalis siue Nephthalim, vrbes: Nahson & Acrabim, in qua diu permansere Emorrhæi; Sephoris ciuitas, quæ & Harabih, eadem postea Anthocratorida & Vbama siue Sephama, & Thariach, & Thessalus vicus. Mōtium præcipui Thabor, alius ab illo maximo apud Isachar: huic & nomen Itabirim fuit, qui mons sanctus à Petro Apostolo est appellatus; & Asamon qui & Asachron dictus est mons. Locus etiam illustris est introitus Hammath, qua Libanus à Damasco in Hamath portas aperit. Regio ipsa inter Libanum & Hamath vrbis ipsius nomen obtinuit, quæ postea Yturea appellata est.

ASER TRIBVS SORS

ASER tribus spaciosam regionem sorte obtinuit, finitimosque habuit ab Ortu Nepthalim; ab Occasu Tyri, ac Sydonis regnum; à Meridie Zebulū, ab Aquilone verò Dan: vrbesque in finibus Helchath iuxta Dan, & Chali inferiorem, & Bethren, & ad mare Achsaph, & Elmelech, & Amaad, & Mesal; Ramah in ramento Charmeli montis, & ipsum Charmelum, qua parte Siorbanah sita fuit, deinde Ghosa & Aczib vltimam sub Achior quæ ad Zebulun pertinebat. Atque ad Orientem conuerso termino, qui Zebulun Aquilonaris erat, sitæ fuerunt Achsaph, & Beth-Dagon. inde autem tractus producitur vsq. ad eam partem agri Zebulun, quæ Iiphthahel vallis dicebatur, relicta ad Austrum Bethemech, & per Nahiel & Chabul, & Abram. Fuere præterea illo tempore vrbes & oppida illustriora, Rohhob & Amon, & Chana maior appellata, è cuius finibus postremis temporibus, illa insigni fide fœmina egressa Christum de filiæ à dæmonio oppressæ liberatione appellabat. Post verò primam illam sortis descriptionē, & diuisionem commemorāda legimus, Giscalam municipiū Galilææ, vnde Paulus Apostolus oriundus fuit, & mons fortis, & Thoron castella, Sareptam Sidoniorum, & Asor, & Ludin, & Regium & Sepheth castella, sed hoc postremum inexpugnabile. & Hecco, & Lais siue Lesem, vel Dan vrbs, quæ à filiis Dan possessa est, quamquā ad Aser pertinuisse dicatur. Valles præcipuas Sennim & Aser, & Crocodilum oppidum, & aliud Bubulcorum dictum, vtrunque in agro Ptolemaidos, cui nomen quondam Acron siue Acri fuerat. Regio ipsa præter maritimorum commerciorū opportunitatem frumenti fertiles agros habuit, atq. omnibus rebus ad victum commodis vsque ad delitias abundauit. ex montibus ferrum & æs effodiebatur. olei etiam copia præcipuè commendati expressit.

Canea fœmina

Iudic.

Iudic. 5. 17. Gen. 49. 20.

DE TRIBVVM SERIE.

TRIBVVM seriem eam teneri oportebat, quam pater Israel moriturus, dum filiis sortes prædiceret, instituit. 1. Reuben primogenitus meus, tu fortitudo mea. &c. 2. Simeon &c. 3. Leui, Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. 4. Iuda, te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabūt te filij fratris tui. 5. Zebulun in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem. 6. Issachar asinus fortis accubans inter terminos. 7. Dan iudicabit populum suum, sicut & alia tribus in Israel: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita. 8. Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum. 9. Aser pinguis panis eius, & præbebit delitias regibus. 10. Nephthali ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis. 11. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu. 12. Biniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & vesperè diuidet spolia. Hæc series tribuum iuxta benedictionis rationem, & nascendi ordinē fuit. Verùm in partitione terræ, ac sortiū iactu, aliam seriem obseruauimus. Namque expugnata vltra Iordanem regna, & duabus tribubus, ac dimidiæ optata terra illa, in causa fuit, quamobrem alius ordo in sortibus iniretur distribuendis; quem hoc modo sacri libri designant. Reubē, Gad, & dimidia tribus Menasses, vltra Iordanem fuere; citra Iordanem verò primam sortem obtinuit Iudas ad Austrū, cui ad Aquilonē iunctus fuit Ephraim. Et post eū reliquæ dimidiæ tribui Menasse ad mare sua pars fuit adscripta: secundam Simeon in Iudæ finibus, tertiam Zebulun, quartam Isachar, quintā Aser, sextam Nephthali, septimam Dan. Atque ita ex partitione terrarum hæc series colligitur: Reuben, Gad, Menasses, Iudas, Ephraim, Simeon, Zebulun, Isachar, Asser, Nephthali, Dan. Nobis verò in hoc libro series seruata est, quam situs ipse peragrantibus offerebat, ita vt ex vicino in vicinum limitem transeuntibus, quæ proxima occurreret sors, eam describeremus, initio à Meridie facto. hoc modo: Reuben vltra Iordanem suos agros assignauerimus, in regno Seō regis Amorrhæorū; & Gad, & Menasse in regno Og & Basan regione. Dein de traiecto flumine Iordane primùm constituerimus Iudam, cuius describeremus sortem, secūdum Simeonem, tertiū Dan, quartū Biniamin, qui cum Ephraim; sextum Menasse dimidiam tribum, septimum Isachar, octauum Zebulun, nonum Nephthali, decimum Asser, eam demum partē agri quam Dan filij sibi bello cepere ad Libanū, cùm de Dā ageremus, recēsebamus.

Gen. 49.

DE SACERDOTVM ET LEVITARVM CIVITATIBVS.

DE Leui & Simeone dictum fuerat à patre: Diuidam eos in Iaacob, & dispergam eos in Israel. Omnem hanc familiam ad sacrorum ministeria Deus delegit, vice omnium primogenitorum Israel, quos sibi exceptos esse voluerat; quam quia sacræ lectioni, religionis obseruationi, ritibus, ceremoniis, custodiisque sacris pro omni populo intentam esse voluit, ab omni alio negotiorum & operum secularium studio vacuam, & suis tantùm muniis vacantem, perseuerare, atque ideò solis vrbibus ad habitandum idoneis contentam manere iussit. Earum verò ciuitatum distributio, hoc pacto facta est: Fuerunt ex Leui tribu familiæ. Prima Chuath

Gen 49.

Ios. 21.

Chaath filiorum Aaron ſacerdotis: ſecunda filiorum Gerſon; tertia Merari.

Primæ igitur Caath familię ciuitates adſcriptæ ſunt tredecim in ſortibus Iuda, Simeon, & Biniamin. Cariath Arbe in montibus Iuda cum ſuburbanis ſuis, eandem Debron dictam ſcripſimus. & Lobna, & Iether, & Eſthemo, & Holon, & Dabir, & Ain, & Iera, & Bethſemes. Hę nouem ex tribu Iuda & Simeon fuere. Ex tribu verò Biniamin, quatuor illæ; Gabaon, & Gabae, & Anathoth, & Almon. His autem, qui reliqui ex eadem familia fuerant, vrbes aſſignatæ ſunt in ſorte Ephraim, Sechem cum ſuburbanis ſuis, Gazer, & Libſaim, & Bethhoron cum ſuburbanis ſuis: atque de tribu Dan, Elthecho, Gabathon, & Ayalon, & Geth-rimon, de vtraque tribu quaternæ, ex dimidia tribu Menaſſe duæ, Thanech, & altera Gath Rimon. Decem his vrbibus habitarunt filij Caath, Leuitici ordinis.

Gerſonis verò familia vltra Iordanem obtinuit vrbes duas; Gaulon in Baſan, & Boſrah, ſiue Heſtherach. Et in tribu Iſſachar quatuor, Cheſion, & Dabereth, & Ieramoth, & Enganim; ac totidem ex tribu Aſer, Maſal & Abdon, & Helchath & Rohob. tres etiam ex Nephthali tribu, Cedes in Galilæa, & Hhamoth ſiue Hhamath, Dor, & Chartan: ita vt huic familiæ tredecim obtigerint.

Merari autem familiæ, quæ in Leuitis cenſebantur, vrbes conceſſæ ſunt in tribubus Zebulun, Reuben & Gad duodecim, hoc pacto: Ex tribu Zabulun, Lechnan & Chartha, & Danna, & Nahalol. Ex tribu verò Gad, Ramoth in Gilghad, & Mahanaim, & Hesbon, & Iaſer: atque de tribu Ruben, vltra Iordanem etiam Boſor in vaſto campo, cui Miſor nomen à planitie factum eſt; & Iaſer, & Iethſoon, & Mephaath. Harum omnium ſumma, octo & quadraginta cum ſuburbanis ſuis per familias, vt explicuimus, diſtributarum.

Præſidiales autem vrbes, iis qui per imprudentiam, vel repentinum animi motum, doloque carentem rixam, vel contentionem ſimultatis expertem homicidium admiſiſſent, conſtitutæ ſunt: Cedes in termino montis Nephthali, & Sichem in monte Ephraim, & Hebron in monte Iuda: & vltra Iordanem apud duas & dimidiam tribus Boſor, in tribu Reuben in campo illo Miſor dicto, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Baſſan, quæ ad dimidiæ tribus Manaſſes partem pertinebat.

FINIS.


ARABIA
NABATHÆI.
AGRÆI.
ESSITA
Colarina.
Telmayros.
Regama.
Themna.
Basinaca.
BATANEI.
EMMIM.
Elera.
Odarna.
Gera.
BATANEA. Reg.
Nobo.
Gazel.
Quiriathaim.
Astaroth.
Termini lazer.
Bosra.
Galad
labes Galaad.
BASAN.
Raba.
Dimidia trib Manasse
Orientis filij.
Gad.
Raghalgad.
SYRIA
Edreghi.
Edraim.
Ramoth.
Mahhanaim.
Bethanim
Ermonim.
Sepithru. lob.
Siuta.
Auioth iair.
Medan.
Cedar.
Ephron.
Fons ißse.
Hesebon.
Phanuel.
Aran.
Chrona.
Mispha.
Saphon.
Daphnis fons
Pons Tiberiadis
Mare Tiberiadis
Stagnū Genesareth.
Arphad.
Henam.
Sephaina.
Aque Maron.
Chanereth
Sedada.
TRIB.
NEPHTALI.
Bethsaidan.
Introitus Emath.
Amonider.
Edrai
Hammotdor
Edema.
Aza
Magdala
Azanoth Thabor.
Geth hepher
Emath
Recath.
Cades Neptalim.
Aram.
Nephtalim.
Cartha.
Dana.
Damascus.
Horem.
Abila.
Lesem. D
Lais 2. Dan.
3. Cesarea Philippi.
Iael liber iacu
Abel Maacha
Cophes.
Noa.
Nahalon.
Dothain
Iedola.
Semiron.
Bethleh.
Cartha. Asor.
Dan.
Samanan.
Acadim
Hasor
Sephons
Amithar.
Casereth Thabor
Hanathon.
Dabereth.
Casaloth.
Meron.
Gebati flu.
Cades.
Asfedu.
Esseb.
Bethsemes
Elor.
Bethareth
Chul.
Nahaio.
Iarad.
Nazareth
Thabor Ceseleth.
Seheßma.
Nam.
Sefraim
Sunam.
Ieramoth.
Hepharaim
Bethsemes
Anaheraeth.
Thabor.
ACQVISITA.
Antilibanus
Gabala.
Nexeb Adami
Chabul Reg. Abram.
Aziba.
Dalitha.
Nahiel.
Bethemeth.
Ossam.
Amon.
Sephoron.
Thabor.
Charmelus
Machmatha.
Sarich
Endor.
Bethsan.
Enthaphua.
Masan.
Mesal.
Amna.
Nob.
Galgul.
Ieblaam.
Dothan.
Magedo.
Hermon
Helim.
Orez.
Halchath.
Hebron.
TRIB ASSER.
Rohob.
Bethdago.
Bethulia.
DIMID
Babereth.
Nopheth.
Axiai.
Axaph.
Helchath.
Iephthael.
TRIB
Hermeleth.
Thenach.
Aulon.
Geth remmon.
Baal Gad.
Chali.
Cana.
Bethmeth
Aboon.
Belus flu.
MANASSE.
Bethdagon.
Bethen.
Cana maior.
Chamon.
Elmelech.
Hudin
Rohob.
Bethael.
Chananea.
Amaath
Masam.
Sibhor.
Aplech.
Lebanath.
Axaph
Sihor.
Roob.
Sarepta.
Hamon.
Pons Tyri
Mons fortis.
Athon
Acri
Ptolemais.
Hosa.
Sison.
Charmelus.
Gebloam.
Sior.
Sidon.
Orma
Tyrus.
Ieblaam.
Achzib.
Boruh.
Cedumim flu.
Iabok flu.
Iaßan.
Iilghab.
Oppida
Beth meura.
Beth Bara.
Aroer.
Beth Emul
Aroer gentium.
Naim.
Gelboe
Salim.
Dabereth.
Iezrael
Dabereth.
Casaloth.
Meron.
Sehesema.
Hepharaim.
Sefraim
Sunam.
Ieramoth.
Bethsemes
Anaheraeth.
Thabor.
Charmelus
Machmatha.
Endor.
Bethsan.
Enthaphua.
Galgul.
Ieblaam.
Dothan.
Magedo.
Bethulia.
Babereth.
Nopheth.
Iephthael.
Thenach.
Aulon.
Geth remmon.
Abel meholah.
Belus flu.
Rohob.
Bethael.
Sibhor.
Aplech.
Lebanath.
Charmelus.
Gebloam.
Ieblaam.
Sior.
Dor.
Cesarea Stratonis sive Palestina.
Bethsan.
Iabok flu.
Aroer.
Beth Emul
Beth meura.
Beth Bara.
Aran.
Beth meura.
Succoth.
Beth passes
Enganim.
En Arm.
Haemes.
Rabboth
Ramoth
Abes.
Cesion.
Aphraim.
Subam.
Mons Gerizim.
Sam.
Ramoth.
Valles lacrh.
Vallis.
Vallis lephtael.
Vallis.
Vallis lephthael.
Vallis.
Vallis Charet chatheth.
Vallis lephtael.
Vallis.
Vallis.
Vallis

E S E R T A.
Baghalimon.
Massany.
Luma.
Themna.
Zalanis.
Rahabeni.
Ablibeni.
Dupha.
Ethson.
Gesa.
Iassa.
Nebo.
Abarim.
Phasga.
Heimon diblathaim.
Dibon gad.
Beth Pheghor.
Ieabarim.
Arabiæ solitudo.
Abuchæi.
Thraconi Montes.
AMALEK.
Zaghuan.
Core.
Sepho.
Zapho.
Ebal.
Onam.
Oboth.
Phinō.
Asban.
Mons Edom.
Salmona.
Campestres urbes.
Acan.
Athan.
Aholibama.
Disan.
Nahath.
Ana.
Hor.
Heman.
Omar.
Sibon.
Petra deserti.
Iamran.
Bofra.
Thahath.
Kirioth.
Kariathaim.
Laghlam.
Miser.
Medaba.
Rehoboth.
Iahasa.
Aroer.
Hamothbaghal.
Mons Hor.
Ithran.
Zerah.
Cheran.
Bilhan.
Thare.
Mackeloth.
Mephaath.
Cedimoth.
Sabama.
Iethso.
Iassaser.
Saratharar.
Bosor.
Segor.
Gomorha.
Adamo.
Sodoma.
Seboim.
Arrabim.
Arad.
Seelus Heroidis.
Taphua.
Cariath.
Bethagle.
Apheca.
Soar.
Engedi.
Bala.
Deserti Ziph.
Cabseel.
Edo.
Puteus Viuentis.
Iagur.
Hai.
Ierichо.
Betha.
Adumim mons.
Ebal mons.
Aialon.
Maspha.
Cassis.
Olueti mons.
Galgad.
Comallis.
Betharaba.
Galinco.
Fons Rogel.
Hassasonthamar.
Medin.
Nephsa.
Bethhorem.
Bethlehem.
Gregis Turris.
Thacoa.
Hebron.
Izrael.
Cedes.
Asor.
Iethna.
Cades.
Ennispat.
Midbar Saue.
Mathkah.
Harada.
Ephraim montes.
Betharaba.
Semarai.
Bethsura.
Ierusalem.
Esaan.
Mamra.
Lucadar.
Larna.
Acaim.
Thāma.
Gaba.
Carmel.
Othan.
Gozen.
Batoth.
BINIAMIN.
Anathoth.
Almon.
Gabaa.
Sela.
Eleph.
Ruma.
Arab.
Montes Bethel.
Gabaath.
Vallis Hinon.
Cariath iephar.
Nebsan.
Solis ciuit.
Adulam.
Domzachari.
Harama.
Odolam.
Hasseru.
Bethul.
Anab.
Cesil.
Beth peleg.
Gilo.
Sur.
Gerar.
Cades Barnea.
Mos Sephe.
Hasmona.
Moseroth.
Bethel.
Auin.
Ceila.
Iermoth.
Aphera.
Ophra.
Gabaon.
Caphara.
Nob.
Rama.
Beeroth.
Iether.
Gosei.
Elthola.
Hasar Susal.
Bala.
Asar Soal.
Ama.
Cariath Sema.
Cheboc.
Zehelatha.
Benelaiahan.
Hedena.
Sona.
Aque nephtoah.
Madalgad.
Hadassa.
Adelsa.
Bethharama.
Bethiephiboth.
Siselec.
Sama.
Rane.
Ressa.
Mons Maon.
Esron.
Astharoth Adar.
Amesa.
Baloth.
Gazer.
Nobe.
Kariathiearim.
Masephbethel.
Cham.
Bethmarcaboth.
Ain.
Molada.
Leheman.
Cethlis.
Ielera.
Saraim.
Thaman.
Zecho.
Bethsemes.
Cheson.
Delean.
Beamoth.
Larephel.
Adithar.
Saroen.
Gederoth.
Lebna.
Rithmah.
Giddad.
Remonphares.
Pharan Mons.
Iagor.
Sorha.
Bane.
Malacha.
Iethla.
Baola.
Remon.
Beth lebaoth.
Makeda.
Gethrimon.
Seyr mons.
Esthaol.
Labana.
Ether.
Gericon.
Elon.
Ayalon.
Basecha.
Aeron.
Naamo.
Bethdagon.
Temna.
Gederothaim.
Selabimah.
Lachis.
Asan.
Iephitho.
Arecon.
Esna.
Athsono.
Elthaha.
Gebleto.
Lehema.
Soraa.
Cethlis.
Gederoth.
Aschaoth.
Sorek.
TRIB. DAN CONCESSA.
Secro.
Aracon.
Iaphia mons.
Neseb.
Lebna.
Ceila.
Mareßa.
Asen.
Cesil.
Gerara.
Gethela.
Ranoe.
Arna.
Gera.
Sabagh.
Beersabag.
Pharan.
Sinai.
Raphidin.
Ietebatha.
Hasseroth.
HOREB.
Elus.
Daphca.
Hebrona.
Bazioth.
Ceila.
Baala.
Pharan.
Midebarsin.
Assugaber.
Sur.
Iehud.
Acharon.
Baala mons.
Iehneel.
Aezib.
Ascalon.
Gaza.
Geth.
Azothus.
Iappe.
Iania.
Iesan.
Portus Ianetorum.
Enrimō.
Selim.
Zebaoth.
Mara.
Elim.
Deserti Sin.
Baal Saphon.
Phihahiroth.
Migdol.
Ethan.
Socoth.
Thanin regia.
Raamesses.
ARABIE FOELICIS PARS.
ÆGYPTI PARS.

EXEMPLAR,

SIVE,

DE SACRIS FABRICIS

LIBER,

BENEDICTO ARIA MONTANO

HISPALENSI AVCTORE.

ANTVERPIÆ

Excudebat Christophorus Plantinus Prototypographus Regius, ad sacri Apparatus instructionem.

Anno M. D. LXXII.

BENEDICTI ARIAE MONTANI HISPALENSIS IN VOLVMEN QVOD EXEMPLAR, SIVE DE SACRIS FABRICIS

inscribitur, ad diuinorum librorum studiosos Lectores Præfatio.

VM animus sit præcipua pars hominis, meritò plerique in natura eius inuestiganda plurimum posuerunt operæ. Quibus, videlicet, fuit propositum, vt cuius cognitionem adhibito se studio consequi posse putarent, eam toto deinceps vitæ curriculo exornarent, atque excolerent. Atque illi quidem omnes ferè, vt est diligenter obseruatum, in ea fuerunt sententia, vt nulla re alia animum æquè, ac sciendi desiderio teneri, affirmauerint: quippe quo, quod ipsi gratius, aut iucundius possit accidere, sit omnino nihil. Porrò is partibus constat ex duabus: Quarum vna, ac præcipua illa quidem, totiusque dux vitæ, mens, ratióque appellatur. Altera verò, etsi priore illa inferior, ac minor, tamen & magna est & nobilis; eámque appetitum, siue voluntatem nuncupamus. At verò ad perfectionem animi, non solùm cognitio naturæ & efficientiæ vtriusque partis requiritur, sed ipsa etiam exercitatio adhiberi necessariò debet. Atque hanc quidem ob causam, quid cuiusque partis sit proprium, & cuique quid conueniat, à viris sapientibus cognosci, demonstrarique oportuit. Itaque cùm in hac illi inquisitione, atque inuestigatione diu multúmque essent versati, in eáque non parum & laboris & operæ consumpsissent; tandem animaduerterunt, in tota rerum natura nullam esse rem priore illa animi parte digniorem scientia ipsa & cognitione: quippe quæ cum eo perpetuò sit duratura, cuiúsque vsu ipse animus mirificè delectetur, atque adeò totus ea pascatur. Alterius verò partis proprietates, actionésque omnes ad illius normam prioris direxerunt. Quocirca cognoscendarum rerum studio nihil homini vtilius; nihílque natura ipsius esse dignius sapientissimus quisque sensit semper ac docuit: iuxta illud, nimirùm; Spiritus sancti dictum; Cor prudens possidebit scientiam, & auris sapientum quæret doctrinam. Huic autem vni rei tantùm ab iis, quos dixi, sapientibus est tributum, eíque tantum & splendoris, & dignitatis putarunt inesse, vt plerique ex illis, nec vulgares illi quidem, postháhabita altera illa animi parte, ad cognitionis sese, & scientiæ studia totos contulerint: & in ea excolenda & exercenda curam posuerint & diligentiam quam potuerunt maximam. Existimarunt quippe, planéque fuit ipsis persuasum, summum hominis bonum, bonorúmque finem omnium hac contineri vnica. Hanc ipsi vitam appellarunt contemplatiuam, illustrium olim virorum ingeniis concelebratam. Quorum in numero ij sunt, qui, quòd contemplarentur, Contemplatiui sunt dicti. Hanc porrò sententiam vno ferè omnium testimonio comprobatam maximi olim ingenio Philosophi mirificè sunt amplexati. Neque verò ipsi solùm, verùm etiam Christiani homines summo eam studio sunt prosecuti. Statuerunt, nimirùm, acerrimo viri ingenio, atque eximia vitæ probitate conspicui, suos ipsorum animos in eius, quam speramus, futuræ beatitudinis spem esse erigendos, totámque ætatem in iucundissima ea cogitatione, & studiis esse traducendam. Illam verò alteram partem, quæ quidem est posita in exercitatione earum rerum quæ ab hominibus expetuntur, interim planè omiserunt: cùm tamen magni olim viri eam superiori illi anteferre non dubitarint. Cuius dissensionis partes vt iam à nobis examinentur, nec locus postulat; nec etiam nostri est instituti. Neque enim alia de causa huiusce rei à nobis facta est mentio, nisi vt ostenderemus, à doctissimis quibusque, peritissimísque viris rerum cognitioni & scientiæ primas semper tributas esse partes: atque adeò neminem sensus modo & rationis compotem esse, qui quidem inscientiæ scientiam non prætulerit, quique in summa rerum omnium ignoratione versari turpe esse non duxerit. Omnes enim homines ab ineunte ætate, diuino quodam afflatu, naturaéque instinctu, sciendi desiderio tenentur, & suapte natura eos corporis sensus conseruant, ac fouent, quibus ad plurimarum se rerum cognitionem peruenire posse credunt. Etsi verò an inscientiæ anteponi scientia debeat, nulla apud veteres fuit vnquam dubitatio: attamen in statuendo earum rerum genere, quæ cognosci ac sciri debent, alij ab aliis vehementer dissenserunt. Quidam enim ex iis omnia vniuersè rerum genera, nullo prorsus excepto, nulláque adhibita distinctione, bonáne sint an mala, cognitu, scitúque digna esse crediderunt: vt hac, scilicet, ratione, bonum quod est, expeti, mala autem deuitari possint. Cùm enim facultas illa qua bonum dignoscitur à malo, in hominibus post primum illum communem totius nostri casum generis sita sit; eam certè in otio torpescere non debere existimarunt. Id quod à Deo ipso hominibus propositum esse constat. Testes (inquit) inuoco hodie cælum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem: elige ergo vitam, &, vt tu viuas, & semen tuum. quæ quidem electio, nisi adhibita vtriusque partis cognitione constare non potest. Alij aliter senserunt. Existimarunt enim omnino esse abstinendum à cognitione mali; nempe, propter humanæ fragilitatem, corruptionémque naturæ; atque ob ea pericula quæ quidem hominibus à teterrimo illo humani generis hoste continuò impendent. In ea etenim fuerunt sententia, vt existimarint, bonarum omnium rerum scientiã summis laboribus, summo adhibito studio, & tota contentione animi esse comparandam: hominíque permiserunt, quantum vellet, atque adeò vsq. ad saturitatem, id si fieri posset, in earũ rerum inquisitione, inuestigationéq. versari. id enim inter eas omnes res quæ expeti debent, potissimùm esse iudicarũt. id quod in illo omnium hominũ sapientissimo Salomone maximis laudibus est celebratũ. Siquidem ei cordis latitudinem à Deo datam esse legimus: quam quidẽ omnium bonarũ artium cognitionẽ pleriq. interpretantur. Ex hoc autem

doctorum hominum iudicio quædam est nata curiositas, quæ multorum solicitauit ingenia: eaque non modò in præsentium, verùm etiam in præteritarum, futurarumque rerum cognitione exercuit, atque ad omnium rerum causas, rationesq. inuestigandas impulit. Illi enim cùm ea quæ aut extitissent, aut extarent, ignorare turpe ducerent, nullis neque laboribus, neq. vigiliis pepercerunt, vt omnium, quotquot possent, rerum, præcipuè illarum, quarum cognitio nihil nocet, scientiam adipiscerentur. Hinc tot, & tam diuersa hominum studia sunt profecta. Alij enim cùm res ab ipsarum sensu, & experientia vellent cognoscere, quo loci eas esse arbitrabantur, illò proficiscebantur. Alij verò, ac minore hi quidem sumptu & labore, ex aliorum scriptis & narrationibus, quæ concupiuerant, didicerunt, eaque posteà literarum monumentis mandarunt. Hinc illa de rerum omnium natura solers, & exquisita disputatio: hinc rerum gestarum narrationes, hinc descriptiones morum, ac studiorum vniuscuiusque gentis, nationumque singularum. Hinc historiæ quibus illustrium virorum memorabilia recensentur dicta, & præclara prædicantur facinora; quæ quidem non literarum tantummodo sunt celebrata monumentis; verùm etiam à pictoribus, sculptoribus, variisque artificum operibus ante oculos vniuscuiusque sunt posita. Neque verò res gestæ, atque ea quæ in communi hominum vsu, commerciisque versantur, itemque concordia, & societas, dissidia & discordiæ, & cætera huiuscemodi quæ sæpiùs euenire solent; sed etiam tum publica, tum priuata vniuscuiusque opera, scribendi argumenta plerisque fuerunt, siue illa communis vtilitatis, siue etiam pompæ, & ostentationis gratia confecta fuerint. De quo genere sunt: moles, ædes, ædificia, templa, portæ, arcus, porticus, atria, plateæ, mœnia, vrbes, muri, turres, suburbana, vineæ, horti, villæ, ædificationes, gymnasia, palæstræ, circi, theatra, amphitheatra, pontes, fontes, pyramides, obelisci, currus, carpenta, esseda, sedes, tripodes, mensæ, scamna, atque alia penè innumerabilia, quæ vel ab humano sunt profecta ingenio, vel industria, & artificio perpolita sunt & exornata. Quibus accedunt & illa: gestamina, vestimentorum diuersitates, diuersæ ac variæ insignium formæ, quibus & Gentes & familiæ dignosci possent, collegia publicorum & priuatorum functiones munerum. Quæ quidem omnia, quoniam ad aliquem vsum spectare possunt, ab antiquis digna sunt habita, quorum formæ, rationésque omnes vel literis consignarentur, vel picturis & imaginibus exprimerentur: vt hac illæ ratione, aut absentibus innotescerent, aut per manus veluti traditæ ad posteros peruenirent. Intelligebant quippe viri & ingeniosi & docti nullam adeò esse rem ex iis omnibus quæ aliquod sunt sortitæ nomen, quæ quidem sui cognoscendi desideriũ subtilibus præstantibúsq. ingeniis non iniecerit: quibus ingeniis consulere, & ea, quantùm in se esset, adiuuare, ad suum ipsorum officium pertinere sunt arbitrati. Quod quidem consilium, ad eum, quẽ ipsi sperauerant, exitum perductum est. Inter eas enim omnes optimas ingenij exercitationes, quas à veteribus inuentas recentiores exornarunt, historia suo quodam veluti iure nõ postremum obtinet locum. Ea etenim rerum gestarum seriem, & narrationem perpetuò conseruat. Atque ex eius lectione, quantum prudentiæ in rerũ administratione hominibus accedat, cuiuis patet. Porrò in historiis sæpiùs fit mentio earum rerum quas iam enumerauimus, eaque vix possunt intelligi, nisi in ordinem redactæ alicuius opera explicentur. Quod nisi fiat, sæpiùs Lector retardabitur, & incepta lectione, ob earum rerum difficultatem cogetur absistere. Eoque magis hoc accidet, quò illæ in grauioribus, magnæque auctoritatis scriptoribus occurrent. Nostra autẽ hac ætate, qua ea quam ingenuæ artes ac disciplinæ contraxerant, rubigo detersa est, pleriq. docti, & præstantes viri summo studio, maximaque adhibita diligentia multarum illiuscemodi rerum notitiam crassa quadam tenebrarum caligine obductam in lucem reuocarunt, & libros illis ipsis de rebus conscripserunt. Alij verò dum in aliarum rerum tractatione versarentur, hæc etiam, si quando occurrerent, attigerunt, & multa quæ ad antiquitatis rationem pertinebant, alioqui obscura explicauerunt. Atque hac de causa antiquarij meritò sunt appellati, cùm, scilicet, antiquitatis studiosi ea prodiderint, sine quibus antiquitatis nomina intelligi nullo pacto poterant. Quorum hominum labores à doctissimis quibusque viris commendantur: cùm ex iis non solùm præsentia, verùm etiam futura apertè cognosci possint. Pleraque verò ex iis, quorum aut exiguus, aut omnino nullus est vsus, vel ob id solum quòd aliquando extiterunt, digna sunt habita, quæ è tenebris vindicata in conspectum darentur hominum: vel priusquam vetustate consumpta obliuione delerentur sempiterna, tum descriptionibus, tum etiam historiis renouarentur, & posteritati conseruanda traderentur. Quocirca, ea quæ non sine singulari Dei voluntate sunt edita, & quorum adhuc summæ auctoritatis remanent monumenta aspectu pulcherrima, scitu dignissima, atque adeò hominibus ipsis vtilissima; dubium non est, quin ab hominibus & diligenter conseruari, & continuo studio excoli debeant. Nihil enim eorum omnium, quæ Deus instituit, non est eximia ornatum pulchritudine, atque adeò id, in quo tota vis naturæ adhibita esse videatur. Vt verò ea omnia perfectè tenere, diuini potius quàm humani est ingenij: sic etiam, velle ea omnino ignorare, aut negligere, turpis otij ac desidiæ, ignauiaque vitio vertendum est, præsertim iis qui iam accesserunt ad studia ingenuarum artium, ac disciplinarum. Qua verò ratione Deus, veræ scientiæ, sapientiaque mysteria, non aliunde quàm ex sacris verbi sui libris peti iussit, eadem quoque ea omnia, quæ non tam argumenta, quàm suæ sunt ornamenta sapientiæ, ex iisdem hauriri voluit. Ac reuera ea omnia quæ hisce de rebus à reliquis sunt tradita scriptoribus, nec tractandi subtilitate, neque rerum ipsarum elegantia, & vtilitate cum iis quæ in sacris habentur libris, aliqua ex parte conferri possunt. Quod si præter hanc quæ ex minimis sacræ Scripturæ non tantummodo rebus, sed etiam verbis ingens capitur vtilitas, nulla ad homines alia peruenirет: hac tamen vnica omnes ad earum rerum studia incitari deberent & impelli. Nullum enim adeò in tota illa sacra lectione, vel minimum est vocabulum quod à Spiritu sancto non sit profectum. Quocirca ea, quòd talem, tantúmque habent auctorem quin scitu sint dignissima, dubitandum non est. Ad quam auctoris ipsius summam dignitatem & auctoritatem & illud accedit: in nullo sanctæ Scripturæ verbo, id modò si attentè, atque ex sui ipsius natura consideretur, summam non elucere excellentiam. Si verò ab ea quæ iis ex rebus

ex rebus & verbis ad homines redit, vtilitate, sacræ paginæ ratio ducatur: comperiemus profectò inde ad homines maximum peruenire compendium. Ea enim omnia quæ à spiritu sancto sunt profecta, ad nostram referri vtilitatem, atque eam ob causam ab eo esse conscripta, testis est Apostolus ille sanctus. Quamobrem quamplures viri doctrina & pietate singulari, atque in primis rerum studiosi diuinarum, in illis etiam quæ in sacræ Scripturæ tractatione minima esse videbantur, pro ea quam iis inesse crediderunt, dignitate nullos licet maximos labores vnquam recusarunt. Etsi enim multa in vnoquoque earum rerum genere sunt explicata: plura tamen adhuc latere ac desiderari putarunt. Existimarunt itaque, operæ se pretium facturos si hoc laboris non solùm in iis quæ in nouo, verùm etiam in veteri Testamento describuntur, susciperent, & ad eas se figuras & mysteria quæ in sacris leguntur libris explicanda conferrent: Censuerunt quippe huiusmodi ea esse, quorum explicatio ab optimo quoque expeti debeat: Animaduerterunt etiam imaginibus illis, ac delineamentis veteres illos vt plurimùm esse vsos, atque illis ipsis ad lucis & veritatis cognitionem perduci solitos fuisse. Hæc itaque si nesciantur, veterum illorum patrum sapientiam, & ea quorum collatio ad aureæ huius ætatis commendationem necessaria est, planè ignorari necesse erit. Equidem ea nosse in genere quæ ab Ecclesia nobis ex verbo Dei, & credenda & agenda proponuntur, ad salutem satis esse non negamus. Veruntamen cùm sacri libri ideò sint editi, vt in eorum lectione & obedientia piorum exerceantur animi: id certè per vnumquemque sacræ Scripturæ studiosum præstari debet, vt nulla eorum pars summo studio, maximaque adhibita diligentia ab se non euoluatur. hoc enim non est absimile iis, quæ à summo illo omnium hominum magistro Christo in hanc sententiam his sunt pronuntiata verbis: Omnem enim scribam (inquit is) doctum in regno cælorũ similem esse decet homini patri familiâs, qui profert de thesauro suo noua & vetera. At verò inter ea omnia rerum genera quæ ad eius quæ in sacris continetur libris sapientiæ apparatum pertinent, sacrarum structura fabricarum non minus sua ipsius natura, & arte, quàm ea quam in se continet, significatione est admirabilis. Si enim vniuersa illa mensurarum, figurarum, totiusque structuræ, & artificij ratio, quæ sacris continetur libris, diligenter, & attentè consideretur, sine dubio omnem illam ædificationum rationem, quæ apud Græcos & Latinos fuit, aut hinc ad ipsos effluxisse, aut certè ob eam potissimùm causam, quòd huic non sit absimilis; laudatam celebratamque esse fatendum erit. Si etiam eorum significatio mysteriorum, quæ sub ijsdem latent operibus diligenter attendatur, cætera omnia, quæ summa cura, maximo studio, maxima hominum industria & laboribus constructa fuerunt, à sacris operibus longè superari videbimus. Pleraque ex antiquis illis monumentis atque operibus suam in sese (fateor) significationem continuerunt: sed eam profectò, quæ hominum fuit ingenio, iudicióque constituta. quæ etiam neque adeò est exacta, quin eam plerisque in locis ineptam esse deprehenderimus. Atque his quidem plerique doctrina & pietate viri præstantes rationibus adducti, ad sacrarum se fabricarum inuestigandam, cognoscendámque rationem contulerunt. Quorum nonnulli (vt quod sentio liberè dicam) adeò egregiam hac in re posuerunt operam, vt ab ipsis nihil non sit præstitum. Verùm enimuerò cùm illorum exemplo, id quoque studij genus à nobis non sit prætermissum: qua maxima potuimus diligentia, quid ab vnoquoque illorum rectè sit adnotatum, & quid etiam minus sit animaduersum, obseruauimus. Et quidem nonnulla scitu maximè digna, vel ob sacræ linguæ, vel etiam Architecturæ ignorationem, aut prætermissa, aut certè eo quo debuerunt modo, neque intellecta, neque tradita esse comperimus. Eum enim qui vtraque non sit præditus facultate, multorum tum verborum, tum rerum significationem ad rerum illarum cognitionem necessariam ignorare necesse est. In illis enim diuinis operibus, hic est constitutus ordo, vt ea, scilicet primùm ex eo quod in se habent mysterio, mox ab arte (quæ in iis est præstantissima) ac postremò ex verborum, quibus describuntur, vi & vsu cognoscantur. Quocirca nobis, quibus summo Deus beneficio, tum arcanæ illius significationis, tum etiam linguæ Hebraicæ atque architecturæ artis cognitionem impertiit (ea quàm sit exigua ingenuè agnoscimus) nihil non enitendum duximus, quod modò hac in parte ad regiorum apparatum Bibliorum, & in communem omnium vtilitatem conferre possemus. Vobis itaque, pij ac studiosi in Christo fratres, tum arcæ illius à Noë ædificatæ, tum tabernaculi à Mose erecti, atque etiam eorum ædificiorum, quæ à Salomone sunt instituta, rationes omnes qua potuimus, & sedulitate & breuitate expositas, elegantique imaginum structura repræsentatas exhibemus. Hic quoque nonnullas eorum mysteriorum, quæ iis in rebus continentur, & quorum causa tot, tantæque operum moles olim à Deo sunt institutæ, veras explicuimus significationes: ex quibus quidem arcana illa tum admirabilia, tum cognitu dignissima intelligi poterunt & cognosci. In eorum verò gratiam, quibus nostra hac opera nondum satisfacere potuimus, atque adeò eorum omnium qui sacris dant operam literis, aliud, vt speramus, opus in quo omnia hæc latiùs explicabuntur aut à nobis, aut à quopiam alio proficiscetur. Interim verò nostros hosce labores, quos eò lubentiùs susceperimus, quo eos vobis gratiores fore intelligemus, æquo animo accipite. Vestrum est, Lectores, vestris studiis ac votis ita nostris fauere conatibus, vt ad alia vestræ omnium vtilitatis gratia & suscipienda & absoluenda, currenti (vt aiunt) calcar addatis. Datum Antvverpiæ pridie eius diei, quo die festum in omnium honorem Sanctorum à Catholica celebratur Ecclesia.

NOAH, SIVE, DE ARCAE FABRICA, ET FORMA, VOLVMEN I.

PERVM omnium quæ arte constant, initium vsus est, qui quemadmodum rectè fabrica parari debeat, præcipuè docet, S. S. E. Fecit quoq. Dominus Deus Adæ & vxori eius zonas pelliceas, & induit eos. Fuit primus artium doctor Deus hominibus; qui cùm nudi essent, non satis rectè sese velauerant, ex ficuum foliis perizomata parantes: commodum oportuit esse vestimentum, quod non solùm pudori, sed iniuriis etiam temporis obsisteret. Ideoque & apta materies vsurpata; & commoda atque habilis tegendo, ac mouendo corpori forma inducta est. Vsus fuit indumentũ & velamen: Materies pelles, ad æstum arcendũ inuerso, ad frigus pellẽdum admoto ad corpus vellere: forma verò tunica fuit, quæ totum corpus velaret, brachiisque inserendis, & mouendis manicas haberet oportunas.

Gnes. 2. 21

Ita etiam arcæ fabricandæ prima causa & ratio, hoc est, vsus ipse primus est Noacho per Deum indicatus; ipso videlicet rei parandæ & construendæ nomine expresso. Non enim absolutè quamlibet arcam sine discrimine, quam faceret, sibi propositam accepit Noe. Sed singulare quoddam genus, quod Hebraicè THEBAH dicitur. Sunt enim duo Hebræis nomina, quorum vt vox, ita significatio ex ipso vsu varia est: alterum est ARON; alterum THEBAH: pro quibus Latini Interpretes arcam reddunt. Sed ARON ad res anima carentes custodiendas, asseruandasque paratur. Cuius generis fuit illa celeberrima veteris Testamenti Deo sacra arca, ad eum vsum concinnata, vt diuinę Legis tabulas, & Moysis volumina cum vase mannæ atq. Aaronis virga contineret. Fuit etiam altera Ioas regis ussu facta, atque ante templi fores collocata, in quam oblatum ad sarta tecta curanda argentum inferretur. At verò THEBAH animantium, præcipuè verò hominum, qui in aquis exponi aliqua de causa iubentur, conseruandorum causa paratur. Neque in alia significatione, neque ad alium vsum vsurpari hoc nomen in Hebraicis obseruauimus. Hoc enim verbo diuina Scriptura perpetuò vtitur in ea structura appellanda, quæ salutis causa à Noe parata est: de qua nobis hoc loco sermo habetur. Et in ea etiam, quæ Moysi infanti, ad flumen exponendo, à matre est parata; quam vetus Latinus Interpres ex materia definiens Fiscellam bis dixit. Itaque ARON ad quamlibet aliam rem & vbique seruandam; THEBAH verò ad homines in aqua expositos conseruandos tantùm, non ad nauigandum, aut ad aliud transigendum negotium, sed tantùm ad vitam tuendam comparatur. Et quoniam non modò rem illam, cuius causa parata est arca, hoc est expositorum hominum salutem ex aquis, præstabat; sed significationem quoque referebat arcanam, à nobis aut alio cui Deus aperuerit, aliquando explicandam. Idcircò arcæ formam quam exprimere oporteret, ipso nomine audito satis apertè nouit Noe: Nimirum oblongam, quatuor angulis constantem, quæ iacentis hominis in ea conclusi significationem indicaret. quandoquidem humanum genus ad octo animarũ numerum relatum illa arca exponebatur. Manifestum autem est, Moysis expositi arcam eam formam tenuisse: alioqui infanti iacenti minùs aptam fore, si vel quadra omnino, vel fastigio terminata, vel angusta, vel laxa plus iusto esset. Vsus & formæ cognitionem materiæ cõparatio sequitur. Eam verò Deus ipse aptam operi faciendo indicauit ex lignis גֹּפֶר GOPHER, quam quidam pinum, quæ Germanicè KVFER dicitur, fuisse volunt. Alij TEREBINTHVM resinosum lignũ & sulphurosas baccas ferens: quam in Syria procerã crescere aiunt. Chaldæi omnes KEDRON exponunt, siue Cedrum, vnam ex multis cedrorum generibus, quæ fideles ad vetustatem materiæ sunt, & aquis non cedunt. Hanc vocem GOPHER Latinus Interpres Leuigatis vertit. Est autem Hebraicè singularis numeri, substantiuum nomen, in obliquo positum. Græcus Interpres quadratis vertit.

תיבה

ארון

Exod. 25.

2. Par. 24. 8

Exod 2. 3. & ℣. 5.

Postulat autem vsus cognitio, commoditatis dispositionem etiam, vt singulæ res locis aptentur suis, ne quid in alieno loco, aut importuno sit. Eam verò rationem Deus Noe satis apertam præscripsit: Mansiunculas in arca facies. Hebraicè est: Nidos facies eam. Varias enim & situ, & forma mansiones esse oportuit, quibus varia animantium genera concluderentur. quorũ naturam Noe patri sigillatim cognitam esse credimus, & quod genus cui socium, quódue infensum inuisumque foret. Quanquam in illa tempestatis angustia, atque vitæ priuatæ singulorum conseruandæ necessitate, magnum omnium consensum generum, magnam concordiam arbitramur eo auctore immissam, à quo primùm condita, initio crescendi & multiplicandi pacem inter se custodire iussa, à quo etiam paulò ante diluuij tempora ex cunctis orbis terræ partibus confluere, & in arcam congregari iussa sunt: quæ tamen concordia non prohibuit quin certa genera certis veluti carceribus essent conclusa, aliis quidem cancellatis, aliis contigua materia coniunctis, aliis superiùs, aliis inferiùs, aliis etiam in domuncularum, aliis in fouearum vel antrorum modum effectis. Namque id Hebraicum verbum KINIM, hoc est, nidos, apertè indicat. Constat autem nidos variis formis, variis etiam formarum concinnitatibus strui, pro vario auium & animantium, quæ nidis gaudent, ingenio. Nidos itaque interpretamur mansiunculas nidorum instar, varias & singulis animantium generibus accommodandas. Hoc autem loco de bitumine admonitus est Noe, illa nimirum significatione debere bitumen addi non modò absoluto operi; sed singulis partibus & mansionibus, singulis inquam nidis: ne quid vel interiùs, vel exteriùs humore, aut malo halitu lædi, ne quid vitij admitti posset. Erat enim in eo genere bitumen inter apparandas materiæ partes ad commodiorem vsum oportunius. Commodiùs autem singulæ partes in tam vasta fabrica bitumen, cùm primùm constructæ essent, recipere, & diuturnitate temporis combibere poterant; quàm postquam omnia simul fuissent constructa: tunc enim superinductum bitumen, & siquid rimarum factum esset, opplere; & iam penitus hęrenti prioris bituminis incrustationi agglutinari potuit.

Triplicem autem contignationem in arca constituí voluit Deus, & singulas contignationes nidis illis, mansionibusq. oportunis distingui. Itaque vniuersum opus tribus partibus interiùs constabat, æquali stante solo in vniuersum extẽsis: & in singulis solis variæ erigebantur cellulæ, suis portis cõmodæ, & cancellis clausæ. Atque ita ad verbum scriptum est, Infimos secundos & tertios facies eam; hoc est, arca omnis erit nidis referta; ita tamen dispositis, vt alij inferiores, alij superiores, & alij supremi essent. In omni enim contignatione suos nidos aptari, in nidis ipsis animalia commodè claudi, & in eadem contignatione; commodissimum erat: vt cellaria & promptuaria singulis generibus in sua, vt ita vocemus, regione apparerentur. sic etiam satis negotij datura

gotij datura octo hominibus in eadem arca conclusis, vt sibi, & aliis alimenta, & pabula ministrarent. Existimamus autem singulas regiones instar habuisse faui ab apibus constructi varias & multiplices cellas, non tamen æquales, atque ita dispositas, vt tum ipsis ad ingressum & exitum, tum hominibus ad cibos ministrandos aditus esset facilis. Atque hæc de totius arcæ forma breuiter dicta sunt. Magnitudo deinceps paucis explicabitur verbis.

Arcæ lõgitudo ex diuino præscripto cubitorum fuit trecentorum. Quantus verò cubitus esset, cuius frequens in sacris libris mentio inuenitur, iam in libro Thubal-cain, siue de mẽsuris docuimus. Latitudo fuit quinquaginta cubitorum. Altitudo ad rectos angulos quadrata fuit cubitorũ triginta: ita vt sextuplo longior esset quàm pro latitudinis modo; decuplum autem longitudo altitudinem superaret. Hæc autem hominis in terra iacentis & mortui secundùm longum, latum, & altum obseruata mensurarum ratio est.

Primùm igitur ex trabibus artificiosè connexis parata est basis, cubitis trecentis longa, & quinquaginta lata: cuius crassissimæ trabes postremę erant, excepturæ arrectarios angulares ad angulum rectum insertos, cardinibus quadratis, inque incastraturas subiectarum trabium infixis. Deinde consequentes arrectariorum ordines, vt columnarum trigenũm etiam, cubitorum quatuor costas laterũ constituebant, super quos epistylia imponebãtur ex trabibus ad cardinis excipiendi formam excauatis. Anteriùs verò certi etiã trabiũ ordines, rectè in columnarum cõstituti modũ, transuersè interpositas trabes sustinebant, vt epistylia columnis sustineri solent. Deinde transuersis trabibus, siue epistyliis affixi tigni asseres excipiebãt, itaq; pauimentũ excipiebatur.

Oportuit autem sub infimo cœnaculo vacuum locum esse, qui natium sentinæ instar, sordes ex superioribus contignationibus deuolutas exciperet, saburræque commodam partem ad arcæ in aquis libramentum contineret. Hoc tribus aut quatuor cubitis altum parari satis fuit. Deinde primum cœnaculum in quo maxima animalia, cum mediocribus esse possent. Hoc potuit duodecim cubitorum mensuram in altum continere, quæ maximis elephãtis satis capax mansio esset. Media verò contignatio, in qua minora & leuiora genera conclusa sunt, sex aut ad summum septem cubitis alta fuit. Suprema verò omnium homini, & domesticis animantibus, vt canibus, felibus & auibus multis, aut omnibus fortasse excipiendis, octo altitudinis cubitos obtinuit: atque ita triplex cœnaculum est concinnatum. Deinde verò tectum additum est, curuum in arcus formam, vt feretrum, siue corpus hominis iacens referret; atque ea figura, vt ventis impellentibus meliùs obsisteret, & imbres illapsos effunderet commodiùs. Fuit autem arcus ille, qua parte altissimus, hoc est in medio non altior quàm cubitus. Sic enim in præscriptis acceperat Noe: *In cubito consummabis summitatem eius*. Hebraicè legimus: *Et ad cubitum consummabis eam supernè*.

Habuit autem fenestram luci aliquando excipiendæ oportunam, in altero ex minoribus lateribus, quam puppim aut frontem dicere possumus, eo in cœnaculo, in quo hominum mansio fuit. Hanc duplici nomine Hebraica lingua vocat SZOHAR, quod à maximo diei splendore, hoc est meridiano deductum est. Idque semel tantùm in sacræ scripturæ libris vsurpatur. In præscriptione diuina: Fenestram in arca facies. Hebraicè est: SZOHAR facies arcæ ipsi. Eadem & altero nomine HALON vocatur, magis communi, quod ad vsus prospiciendi, & ingrediendi, atque exeundi pertinet. Itaque lucem in arcam illa ex fenestra acceptam intelligimus, neque id perpetuò; sed cùm diei splendor esset in Meridie, quo argumento dies cognosci poterat. Tamen alium illius fenestræ vsum nullum fuisse obseruauimus ad finem vsque diluuij. Tunc enim aperuit Noe fenestram arcæ, quam fecerat; antea enim nunquam aperta fuerat. Oportuit igitur aut ceratam telam, aut vitrum, aut aliquid aliud pellucidum fenestræ portæ addi, vt in clausam arcam lumen aliquod penetraret, quantùm ad cognoscendum diem in carcere detentis satis fuerat. Existimamus etiam & foricam in arca fuisse, qua sordes illæ, quæ tetro odore aut aliâs pestifera exhalatione nocere poterant, in aquam deijcerentur: nihil tamen admitteretur aquæ. Atque hæc etiam pars inter nidorum nomina recẽseri potest.

צוהר

חלון

Genes. 8.

Portam etiam arca habuit commodo loco, in infimæ cõtignationis regione, ad alterum latus ex longioribus, cuius ostium ad inferius limen ferratis cardinibus adnexum terram versus demissum aperiebatur, & pontem siue scalam animantibus arcam subituris præbebat. Itaque aperiebatur ad exteriorem partem, atq. ab iis qui extrà essent, claudebatur; cùm fenestra ab iis aperiri claudique posset qui interiùs commorabantur. Vtramque autem rationem illis verbis indicatam legimus: *Et inclusit eum Dominus de foris*: siue vt Hebraicè legimus non sine mysterio; *Et clausit Dominus aduersus ipsum*. Et de fenestra scriptum legimus: Cumque transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram, quam fecerat, dimisit coruum, &c.

Genes. 7. 16

Erat autem satis capax arcæ locus, ad omnium animalium genera continenda, selectis ex mundarum natura septenis; cæterarum verò vnaquaque specie binis. Neque enim infinita animantium genera sunt, sed quę certis generibus comprehenduntur: vt in Leuitici lectionibus obseruabimus. Namque terrestria animalia, præter serpentes, quæ vel antiquorum diligentia, vel nostrorum experientia temporum inuenit, vix centesimum quinquagesimum generum numerum excedũt. In quibus boue, aut equo maiora pauca sunt; nec plura quàm sex: æqualia non multa: Minora verò cætera omnia, quæ omnia in secundo cœnaculo vnà cum oportuno cibo contineri commodè potuerunt. Auium verò species omnes in tertio cum hominibus octo.

Namque arcæ basis cubitos in longum continuit trecẽtos; in latum verò quinquaginta, qui ex arte multiplicati faciunt cubitos quadratos quindecim mille. Hoc tantùm in area siue embado basis ipsius: qui rursus ducti in triginta altitudinis cubitos, constituunt cubos cubitales quadratos quadringẽtos quinquaginta mille: quod est spacium integrum arcæ ab infimo pauimento ad suggrundas vsque. Deinde verò arcus ille tecti supremi qui in dimidio vno cubito erat altus plusquam parallelipedi sui dimidium continuit: hoc est plusquam septem mille quingentos cubitos.

BEN. ARIÆ MONTANI HISPALENSIS BESELEEL, SIVE DE TABERNACVLO.

PRINCIPIO tabernaculi statuẽdi vsum cognosci oportuerit. Cuius ratio materiæ naturam, & oportunam copiam, deinde formam, & commoditatem indicabit.

Atque propositæ fabricæ vsus ille erat, vt populus Deum singulari prouidentia, & præsentia assistentem tanquam regem, imperatoremque suum adiret, atque de rerum suarum rationibus peteret, & consuleret. Atqui vagantibus, & mobilibus non permanentem ædem, sed mobilem ad illum vsum parari conueniebat. Paratum ergo est tabernaculum, quod ædis regiæ, siue prætorij in castris vsum daret: conuentumque populo ad orandum, consulendum, adorandumque Deum appararet. Sic enim scriptum legimus: Facientque mihi sanctuarium; & habitabo in medio eorum.

Igitur ad regiam optimi maximi, & purissimi Dei

ædem quanquam mobilem, tamen eam materiam parari, asportariq́ue oportuit; quæ & conditoris omnium maiestatem referret (quatenus cælestia referri terrenis possunt) atque cultores ipsos, domusq́ue frequentatores in admirationem, cõtemplationem, atque sui ipsorum cognitionem, & probationem adduceret. Apertè enim admoneri posset, ædificium eleganti forma, ac pretiosa materia constructum non decere à sordidis, impuris, & contaminatis adiri. Paratur ergo materia varia ac multiplex, ad tabernaculi mobilis structuram, à filiis Israel spontaneis donariis allata, eo etiam & elegantiorem, & Deo regi gratiorem, quò libentiùs oblatam esse constaret: qua de re sic Deus agebat: Loquere filiis Israel, vt tollant mihi primitias: ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas. Exod. 25.

Primùm autem pretiosissima quæque indicari oportuit, vt ea oblatio & animum offerentis probaret spontaneum, & maiorem in suppeditatione diligẽtiam exigeret. Est enim facile ad structuras viliora parare; consultissimum verò fuerit carissima, & pretiosissima quæque primùm colligere; & collecta æstimare: ne quid operi faciendo deesse possit eorum, quæ oportunissima, maximeq́ue necessaria sunt. Ad ædificium ergo, materia, & arte præstantissimum; quale tabernaculum Dei esse decebat, optimam in primis materiam, nempe aurum, argentum, & deinde cætera, obseruato naturæ & æstimationis ordine, comparari oportuit: Cuius ille index est:

Hæc autem sunt quæ accipere debetis:

Aurum, Argentum, Æs,

Hyacinthum,	Ex lanea materia filum colore hyacinthorum Orientalium.
Purpura,	Colore purpureo, hoc est, puniceo, seu grani maligranati.
Coccus bis tinctus,	Ruber dibaptus color, cuius nomen vulgare cremesinum est.
Byssus, —	Linum Ægyptium tenuissimum, & fortissimum; quod præstantissimum candorem accipit.
Pili caprarũ;	Ex quibus telæ fiunt, chamelotæ dictæ, imbribus ferendis oportunæ: neque enim citò aquam ebibunt: ideoq́ue illa materia ad ferẽdas sub dio agentibus cæli iniurias vestibus apparandis vsurpatur. Sic Poeta cecinit:

Nec minus intereà barbas incanaq́; menta
Cinyphij tondent hirci, setasq́; comantes
Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis.

Pelles arietũ rubricatæ,	Colore rubro imbutæ, ex quibus aulæa cõsuuntur, quæ vulgò ab Arabibus, & Hispanis Guadamecis vocantur.
Pelles janthinæ,	Taxorum pelles, horrido pilo, & æstui, aquisq́ue arcẽdis oportuno. Id enim animal in aquis, & in sicco degit, aërem pariter, & aquam perferens.
Ligna Sitim,	Cedri genus est præstãtissimum, quod ædificiis construendis æternas materias præbet. Sunt autem plura Cedrorum genera: quæ ab illa præstantia Sitim ad vicinam vsque pineis & piceis naturam gradatim decedunt. Fuit verò huius ligni satis magna copia in deserto: ferax enim illa regio huiusmodi arborum est. Namque & in desertis Moab, non nimiũ procul à Pharan, vbi tabernaculum constructum est, locus fuit ab harum arborum copia, dictus Setim.

Materiæ comportationem formæ descriptio consequitur quàm rectissimè: sed nulla descriptio aut melior aut clarior, quàm exemplaris ipsius proposita forma; quam artificio imitari cõtingat. Fuit autem exemplar admirandum Moysi in monte à Deo ostensum, spirituale illud quidem, & inuisibili materia, diuino plane artificio constructum, Deoq́ue habitatori gratissimum, & præter omnes terrenas fabricas oportunissimum: cuius aliquam etiam spiritualem descriptionem nos indicaturos speramus, artifice summo demonstrante ipso Deo. Sed illam visibilem formam, quam illius exemplaris velut rudem imaginem in terris exprimere licuit, nunc explicare contenti sumus. Ostensum est igitur verum ipsum exemplar prophetæ admiranti & discenti, S. S. E. Iuxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi, & omnium vasorum, & cultuum eius sic facietis illud. Appellatur autẽ exemplar illud integrum cum omnibus partibus, & idonea ad vsum supellectile, cuius membra, atque ornamenta, & apparatum omnem singillatim describemus.

ARCA.

ARCAM primam confici iussit Deus, quam sibi ille solij loco deligebat in penetralibus tabernaculi collocandam. Huius enim arcæ cõtinendæ causa vniuersum tabernaculi parabatur opus. Vbi enim arca esset, ibidem suam præsentiam singulari modo certam præbere rex ipse Deus dignabatur. Erat autem arca eius formæ, cuius esse solent, quæ ad res conseruandas parantur, maximè verò ad pecuniam, vel alia pretiosa rerum genera. Hac enim significatione, hisq́ue vsibus nomen ARON nonnunquam in scripturis repetitum obseruauimus. Ioseph namque corpus in promissam regionem tandem asportandum, aromatibus conditum in Ægypto in ARON fuisse asseruatum legimus. Et Iehoiadagh Sacerdotem ARON fecisse legimus, in quam donariorum pecunia inferretur. In hanc autem arcam legis à se latæ, & conscriptæ tabulas inferri iussit Deus ibidem asseruandas, in perpetuum testimonium fœderis inter se, ac populum sanciti. cuius fœderis conditionibus, & populus Deo pietatem præstaret, & Deus populo tutelam, curamq́ue regiam, atque gubernationis commoditatem præcipuam præter cæteras gentes exhiberet. Sic enim Moyses hac de re scriptum reliquit: In tempore illo dixit Dominus ad me, Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fuerunt; & ascende ad me in montem: faciesq́ue arcam ligneam; & scribam in tabulis verba, quæ fuerunt in iis, quas antè confregisti, ponesq́ue eas in arca. Feci igitur arcam de lignis Setim: cumq́ue dolassem duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem, habens eas in manibus: scripsitq́ue tabulas iuxta id quod priùs scripserat, Verba decem, quæ locutus est Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus est, & dedit eas mihi. Reuersusq́ue de monte descendi, & posui tabulas in arcam quam feceram, quę hucusque ibi sunt, sicut præcepit mihi Dominus. Vsus itaque arcæ fuit fœderis conditionum conseruatio, perpetuis contestandi sæculis. Quam ob rem huiusmodi adiũctis arca appellatur in sacris libris, Arca testimonij, siue contestationis, quòd initum inter Deum, ac populum fœdus contestaretur: Arca fœderis, quòd fœderis contineret verba, Legis præcepta decem: ארון Gene. 50. 26. 4. Reg. 12. 10. Deut. 10. 1.

Arca Dei siue ELOHIM, quod Deum gubernatorem præsentem testaretur: Et arca Domini, siue nominis illius arcani, cuius sacramenta Israëlitico populo credita erant, misericordiæq́ue vsibus illustria, interim, dum legis cura integra, puraq́ue permaneret: ideoq́ue etiam Arca fœderis Domini dicebatur.

Constabat autem arca ex asserum materia cedrinorum, illa præcipuè commendabili nomine Sitim: incorruptibili natura sua, atque ad libros, ac monumenta conseruanda apprime commoda; commissis lignis fabrili iunctura, ita vt vnum quadrangulare opus fieret, longum cubitis duobus & dimidio ex duobus lateribus; latum verò vno cubito cũ dimidio; altum autem tantundem

tantundem : ita vt longitudo latitudinem, atque altitudinem vno cubito superaret.

Præter lignorum diuturnitatem, elegantiam, & soliditatem, addita est etiam auri puritas arcæ, laminis aureis interiùs, exteriusque obductæ : ita vt ipsa interior, exteriorque materia integritatem, pariter ac simplicitatem præ se ferret. Ipsi præterea superiori arcæ limbo aurea spira coronæ instar adiuncta est; ad eum ferè modum, quo antiquis operibus cornices addebantur. Ita autem corona collocabatur, vt operculum postea inducendum, contineret. In quatuor longiorum laterum angulis quatuor armillæ, siue annuli aurei affixi fuere grandiori orbe; qui possent vectes inductos, ad asportandi, & ferendi commoditatem excipere. His annulis duo vectes lignei, aureis laminis omnino obducti, inducti sunt : qui Sacerdotibus (quorum curæ arcæ onus ferendũ committebatur) tenendi, tollendi, atque portandi commoditatem præstarent. Cauit autem Deus, ne vectes vnquam armillis extraherentur, ne vnquam Sacerdotes se arcæ ferendæ cura liberatos putarent.

PROPITIATORII DESCRIPTIO.

SVPERIOREM arcæ partem operculum velabat totum aureum : eadem longitudine, ac latitudine qua os arcæ erat; videlicet cubitis duobus cum dimidio longum; & cubito ac dimidio latum : ita vt intra coronam arcæ inductum totam clauderet arcam. Erant igitur arcæ latera cedrina, auro obducta; operculum verò כפורת ipsum solido auro ductum : dictum Hebraicè CHAPHORETH, à verbo CHAPHAR : cui Latinę operiendi & propitiandi significationes aptè respondent. Quamobrem à Latinis Interpretibus Propitiatorium & oraculum, interdum opertoriũ vocatur. Neq. præter significationem, vt aliàs exponere dabit Deus.

Propitiatorium siue operculum duas puerorum imagines, auro solido factas vtroque ex latere continebat stantes, pedibusque ita cõstitutis, vt continere sese possent, brachiorum loco alis præditas, quas altera imago contra alteram ita tendebat, vt operculum superius obtegentes sedilis formam pararent : veluti si quis pedibus in operculo cõstitutis vt in scabello, ipse super obtentis Psal. 79. Cherubim alis sederet. Namque hæc sedes Dei erat. Psalm. 98. Sicut sæpissimè scriptum legimus : Qui sedes super Cherubim. Erant autem maris & fœminæ specie varij; cætera sibi omnino æquales, inuicemque similes, seseque mutuo aspicientes, facie ad propitiatorij spacium conuersa : ita vt insidentem alis suis Deum, ac propitiatorium pedibus prementem conspicerent, S.S.E. Et loquar ad te super propitiatorium, ac de medio duorũ Cherubim, qui erunt super arcam testimonij, cuncta, quæ mandabo per te filiis Israel.

MENSA PANVM.

POST constructam arcam cum operculo & Cherub iubetur Moses facere mensam de lignis Sitim affere vndique ductilis auri laminis operto : ita vt mensæ corpus, vt sic vocemus, cedrinum; pellis ipsa aurea esset, duobus longa cubitis; lata vno cubito, & alta pedibus adiunctis quantùm cubitus cum dimidio tollitur. Circundabatur autem superiùs mensæ limbus clausura aurea, hoc est, ornamento lato, quod epistyli formam referebat : Ea verò palmi vnius mensuram latitudine continebat : crassa quantùm coronam, siue coronidem superductam ferre posset. Quatuor autem pedibus fulciebatur mensa; quibus quatuor annuli additi locum vectibus inserendis ad tollendum ferendumque commodis præbebant. Erant autem annuli sub clausura illa non magis etiam quàm clausura cum coronide prominentes. Vectes ex cedrino ligno, auro obducti, eoque ductili : qui tamen tunc inferrentur in armillas, cùm mensa mouenda, asportandaque esset. Huius mensæ vsus erat ad panes perpetuò continendos, iugis conuiuij significatione, & forma; cui ministerio scutellæ, cochlearia, & semifistulæ ad libamen, & expurgatoria instrumenta, quibus mensa abstergeretur, omnia hæc aurea fuere.

CANDELABRVM.

CANDELABRI nomen Hebraicum à luce, quà semper præditum erat, siue à lucernis, quas continebat, factum est MENORAH. Est enim NIR lucerna ardens, quales candelabrum illud septem habuit perpetuò lucentes. Possemus ex vocis pondere Latinè vertere lucernatum : idque nomen ad arcanam significationem faceret : Sed ad rem ipsam indicandam, candelabri nomen satis est idoneum. Fuit autem candelabrum nõ minùs etiam quàm cæteræ sacræ domus partes exemplari proposito præscriptum : ideoque reconditæ significationis habitum monumentum.

In primis enim materia solida purissimo auro constabat; totum ductile integro opere, & continuum præter lucernas, quæ imponi & deponi poterant, & præter protractoria & emunctoria. Omnium tamen simul candelabri videlicet, & instrumentorum aliorum pondus non maius aut minus quàm KIKAR fuit. In quo artificum dexteritatem admirari est.

Forma verò Candelabri huiusmodi fuit.

PES ipse humani femoris figuram habuisse videtur ex nomine Hebraico יָרֵךְ quod femur significat. Est enim femur sedentis hominis basis. Igitur pedem inferiùs latum & superiùs angustiorẽ obelisci ferè forma pingimus, quod oportuna mensura, quãta videlicet femoris ad tibiam ratio est, hastile subtilius produceret, vt tibia ex femore connexa producitur. Hoc hastile Hebraicè KANE dicitur : Latinè Cannam sonat. Hæc, קנה vt tibia femori, pedi æqualis erat. Deinde pomi siue mali figura erat, quod velut nodus tres ramos productos emittebat : medium vnum rectum, duos vtrimque paulò altiùs. Duo etiam alij rami diducebantur, recto perpetuò crescente, & pomo similiter deductionem proferente. Duo item alij eodem ordine prodibant ex pomi figura. Erat igitur ipsum medium hastile, quod singulariter Candelabrum vocatur, rectum ad summũ vsque. Et sex rami ex duobus lateribus, vtrimque tres prodeuntes; cum tribus nodis ad pomorum instar fabrefactis. Rami singuli ternis patulis scyphis ornati erant, oblongis, bina latera æqualia habentibus, ac binos angulos efficientia, alterum acutiorem, obtusiorem alterum, vt amygdalæ apertæ dimidium cauum referrent singuli scyphi. Legimus enim Hebraicè tres scyphi MESVKADIM : Latinè amygdalati vertere possumus. Quod vetus Interpres intellexit cùm reddidit, in nucis modum. Amygdalum enim nucis etiam genus est. Præterea singuli rami pomum habebant, & ex pomo prodeuntem florem, quo imponenda lucerna exciperetur. Erant autem in recto hastili quatuor scyphi amygdalati, tres in superiori parte vltra postremum nodum cum pomo & flore, & vnum infra nodos omnes, ea parte qua crus siue hastile femori iungebatur. Deinde erat pomum & flos. Seorsum autem septem lucernæ factæ mallei artificio. namque in alio opere omni candelabri hoc perpetuò præcipitur. Erat autem antiquarum lucernarum figura oculo ferè similis humano, nisi quòd altera ex parte ansam auriculæ modo habebat; altera prominentiam oculi angulo non dissimilem continebat, in qua filum incensum eminebat.

Ad candelabri ministerium, hoc est, ad lucernas duo instrumenta aurea addita sunt, aut plura etiam paria binarum formarum : Alterum Latinè emunctorium vertit Interpres noster; alterum, vbi quæ emũcta sunt, extinguuntur, periphrasi exposuit. Sed quid propriè essent quamque formam obtinerent, nomina & descriptio Hebraica declarant, MALKAHHAIM, & מלקחים MAHHTHOTHAIM. Quæ ex verbo, quamquam מחתותים non valdè eleganter, explicãdi causa verti possunt, comprehensoria, & præcisoria. Alterum instrumẽtum erat

parua

parua forceps acutis ad extremum brachiolis, quibus lucernæ filum trahi, dispensari, & temperari poterat. Altera etiam forceps maior erat, qua exusta iam & fungosa fili pars, ignisque lucem obscurans, magis, quàm iuuans, præcidi, extinguique poterat.

TABERNACVLI FABRICA.

TABERNACVLVM propriè vela siue cortinæ faciunt, vt cætera tentoria castrorum. Velorum verò continendorum causa cætera parantur omnia, vt mali, funes, paxilli, fibulæ, & alia. Quamobrem cùm tabernaculi fabricam describeret Deus, cortinas proposuit; tanquam supremum tabernaculi opus, & quod multo plus operæ & temporis exigebat ad absoluēdum, quàm cæteræ partes, vt asseres, paxilli, cardines, & columnæ. Diuisum est autem tabernaculum in partes duas; clausam, quæ propriè tabernaculum vocatur; & apertam, quæ velut atrica siue atrium regium erat, quò populus conueniebat. Ipsum autem tectum tabernaculum, suā etiam diuisionem habebat, quę Sancta sanctorum dicebantur. Fuit autem tabernaculi, hoc est velorum materia linum, siue byssus duplici filo & retorto; hyacinthus, & purpura, & coccum dibaptum. Ex quibus contextæ sunt cortinæ coloribus commixtis, pro operis ratione, non textura simplici, sed quali vtuntur, qui aulęa conficiunt, aut acu potiùs: namque Latinè opere plumario legimus; Hebraicè verò opere HOSSEB inuentoris, siue artificis, vel acu pictoris. Erant autem omnium cortinarum communis figuræ Cherubim, quorum faciem, & carneam omnem partem candidam rubramque esse oportuit; plumas hyacinthinas rubras, ac nonnihil albo variegatas.

Erant cortinæ decem, singulæ vicenis & octonis cubitis longæ, quaternis latæ. atque ex his cortinis quinæ consutæ simul sunt secundùm latitudinem, ita vt quinque fieret dimidiū velum viginti cubitis latū; & octodecim cubitis longum. Eadem ratio obseruata est in alteris quinque, atque in extrema ora vnius quinarij, hoc est, in quintæ cortinæ limbo extremo quinquaginta laqueoli confecti sunt hyacinthino filo contexti: Hispani ojales siue alamares, Galli *Aneaus* vocant. Et totidem etiam eodem modo in alterius quinterni extremo limbo. Vtrique simul velo connectendo apparati sunt vncini duplices quinquaginta aurei, siue fibulam Latini nominent, quam Hispani prendedero dicunt.

Laqueolos illos Interpres noster vocat ansas, & vncinos annulos dicit.

Deinde verò vndecim aliæ cortinæ paratæ sunt ex tela caprinis pilis cōfecta, quam Cambelotum vocant. Singulis autem cortinis longitudo fuit cubitorum trigenorum; latitudo verò quaternorum, ex quibus quinq. seorsum consutæ sunt secūdùm longitudinem, vt ex illis efficeretur velum viginti cubitis latum, triginta longum. Et sex aliæ simul etiam consutæ conficiebant velum viginti quatuor cubitis latum, & triginta longum. In vtroque autem velo quinquagenæ ansulæ paratæ sunt, ex eodem, vt existimamus, filo caprino: quandoquidem nihil singulare sacra descriptio indicat. Et his connectendis ærei vncini parati etiam sunt quinquaginta.

Præterea duplex quoque velum concinnatum est, quod ex altera parte arietinis pellibus rubris simul consutis, ex altera verò taxorum pellibus cū pilis suis constabat: ita vt interiùs leuem & rubram faciem; exteriùs pilosam taxicolorem haberet. Atque hactenus tria vela indicauimus: duo simplicia, & vnum duplex. Atque horum velorum præcipua ratio in tabernaculo erat. quibus commodè continendis subiunctæ descriptionis structura opus fuit.

Quadraginta sex asseres ex ligno cedri Sitim dictæ parati sunt. oportuit autem ex arbore quàm rectissima illos præcidi. Namque ita locum interpretamur, Et facies tabulas stantes: quod Hebraicè sic legimus; Et facies asseres tabernaculo ligna Sitim stātium; quod rectorum interpretamur. Singuli autem asseres cubitis denis longi, & sexqui cubito lati erant; crassi verò, vt Iosephus describit, quaternis digitis, sed crassiores fuisse, res ipsa indicabit. Singulis autem asseribus, bini cardines quadrata forma velut incastraturæ incisi fuere.

Ex his viginti murum alterius lateris secundùm longitudinem tabernaculi faciebant, & totidem alterius. Longitudinem autem statuimus ab Oriente in Occasum. Sex verò postremum tabernaculi murum secundùm latitudinem constituebant. Sed tamen his coniungendis duo alij angulares additi sunt asseres binorū laterum asseribus vtrimque æquales crassitudine, quibus etiam sui cardines accisi fuere.

Cardinibus infigendis & omni sustinendæ fabricæ bases ex argento fusæ sunt numero nonaginta sex: singulæ mortariorum modo cauum habētes locum quadratum, cui cardo immitteretur: atque singulis asseribus binæ bases adscriptæ, ita, vt asser velut humanam staturam longa veste indutam; & cardines crura, siue crurum ossa; bases verò pedes referrent humani corporis. Singuli laterum singulorum asseres quaternas armillas habuere, binas superiùs; inferiùs binas, vt vectibus immissis per totum latus pertinentibus connexi continerentur: Et ne quis ab alio discreparet, foramen medium per omnes æquali spatio pertusum adactumq. vectem admittens efficiebat: ita, vt quatuor vectes exteriùs per armillas conspicerentur transmissi; vnus intra asserum crassitudinem iniectus, medius lateret.

Angulares autem asseres ab inferiori parte considerati, aliis æquales similesque erant; superiùs autem annulum aureum sibi affixum habebant, quo vtriusque lateris extremi compagum asseres coniungerentur, atque ipsi medij ex binis muris vnum tabernaculum facerent. Erat autem materia asserum, vt diximus, cedrina; sed singuli asseres aureis laminis artificiosè obducti, & armillas aureas habebāt, & vectes cedrini auro etiam obducebantur. Atque ita basibus constitutis, & asseribus erectis, atque coniunctis & concatenatis, angularibusque asseribus admotis, tabernaculum statuebatur tribus muris, duobus æqualibus ab Ortu in Occasum protensis; tertio autem, eoq. minori à Meridie in Aquilonem Occasum spectante. Ab Oriente verò apertus locus erat, hoc est absque muro, nisi quantum velis, vt statim describemus, obtentis claudebatur.

VELVM ANTERIVS.

AB ortu Solis locus asseribus vacabat apertus ac patens mansurus, nisi obtento velo exteriùs existentium hominū intuitum arceret. Erat autē velum eadem materia contextum qua prima illa iam descripta: videlicet hyacintho, purpura, & cocco bis tincto, ac bysso retorta, eleganti artificio; cui suspendendo aptatæ sunt columnæ ex eodem ligno, quinque aureis obductæ laminis, basibus totidem subiectis ex ære fusis. Vnicuique autem ex columnis affixus erat ex superiori parte vncinus, ex quo velum extensum suspendebatur. Hoc autem velum Hebraicè MAZZAK dictum: Latinè Opertorium, siue tentorium, vt Interpres noster vertit, dici potest. מסך

VELVM INTERIVS.

SIMILE etiam ex eadem materia velum paratum est ad sanctissimi appellati loci distinctionem, opere tamen elegantiori, videlicet, Cherubim figuris contextis; cui sustinendo, quatuor columnæ quadræ ex ligno Setim dolatæ, atque aureis laminis obductæ fuere, vncinis etiam aureis superiùs infixis, & singulis columnis singulæ argenteæ bases subditæ.

Hoc tanquam murus quidam diuidens intra tabernaculum ipsum interiectum fuit decem cubitorum intercepto spatio inter ipsum & postremum tabernaculi parietem: ita vt quadratus relictus locus fuerit, quantum

quantum ex ratione è Salomonis templo obseruata definire possumus: id quod etiam Iosephus affirmat.

Igitur areæ loco asseribus erectis & per vectes angulareſque asseres coniunctis circumcluso, atque illa murorum forma coërcito spatio, velum illud primum hyacinthinum, atque purpurea byssinaque materia contextum, bis quinis cortinis constans imponebatur, quod quadrati superiùs tecti formam referebat. Cuius vtrimque in muros ipsos octeni cubiti pendebant ad Meridiem, & Aquilonem; ad Ortum verò & Occasum quaterni. Erat enim velum latum cubitis octo & viginti, longum verò quadraginta. Locus asserum muris occupatus, cum ipsa asserum crassitudine longus erat cubitis duobus & triginta; latus verò duodecim. Namque interior area cubitis triginta, ad exteriores vsque columnas longa erat; & decem cubitis lata. Huic velo secundum ex caprinæ lanæ telis consutum, & deinde tertium illud duplex superiùs villosum; inferiùs læue, ac rubrum inducebantur. His enim exterioribus venti, pulueris, atque aliarum ex aëre & terra incommoditatum excipiebatur vis; & interiùs velum purum atq. ab his labibus alienum conseruabatur.

ATRIVM TABERNACVLI.

TABERNACVLI atrium eandem longitudinis & latitudinis formam cum tabernaculo obseruabat ab Ortu ad Occasum longitudinem, latitudinem verò à Meridie in Aquilonem definiendo: Erat autem area centum cubitis longa; lata verò in subduplum, hoc est, quinquaginta cubitis. Hoc spatium cõcludebatur erectis columnis vigenis secundùm longitudinem ex eodem ligno argento obductis: sed basi ænea, & superiori circulo capitelloq. argenteis; quibus argentei etiã claui capitibus curuatis, Vau literæ instar, infixi erant. In latum verò ab Occasu decem columnæ aliis omnino persimiles statuebãtur. Atque ab Oriente totidem; hac tamen ratione, vt quatuor mediæ columnæ ab Ortu, aditum, siue ostium populo pararent. Distabat autem columna vna ab alia cubitis quinque. Igitur à medio puncto ex Orientis parte fixo, numerabantur cubiti decem ad Meridiem, & totidem ad Aquilonem. Atque columnis ibidem constitutis, vela ex lino torto opere artificioso, eoque inæquali contexta, perinde ac si variis laqueis, & concatenationibus in fundæ textilis modum sculpta essent, per omnes columnas suspensa extendebantur quindenorum cubitorum. In medio autem latitudinis spatio ad Ortum, qua porta erat viginti patens cubitis, pręter quatuor columnarum interstitia, velum eodem nomine dictum, quo illud tabernaculi exterius, eadem etiam materia confectum; sed artificio acu pictoris ornatum tendebatur: Alia autem vela præter id quod ostio obtendebatur superiùs ex columnis dependebant; inferiùs verò cuneis siue paxillis æneis in terra fixis continebantur; paxillis autem alligabantur funiculi cortinis assuti. Altitudinem verò singularum columnarum, quanquam Moysis descriptio non exprimat, nouem aut decem cubitorum fuisse existimamus, quòd ad humanæ staturæ (quã totum opus refert) rationem, hæc ratio ac mensura commodè referatur.

ALTARE HOLOCAVSTI.

SACRAS hostias faciendi causa Ara diuino iussu constructa est ex materia Sitim, quinque cubitis longa, ac totidem lata, hoc est, quadrata superiori & inferiori ex parte; alta tamen tribus cubitis, quo Sacerdos ministrans pertingere commodè posset. In superiori autem parte ad quatuor angulos totidem prominebant, veluti cornua obelisci instar habentia ex ipsa eadem materia, non adiuncta, sed continuata. Totum autem opus hoc æreis laminis erat obductum interiùs & exteriùs. namque cauum opus erat, & superiùs atque inferiùs etiam apertum. Huic operi additum est cribrum reticulatum æneum quatuor pedibus fulcitũ, quod inferri in aram ipsam posset, quatuor annulis siue armillis ad quatuor angulos constitutis ad commoditatem inferendi & efferendi. Erat autem ea longitudine ac latitudine, quam locus ipse excipiens postulabat; altitudine verò sesquicubitali: ita vt illatum ad medium vsque aræ pertingeret. In illo cribro composita ligna & hostia ardebant; carbones autem ac cineres in terram decidebant, qui facilè verri, abstergique poterant. Aræ lateribus duobus ansæ binæ affixæ vectes excipiebant, ex eadem materia factos, æreque obductos, ad asportandi vsum.

Huius aræ ministerio apta instrumenta erant cacabi siue ollæ, quibus cinis asportaretur; & palæ ad auferendum cinerem habiles, & dispersoria, & vnci, & forcipes. Hæc enim Hebraicis nominibus, סירות ויעים מזלגות מחתות מזרקות pro quibus Latini Interpretes reddunt lebetes, forcipes, fuscinulas; & ignium receptacula: fuere autem omnia hæc.

ALTARE INCENSI.

ARA thymiamatis siue incensi, ex lignis Sitim cubito longa & lata; duobus cubitis alta, auro omnino obducta, prominentibus etiam amiculis & linteis, circumornata in coronæ modum, ansis adiunctis aureis, per quas vectes inferrentur cedrini auro obducti.

Dispositio tabernaculi & rerum quæ in ipso erant.

Primùm omnium erigebatur atrium ab Ortu ad Occasum secundum lõgitudinem. Deinde etiam asserum septum statuebatur ea parte Occasum respiciens, qua altero ex minoribus lateribus clausum erat: cui primæ illæ Cherubim contextæ cortinæ tecti modo imponebantur extensæ, deinde caprinæ, postremùm duplices ex taxinis & arietinis pellibus. Deinde velum illud inferebatur, quod sanctum à sancto sanctorum, siue ab adyto separabat. Tum verò anterius illud velum quinque columnis pendens constituebatur, quod primi ostij haberet instar. Intra adytum arca illa fœderis media collocabatur, & altare dictum Thymiamatis siue incensi ante arcam ipsam. In priori autem tabernaculi parte ad Meridianum latus candelabrum; ad Aquilonare verò mensa collocabatur: quæ panes contineret perpetuò propositos; quos in arcæ apertæ formam confectos fuisse, in lib. Misnaioth legimus. Misn. de מנחת c. 3. Extra tabernaculum verò, intra atrium ipsum ad Aquilonem aliquantulum admota ara illa magna constituebatur; in qua hostiæ sacrificarentur. In eodem autem atrio inter aram magnam & tabernaculum erat Concha magna ænea, columnæ æneæ imposita, oportunis siphonibus distincta, quibus aqua ad ministrorum lotiones effunderetur. Illa autem ceu fons semper erat plena aqua. Atque hæc de tabernaculi opere omni.

ARIEL, SIVE, DE TEMPLI FABRICA ET STRVCTVRA,

Volumen tertium.

ANTIQVIS fas non fuit, templum priuato consilio aut voto ædificare, ne ea re religionis cõmunio discinderetur, dum singuli suis, ac suorum inuentis studentes simultatem excitarent ac fouerent. Erat prætereà magnum periculum, ne pro vero cultu alienus iniretur, orbe terrarum vanorũ deorum vanissimis cultibus distracto. Templum igitur hominibus ad vnius Dei cultum vnum esse tunc oportuit, in quo eandem sacrorum, & doctrinæ rationem omnes tenerent, quicunque in Dei populi numero conscribi studerent. His accedit templi significatio, quæ cùm simplex perpetuò fuerit, vnius Ecclesiæ exemplar habuisse debuit, quam postea vnam, sanctam, catholicam ex omnibus

omnibus terræ familiis ſibi conſtructurus erat Deus. Huius rei decretum eiuſmodi ſcriptum legimus: Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt Gentes (quas poſſeſſuri eſtis) deos ſuos, ſuper montes excelſos & colles, & ſubter omne lignum frondoſum. Diſſipate aras earum, & confringite ſtatuas. Lucos igne comburite, & idola comminuite: diſperdite omnia nomina earum de locis illis. Non facietis ita Domino Deo veſtro, ſed ad locum, quem elegerit Dominus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo, venietis, & offeretis in loco illo holocauſta, & victimas veſtras, decimas, & primitias manuum veſtrarum, & vota atque donaria, primogenita boum & ouium. Et comedetis ibi in conſpectu Domini Dei veſtri: ac lætabimini in cunctis ad quę miſeritis manum vos, & domus veſtræ, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus veſter. Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie, ſinguli quod ſibi rectum videtur. Et paulò inferiùs: Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris: ſed in eo quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarum offeres hoſtias, & facies quæcunque præcipio tibi. Interim autē dum Iſraelitica regio bellis partim vexata ab incolis & finitimis; partim aduerſus eos exercita eſt, nullum tēplum eſt conſtructum; ſed templi loco tabernaculum illud mobile à Moſe in ſolitudine erectum frequentabatur: quod paulò pòſt primam regionis expugnationem publico totius Eccleſiæ conſenſu ex diuina voluntate in Silo fixum fuerat, S. S. E. Congregatuſque eſt omnis Iſrael in Silo, ibiq. fixerunt tabernaculū teſtimonij, & fuit eis terra ſubiecta. Manſit autem illic ſacri loci nomen & religio, vſque ad Heli Sacerdotis extrema tempora, cùm Deus proditi à Sacerdotibus officij pertæſus, & locum illum, & Sacerdotalem omnē Heli familiam abdicauit; Ephraimique tribum, quam ad eam delegerat rem, ob neglectam pietatis rationem dignitate illa priuauit. Atque interim Dei arca hoſpitiis vſa eſt, quoad Dauidi regno iam firmato, Iudæ tribus, in eaq. mons Sion, & Hieroſolymorum vrbs delecta eſt, vbi arcæ ſedes, & Deo locus ad populi ſacrum conuentum dicaretur, S. S. E. Et auerterunt ſe, & non ſeruauerunt pactum, quemadmodum patres eorum, conuerſi ſunt in arcum prauum. In iram concitauerunt eum in collibus ſuis, & in ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum prouocauerunt. Audiuit Deus & ſpreuit, & ad nihilum redegit valde Iſrael. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum, vbi habitauit in hominibus. Et repulit tabernaculum Ioſeph, & tribum Ephraim non elegit; Sed elegit tribum Iuda montem Sion quem dilexit. Et ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum in terra, quam fundauit in ſæcula. Intellexerat enim Dauid Hieroſolymam vrbem à Deo iam præ cæteris electam, in qua ſacrum ſanctumque templum conſtrueretur. Eius autem rei argumentum publicè fecerat proſperitas domui Obed Edom Gethæi allata poſtquam arca ibidem fuiſſet depoſita. Quamobrem in montem Sion, ac Dauid ciuitatem deducta fuit: vbi cùm Dauid de templo cōſtruendo cogitans cum Nathan propheta deliberaret, certo Dei oraculo per eundem vatem eſt admonitus, ędem illam ſacram Hieroſolymis quidem eſſe ſtatuendam, ſed auctore filio eius, regnique hærede: cuius tranquilla tempora futura ædificandi commoditatem ac facultatem allatura eſſent.

Deut. 12.

Pſal. 77.

2. Reg. 6.

2. Reg. 7.

Igitur magnam auri, argenti atque æris copiam Dauid comparare cœpit, quam filio ad ſacrum opus faciendum ex teſtamento legaret. Sed quinam totius vrbis potiſſimus locus ædificādo templo idoneus eſſet, in incerto fuit; donec diuinæ miſericordiæ & clementiæ manifeſtis exemplis eſt oſtenſus, Gad propheta huiuſmodi primùm indicante, ac deinde optimo rerum exitu ſpectato, S. S. E. Venit autem Gad ad Dauid in die illa, & dixit ei, Aſcende, & conſtitue altare Domino in area Areuna Iebuſæi. Et aſcendit Dauid iuxta ſermonem Gad quem præceperat ei Dominus. Conſpiciensque Areuna animaduertit regem & ſeruos eius tranſire ad ſe: & egreſſus adorauit regem prono vultu in terram, & ait: Quid cauſæ eſt, vt veniat dominus meus rex ad ſeruum ſuum? cui Dauid ait: Vt emam à te aream; & ædificem altare Domino, & ceſſet interfectio quæ graſſatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid: Accipiat & offerat dominus meus rex ſicut placet ei. Habes boues in holocauſtum, & plauſtrum, & iuga boum in vſum lignorum. Omnia dedit Areuna regi; dixitque Areuna ad regem: Dominus Deus tuus ſuſcipiat votum tuum. Cui reſpondens rex ait, Nequaquam vt vis, ſed emam pretio à te, & non offeram Domino Deo meo holocauſta gratuita. Emit ergo Dauid aream & boues ſiclis quinquaginta, & ædificauit ibi Dauid altare Domino, & obtulit holocauſta, & pacifica; & propitiatus eſt Dominus terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael. Atque ita loci delectus manifeſtis ſignis eſt oſtenſus. Nam vltra prophetæ indicationem ignis de cælo delapſus victimas corripiens, & ſublata continuò plaga, qua populus publicè afficiebatur, manifeſta diuinæ probationis argumenta dedere, S. S. E. Et ædificauit ibi altare Domino, obtulit holocauſta & pacifica, & inuocauit Dominū, & exaudiuit eum in igne de cælo ſuper altare holocauſti. Præcepitque Dominus angelo, & conuertit gladium ſuum in vaginam. Protinus ergo Dauid videns, quòd exaudiſſet eum Dominus in area Ornam Iebuſæi, immolauit ibi victimas, vt in loco iam diuinitus probato. Atque ita locum totum, hoc eſt, montem ipſum ſexcentis argenti ſiclis ab Areuna emit: cùm antea aræ ſtatuendæ locum, & boum par tantùm quinquaginta ſiclis emiſſet. Erat autem ille idē mons Moria olim ab Abrahamo appellatus, in quo Iſaac iuſſu Dei ſacrificādus fuerat alligatus.

2. Reg. 24.

1. Paral. 21.

Moria mons מריה

Rabbag 1. Samuel. 14. 16.

2. Paral. 3.

PECVNIA FABRICÆ.

POST certum iam & diuino numine probatum loci delectum ac ſitum pecunia parata eſt ad operis impenſas innocentiſſimis modis, hoc eſt, regiis imprimis & populi inuitati atque regis exemplo prouocati donariis. Namque rex ipſe præter magnam auri, argenti, æris ac ferri, lignorum, marmoris, gemmarumque variarum, præcipuè onychum, carbunculorum, & veſtium auro intertextarum ex hoſtium præda comportatam, atque in id opus antea ſibi ſepoſitam vim; ex ſua ipſius familiari ac propria pecunia auri ex Ophyre allati, ac rudis adhuc tria millia Chichar; argenti verò fuſi ac puri ſeptem millia Chichar. His autem addita ſunt donaria populi ex conſulto totius ſenatus, & omnium ordinum, auri rudis Chichar quinque millia; & cuſæ monetæ decem millia Adarconim notiſſimæ tūc monetæ; & argenti decem millia Chichar; æris autem octodecim millia Chicharim; chalybis verò ſiue ferri, centum millia Chicharim. Continebat autem Chichar vulgare ſexaginta libras; & ſanctum centum & viginti, vt in libro de Siclo docuimus. Varij præterea lapides à plurimis donati ſunt. Atque in theſauros comportata res omnis Iehhieli Gerſonitæ credita eſt. Neq. enim tantum opus ſine magna pecunia, eaque iam ſepoſita debebat incipi: id enim architecturæ rectæ inſtituta ratio non patitur, S. S. E. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non priùs ſedens computat ſumptus, qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendū: ne poſteaquam poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui viderint, incipiant illudere ei, dicentes, Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Fuit itaque præter aurum, argentum, atque æs ad vaſa omnia ſepoſitum; Votiui auri à rege & populo donati Chichar octo millia, & Adarconim decem millia: argenti decem & ſeptem millia Chichar; æris octodecim millia Chichar; & ferri centum millia. Hæc autem ſumma ad opus ipſum à Dauid parata

1. Paral. 29.

Luc. 14.

Auri K. 8000. Adarc. 10000. Argenti K. 17000 Aeris K. 18000 Ferri K. 100000

uid parata filio Salomoni tradita est cum exemplari totius operis: vt multi ex auctoribus scribunt.

Proxima est artificum & operarum cura, & distributio: quam sapienter Salomon instituit, accersitis è Tyro architectis regiis; quibus vnà cum suis collato consilio & addita opera ædificium omne feliciùs expediretur, & citiùs. Sed quia magnum opus longi temporis spatio indiget, id tædium operarum frequentia est redemptum, quæ ad cædendam, aptandam, comportandamque materiam comparatæ sunt, regij decreti auctoritate interposita, & idoneis operarum præfectis creatis. Ex Israëliticis igitur proselytis ad lapidicinas addicti sunt octoginta millia hominum & septuaginta millia qui lapides & ligna ad locum oportunum asportarent. quibus industrij & ingeniosi viri præfecti sunt
1.Paral.2. tres mille ac sexcenti. Inuenti enim fuere illo tempore inter Israëlitas proselyti centum & quinquaginta mille, qui operas suas prestare possent, & tres mille & sexcenti, qui illos alios exercerent. Præter hos etiam ex Israëlitis destinati sunt ad Libanum monte triginta mille viri, qui Tyriis lignorum cæsoribus adiumento essent. Ex his in tres partes distributis deni milleni singulis mensibus in Libano monte lignorum cæsoribus operas ad ministerium nauabant. Erat autem multa artificum optimorum copia, partim eorum quos Dauid instructos ad id operis regiis stipendiis optauerat, partim ex Tyriis Phœniciæ architecture peritissimis, &
1.Paral.1. Græcæ non ignaris. Inter quos celeberrimus in omni metallico opere Hyram patre Tyrio, & matre Israelitide ex tribu Dan.

ÆDIFICII PARTES.

IGITVR materia omni comparata, & operis distributis atque instructis, artificibusque edoctis, templi area primùm delecta est ad eam totius ædificij partem quæ diuini palatij significationē propiùs relatura erat. Fuit igitur area descripta cubitis longa nō minùs quàm sexaginta ab Ortu Occasum versus; lata verò viginti cubitis ab Aquilone ad Meridiem, complanato omnino, adæquatoque solo: quam etiam rationem sculptores obseruant, cùm ad humani simulachri staturam oblatum saxum præcidunt; quadrangulare namque parant, cui subtripla longitudini latitudo sit. Cubitorum autem quantitas eadem fuit, quæ in priori taber-
2.Par.3.3 naculi structura à Mose est tradita. Hoc enim illa oratio significat, longitudinis cubitos in mensura prima
LAPIDES. sexaginta. Atque ita fundamenta magnis lapidibus iacta sunt. Erant autem lapides omnes marmorei, quos
שיש Hebraica lingua שיש vocamus. Ex quo genere pistrinorum etiam molæ fiunt optimæ; quamobrem alio no-
גלל mine lapides גלל dictos esse obseruauimus. Fuit autem sub terra fundamentum iactum pro ratione magnitudinis operis ipsius secundum artem. Ea ratio constat circulo facto, cuius diameter muri super terram ducendi crassitudinem contineat, cui circulo quadratum admouetur, super cuius quatuor angulos circulus ducatur alter: deinde circulo maiori quadratum additum inferioris fundamenti commodissimam crassitudinem reddit. Atque in anteriori huius ædificij facie, vestibu-
Ralbag. lum etiam constructum est Hebraicè אולם à Latinis
3.Reg.6. interpretibus porticus dictum: cuius latitudo decem, longitudo viginti cubitos continebat in area; sed latitudo porticus respiciebat longitudinem domus; ita vt totum ædificium longum esset septuaginta cubitis, & latum viginti. Murus autem crassus cœptus est ad quintum vsque cubitum eadem crassitudine ductus; à quinto autem cubito reductus est vno cubito tenuior, ita vt gradum in scala sectum referret. Atque ea crassitudine vsque ad quintum etiam cubitum productus, eoque loco iterum sectus cubitoque integro reductus est: atque ea crassitudine denuò surgens ad quintum cubitum denuò fuit reductus, ac deinde ad summum vsque rectus processit inter quindecimū, ac vigesimum cubitum fenestræ apertæ sunt ex vtroque latere Meridionali & Aquilonari introrsum angustiores; extrorsum verò latiores. Tum demùm ex interiori parte, muri omnes vestiebantur asseribus cedrinis, siue larignis, quod Cedri genus est, ad vigesimum vsque altitudinis cubitum: quibus asseribus alij impositi secundum latitudinem contigui primam cōtignationem efficiebant, spatio intercepto viginti cubitis lato, totidem alto, & sexaginta longo. Deinde paries nudus in altum processit ad trigesimum cubitum à pauimento infimo. Tota enim domus præter vestibulum longa erat sexaginta cubitis, lata viginti, alta triginta. Itaque duplex erat longitudo ad altitudinem collata; ad latitudinem verò triplex. Superior contignatio, quæ tectum omni domui faciebat, cedrinis trabibus cōstabat. Sed vestibulum in turris formam ædificatum centum viginti cubitis altum erat; videlicet duplum longitudini ædis totius interioris. Dicimus autem interiorem ædem, quidquid intra vestibulum est. id enim ita nominat Scriptura. Sed vt ad ædem absoluendam redeamus, ædis pauimentum buxea materia stratum erat, quam Interpres noster Abiegnam dixit. Habet enim buxus præter coloris elegantiam, soliditatem ossium ferè æmulam, & poliendi nitorem admittit, vt lapides durissimi. Verùm asseres qua parte contignationi priori coniungebantur ornamento coronali finiti sculpturis distincti erant elegantibus instar pomorū, quæ à nōnullis herbariæ rei peritis Amoris poma vocantur; Arabicè Berengenetum; Itali non satis apta vocis imitatione *Malensane*; Hispani aptiori multo Berengenas dicunt: sunt ex genere solatrorum. Erant etiā figuræ florum non omnino explicatorū, sed erumpētium inferiùs ac superiùs procurrente fascia in fundæ modum contexta. Intra ædem ab Occasu intercepto cubitorum viginti spatio paries cedrinis asseribus est interiectus à pauimento ad priorem contignationem; atq. ita quadratus omnino locus relictus est viginti cubitis altus, totidem latus, ac longus totidem: cui nomen simplex Hebraicè fuit DEBIR; Latini penetrale, oraculi domum; & adytum dicere solent. appellabatur etiam Sanctum Sanctorū, aut vno vocabulo Sancta, vt à D. Paulo, aut secundum tabernaculum.

Porrò omnia cedrina ligna, quibus vel muri vestiti, vel prior contignatio constructa, vel interiectio adyti composita fuerat, aureis laminis artificiosè obducebantur, omnibus sculptarum figurarum cōseruatis formis, atque adeò pauimentum ipsum tam interioris quàm exterioris ædis aureis laminis fuit obductum. In ipsis autem aureis laminis, quibus muri obtegebantur, incisæ erant figuræ palmarum, & Cherubim, tam ex interiori, quàm exteriori ædis parte, quæ DEBIR vocata est.

Præterea in DEBIR porta erat quatuor cubitis lata, & octo alta: namque duplex esse solet portarum altitudo longitudini in rectè instituta ædificandi arte, quam rationem Salomon est perpetuò secutus. Sumitur autem in portis priùs latitudo quàm longitudo.

Hanc descriptionem nostra communis versio sic reddit: Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum, postesque angulorum quinque. Hebraicè ad verbum sic legimus: Et ostium DEBIR fecit valuas lignorum olei, superliminare & postes, quintam. Ligna olei vocantur resinosa ligna, cuiusmodi Larices sunt, ex quibus oleum larignū, & abiegnæ ex quibus oleum abiegnum defluit: nos huic posteriori simile genus interpretamur. nam de larice iam fecimus mentionem. Quòd verò ait quintam, illud significat totam portæ latitudinem valuas continentem tribus membris constitisse, superliminari & duobus postibus, cuius apertura subquintupla esset muri latitudini, quam viginti cubitis definitam ostendimus. Huius portæ valuæ ex eadem materia erant cum postibus ac superliminari, limbo in fundæ modum ornatæ, & palmis ac Cherubim sculptis & florum etiam nondum satis explicatorum figuris: Atque hæc omnia auro obducta inte-

gram artis elegantiam referebant. Priori ædis parti intra vestibulum quam HEICHAL Hebraicè vocant; Latina versio sanctum vel templum vertit, porta etiam est constituta in medio loco è regione interioris duobus postibus & superliminari ex lignis olei quinque cubitis lata; decem alta. Quam ita vetus Interpres reddidit: Fecitque in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos. Hebraicè sic legimus: Et hic fecit ad portam HEICHAL postes ligni olei ex quarta. Illud hæc oratio significat portæ illius latitudinē, quartam partem totius muri occupasse. Erat autem murus viginti cubitis latus à Meridie ad Aquilonem. Hanc portam duæ valuæ claudebant, ex buxo, laqueis binis fundæ instar implexis ornatæ, iisque rotundis. Intra laqueos sculpturæ erant Cherubim, & palmarum, & florum ferè apertorum. Latinus Interpres ita hæc descripsit: Et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus, & vtrumque ostium duplex erat, & seinuicem tenens aperiebatur. Hebraicè ita legitur: Et duo ostia lignorum buxorum, duæ fundæ ostij vnius rotundæ, & duæ fundæ ostij secundi rotundæ.

Intra templum, in muro ipso interiecto, quod DEBIR ab HEICHAL diuidebat, catenæ aureæ affixæ erant; quibus velum penderet; quo sanctum à sancto sanctorum etiam occultiùs separabat. Atque hactenus templi ipsius interior structura ac fabrica omnis descripta nobis est, cum vestibulo siue porticu ante templi portam constituta.

Exteriùs verò tria totius templi latera, meridionale, Septentrionale, & occiduum triplici tabulatorum contignatione muniebantur ex cedrinis asseribus, hoc modo. In ipso soli circumiacentis plano trabes arrectariæ constitutæ sunt, cubitis quindenis altæ ab imo muro quinque cubitis distantes; in illis ad quinum quemque cubitum fulcra lignea affixa erant: quibus aliarum trabium transuersa nitebantur, vt contignatio fieret. Transuersæ autem trabes inferioris tabulati sex cubitis longæ, quarum cubitus vnus in templi murum vno vt diximus cubito reducto incumbebat: Medij autem tabulati trabes transuersæ septenis cubitis longæ postremo cubito in muri etiam reducto gradu hærebant. Tertij verò, atque vltimi tabulati longæ trabes octonis cubitis erant eodem modo in tertia reductione hærentes, quantus extremus cubitus erat. Deinde verò vltima cōtignatio erat tecti eodem modo constructa trabibus longioribus, vt altero capite in muro quiescentes, & altero in arrectariorum summa parte connecterentur. Deinde his alij asseres fabrili opere compacti, & concatenati costarum instar, tabulata constituebant; quorum infimum quinque, secundum sex, tertium septem cubitorum spatio latum totam domum tribus lateribus ambiebant. Denique asseres illi omnes tabulis ex eadem materie admotis coniunctissimis instrati tabulata conficiebant; atque ita fenestris etiam oportunè apertis, hæc velut deambulatoria constructa sunt: quorum porta in infimo tabulato, siue deambulatorio ad dextrum, hoc est, Meridionale latus, erat; in quo etiam cochlea, qua ad tertium vsque ascendebatur.

ATRII FABRICA.

ATRIA multa in templo fuisse accepimus; quorum præcipuum Sacerdotum fuit. Quod interius atriū dicitur, à Salomone continuato opere ædificatum. Dicimus verò atrium aperto cælo muris cōclusam aream. Continuit autem interioris atrij area cubitos centum & quinquaginta latitudinis ab Occasu; & totidem longitudinis ab Ortu Occasum versus: Sed latitudo qua Ortum respiciebat, maior fuit, quàm illa quæ ab Occasu erat. Apertius enim ac latius spatium atriorum omnium ab Ortu, quàm ab Occasu fuit; ita vt tota fabrica leonis formam referret, qui pectore quàm tergo multò est latior. Vnde toti loco à Prophetis nomen ARIEL factum esse dicitur. Significat autem ARIEL leonem fortis, siue leonem Dei. Erat igitur latus Orientale atrij tredecim ferè cubitis longius quàm Occidentale. Tantum enim Geometrica ratio reddit, si figuræ quadrangulæ tribus lateribus æqualibus quartum addatur longiùs. Huius autem atrij muri tribus lapidum ordinibus exteriùs constabant, quos trabium ordo vnus interiùs additus vestiebat.

Misna. tractat. de מדות vol. 3. c. 7 par. א.

Atque hactenus contento studio, continuatoq. opere Salomon fecit. Neque anteà templum aut ornauit, aut nominauit, aut initiauit quàm omnes hæ partes essent absolutæ: videlicet sancta, ædes, & atrium quod interius dictum est. In hoc atrio multa fuere cœnacula, & cubicula secundùm muros continuato opere structa, cùm ad thesauros, vasa, atque supellectilem aliam seruandum, tum ad Sacerdotum Leuitarum custodiam, & commorationem. Erant autem omnia, vt diximus, atrij nomine comprehensa muris exteriùs lapideis firmissimis; interiùs verò ligneo assere conuestitis. Nam quamquam nulla mentio cœnaculorum & cubiculorum fit in Salomonis historia; tamen vsus ipse indicat eiusmodi mansiones & domicilia fuisse, atque etiam ipsa breuis atrij descriptio significat, illis verbis: Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum Cedri. Erant enim veluti connexa atrio Sacerdotum cœnacula illa quæ Hebraicè LISCHOTH, Latinè Exedræ vocantur, ad ipsorum ministrorum vsus parata: ita vt atrium illud sine eiusmodi exedris intelligi non possit: vt neq. ministeriū sine ministris. Legimus enim à Dauide & Samuele quatuor Leuitis concreditā custodiam exedrarum, & thesaurorum. & Leuitas commoratos fuisse in exedris. Et de iisdem Leuitis sic statuit Dauid: Et erunt, inquit, sub manum filiorū Dauid, in cultum domus Domini, in vestibulis, & in exedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerij templi. Quin & illud manifestè probatur ex exemplari totius operis à Dauide depicto, ac tradito, quod acceptum Salomon secutus est. Legimus namque: Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis, nec non & omnium, quæ cogitauerat, atriorum, & exedrarum per circuitum in thesauros domus Domini, & in thesauros sanctorum, diuisionumque Sacerdotalium & Leuiticarum in omnia opera domus Domini, & in vniuersa vasa ministerij templi Domini. Has igitur omnes exedras vnà cum ædificatione atrij interioris absolutas fuisse intelligimus. Erat verò exedrarum vsus, quem ipsa sacra historia indicat; ad ministeria, ad ministros, ad thesauros, & supellectilem commodè excipienda. Quædam autem priuata quarundam exedrarum nomina, & monumenta inuenimus tum in sacris libris, tum in illis antiquis traditionibus, quas MISNAIOTH Hebræi vocant: vt exedram separatorum, id est, cantorum.

עליות

2. Par. 29. 26.

Ibidem.

1. Paral. 28. 12.

Camh. in Ezec. 8. 16.

Nehem. 10. 37.

Mis. de שבת c. 1 para. 10.

Mis. de פסח c. 7 & de כלים ca. 15. par. 1.

Exedram etiā foci legimus, quæ Hebraicè בית המוקד dicebatur, in illo atrio fuisse, vt Sacerdotes nudis pedibus in atrio incedere soliti, calefierent.

Camh. in Ezec. 4.

Exedram etiam aliam legimus iugulationis domum dictam, in qua certi columnarum quadratarum ordines erant vncinis infixis, quibus sacrificiorum carnes suspendebantur.

Mis. de עדיות c. 8 para. 11.

Exedra alia fuit, in qua seruabantur ligna, sacrificiorum ignibus struendis adparata. Fuisse quoque Exedram, seu aulam magnam Hebraicè לשכת עזות dictam, in quam de rebus sacris iudicandis conuenire- tur, maximo Sacerdote præsidente. Huius collegij iudices post Babylonicam captiuitatem dicti sunt collegi סנהדרי הגדולה

Mis. de מדות c. 1 par. 1. & סנהדרין ca. 11 & עדיות c. 2. par. 2.

Erat etiam Exedra iuxta בירה vbi Sacerdotes ante expiationis diem reducti versabantur.

Mis. de כלים c. 3. par. 8

Legimus fuisse Exedram dictam חתלאים in qua continerentur quędam quæ sancta communia dicebantur, siue

Mis. de תמיד c.3 parag. ז siue sancta dubia. Sed hæc fortasse cum quatuor aliis ad exterius atrium referēda sunt, vt posteà docebimus.

Supellectilis etiam votiuæ Exedra in atrio fuit.

Mis. de שקלים c. 5. par. ו. Ærarium oblatæ pecuniæ, suam quoque occupabat exedram.

Mis. de שקלים c.3. pa. א. Exedra eleemosynæ pauperibus probis reponendæ cum cæteris etiam commemoratur.

Fuit & locus, in quo sancta sanctorum comedebantur, dictus postea עזרה בסתם atriolum erat cum cellis.

Mis. de שקלים c. 5. par. ו. Fuere prætereà in atrio interiori portæ quatuor ad quatuor mundi plagas constitutæ; sed in iis celeberrima fuit Orientalis, quam posteà magnificentissimo ædificio ornauit Ioathan: cui deinde nomen portæ nouæ fuit, & antonomaticôs portæ templi: eidemque septem nomina fuisse legimus עליון חדש הוך האיתון סרסיה ויסוד כור Alij existimant portam nouam dictam quòd apud eam innouata fuerit הלכה id est, consuetudo obseruandæ legis; sed nos à nouo opere sic appellatam existimamus.

Camhius. Ezec. 4.21 PORTÆ Camhius Ezech. 4.3 4.Reg.15. Ierem. 20. Camh. 4. Reg.11.16 Idem in Ezech.7.2 Camhius Ier. 26.10 Camh. 2. Paral. 23.4

Meridionalis porta שער הספים id est, porta postium dicta est à postiū magnitudine spectabili vt arbitramur.

Mis. de יומא c.3. par. ו. & de סוכה ca. 4. ט. Mis. de ערובין cap. 10. para. יד Mis. de פסח c. 5 parag. ח

Septem portas fuisse in templo quidam asserunt: Tres à Meridie, ac totidem à Septentrione, vnam ab Ortu. Sed nos in aliis atriis facilè concedemus tot portas. In Sacerdotum atrio quatuor tantùm ponimus: ex iis autem vnam aquarum dictam, antiqui tradunt. In eodem Sacerdotum atrio duos posterioribus temporibus puteos fuisse legimus artificio confectos: in quos aquæ aliunde haustæ conseruabantur ad sacrorū vsus. Alteri nomen fuit הגדול: alteri verò חגילה. An verò hi à Salomonis temporibus effossi ibi fuerint, & constructi, incertum nobis est; tamen existimamus nihil à Salomone fuisse prætermissum. Fuit etiam puteus perpetuso canali per montem vsque ad torrentem pertinenti lapide imposito cum ansa, in quem sanguis cum aqua infusus ad torrentem defluebat.

Fuit & aliud atrium Israëlis nomine appellatum; quod à Salomone ædificatum credimus: non tamen tantis operibus tunc primùm ornatum, atque postea fuit. In hoc populus conueniebat religionis, atque cultus causa; dicebaturque Atrium exterius, & atrium Israel. Illud verò capacissimum esse oportuit, tanti populi & conuentus ter in anno frequentissimi. In hoc Meridiem versus pulpitū erat lapideum, siue subsellium Israelis regi paratum cum sede ad sedendū commoda. Nulli enim Israelitarum in templo sedere licebat, præterquam regi, & pontifici. Ex illo etiam velut suggesto rex populum despiciebat, curabatque auctoritate, exemploque suo in cultus dignitate ac decore continere. interdum etiam cùm opus esset alloquebatur. In hoc atrio ad sinistram porta fuit, dicta Beniamin porta, cuius mentio apud Ieremiam est. Altera autē porta eregione huius fuit dicta עלי יציע התא. Hoc atrium postea Exedris ad Meridiem & Septentrionem constructis, & porticibus exædificatis ornatum est. In hoc atrio porticus constructa est à Salomone postquam ille domum suam ædificasset: vt ex 3. Reg. lib. cap. 7. annotauimus.

Ierem. 20. Camh. 4. Reg. 11.6. Camhius Ezec. 8.14 3.Reg 7.12 PORTICVS

ATRIVM FOEMINARVM.

EXTERIVS atrium à Salomone constructum vnū simplexque fuisse intelleximus viris ac fœminis commune: ea tamen, sicuti decuit, distinctione, vt altera parte viri; altera fœminæ continerentur: viri Sacerdotum atrio propinquiores; fœminæ remotiores essent. Sed crescente forsan hominum numero, vel paulatim turbari cœpto ordine, opus fuit interstitio murorum, eoque non nimis alto, vt alter sexus ab altero seiunctus commodè consistere posset. Ita ex vno duo atria facta sunt, virorum ac fœminarum: vtrumque autem in sacro loco. Atque hoc illud existimamus atrium fuisse, de quo scriptum est: Cumque stetisset Iosaphat in medio cœtu Iudæ & Ierusalem in domo Domini ante atrium nouum. Hoc atrium porticibus nonnullis ornatum fuit secundùm ea loca quæ minimum impedimenti, commoditatis plurimum afferre poterant: hoc est, ad latera Meridiem & Septētrionem versus.

2.Paral. 20.

Idem etiam atrium auctum postea fuit exedris varia ad portas respectione. Namque aliæ ad sanctum ipsum, aliæ ad profanum, aliæ etiam ad vtrumque respiciebant. In eodem atrio ad portam ipsam geminæ arcæ erant constitutæ operculis perforatis, in quas votiua pecunia à singulis pro arbitrio conijciebatur. Ea autem ad templi sarta tecta curanda expendebatur. Atque huiusmodi arcas indicat locus ex Euangelio de Iesu Christo viduæ pauperis minutulum nummum cæterorum erogationibus præferente.

Habetur Misnaioth de decima 2. c. parag. ח. Mis. de שקלים c.6. p. א

Legimus ab atrio fœminarum ad Israelis atrium septem gradus fuisse, quibus ascenderetur.

Camhius Ezec. 4.19

PROFANVM.

POSTERIORIBVS temporibus extra Israelis ac fœminarum atrium aliud constructum fuit, cui חול hoc est, profano est nomen factum: in quod exteri, id est, Gentes, quæ Israelis nomen non profiterentur, conuenire ad orandum possent: & Israelitæ etiam qui cæremoniali ritu puri non essent. Ad hoc atrium illæ pertinebāt exedræ, quarum situm paulò antè descripsimus, partim in sacro, partim in profano constitutæ. Habuit etiam suas porticus atrium hoc, quibus vel imber, vel æstus nimius vitari posset. Huius atrij porta; quæ Ortum respiciebat, infima dicebatur.

Misn. de decima secunda ca. 3 parag. ח Camh. in Eze. 42.18 Mis. de סוכה ca. 5. par. ה

MONS DOMVS.

EXTREMVS omnium, cæterosque ambitu suo concludens murus, fuit Hebraicè סורג ZZOREG dictus: à quo totum spatium vsque ad atria contentum mons domus dicebatur. Atque huic muro ab interiori parte scamna vndique adhærebant, quibus sedere populus posset, imbrice superiùs pluuias, atque Solis vim arcendi causa ædificato. Ad Orientalem huius portam duo iudicum collegia fuere vtrimq. ædificata.

Misn. de Sanhedrin cap. 11.

Atque hic murus montis in secundo templo quinque portas habuisse scribitur. Ex quibus vna populis proximè plantatis ornabatur.

Camhius Ezec. 4.14.

Quindecim gradus, quos quidam in templo constituunt, ad quos psalmi canerentur, ab Israelis ad Sacerdotum atrium pertinuisse videntur.

Camhius Isaiæ. 6.15 Camhius Ezec. 4.21.

Erat etiam in monte domus scamnum profani atrij muro admotū in quo placentæ laudum apponebantur.

Mis. de פסח c. 1. para. ח.

DE ARIS, APPARATVQVE TEMPLI, *déque horum vsu.*

TEMPLI apparatus partim ex antiqui præcepti, & ritus forma instauratus est, partim verò ex nouo consilio institutus. Fuere namque olim in antiquo tabernaculo, arca Testamēti, altare thymiamatis, mensa panis propositi, & candelabrum. Omnia autem hæc præter arcam imitatus Salomon maiora atque augustiora fecit, Hyram artifice summo ex Tyro euocato, qui patre Tyrio, & matre Israelitide natus paternæ artis hæreditariā laudem amplificauit. Itaque Altare thymiamatis factū est cedrina materia, aureis laminis, iisdemq. crassioribus obductum. Id altare in Sancto sanctorum, siue adyto appellato collocatum est: in medio autem adyto arca antiqua sita fuit cum propitiatorio, tabulis, & libro legis intus inclusis.

3.Reg.7.

Gemina etiam puerorum simulachra ex cedrina materia sculpi, auroque purissimo obtegi iussit, miræ proceritatis: quindenos enim cubitos vtrumq. altum erat. vtrumque stabat pedibus in pauimento constitutis, alisque expansis; adeò vt alterius alæ extremæ pennæ ab extremis alterius pennis, decem cubitis distarent; atq. ita vtrumque simulachrum Cherubim altera ala alterū contingebat; altera verò ad murum vsq. pertingebat; illud ad dextram, hoc verò ad sinistram constitutum erat. Eorum situs erat rectus, vt stantium, faciesque ad exteriorem templi partem, hoc est, ad HEICHAL spectabant.

In exteriori domo antiquo illi candelabro perſimilia decem poſuit ſolido auro facta; quinque ad Meridiem; totidem ad Aquilonem. ibidemque decem menſas eiuſdem cum antiquis operis collocauit, ad dextram & ad ſiniſtram quinas.

Atque ita interioribus ædis partibus inſtructis exte-
2.Reg.7. riora quoque magnificentiſſimis ornamentis non abſ-
2.Par. 4. que ſignificatione auxit. Nam præter altare illud æneũ antiquum quotidianis ſacrificiis conſecratum, alterum etiam æneum Salomon conſecrauit viginti cubitis longum, totidem latum, decem verò altum, miræ magnitudinis & artis opus, angulis omnibus artificiosè compactis, iiſdemque rectis.

Illud autem ampliſſimum vas paratum eſt, quod ob capacitatem mare appellabatur; Latini huiuſmodi lacus dicunt, totum fuſile ex ære, cuius diameter decem cubitis conſtabat; ambitus verò triginta cubitorum erat. non enim omnino erat ſphæricum: atque ideò ferè ſemicubito anguſtius, quàm ſphæræ ratio poſtulat. Referebat autem calicem, cuiuſmodi in floribus ſpectantur, longiori ſuperiùs diametro quã inferiùs. Huius vaſis palmi craſſitudinem habuit; profunditas verò vaſis quinque cubitorum fuit. Sub labio ipſo geminus mandragorarum ordo fuſus erat, hoc eſt, ex pomis illis, quæ amoris poma ſuperiùs vocata deſcripſimus, ea regione qua diameter decem cubitos præcisè continebat. Namque inde paulatim ad fundum vſque decreſcebat diameter, vt totum vas calicis formam referret interiùs, caperetque bis mille batos. Dicitur autem in-
Camb. 3. Reg. 7.23. feriùs quadratum fuiſſe exteriori parte. Atque inter rotundam & quadratam figuram ouorum & capitum bouinorum figuras diſtinctas quadratæ figuræ ambitus quadraginta continebat cubitos; rotundæ, triginta.

Huius vaſis fulcrum, erant boues duodecim, fuſi ænei, hoc ſitu, vt poſterioribus cruribus ad centrum locatis, terna capita, ſingulas ex quatuor orbis plagis ſpectarent.

Decem præterea baſes æneæ factæ ſunt quadrati
2.Paral. 4.6 operis, ſecundùm longitudinem ac latitudinem quaternis cũbitis; ternis verò ſecundùm altitudinẽ: Artificium autẽ baſium præter formã ipſam faſciis ſiue proceſſibus ambiebatur binis perpetuis parallelogrammis; altera ad medium altitudinis, altera ad ſummum iuxta ipſum arcæ ſuperioris limbum. Inter eas autem tori procurrentes, à ſeque inuicem æquè diſtantes, quibus additæ per quadrum tæniæ rectæ quadratas areolas relinquebant, in ſingulis lateribus quaternas. Singulas autem areolas figuræ prominentes primã palmæ arboris, ſecundam Cherub, tertiã bouis, quartam leonis ornabant: hæc omnia prominenti opere nõ fuſili, ſed ductili. In ſuperioribus baſium angulis Humeruli erant quaterni conflati continuo opere, quibus lauacra ſingula continerentur, figuris etiam palmarum, leonum, & Cherubim circundatis toris.

In media platea, ſiue area, baſis capitulum prominebat rotundum, dimidij cubiti altitudine conuexum, quo lauacrum in fundo ad eandem formam reductum firmè collocatum hæreret.

Sub baſibus ſingulis quaternæ rotæ binis axibus inductæ erant, æneæ totæ ac fuſiles, canthis, modiolis, radiisque conſtantes circa axes mobiles.

Axes enim baſibus immoti hærebant. erant autem rotæ ſingulæ altitudine ſeſquicubitali.

His baſibus impoſita ſunt lutra decem, ſingulis ſingula, rotunda, veluti dimidium ſphæræ, alta ſeſquicubito, adiuncta craſſitudine ac repandi labij quantitate. Quarum diameter cubitos habebat quaternos cum inferiùs reducto ſinu; ita vt baſium gibbo, ſiue capiti ſuperiùs deſcripto inſidere commodè poſſent. Eratque ſinus ille cubiti dimidij, à quo id quod ad centrum vſq. ſupererat, hoc eſt, ad æquidiſtantem marginibus ſuperficiem, vnius cubiti ſpatium erat. Atque ita conuenit à ſummitate ſinus in lutro non fuiſſe plus quàm vnum cubitum; & tamen totum diametrum quatuor cubitos continuiſſe. Lutra ſub labio floribus & aliis ornamentis ambiebantur.

Capacitas ſingulis lutris quadragenorum batorum erat. Ex his autem quinque ad dexteram, hoc eſt, ad Meridiem; altera verò quinque ad ſiniſtram, id eſt, Septentrionem verſus conſtituti ſibi eregione reſpondebant. Illud autem quod mare dicebatur ad Meridionale latus Orientẽ verſus ſtatutũ cæteris præminebat.

Ante templi veſtibulum duæ columnæ Salomonis auctoritate ſtatutæ ſunt eiuſdem Hyrami opus fuſile æreum admirandi ac ſignificantiſſimi artificij proportione ferè doricis reſpondẽtes. Erat enim vtriuſuis columnæ diameter quaternorum cubitorum; ſcapus verò octonum denum. Atque ita ambitus vtriuſuis duodecim cubitos cõtinebat menſuram. In ſuperiori parte capitula impoſita ſunt quinis cubitis alta, quæ lilij ſpeciem præbebant rotunda videlicet, inferiusque columnarum capitibus æqualia; ampliora ſuperiùs ad lilij, vt diximus, aperti & repandi formam. In ipſius autem capituli infima parte duos malorum punicorum ordines in reticuli cancellis incluſorum fecit ducentena mala ſingulorum capitulorum, binis ordinibus erant incluſa. Reticulatis autem faſciis totum capitulum ferè ambiebatur ternis; ipſæ verò faſciæ catenato etiam opere concludebantur. Atque ita columnæ erectæ capitibus impoſitis lilij ſpeciem ſpectantibus præbebant vnà cum ipſius lilij haſtili, ſiue caule. Porrò has columnas erectas felicis ominis nominibus conſecrauit. Dexteram enim יָכִין quod perpetuam conſtitutionem, firmitudinemque ſignificat. Siniſtram verò בוּעַז nominauit quod ad verbum ſignificat, in eo fortitudo. Quid hoc ſignificaret aliâs vt explicemus, Deus concedet.

Fuit præterea locus iuxta montem domus in quo Miſ. de מנחה c.
מנחת coquebatur. II.par.3

Abſoluto autem templi opere, ſupereſt vt quædam indicemus quę vel ipſi in ſacra lectione obſeruauimus, vel ex doctorum quorũdam expoſitionibus ſelegimus.

Templo locum tribuum omnium largitione emptum fuiſſe auctores quidam tradunt. Camb. 1. Re. 24.25. Camb. in Ezec. 10.3.

De nominibus templi illa indicanda videntur; Inprimis montem ipſum templi omnem, alio nomine Moriah appellatum, dici domum Dei. Idem templum appellatur Lebanõ, ſiue Libanus; eam ob rem, vt quidam exponunt, quòd non nimis diſtaret à ſaltu Libani. Sed quoniam Lebanon album Latinè ſignificat, ſiue candidum, alij nomen inde factum templo putant; quòd in eo expiatis peccatis per ſacrificia & preces hominis lauarentur. Nos verò exſpectabili, longiſſimeque conſpicuo candore, illud nomen impoſitum fuiſſe arbitramur. Conſtabat namque opus totum murorum ac tecti candidiſſimis marmoris lapidibus, ita vt apud exteros auctores montis niue obducti ſpecimen longè aſpicientibus præbuiſſe legerimus. Atqui Libano monti ipſi niues in culminibus toto anno conſpectæ nomen candoris fecere. Legimus etiam templum appellari ſolitum גאון יעקוב Decus Iaacob. Leui Gerſon. 1. Re. 7 Camb. in Iere. 22. Libanus.

Idem tabernaculum teſtimonij ex eo, vt quidam interpretantur, dictum; quòd teſtaretur ibidem Deum Iſrael habitare. Nos vocabulum מועד conuentum interpretamur, quòd eo loci ad diuinum cultum publicè conueniretur, teſtarenturq. omnes ſe Iſraelis Deum colere. Camb. in Hag. 1. & Ioſeph Hiſp. ibid. Aben-Ezra Thren. 1.4. Miſ. de תמיד c.

Præterea templum à Iacob dictum בית אל ab Iſaac 3.par. 28. Ioſeph Hiſpan. in Iſaiæ 5.6.
שדה ab Abrahã יראה non ignobiles auctores indicarunt. Miſ. de

Domus ſæculorum nomẽ templum obtinuit; quod כלים c.
nonnulli ad diſtinctionem Gilgal & Silo datum putant: quòd illo locorũ tabernacula mobilia; hoc fixum firmumque fuerit. I.par. 1 Saadias in Dan. 9. 14. cui Gerſon 1. Samuel. cap. 25.

Sed nos id nomẽ ex vaticinio factum exiſtimamus, quòd futuris temporibus vſque ad Chriſtum ſæculorum rationes à templi ædificatione, & deſtructione, ac

restitutione ducendæ erant. Atque veterum antiquationes rerum, & nouarum ortus, quæ propriè עולמים dicuntur templo exstante, atque vtriusque ætatis teste expectari deberent.

Dictum etiam fuisse Salomonis templum, vt probati Deo nominis auctoritate sanctius populo haberetur. nihil enim sinistri in ædificante fuit illo tẽpore. Deinde etiam ob eam causam, vt cùm postea destrueretur populus sua, nõ auctoris culpa, id accidisse intelligeret.

Totum etiam templum appellatum בירה, hoc est, Solarium in lib. Misnaioth legimus.

Mis. de פכח ca. 7. pa. ח. Templi sanctitatem ita antiqui distinxere, vt à mõte tẽpli, qui cõmunis omnibus locus erat, proximũ esset, חול siue profanum, quem gentibus frequentare licebat ab omni penitiori loco arcendis: Deinde atrium fœminarum sacrũ, intra quod Israelis atrium, post hoc Sacerdotum. hæc sancta omnia erant. Sed inter vestibulum & altare sanctior habebatur locus. Augustior adhuc ea tectæ ædis pars, quæ היכל dicebatur. Demùm verò דביר sanctissimus locus erat; idque propriè quod Sancta sanctorum appellabatur. Atque harum distinctionum exacta ratio explicatur in libris Misnaioth; vbi etiam hominum ordines indicantur, & quibus interdictum fuerit ab ingressu templi, & quos auctores huiusmodi distinctio & interdictio habuerit, exponitur.

Li. יחוס הצדיקים pag. 43. facie 1. Quanquam Solymorum vrbs partim Iudæorũ, partim Biniaminitarum familiis habitaretur; tamen ad Biniaminitas magis quàm ad Iudæos tẽplum spectasse accepimus. Linea enim inter Iudæos & Biniaminitas ducta aram sacrã, quæ medio in loco surgebat, ad Biniaminitarum partem relinquebatur. Sunt qui hanc dignitatem Biniaminitis ob eam rem contigisse dicant: quòd vnus ex omnibus tribuum principibus Biniamin in terra sancta natus fuerit. Alij quòd minimum natu filium hac parte augeri Deus voluerit, exponunt; quòd parentes delectari soleant minimis liberis, iisdemque domi apud se manentibus familiarissimè vti.

Mis. de שקלים c. 6. par. ד. Tredecim mensas lapideas in atriis exterioribus fuisse, memoriæ proditum est, quibus adstantes homines orarent. Fuere verò illæ partim ad occasum, partim ad Meridiem & Septentrionem sitæ, ad Ortum nulla.

Camh. 1. Reg. 1. 8. Duas etiam intra sanctum mẽsas antiqui describũt, marmoream & auream: hanc ad inducendos panes recentiores; illam ad antiquiores efferendos.

Mis. de מנחות c. 1. par. ו. Camh. 2. Par. 4. 6. Sunt qui affirment omnium candelabrorum lucernas ardere solitas, atque in omnibus mensis à Salomone consecratis panes fuisse propositos.

Templi cellas, quas exedras diximus, non Sacerdotibus tantùm, sed Scribis etiam Legis interpretibus ad vsum fuisse destinatas ex Ieremiæ lectione docemur, s. s. e. Legitque Baruch ex volumine sermones Ieremiæ in domo Domini in gazophylacio Gamariæ filij Saphan Scribæ, in vestibulo superiori, in introitu portæ nouæ domus Domini.

Camh. 3. Reg. 10. 6. A domo Salomonis regia ad templum scalam artificiosissimè constructam fuisse egregio lapide, lignisque elegantibus ornatam, ex sacris historiis accepimus.

Mis. de סוכה ca. 7. par. ד. Sancta sanctorum in atrio ad Septentrionalem partem iugulabantur, quemadmodum ex antiquis traditionum libris cognouimus.

3. Reg. 9. In adyto quod דביר siue Sancta sanctorum dicitur, antiquam illam à Mose constructam arcam Salomon collocauit, in eaque legis tabulas tantùm conclusit:

Mis. de שקלים c. 6. par. ו. virgæ autem Aaronis, & vasi manna, atque oleo vnctionis sacro auream arcam ipse fecit seorsum reponendis.

Mis. de יומא c. 5. parag. ד. In exteriori æde, cui Hebraicum nomen היכל, duæ bases fuisse traduntur, in quibus phialæ victimarũ sanguine plenæ collocabantur certis sacrificiorum ritibus.

Velvm. In primo illo templo, inter sanctum & adytum, vnũ velum tantùm extensum fuisse, & sacrorum librorum

Mis. de יומא ca. 5. par. א. lectione, & veterum traditione constat.

At verò in secundo templo duo fuisse quidam volunt auctores; Euangelij verò lectio vnum tantùm indicat cui καταπέτασμα Græcum nomen facit, atque huic rei veterum traditio astipulatur.

Portae Mis. de סוכה ca. 5. par. ה. De portis illa etiam adnotanda videtur, superiorem portam eam dictam fuisse quæ Occasum; inferiorem verò quæ Ortum respiceret.

Porta. Atuch. Portæ Aquilonaris nomen Chaldaicum, siue Syriacum posterioribus temporibus appellatum inuenimus טרי alij etiam nomen קפנוס factum.

Canalis. Mis. de פכח c. 5. pa. ח cõmẽt. & de יומא c. 5. pa. ו. Puteum in atrio templi operculo mobili obturatum indicauimus, in quem ministrantes aquam & sanguinem oblationum effundebant, quæ per subductum canalem ad torrentem vsque ipsum Cedron defluebant: ij verò, quibus horti secundùm torrentem erant, tributum certa ratione in templi sarta tecta pendebant.

3. Reg. 6. Lapides templi omnes marmoreos, siue molitoriæ materiæ cãdidos fuisse, interiùs exteriusque politos, ita affabrè in ipsa lapidicina sectos, vt malleo postea in ædificio committere non fuerit opus, non absque arcana significatione scriptum legimus.

Esdr. 5. 13. In templo loca erant, quæ Daniel vocat צות חעתים. Atria & loca Sacerdotum.

צות חעתים Saad. Dan. c. 13. pag. 874. facie 2. in exempl. Bombergi. Ezc. 42. 13. Misn. de decima secunda ca. 5 par. מ in comm. 2. Reg. 12. Fuit in templo suggestum inter Sacerdotum & Israelis atrium constitutum: in quo Leuitæ musicis instrumentis solemnium & quotidianorũ sacrificiorum tempore canerent.

Templum illud antiquum per Athaliam penè dirutum, Ioas rex sartum tectum curauit. Quidquid autem offerebatur pro votis, & votorũ redemptionibus, Sacerdotum vsui antè destinatum fuit, ea lege, vt sarta tecta à Sacerdotibus curarentur.

Constituta autem fuit à Iehoiada rege arca in templo foramine facto, in quam spontè à populo oblata pecunia immitteretur; quæ etiam in sarta tecta curanda expendebatur. Cura templi sarciendi ad probos viros architecturæ peritos regis decreto, & Sacerdotũ consilio translata fuit.

In templi sarta tecta curanda non ponebantur pretia redundantiæ peccatorũm; sed tantùm votiua, & spontanea: quia non paratur sedes Deo in culpa, sed in virtute; illud enim mulctæ ac pœnæ; hoc virtutis est.

Templi ærarium Ezechias exhausit, & portarum ac liminum aureas laminas remouit, eamque pecuniæ summam regi Assyriorum dedit. Fuerat autem magnus in templo thesaurus.

TEMPLVM SECVNDVM.

SECVNDVM templum à Zorobabel ædificatum omnes primi partes habuit; Montem domus, Profanum, Fœminarum, & Israelis, ac Sacerdotum atria; Sanctum, & Sanctũ sanctorum: sed omnia minori situ, & Esdr. 6. 3. opere, ac sumptu, quàm illud antiquius, mensurarum ac totius operis ratione per Cyrum Persarum regem Mis. de פרה c. 3. parag. ו. præscripta.

Exedra. Mis. de כלאים c. 17. pa. ט. In hoc templo vltra antiquarum partium vsum legimus iuxta Orientalem portã exedram fuisse, in qua Medorum Metropolis vrbis Susæ exemplũ depictum erat, & mensurarum omnium exemplaria præscripta.

Mis. de ערלה ca. 2. par. יז In porta etiam Orientali locus fuisse commemoratur; in quo summi Legis magistri, & Interpretes docebant: atque vnus ex illis præcipuus Gamaliel.

Camh. in Hag. 6. 6. Idem templum, quod secũdum appellatum est, ab Herode denuò constructum fuit lapidum magnitudine, atque ædificiorum structura longè, vt ab ipsis Hebræis scriptoribus affirmatur, maius, & præstantius quàm illud prius Salomonis, cuius operis magnificentiam Christi discipulis admirationem attulisse Euangelistæ scribunt, respondente Domino. Vides omnes Marc. 13. magnas has ædificationes; amen dico tibi, non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.

Mis. de יומא ca. 1. par. ח. Eodem sæculo cùm Pontificatus nõ perpetuus iam, sed annuus esset, atque arbitrio Cæsaris deferretur; Exedram factam fuisse legimus cui nomen fuit לשכת פלהדרין in quam sese recipiebant summi Pontifices, postquam munere suo fuerant defuncti.

Camhius in Hag. 2. 9 Durauit primum templum annis decem ſupra quadringentos; Secundum verò quadringenteſimum ac vigeſimum annum ferè peregit.

Camh. in Hag. 2. 6. & Ioſepha. Hiſp. Ibid. In ſecundo templo perpetuò deſiderata ſunt; duæ Arcæ, altera Legis à Moſe conſtructa, altera ſacrorum monumentorum, quam Salomon fecerat, Vrim, & thummim, ignis ſupernus, maieſtas, & Spiritus ſanctus Prophetiæ.

Porrò templi ſecundi ſtructuram omnem ſi quis tenere cupiat, legat librum Miſnaioth in tractatu de Menſuris.

De cæteris Salomonis ædificiis.

3. Reg. 3. Pvblica à ſe inſtituta ædificia Salomon hoc ordine partitus eſt, vt primum omnium templum, vtpote cæteris ſanctius; Deinde verò domum ſuam; Tertio loco æſtiuam regiam domum; Quarto autē vrbis totius Ieroſolymorum muros conſtrueret; ſatis manifeſto perpetuæ pacis ac tranquillitatis argumento: ſatisque expectato exemplo fidei diuinis promiſſis præſtitæ de publica ætatis ſuæ ſecuritate.

Atque de domo ſibi ipſi conſtructa non multa in ſacris libris deſcribuntur: quam tamen magnificentiſſimam, planeque regiam, ac tanto, tam ſapiente ac diuite rege dignam fuiſſe, tempus in ædificatione poſitum declarat. tredecim namq. annis abſolutam ſacra hiſtoria docet. Fuit autem duplex domus regis ipſius Regia, & reginę Pharaonis filiæ à ſe ductæ. Tres tamen in vniuerſum partes ſummas regia illa aula habuiſſe commemoratur: Porticum iudicij cum regio ſolio; Atrium regium, atq. ædes ipſas, quas pro miniſteriorū atq. miniſtrorū ratione capaciſſimas, multisque partibus diſtinctas eſſe oportuit, vtpote quibus regina etiam Sabba cum aulæ ſuæ familiaribus excipi potuit.

Atque illius aulæ ædificium, non materia modò, ſed opere etiam ipſo, magnificentiſſimum fuiſſe, ſacri ſcriptores apertè indicant. Conſtabant enim muri lapide optimo, triplici ordine coniuncto. Deinde cedrinis aſſeribus conueſtiebantur omnia. contignationes præterea, contignationumque trabes omnes cedrinæ fuere: cuiuſmodi materies ad pulchritudinem, durationem, atq. ad ſanitatem tuendam valet. ſalubres namque ſpirat odores, à carie, putredine, aliiſque impuris rebus aliena.

Sed quod atrium magnum rotundum videtur noſtra verſio interpretari, ita exponendum eſt, vt non aream rotundam atrij exiſtimemus, ſed triplici lapidum ordine ambitam. Nam quod in veteri verſione legimus: Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus ſectis, & vnius ordinis de dolata Cedro, nec non & in atrio domus Domini interiori, & in porticu domus: Hebraica ſic ad verbum habet, וְחֵצֵר הַיְרוּ,ה רָבִיב שְׁלֹשָׁה טוּרִים גָּזִית וְטוּר כְּרִתוֹת אֲרָזִים וְלַחֲצַר בֵּית יְהוָה הַפְּנִימִית וּלְאֻלָם הַבָּיִת Et atrium illud magnum in ambitu, tres ordines quadrati lapidis, & ordo trabium cedrinarum; & atrio domus Domini interiori, & porticui domus.

Fuiſſe verò plura atria minora in regiis ædibus nomen magni appellatum oſtendit. Erant itaque muri omnes exteriùs lapidei; interiùs cedrini. Reginæ domus ex altera parte veſtibuli, ſeu porticus iudicialis conſtructa fuit, materia, atque opere elegantiſſima.

Domvs Saltvs Libani.

Extra vrbem, in regio nemore, vnde Libanus mons proſpici, atque illius regionis in æſtate frigens ac ſalubris aura excipi poterat, palatium Salomon conſtruxit, deambulationi, atque proſpectui magis, quàm habitationi oportunum, centū cubitis longum ab Ortu ad Occaſum; quinquaginta verò latum ab Aquilone Meridiem verſus: quam proportionem ſeſquialteram artifices vocant; eleganti vſu ad pulchritudinem & commoditatem, ſatisque natura ſua firmam. Eiuſdem ædificij altitudo ſexaginta cubitorum erat. Diuiſa eſt igitur area ſecundùm latitudinem in partes tres, cubitis denis ac ſeptenis cum tertia cubiti parte latas. Deinde verò ſecundùm longitudinem in quindenas partes diuiſio eſt facta, in cubitos ſenos cum dimidio ac palmo addito: atque in ſingulis huius partitionis ſectionibus columnæ ſingulæ cedrinæ erectæ fixæque ſunt: conſtitutiq. ſunt quatuor ordines quindenis columnis. Deinde verò trabes epiſtyliorum modo impoſitæ quaternis columnis ternæ ſecundùm latitudinem totius operis trāſuerſæ, ita vt ſexaginta columnæ quadraginta quinque tenerent epiſtylia cubitis denis ſeptenis cum tertia cubiti parte longa. His trabibus impoſiti aſſeres contignationem faciebant primam, cui ſecunda & tertia contignatio eodem omnino modo additæ totum complebant opus muris ex eadem aſſerū materia conſtructis, atque feneſtris multis ad quatuor cæli regiones ſibi ex diametro reſpondentibus, binis quibuſque in oppoſitorum murorum parallelogrammis lateribus. Erant enim in omni latere terni feneſtrarum ordines, ex quibus in cœnationem illam lux ac vētus admittebatur, deambulantibusque in eadem hominibus proſpectus in quatuor cæli partes conſtabat amœniſſimus. Erat totius operis altitudo cubitorum triginta, vt denis cubitis ſingulæ contignationes altæ eſſent.

Huic autem palatio ex vno latere qua portæ ad intrandum erant, adiuncta fuit porticus duplex, altera poſt alteram duplici columnarum ordine, & ſimplici ſuperiùs contignatione. Singuli verò ordines ſeptenas columnas habuere: erat enim duplex illa porticus quinquaginta cubitis lōga, lata verò triginta, vt vtrumuis ſpatium quindecim cubitos contineret.

FINIS.

Librum de sacris Fabricis legi, nihilq; contra fidem Catholicam Romanam, aut bonos mores in eo reperi: sed vt à doctissimo D. Doctore Benedicto Aria Montano compositus est, ita & dignum impressione iudicaui. Ita ego Reinerus Brakel *sacræ Theologiæ Licentiatus, Cathedralis Ecclesiæ D. Mariæ virginis Antuerpiæ Canonicus, & inter librorum Censores Ecclesiastica, & Regia auctoritate Antuerpiæ constitutos infimus.*

Forma exterior arcæ Noë ex descriptione Mosis.





Cannua cubitorum tercentum.

Icnographia et basis arcæ, ex descriptione Mosis: Bened. Ariæ Montano expositor.

SACRI TABERNACVLI ICNOGRAPHIA BENED. ARIA MONTANO DESCRIPTORE



SACRI TABERNACVLI ORTHOGRAPHIA EX INTERIORI PROSPECTV. B. A. M. descriptore





SACRI TABERNACVLI ORTHOGRAPHIA EXPROSPECTV EXTERIORI SECVNDVM ARTEM. B.A.M

P·H·

Pendebat infimum Velum ex anteriori parte certa mensura: sed nos in hoc exemplo, vt liberiorem relinqueremus inspectionem, reductis sinubus illam partem a porta retraximus.



TABERNACVLI ABSOLVTI AC TRIPLICI VELO TECTI EXEMPLVM

P·H·

SACRI IN TABERNACVLO APPARATVS PARTES EX DESCRIPTIONE MOSIS A BENED. ARIA MONTANO OBSERVATA.




OCCIDENS
EPHRAIM
MANASSES
BENIAMIN
GERSONITAE
B
GAD
DAN
CAATHITAE
MERARITAE
MERIDIES
SIMEON
ASER
SEPTENTRIO
RVBEN
NEPHTHALI
E
F
H
PB
D
AARON
MOYSES
ZABVLON
ISSACHAR
IVDA
ORIENS


Atrium templi sive Atrium, sive sacerdotum
D
Puteus הגדול
D
Puteus הגדלה
Porta aquarum
Porta כבנים
Porta Nicanor
Cellæ.
Collegium. סנהדרין
Susan Hābira
Collegium. סנהדרין
Leuitarum suggestus
Sacerdotum congregatio ante diem expectationis
Porta huius nomina
עליון
חדש
תוך
האיתון
הרסית
יסוד
סוד
Porta Binjamin Ierem. 20
B
B
B
Attrium Israelis.
A
Sedes regia
r
B
B
Attrium fœminarum sive atrium nouum 2. Paralip. 20.
Pontificis sedes
Gazophilacium
C
C
Prophanum. חול
Porta inferior
Scamnum placentarum
Mons domus
Collegium
Collegium
Scamna publica.
ORIENS



TEMPLI Ierosolymitani antiqui cum atriis cellis, et porticibus aliisque locis ad vsum vel ornamentum constitutis icnographia. Ben. Aria Montano Hispalensi descriptore.

A. Porticus Vel cVLAM
B. Sanctum
C. Sanctum sanctorum
D. Murus inferior nudus
E. Coronis trimembris
F. Ornamentum muri ex ligno auro obducto.
G. Fenestræ
H. Prioris contignationis locus
I. Locus vacuus et obscurus inter contignationem et tectum.
L. Muri crassitudo et reductus.
M N O. Tres contignationes cellarum.
P. Coronidis trimembris specimen
Q. Portici sciographia.
R. Ornamenti interioris specimen.



SACRÆ ÆDIS SCIOGRAPHIÆ PARS.



SACRÆ ÆDIS ICNOGRAPHIA EX BENEDICTI ARIÆ MONTANI DESCRIPTIONE.

P·H·



TEMPLI CVM PORTICV ET CELLIS ABSOIVTA ORTHOGRAPHIA *ex descriptione Bened. Ariæ Montani.*
Conuenit orthographia cum Icnographiæ mensuris ad Vnguem. Membra omnia respondent Architecturæ Israelitarum

AARON,

SIVE,

SANCTORVM VESTIMENTORVM ORNAMENTORVMQVE SVMMA DESCRIPTIO: AD SACRI APPARATVS INSTRVCTIONEM:

BENEDICTO ARIA MONTANO
HISPALENSI, EXPOSITORE.

ANTVERPIAE
Excudebat Christophorus Plantinus
Regius Prototypographus.
M. D. LXXII.

BENEDICTI ARIAE MONTANI
HISPALENSIS PRÆFATIO.

SACERDOTII *antiqui, quod umbra fuit admirandæ illius lucis, quæ per Iesu Christi sacerdotium atque sacrificium emicuit; arcanam significationem rectè agnosci intelligiq; non posse, nisi partes omnes cognoscantur, quibus illud ministerium instructum ornatumq; fuerat, apertè satis sanctissimus ille vir Paulus indicauit in illa mysterijs ac profundæ doctrinæ plenissima Epistola, quam ad Hebræos conscripsit: in ea enim multas huius generis ac ministerij partes exactissimè explicando persecutus, plures alias significationes tantùm attigit. Idem etiã Iohannes Apostolus in libro quem Apocalypsin inscripsit, non uno tantùm loco egit, quinimo totum illud argumentum, quod omnino diuinum, diuinæq; sapientiæ rationibus refertum est, multis allusionibus & significationibus ex antiqui sacerdotij obseruatione petitis, instruxit & amplificauit. Cùm verò inter cæteras illius ministerij partes, vestimentorum ornatusq; omnis rationem à Deo præscriptam, diligenterq; à Mose, atque deinceps dum illa sæcula durauere, non sine magno arcanæ significationis testimonio obseruatam perpetuò fuisse sciamus, & officio nostro satisfacturi, & sacrarum rerum studiosis operæprecium facturi esse videbamur, si partes ipsas, vti habuisse cognouimus, breuiter ac dilucidè describeremus, vt ex obseruata atque inspecta prius imagine illa visibili et corporea spiritualis illius ornamenti ac decoris, quo summus ille sacerdos, quem hæc omnia significabant, æterno Patri pro mundo omni litaturus placuit, contemplatio certius & expeditius iniri possit. Cupimus verò nos ad publicam vtilitatem de his reconditioribus rebus ac mysterijs aliquando disserere, aut aliquos sapientiæ spiritu præditos extare, qui melius etiam, quàm nos possumus, disserant. Nec verò dubitamus, quin Deus omnia hæc, atque his etiam plura & maiora aperiri & communicari hominibus velit, si modò tantum in eis studium, tantusq; harum rerum amor, quantum ipsarum dignitas postulat, reperiatur. Datum Antuerpiæ* VII. *Cal. Aprilis.* CIↃ. IↃ. LXXII.

AARON,

SIVE,

SANCTORVM VESTIMENTORVM ET ORNATVS DESCRIPTIO.

SANCTAS vestes eo ordine, quo indui solebant, describimus: namque in sacris libris alia ratio initur, ordinis nimirum eius, qui in opere faciendo obseruatus, atque in sacerdote induto spectatus est.

Atque totius huius ornatus materia eadem fuit, quæ in cortinis tabernaculi penitioribus, addito tamen auro, & gemmarum vario genere. Illi (inquit) accipient aurum & hyacinthum, & purpuram, coccumq. bis tinctum, & byssum. Est autem hyacinthus qui Hebraicè dicitur תְּכֵלֶת, color inter rubrum & cælestem, quem Hispani *Cardeno* vocant. huius interpretationis auctor est Iosephus, quem Græci Latiniq́ue postea secuti sunt. Purpuram verò, quam אַרְגָּמָן Hebræi, Chaldæi verò אַרְגְּוָן, siue proprio ipsorum, siue alieno pronuntiant nomine, color omnino rubeus est, quem Arabes ארגואן vocant. pictoribus hic color Taca vocatur: Cremesinum siue carminum multi vocant. Coccum verò bis tinctum, quem Hebraicè תּוֹלַעַת שָׁנִי dici nouimus; quod ex verbo vermiculum iteratum siue vermiculatum iterum reddere possumus; idem est nobis, qui sæpè ab antiquis commemoratur, murex, & murex iteratus siue δίβαφος, & ostrum dicitur. scimus enim conchyliorum siue cochlearũ genus esse, qui murices Latinis dicuntur, quorum animalculorum sanguine cum aliis rebus commixto, vestes tingebantur, eaq́ue splendore maximo præter cæteros colores nitebant: erant autem graui odore, quem corrigi opus esset.

Exod. 28.

Hæc Calabrum coxit vitiato murice vellus, dixit Satyricus. erant verò bis tinctæ lanæ, omnium primæ & pretiosissimæ. Hanc vocem Chaldæus interpretatur עִבְעָ זְהוֹרִי Colorem splendentem. Byssus qui Hebraicè שֵׁשׁ, ab eximio candore marmori æmulo dicitur, perpetuò à Chaldæis בוּץ Bus appellatur, vnde byssus Græcis ac Latinis y in u ex more mutata pronũtiatur. Est autem optimi & albissimi lini genus: cuiusmodi Aegyptiũ sępe vidimus. illius enim regionis laudatissimum esse, in sacra Geographia docebamus. Atque ex hac materia vestimenta & ornamenta numero & forma distincta, comparata sunt. חֹשֶׁן : אֵפוֹד : מְעִיל : כְּתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ : מִצְנֶפֶת : אַבְנֵט Latinè, vt nostra versio habet, Rationale, superhumerale, tunica, linea stricta, cidaris & baltheus. Horum ratio ex descriptione ipsa commodiùs, quàm ex nominibus, cognosci potest.

Tersius Sat. 2

Præter feminalia, quæ communia Pontifici maximo ac minoribus sacerdotibus erant ad vsum operiendi carnem turpitudinis suæ, illorum ornamentorum, quæ in gloriam & decorem facta fuerunt, prima omnium fuit, quam interpres noster Lineam strictam, & tunicam, & tunicam byssinam vertit, Hebraicè כְּתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ vocatur, Chaldaicè verò כְּתוֹנָא מְרַקְמָא exponitur. eiusmodi forma fuit, qua talaris Romanorum stola. atque ita perpetuò Ioannes docet, cùm de huius vestis arcana significatione in Apocalypsi verba facit: erat autem vestis longa, manicata, qua totum corpus, capite & collo excepto, induebatur. hæc Aaroni sacerdoti ex simplici byssi materia confecta fuit; ita tamen texta, vt oculorum figuras continuis contiguisq́ue ordinibus referret; eo modo quo apud Romanos scutulatas vestes aliquando in vsu fuisse legimus. Nam è CHETHONETH THASBETS, tunicam occellatam ex verbo vertere possumus, atq. ita in Arabica versione עין legimus, pro תַּשְׁבֵּץ; in Chaldaica verò Paraphrasi מְרַקְמָא quã Polymitam antiquo vocabulo, & nostris vulgaribus linguis Listatam vertimus: erat enim certis ordinibus quas Listas vocant, insignis; illiq́. ordines occellati oẽs, cuiusmodi mappas in hoc Belgio contextas vidimus, quæ perdicis oculi, à figurarum illarũ frequentia, vulgò vocantur. Hoc autem vt singulare neq. arcana significatione carens, in hac prima veste annotatu visum est dignissimum.

Exod. 28. & 38.

Descriptæ iam à nobis Tunicæ lineæ, superinduebatur aliud vestimenti genus, quod Hebraicè מְעִיל dicitur, pro quo nostra versio Tunicam reddit; ad verbum verò Supparum dicere possumus: cuius vsus semper fuit, vt super alias vestes honoris ac decoris gratia induceretur. Fuit autem eodem nomine duplex vestis forma; altera Meghil simpliciter, altera verò Meghil Ephod appellata. atque prior quidem communis erat tum sacerdotum tum principum, virorũ ac fœminarũ vestis, eaq́ue soluta ac sine manicis, qua totum corpus amiciebatur; cuius vsus vestis Romanis, Toga; Græcis Pallium, fuit; altera verò vndique clausa, præter capitiũ quo inducebatur caput, & foramina iuxta humeros per quæ brachia exerebantur: hanc Scriptura vocat Meghil Ephod, hoc est supparum cinctorium vel strictum vel scapulare. de quo nobis sermo est. Erat autem hæc vestis Romanæ prætextæ forma ferè similis, quam tunica illa linea siue stola breuioré ex lana hyacinthini coloris parari iussit Deus, hac forma integra videlicet, nulloq́ue latere aperta, nisi quantum brachia caputq́ue admitteret, orificio superius facto, totaq́ue inconsutilis, opere, inquam, textoris, quæ in orificio limbum haberet (Labium Hebraica lingua vocatum) ad instar collaris ac limbi loricæ antiquæ: sic enim Hebraicè legimus, כְּפִי תַחְרֵה Sicut os loricæ, vt Chaldæus paraphrastes exposuit. oportuit autem limbum illũ siue labium, quo orificium muniebatur, firmum esse, neque id tamen assutum erat, sed textoris opere cum ipsa veste simul contextum: idq́ue integrum omninoq́ue rotundum, non apertum aut fissum aliqua ex parte, vt collaria in vestibus habere solent, quæ nonnihil aperiuntur, vt faciliùs caput admittant. at verò in hac veste præcepti legisq́ue formula cauetur לֹא יִקָּרַע Non findetur, siue non scindetur. neque enim ob id limbus addendus videtur, vt non scindatur, sed limbus integer describitur illa oratione. Huius vestis inferioribus fimbriis siue lacinię malogranatorum figuræ appensæ sunt, quæ ex hyacintho, purpura & ostro constructæ erant miro artificio; triplex enim color malogranatorum est, quippe grana eximio candentiq. rubore lucẽt, aut pellucent potius: cortex hyacinthũ refert plerumque, sed qua parte Solem accepit, purpureus omnino conspicitur. igitur grana mali punici fissi ex ostro siue murice imitatus est artifex. cætera verò ex duobus aliis coloribus hyacintho & purpura. Inter bina quæque malogranata singula etiam tintinnabula ex auro conflata appendebantur ad formam (vt vox Hebræa significare videtur) mespilorũ, cuiusmodi tintinnabula ex ære in vsu etiam hodie sunt: nullumq́ue tintinnabulorum genus est, quorum alia aliis similiorem sonum edant, quàm hoc quod mespili refert fructum. Sunt qui tradant duo & septuaginta mala granata totidemq́ue tintinnabula fuisse.

Auctor פורים

אפוד Tertium atque vltimum indumentum fuit Ephod, à præcingendo, siue rectiùs ab ambiendo dictum; ambibat enim humeros, tergum, & pectus: Latinus interpres noster Superhumerale transtulit, alij antiqui scapulare dixerunt. materia constabat varia ac multicolore, auro imprimis ductili, hyacintho ac purpura, & ostro siue cocco bis tincto, opere Phrygionico commissis: Opere, inquit, חשב Cogitantis, hoc est, ingeniosi artificis. Eius duæ partes fuere, anterior & posterior ad humeros coniunctæ, cætera verò solutæ. quæ vt corpori hærerent, balteo, vt inferius dicemus, cingebantur. Atque in vtroque humero singulæ gemmæ auro inclusæ, eædemque magnæ alligatæ sunt ex annulo in ipsa inclusione fixo; in altera quidem gemma sex nomina filiorum Israel, in altera verò altera sex incisa fuere magno artificio, ita vt ea nomina sacerdotis induti humeris sustinerentur. Fuere autem gemmæ ex eo genere quod Hebræis שוהם dicitur, Latini ferè omnes Onychem vertunt. Chaldaica verò & Arabica interpretatio manifestè docent fuisse Beryllos. vocatur enim perpetuò à Chaldæis בורלה, ab Arabibus verò בלור, ita vt in vtraque lingua tres radicales consonantes berylli agnoscantur. illę verò picturę, quibus vestis hęc variabatur, nullam certam ac perpetuam rerum naturam referebant, non humanam, non animantis cuiusquā, neque arboris aut plantæ alicuius, sed ingenio arteque inuenta constabant: cuiusmodi, quæ vocantur Maurica siue Arabica, siue Phrygionica excogitare acu pictores solēt. ideo enim dictū est, Opus cogitātis, siue, vt nostra Versio habet, opus polymitū. Atque huic indumento siue pectorali quatuor annuli firmissimè assuti erant, duo in humeris sub illis gemmis, quas auro inclusas iam descripsimus, & duo inferius ea parte qua balteus accingitur, ad vtrumque latus.

חשן משפט Ex eadem omnino materia, hoc est, ex auro, hyacintho, purpura, & murice dibapho ornamentū summi sacerdotis pectori imponendum factum est, quod Hebraicè חשן משפט dicebatur, Latinè Contemplationem siue obseruationem iudicij, ex verbo reddere possemus, quod mysticum valde ornamentum atque instrumentum erat à Deo institutū, cuius vsu sortes diuinæ ducerentur, certumque oraculorum petendorum redderetur ius. Græci interpretes λογίον vertere, vnde Rationale in nostram editionem est deductum, significatione satis appositè ad rem ipsam quæsita. Fuit autem illud ornamentum quadratæ figuræ, hoc est, quatuor lateribus æqualibus ad angulos rectos coniunctis. singulorumque laterum mensura fuit ZERETH, quam palmos tres siue dimidium cubiti continere in lib. De mensuris docebamus: eratque eiusdem operis & artificij cum Ephod, nec tamen simplex, sed duplex, id est, geminum, vt ex tribus lateribus altera pars alteri commissa esset; ex vno autem laterum dextro, videlicet apertum, qua aliquid in illo ornamento asseruandū inferri posset, vt inferiùs dicemus.

Huic autem ornamento gemmæ duodecim auro inclusæ artificiosè hærebant, in quibus duodecim filiorum Israel nomina incisa fuere, incisione qualem sigillis antiquis gemmarum inditam videmus; quæ longè tamen omne aliorum artificum exemplum vinceret. erat verò gemmarum quadruplex ordo, ternæque in singulis ordinibus gemmæ, quarum Hebraica nomina fuere.

Primi ordinis, אדם פטדה ברקת Odem, Pitdah, Bareketh.

Secundi ordinis, נפך ספיר יהלם Nophech, Zzaphyr, Iahalom.

Tertij ordinis, לשם שבו אחלמה Lesem, Sebo, Ahlamah.

Quarti ordinis, תרשיש שהם ישפה Tharsis, Soham, Iaspeh.

Series autem nominum incisorum ex nascendi ordine, atque ex Ierosolymitano Thargum illam fuisse obseruauimus.

I Reuben, Simeon, Leui,
II Iehudah, Isachar, Zebulun,
III Dan, Nephthali, Gad,
IIII Aser, Ioseph, Biniamin.

Illarum verò gemmarum certissimam rationem nō omnium exactè definire possumus; quantum verò studio ac diligentia hactenus reperire potuimus, breuiter exponemus.

אדם Odem nomen accepit à sanguine, cuius colorem omnino refert: quidam Sardium vel Sardonychen esse dicunt; nos verò cum Helia Rubinum apud nos dictum esse arbitramur; maximè cùm Chaldaicè vocari sciamus סמקן zzamchan, id est, rubrum. affine autem est nostrum nomen Rubin nomini Reuben, quod in illa gemma incisum erat. Ierosolymitanum Thargum etiam סמקתא vocat, eadem rubedinis significatione. 1.

פטדה Pitdah, literas habet radicales tres cùm Topazio conuenientes P. T. D. quanquam transpositas cum T. P. Z. nam Z. & D. eiusdem sunt soni. ideo topazij genus esse videtur, viridis tamen & prassini coloris, atque smaragdo æmuli. Namque Chaldæus Paraphrastes tā Onkelos quàm Ierosolymitanus, alter ירקן, alter ירקתא exponunt. hunc in Aethiopia nasci Ezechiel indicat generosissimum. ita nostra editio rectè habet Topazium. Prassoiden smaragdum sunt qui appellēt, quod genus gemmę apud Aethiopas nascentis, auctore Iuba, acriter viride est, maximeque à Plinio laudatum. 2.

ברקת Bereketh. à fulguris vel fulgetri, quod colore ac splendore imitatur, similitudine, nomen accepisse videtur, atque apud Babylonios & Ierosolymitanos nomen idem tuetur ברקתא & ברקן. Quamobrem Chrysolithū, vel illam Chrysolithi speciem esse existimamus, quam Topazium aureum vocant, Straboque in Ophiade insula reperiri, ex Arthemidoro narrat; pellucidam, & splendore auri refulgentem: quanquam quæ propriè Chrysolithos est, fulgur verius referat. 3. Chrysolithos.

נפך peregrinum nomen est, nisi à conuersione ac mutatione, ex verbo הפך deriuetur: subobscurum ideo lapidem esse nonnulli dicunt. sed Chaldæus Paraphrastes apertè סמרגדין Smaragdum nominat. Ierosolymitanum verò Thargum ברכרנה vertit, quod nomen à memoria iuuanda natum videtur. estque fortassis eiusmodi smaragdi virtus. 4. Smaragdus.

ספיר Zzaphir nomen apud nos retinet Saphyri, quam gemmam eiusdem cum nostro Saphyro generis esse, hoc est, cælestis coloris, Moses apertè docet. Et sub pedibus (inquit) eius candor Saphyri, & veluti cælum in claritate. Sed distinguunt Hebræi Saphyrorum species per colores: aiunt enim quosdam esse albos, eosdemque Adamantes vocari; quosdam verò cælestem omnino referentes colorem inter album & cæruleum. Et Saadias Saphyros inter Chrystallorum genera collocat. In homeliariis Hebræorum narratur, quidam qui Saphyrum emeret Romæ, constituisse de precio, si modò periculū fieret: factumque fuisse periculum gemmæ in incude malleo percussæ, quæ malleo incudeque læsis, tamen illæsa permanserit, vnde consequitur Adamantem, qui huiusmodi ferri vim superet, Saphyri genus esse. vocatur autem hæc gemma ab Onkelos שבזן Sabzan: in Ierosolymitana verò Paraphrasi סימפוליגה Sympoliana dicitur. itaque Saphyrum hoc loco interpretamur, non hoc fortissimum genus, sed illud alterum quod colore & firmitudine ab hoc differt, cælique speciem refert. 5. Exod. 24. Saphyrus. Adamas.

יהלם Iahalom. à contundendo & percutiendo nomen habet in forma futuri, quæ naturam ac perpetuitatem, vt sæpe iam aliâs docuimus, indicat. Estque à firmitudine & vi alias gemmas, atque adeò ferrum rumpendi, ita dictus hic lapis. Quare hic verus Adamas 6. Adamas.

mas videtur esse, atque ita ab Arabibus vocari dicitur אלמס Almas, pro Adamas: auctores Sahadias & Abraham Hispani. Hunc Onkelos vocat סַבְּחַיּוֹם eadẽ significatione cum Hebræo nomine: nam significat idem quod Capiens vel ferens percussionem. atq. hunc eundem Ierosolymitanus עַיִן עֵגְלָא Oculum vituli nominat.

7. לֶשֶׁם Lessem Lygurium vel Lyncurium nostri verterunt. quem ex Lyncis vrina coagmentari Plinius scribit, indeque dictum affirmat nomen לשם, iisdem consonantibus, quibus Lynx constat. nam Græci & Latini propter suas inflexiones & pronuntiationes peregrina verba facilè deformabant. Onkelos hunc lapidem, קַנְכִּירִי Kanchyri vocat, proxima etiam Lyncuri pronuntiatione. Ierosolymitanus זוּזִין nominauit. eundem Arabicè vocari נָוָע, Ionas doctor affirmat. Porrò Iosephus Lygurium nominauit, idque Versio nostra habet.

Lyncurius. Plinius lib. 37. cap. 4.

8. שְׁבוֹ Achaten Græci ac Latini verterunt; sed Chaldæus paraphrastes טַרְקָיָא reddidit, Tarkaia. estque apud nos Turquesa dicta. Ierosolymitana paraphrasis בְּרַזְלִין vocat: ferrugineũ vel ferreum vertere possumus. Antiqui Hispani Iudæi Turquesam quoque dixere hanc gemmam.

Turquesa.

9. אַחְלָמָה Ahlamah. à somnio nomen habet; quare valere aduersus insomnia quibusdam videtur: atque ita Arabicè vocatur אֶל חַלְמָא Ad somnia. hanc gemmam עין עיגלה Onkelos vocat, hoc est, Vituli oculum. Ierosolymitanus verò interpres זְמַרְגָּדִין Zemargadin. Nostri Latini, Græci, & Hispani interpretes Amethyston vertere. cui affine aliquid habere videtur Ierosolymitanum nomen.

Amethystos.

10. תַּרְשִׁישׁ Tharsis. siue ex inuentore, siue ex loco vnde afferebatur, hoc est, ex Aphricæ parte Carthagine postea dicta, siue ex maris colore, quem refert, quod Mediterraneum mare, Tharsis per metonymiam dicatur. Lapis ille est qui ab Italis Aqua marina dicitur, cuiusmodi nos elegantissimum aliquando habuimus & magnum. sic enim hunc lapidem Ierosolymitanus paraphrastes & Onkelos vocant כְּרוּם יַמָּא Sicut mare, vel simile mari. θαλάσσιος à Tharsis, vel hoc ab illo nomine deductum videtur, est autem θαλάσσιος. de quo Poëta:

Quasq; similes fluctibus maris gemmas. &c. Latini Interpretes Chrysolithum esse dixerunt. sed de Chrysolitho iam disseruimus.

Martial. li. 1.

11. שֹׁהַם Beryllum esse, superius diximus, ex perpetua Chaldæorum paraphrastωn interpretatione, qui reddunt, בּוּרְלָא Burla. nostri Onychem vertunt: sed Onychis multa genera sunt, nobis vltra decem videre contigit: decem & octo ostensurum se Iacobus Trezzius Mediolanensis amicus noster pollicebatur: inter quæ Berylli fortassis enumerantur: nam & Beryllorum non vnum genus esse ex antiquis accepimus; inæquales enim Beryllos appellat Satyricus. accepimus ab eodem Iacobo Beryllum pallentem chrystallinum; qui etiam lacteum se nobis quærere aiebat. hanc gemmam שֹׁהַם Ierosolymitanus בּוּרוּלְחָא Bedolha vocat, affini vocabulo Beryllo. namque R. in D. mutari, vt Rodanim, Dodanim, iam aliâs docuimus; Arabicè etiam vocari אל בלור Belor, diximus.

Iuuen. Sat. 1.

12. יָשְׁפֵה IASPEH. Iaspidis nomen apud Latinos retinet, quanquam & Græcè & Latinè legamus alicubi βήρυλλος. Arabicè autem in huius loci & lapidis interpretatione יַסְפֶּה IASP scribũt. Quid verò causæ fuerit, quamobrem à Ierosolymitano interprete gemma hæc מַרְגָּלִיתָא appelletur, diuinare satis rectè nequeo, nisi fortassis margaritæ nomen etiam Iaspidi illo sæculo vulgariter fuerit tributum. Certè Onkelos hanc פַּנְטִירִי Panteren vocat, nomine omnino Iaspidi conueniente; Pantheram enim animal, pictam esse nouimus, atque macularum elegantia cæteras feras illicientem,

Iaspis.

Pictarúmque iacent fera corpora pantherarum.

Ouidius lib. 3. Metam.

color totius pellis, præter maculas, fuluus est. eiusmodi maculosas & fuluas Iaspides vidimus;

——atque illi stellatus Iaspide fulua Ensis erat.—— Virg. lib. 4. Aeneid.

sunt autem Orientales omnium optimæ ac pulcherrimæ. *Electro potens & Iaspide clarus eõa.* Est & viridis Iaspis, sed fuluam in pectorali fuisse, satis indicat nomen Pantheræ, à Chaldæo expressum. Atque hæc de gemmis breuiter indicasse satis fuerit. iam cæteras huius ornamenti partes absoluamus. Hoc rationale, siue pectorale, seu contemplatio iudicij explicationis causa dicatur, quatuor armillis, siue annulis, ad quatuor angulos affixis, auctum erat: ex duobus superioribus ligabatur catenis duabus aureis, in spintris formam contortis, quæ singulis vncinis adnectebantur duobus illis annulis, quos in humeris Ephod sub lapidibus magnis auro inclusis, depinximus; inferius verò vittis siue funiculis duobus ad vtrunque annulum in Ephod, iuxta cingulum ad dexteram læuamque assutum alligabátur, ita vt quocunque modo atque habitu sacerdos esset, tamen pectori semper hærens ornamentum hoc haberet. atque ita nostra Versio habet: A se inuicem rationale & superhumerale nequeant separari: vel ex Hebraico verbo, Et non attollatur rationale desuper Ephod.

Statius lib. 4. Theb.

Annuli. Catenæ. Vittæ.

Fuit præterea Balteus ex eadem materia, eodemq; artificio cum Ephod, & rationali factus, qui Ephod cũ inferioribus vestibus omnibus continebat.

Postremum verò capitis indumentum atque ornamentum fuit, quod מִצְנֶפֶת Hebraicè dicitur, nomine à צָנַף, quod Ambire & operire significat, deducto. ambiebat enim operiebatque caput, eo ferè modo, quo Orientalium incolarum Tiara, quam Turcico vocabulo *Toxbant* dicimus. nostri interpretes Cidarim & Tiaram vertunt. ea linea siue byssina omnis erat simplicissimæ candidissimaque albedinis, cui ad frontem alligabatur aurea lamina, hoc elogio inciso קֹדֶשׁ לַיהוה hoc est, Sanctus Domino. Atque hæc vestimenta ornamentaque omnia summorum illorum artificum opera & industria ex diuino consilio facta sunt.

Cidaris. Lamina.

Vnum illud mysteriis plenum genus restat indicandum, quod ex natura vsuque sui חֻאוּרִים וְתֻמִּים Havrim & Hathumim vocabatur, quod ex verbo Inflammationes illuminationesque, & perfectiones atq. simplicitates reddere possumus, cũ adiuncta notatione insigni, videlicet illas illuminationes, & illas perfectiones. Noster interpres Doctrinam & veritatem vertit. omnia enim hæc & plura etiam in illis Hebraicis nominibus continentur. Hanc autem rem, cuiuscunque naturæ illa fuerit, hominum artificio factam, aut comparatam non fuisse, sed diuinitus datam Mosi, vel eo tempore quo lex & tabulæ, vel eo quo perfectum opus fuit, arbitramur, eamque fuisse multiplici figura distinctam, simuletiam claram, lucidam, speculique instar tersam, ex nominum figura & numero etiam multitudinis intelligimus. In omnibus aliis, quæ hactenus commemorata descriptaque sunt, ornamentis & vestibus, hoc modo scriptum legimus, Et facies, & facient, & scribent. Atque in ipsa curatione eorum sic etiam legimus, Et fecerunt, & scripserunt, vel inciderunt. &c. in huius verò arcanæ rei commemoratione, Et pones. siue ex Hebraico verbo, Et dabis in rationale iudicij Vrim & Thumim. Et in Leuitici libro scriptũ est, Et dedit ad rationale Havrim & Hatthumim. id est, Indidit in Rationale: diximus autem Rationale fuisse duplex, tribus lateribus commissum; ex vno autem latere apertum, inter vtramque autẽ partem Vrim & Thumim inferebantur, ibidemque seruata, sacerdotis hærebant pectori: inde verò proferebantur, quoties diuinum responsum petendum erat. Quòd si quis nimis curiosè quærat, quanam materia illa Vrim & Thumim secundum naturam constarent, facilè à nobis responsum accipiet, dummodo idem nos certissimè doceat, quodnam lapidis genus illud fuerit, quo

Vrim & Thumim. Leuit. 8.

lex digito Dei incisa, primùm Mosi in Sina monte tradita est; namque illi lapides non vt posteriores à Mose comparati sunt, sed à Deo ipso dati. Deinde etiam doceat cuiusmodi materia constaret ignis ille cælitus immissus, qui prima Aaronis procurantis sacra corripuit, quem etiam per totos septuaginta annos à Ieremia absconditum perdurasse auctores tradunt. Quali etiam materia manna illud celeberrimum confectum fuerit; quod cùm simplicissimum esset & suauissimum, tamẽ intra quatuor & viginti horas corrumpebatur, & sexto quoque die ad quadraginta horas vlteriusque conseruari poterat: eiusdemque exigua portio, quanta in Gomer capi poterat, per multos annos in arca vase aperto, & facilè perflabili, in perpetuum monumentum conseruata est. Quòd si quis respondeat tria hæc genera vltra communem naturæ rationem arcano miraculo constitisse, is à nobis de hoc etiam quarto non minùs consonum expectabit responsum. Iam verò si vltra inquiratur, vbinam, quando, & quomodo illa Vrim & Thumim perierint, & an sublata fuerint diuinitus, hominumque vsibus negata; id de hac re nos referemus, quod de illis aliis tribus generibus legimus: quæ in primi templi excidio à Ieremia recondita sunt, nec vlterius reperta, præter ignem sanctum, de quo nonnulli affirmant: id agente Deo, vt hominum genus sanctiorum etiam rerum, quæ noui testamenti tempore oblatæ sunt, desiderio & expectatione afficerentur.

Minoribus sacerdotibus vna vestis linea tunica siue stola simplex præscripta fuit, cum ornamentis duobus cingulo & cidari ex lino etiam candidissimo confecta. Harum omnium à nobis descriptarum rerum tabulam addidimus, summi, inquam, Pontificis imaginem suis vestibus ornamentisque instructi, cum ministrorum etiam indumentis. Atque emblematis loco vtrinque suspendimus totum illum apparatum, quem ad sacrificiorum & antiqui cultus vsum (qui propriè ac verè עבודה id est, Seruitium dicebatur) in promptu esse oportuit, cuiusque nomina & partes in sacris libris sparsim leguntur.

FINIS.

SACERDOTIS ANTIQVI SANCTIS VESTIBVS ET ORNAMENTIS INSTRVCTI EXEMPLVM, EX DESCRIPTIONE MOSIS A BENED. ARIA MONTANO OBSERVATVM. CVM MINISTERIALI SACRIFICIORVM APPARATV ET MINISTRORVM VESTIBVS.

בְּתֹנֶת	A	*Linea stricta vel Tunica stola*	אַבְנֵט	D	*Baltheus*	חֹשֶׁן מִשְׁפָּט	I	*Rationale.*	
מְעִיל	B	*Tunica superior.*	מִצְנֶפֶת	E	*Cidaris, vel Tiara.*	טַבָּעוֹת	L L	*Annuli superiores.*	
פַּעֲמֹנִים	q	*Tintinnabula.*	אַבְנֵי שֹׁהַם	F F	*Lapides onychini.*	טַבָּעוֹת הַתַּחְתֹּנִים	M M	*Annuli inferiores.*	
רִמֹּנִים	d	*Malogranata.*	מִשְׁבְּצוֹת	G G	*Vncini.*	פְּתִילִים	N N	*Vittæ, funiculi.*	
אֵפוֹד	C	*Superhumerale.*	שַׁרְשְׁרוֹת	H H	*Catenulæ.*	טַבָּעוֹת אֲחֹרוֹנִים	O O	*Annuli posteriores.*	

NEHEMIAS,

SIVE,

DE ANTIQVAE IERVSALEM SITV, VOLVMEN: A BENEDICTO ARIA MONTANO HISPALENSI DESCRIPTVM.

BENEDICTI ARIAE MONTANI IN IEROSOLYMORVM DESCRIPTIONEM PRÆFATIO.

CVM PVER *in ea extremæ Bethicæ parte, quæ hoc tempore Extrema-dura dicitur, educarer, præter alios bonos viros quos in literis ac religione rudimentorum magistros habui, vsus etiam sum consuetudine, cura, atque disciplina Iacobi Vasquij cognomento Matamori, viri, qui rerum omnium peritia, ac summa vitæ integritate sanctissimorum recentis quondam Ecclesiæ sacerdotum exemplum multis testimoniis comprobatum, nostro sæculo retulit memorandũ: cuius egregias laudes adhuc recenti memoria omni illa in regione constantes nos aliquando (vt eximiæ virtutis ius, ratioq; postulat) referemus. Is cùm iuuentutem suam varijs peregrinationibus diu exercuisset, magno animi studio impulsus, ac dolore etiam affectus, quòd omnium optimam & potissimam illam vnam prætermisisset, quæ in Syriam Palæstinam pietatis ergò suscipi à compluribus Christianis solet, post annum ætatis quadragesimum quartum, è patria denuo profectus, Ierosolymam petijt atq; adijt, in qua biennio cõmoratus est, ijs exercitationibus intentus, quæ pios homines in illis locis occupare solent, id est, monumentis omnibus rerum à patribus quondam antiquis, & à Christo Domino, atque ab Apostolis tum gestarum, tum perlatarum, visendis, salutandis & obseruandis. Potuit sibi optimus vir in ea re abundè satisfacere, quòd temporis commoditatem satis opportunam nactus esset; magna gratia apud illius regionis præfectum Turcam inita (erat enim ille ingenio, eloquio, morum & vitæ honestate ac decore omnibus etiam hostibus amabilis) & pecuniarum, quas secum detulerat, facultate abundè instructus, linguarum non inscius, & picturæ artis peritissimus: id quod multæ tabulæ & alia sacrorum monimentorum exempla in sancti sepulchri & Bethlehemi templis ab eo dicata, multa etiam, apud nostrates Bethicos magno in pretio habita, testantur. Idem mihi primas in pictura lineas ducendi auctor magisterq; fuit. itaque cùm eleganti adeò ingenio, totq; artibus præditus et instructus esset, omnemq; illam regionem, quæ à Ioppe in Iordanem, & à Damasco vsque in Beersebagh iacet, diligenter attenteq; peragrasset, atque ad antiquas cognoscendas res, à fabulisq; recentiorum, qui in illis locis degunt, dignoscendas acri præditus esset iudicio, quæcunque vidit, omnia exactè notauit, & tum literis, quarum autographum mihi amicitiæ pignus gratissimum dono dedit; tum etiam tabulis à se depictis, expressit. Demonstrabat sæpè ille mihi puero, & ex ore narrantis pendenti omnia ferè illius regionis loca, quo singula modò essent, vt quondam habuisse viderentur, vt nunc haberent: ita vt ego ipse iam adolescens simulachra illa locorum ab eodem demonstrata ac depicta referre expeditissimè alijs possem, à quo etiam magnum & elegantissimum totius Ierosolymæ vrbis, & suburbium exemplum suis coloribus in tela depictum accepi. Quantum autem illa per hunc virum menti meæ impressa, sacrorum locorum imago mihi vtriusque Testamenti libros posteà legenti ad multa, quæ in illis libris continentur, cognoscenda contulerit, non est quòd hîc referam; satis quippe res ratioq; ipsa docere hoc confirmareq; potest. Cùm verò posteaquam sacrarum literarum lectione imbutus essem, auctoresq; aliquos qui in illo descriptionũ genere laborauerãt, legissem; sæpè cum viro illo multa contuli, qui maius mihi lumen ad minutiores etiãm res cognoscendas adhibuit. (produxit quippe ille vltra annum septuagesimum ætatem, quam sancto admirandoq; absoluit exitu) quo tempore quintum ac vigesimum ipse agebam. Igitur illius optimi viri demonstrationibus primùm instructus, cùm multa deinde ex sacrorum librorum lectione obseruauerim, quædam etiam apud alios scriptores adnotauerim, quæ ad topographiæ rationem expediendam conducere possent, antiquum Ierosolymorum demonstratum situm, cuius cognitionem non minus vtilem quàm iucundam sacrarum disciplinarum studiosis futuram censebam, breui descriptione inita, & tabula etiam depicta in sacro Bibliorum apparatu, opportunè collocandũ curauimus, additis iis quæ in celebriorũ locorum partiumq; notis obseruatu videbantur dignissima. Præter alios autem auctores, quos de hoc argumento consuluimus, Petri Lackstein, diligentis etiam illorum locorum obseruatoris tabula, non ita pridem in lucem edita, vsi sumus. Dabitur porrò nobis à Deo, vti speramus, aliquando opportunitas plura ac pleniora in hoc etiam argumento describendi: nunc verò ea tantùm quæ ad sacræ lectionis expeditionem commodissima videbantur, quambreuissimè & clarissimè potuimus, exhibemus, quæ vnà cum studio animoq; nostro ad publicam vtilitatem promptissimo, pijs & candidis lectoribus, Christianæq; simplicitatis amatoribus probari cupimus. Datum Antuerpiæ Atuaticorum,* XVI. *Cal. April.* CIↃ. IↃ. LXXII.

HIEROSOLYMÆ
VETERIS SITVS.

IERVSALEM antiquæ vrbis fundamenta in montibus sanctis iacta fuere, iisque tribus, nec omnia eodem tempore tamen. primum enim à Iebusæis solum non magnæ ciuitati construendæ optatum fuit, non vsque magnum in monte Sion dicto. Est autem mons Sion ex tribus in illa regione maximè eminentibus, ab Austro ad Aquilonem productissimis; idem etiam ab Occasu ad Ortũ cæteris latior. in eo colles consurgunt tres, sese mutuò prospicientes: vnus ad Meridiem Ortum versus, qui totius illius regionis extremũ finẽ terminat, vnde subiectę vallis planities despicitur, qua fons erumpit, Siloë dictus. huic nomen Mello fuisse, antiquæ nobis historiæ tradunt; alter verò collis interiori montis loco ad Occasum surgit, quatuor ferè stadiis ab illo primo dissitus, qui proprie Sion dictus fuit, antiqua Iebusæorũ arce instructus, inter vtrunque ferè tertius eminet magis quàm primus ad Aquilonem, & quàm secundus ad Ortum situs, quem Dauid Iebusæos oppugnaturus occupauit, ac perpetua deinde sibi exædificata domo instruxit: ex illo autem Iebusæorũ expugnauit arcem, totumque Mello deinde cepit, constructoq. per montis extrema, muro muniuit. Est autem mons ex illo latere inter Occasum & Austrũ ferè præruptus, ascensuque valde difficilis. Ab illa verò Iebusæorum arce Sion dicta; reliqua montis illius pars quæ ad Aquilonẽ per stadia ferè octo extenditur, Dauid tempore à Iudæis ædificata, nomen obtinuit Ciuitatis Dauid. Ab eadem Iebusæorum arce colles illi, quos Mello appellari diximus, à monticulo domus Dauid angusta valle dirimuntur, quæ & exiguum humorem ex vtraque parte emanantem, & pluuiarum etiam defluxus excipiens, torrentis celeberrimi, cui Kedron nomen est, initium facit. Atque antiquissima Iebus, eademque Salem, & Ierusalẽ dicta, sic habuit, ab illo extremo siue promontorio, quod Mello finis est, Ortumque à Meridie respicit per Occasum, qua montis arca superior porrigitur, ad Aquilonem ferè medium circulum faciens, nisi quantum montis obliquitas variat, perpetuo muro & turribus frequentibus, iisdemque impari magnitudine, vt vestigia atque antiquæ descriptiones ostendunt, munita, ab Aquilone verò ad Austrum obliquo item muro, sed breuiori decursu spacio vallata.

2.Sam.5.

Moriah mõs

Sioni monti alter aliquanto depressior adiacet ab Occasu ad Ortum obliquè in arcus formam per Aquilonem excurrens, cui nomen quondam Moriah factũ est, Abrahami fide atque obedientia illustris, qui ibidem loci filium suum Isaac, cùm tentaretur, sacrificaturus alligauerat. In eo monte Arauna Iebusæi area fuit, quam ad templum ædificandum Dauid olim destinatam, appenso argento sibi comparauit. hæc totius montis pars media ferè est, Austrumque spectat, quæ muro olim circumsepta, vt in sacris Fabricis ostendimus, Mons domus appellabatur, atq. à monte domus totus descensus ad Aquilonem, vsque in vallem non nimis latam, quodque reliquum est ad Ortum magna olim frequentia fuit, muroq. à Salomone vndique ambitus. Crescente verò deinde populo, atque religionis causa in eam vrbem conueniente, magnum aliud spacium tertij montis occupatum est, quod suburbium dicebatur, inde ab Occasu incipiens, vbi ab Aquilone ciuitas Dauid desinebat, nomen monti Acra superior fuit, ab illo altero vbi Moriam esse diximus, Acra inferiori appellato, decliui vtrinque descensu & valle angusta in semicirculi formam obliqua diremptus. atque ita tribus montibus extrà abrutis, continuato muro munitis, Ierusalem ciuitas Orientaliũ omniũ longè clarissima constitit, tribus magnis partibus interius distincta, ciuitate Dauid & Acra inferiori, quæ Bezetha nouaque ciuitas dicebatur; atque Acra superiori, cui suburbij nomen fuit. Murus autem exterior ita continuatus fuit, vt ex præcipitio Mello incipiens, ab Austro totum montem Sion ad Occasum percurreret, angulumque efficeret magnum, qua iam Aquilonem locus prospicit; deinde verò coniuncto Acræ superioris colle ad Ortum in acutum angulum desineret, vnde Ortum per stadia ferè sex prospectãs, deduceretur, ac molliter deinde flexus ad Meridiem, qua Moriah mons lato sinu reducitur, quaque rursus contra Mello extremitatem producitur, extenderetur: totus ambitus passuum milliaquinq; fuit, sed propter montium, vallium ac descensuum varium situm plurimarum domuum capax locus erat.

Interius verò triplici muro vrbs tota diuidebatur eo qui Sionem siue Dauid ciuitatem à Moriah & Bezetha & Acra superiori, & eo qui superiorem ab inferiori Acra dirimebat. Valles intercedebant, altera profunda ac longa, quæ à ciuitate Dauid incipiens, inter vtrãque Acram, vt diximus, permeabat; altera verò & breuior & minùs profunda ab Occasu per Meridiem exitus ad Ortum aperiebat inter Mello & Moriah.

Portas in toto muri ambitu nouem tantùm fuisse legimus antiquas, quarũ primam illã Nehemias refert, quæ templo proxima olim fuerat, inter Meridiem & Ortum dictam Gregis portam, quam θεοβατικὴν Euangelista Græcè appellauit. Secunda porta illa fuit, quæ in patentem vallem deducebat, ideo dicta VALLIS porta, postea Aurea. Deinde verò ea parte qua Moriah montis murus cum Mello coniungebatur porta fuit FONTIS dicta, quòd non longè à Siloe fonte distaret. Quarta ad Occasum fuit DAVID porta, versus magnum mare, vnde etiam PISCIVM porta à Nehemia dicta est. Quinta fuit Porta VETVS, sic dicta, quòd non, vt cæteræ, ab Assyriis diruta fuerit. Hanc posteriora sæcula portam Iudicij dixerũt, nimirum quæ proxima esset Caluariæ loco, ad quem vltimo supplicio afficiendi homines producebantur.

Pont. Num.3. שער הצאן שער הדגים שער הישנה

Sexta verò porta contra Aquilonem, Porta EQVORVM à Nehemia dicta, quam EPHRAIM portã aliàs dictam legimus. In ipso montis acuto angulo porta erat ANGVLI dicta, aliàs verò Biniamin porta appellata; cuius mentionem non fecit Nehemias, quòd fortassis suo tempore conclusa fuerit, habebat enim difficilem descensum. Octaua porta AQVARVM dicta, interiacentis vallis exitum excipiebat, qua torrens in valle conceptus, ad Ortum effluens educebatur. Huic proxima etiam porta RVDERVM, siue STERQVILINII erat, in ipso muri ab Ortu in Meridiem flexu: hac autem vt nomẽ & situs commoditas indicat, fimus & rudera in torrentem deiicienda, vel in hortorum, qui secundum torrentem consiti erant, vsus efferebantur. Ex his portis in omnes terræ Israelis partes exitus patebat, hac ratione: Ex Gregis, Vallis, ac Fontis, in totam Australem regionem vsque ad desertum Sinai. Ex porta Piscium in Emaunta castellum, in Bethlehem, Ioppen, in omnem Palæstinam, ad magnum vsque mare. Ex Porta veteri ad Tyrum, & Sydonem, atque posterioribus sæculis ad Cæsaream. Ex ea verò quam Equorum appellatam diximus, ad Dan, & Emath, atque Damascum. Ex Biniamin porta in syluas

4.Reg.14. שער המים שער אפרים 4.Reg.14. שער המים שער האשפות



ANTIQVÆ IERVSALEM VERA ICNOGRAPHIA AD SACRÆ LECTIONIS PRÆCIPVE ET ALIARVM DE ILLA VRBE HISTORIAR. EXPLICATIONEM Ex collatione auctorū cū ruinarū uestigijs ac situ ipso.

in ſyluas Biniaminitidis tribus, vnde lignorum ingens copia in vrbem aſportabatur. Ex aquarum & ſterquilinij portis in Oliuarum montem vrbi proximum, atq. in Iordanem & mare Salis, demumq. in omnes Orientis tractus viæ patebant.

Ex iis verò locis quæ præcipua antiquiſſimis ac recentioribus temporibus in vrbe fuiſſe commemorantur, primus & celeberrimus fuit mons domus, cuius deſcriptio à nobis in ſacris Fabricis expoſita fuit: & Iebuſæorum arx, ad quam iam dirutam arca Domini à Dauid rege aſportata fuit, in eoque loco manſit, quoad templum à Salomone conſtructũ conſecratumq. fuit: cuius loci veſtigia nunc extant, vbi & Chriſtus Paſcha cænaſſe perhibetur. ibidem Dauid regumque Iudæ ſepulchrorum monumenta viſuntur. Fuit etiam Domus Dauid inter collem illum, quem modò adnotabamus, & montem Moriah: hactenuſque turris Dauid nomine appellata conſeruatur. Mello etiam reliquiæ ſunt certis ruinis ad montis extrema cõſpicuæ. Secundum ambitum montis templi Salomonis domus inſignis erat, ad montis prærupta, quæ ſubiectam vallem magnã deſpiciebant verſus Auſtrum. Atque in eodem montis ambitu duæ piſcinæ non longè inter ſe diſſitæ; altera ad Ortum maior, quæ inferior piſcina dicta eſt; altera verò ſecundum murum exteriorem ad Portam gregis appellatam, quinque porticibus inſtructa, cui ob ſingulare ſingulis annis ſanitatis beneficium grauiſſima infirmitudine oppreſſis hominibus diuinitus exhibitũ, בית חסדא BETH HHESDA nomen inditum erat: hæc eadem illo illuſtri miraculo à Ieſu edito celeberrima ſemper manſit. Fuit & tertia Piſcina, quam Nehemias FACTAM appellat, in ciuitate Dauid, inter Occaſum & Aquilonem, quam hiſtorici altam pedibus quadraginta, latam verò ducentis & quinquaginta deſcribũt.

Atquæ hæc ex antiquiſſimis operibus præcipua adnotantur.

Illa verò recentiora fuere, ſed ſuis temporibus illuſtria. Monobazi regis Adiabenæ palatium in Bezetha, ſecundum montis domus murum Ortum verſus, & Antiochi caſtrum iuxta eundem murum in colle eminenti ſitum ad Aquilonem, iuxta quem arcus duplex erat, Lithoſtrotos Græcè, Hebraicè verò Gabatha dictus, vnde præſides populum alloquebantur. huic autem loco contiguum erat Amphitheatrum, & Xiſtus à gentibus conſtructa, atque in proximo colle non longè à muro montis Domus ad Occaſum Aſamanæorũ, ſiue Haſmonæorum, quos Machabæos appellamus, regia, in qua poſtea Agrippa rex palatium conſtruxit inſigne. huic non longè adiacebat Annaniæ Pontificis domus, quam Annas Caiaphę ſocer olim tenuiſſe dicitur. In ciuitatis Dauid Aquilonari extremo verſus Ortum, Herodis regis magnificentiſſimum palatium fuit, inferius autem verſus Occaſum Turris octangula Pſephina dicta fuit, ex qua in Arabiam vſque proſpectus longiſſimè patebat. Ad Orientem verò in ſuperiori Acra, ſiue in ſuburbio, Caſtrum Aſſyriorum dictũ fuit, cuius ruinæ hactenus manent, primum Titi vrbem expugnantis præſidium.

1.Mach.1. Ioſeph. lib. 20. cap. 13. Ioſeph. libr. 20. Antiq. cap. 13. Ioſeph. lib. 2. de bello Iud. cap. 17. Ioſeph. lib. 6. de bello Iud. cap. 6. Ioſeph. lib. 6. de bello Iud. cap. 4.

Extra vrbis autem ambitum, quæ celeberrima commemoratuque digniſſima obſeruauimus, illa ſunt: Oliuarum mons, ab eius arboris copia ſic appellatus, ad Ortum ſitus, tantumque intercedente valle, neque ea nimis ampla, diremptus. Vallis autem à Mello montis extremo incipiens, à Meridie in Ortum excurrit, molliterque deflexa, ad Aquilonem vergit: eam mediam Kedron torrens interfluit, cui ex aquis intra vrbem tũ manantibus, tum defluentibus origo eſt. ſuppeditant verò continuum fluxum Gihon fons, qui ad Occaſum vrbis non longè à Piſcium porta erumpit, atque perpetuo riuo per vallem ſui nominis etiam Gihon deducto, piſcinam ſuperiorem dictam implet, indeque in natatoriam שִׁלֹחַ ſuis, Siloë noſtris dictam, influit: vnde egreſſi aquæ, ac breue poſt ſpacium cum aliis riuulis commixtæ, torrentem efficiunt. Natatoriæ nomen Fonticulus proximus fecit. ea autem non tantùm his aquis, ſed etiam canali olim ex Salomonis hortis deducto, alebatur. Sunt prope riuulos hos monticuli non procul à Mello, in quibus Salomonis horti fuiſſe commemorantur. extat eodem loci fons Rogel, quo illi irrigari poterant: hortis autem vicina petra Zoheleth ſurgit, Adoniæ regnum citra patris conſilium ambientis teſtis. Atque inter hos montes & riuulos eos quos commemorauimus, quæ intercedunt valles, non ita magnæ ab Occaſu & ab Auſtro in Ortum proiectæ, vallis filiorum Hinnom, aliâs Gehenna dicuntur, Saturni quondam nefariis ſacris infamis locus, & poſtea equorum, mulorũ, aliarumque animantium immundis cadaueribus proiiciendis damnatus. Iiſdem illis in collibus Iſaiæ ſepulchrum viſebatur, non longè ab hortis regiis & fonte Rogel. vnde etiam in valle illa ampliori, quæ ad Auſtrum porrigitur, Ioſaphat monumẽtum erat, à quo toti valli nomen eſt factum. 1.Reg.1.

Atque hæc de veteris Ieruſalem ſitu, & partibus commemoratu digniſſimis ad ſacrorum Bibliorum lectionem nunc breuiter expoſuiſſe ſatis fuerit; dicemus autem aliâs plura & exactiùs, Deo noſtra ſtudia promouente, cùm etiam eiuſdem vrbis inſtaurationẽ poſtremam, quam ab Aelio Adriano factam legimus, nomenque Aeliæ impoſitum referemus.

FINIS.

DANIEL,

SIVE,

DE SAECVLIS CODEX INTEGER,

A

BENEDICTO ARIA MONTANO HISPALENSI RATIONEM EX SACRIS nominibus ſubducente, conſcriptus.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

OMNIA *ferè quæ de temporum ratione ſignificata maioribus ſummis in ſacra Bibliorum hiſtoria nobis credenda proponebantur, minutis numeris è propriis locis ſigillatim in hunc codicem relata, iam velut demonſtrata tenere licebit. Expectabis verò ab auctore ipſo (tantùm Deus illius vota ſecundet) maius opus, in quo hiſtoriarum in ſpeciem circa tempora repugnantia apertiſſima explicatione dirimantur. Interim his fruere laboribus tibi magno ad lucem ſacræ lectioni admouendam vſui futuris.*

ANTVERPIÆ
Excudebat Chriſtophorus Plantinus Prototypographus Regius, ad ſacri Apparatus inſtructionem.
Anno M. D. LXXII.

BENEDICTI ARIAE MONTANI

HISPALENSIS IN DANIELEM, SIVE SAECVLORVM INDICEM DE TEMPORVM VSV, PRAEFATIO.

ARVM omnium rerum quæ in hac vniuersitate conspiciuntur, natura, proprietas, & efficacia nullo certiore indice, quàm tempore demonstrari & cognosci potest. Eius quippe vim nulla res creata non sentit & experitur. Deus enim hanc rebus omnibus legem imposuit, vt nihil omnino, cuius tandem generis illud sit, certis quibusdam temporis rationibus non distinguatur. Ideóque fit, vt non tantùm homines, cæterorumque animantiũ ætates, & earum partes; verùm etiam plantæ, lapides, metalla, elementa, atque adeò tota hæc rerũ machina, quam Mundum appellamus, ob hanc diuturnitatẽ certis ac præfinitis quibusdam temporis æstimationibus addicta sit. At verò ante conditũ cælum, tempus etiam fuisse constat; siue id breuissimum, siue notabili aliquo spatio longius fuerit. neque dubium est quin maximæ ac potissimæ mundi partes in certo temporis puncto à Deo fuerint conditæ, sicut scriptum est: In principio creauit Deus cælum & terram. Principium autem sanctus Propheta id esse adnotat, quod anteriorem temporis partem definiuit; Hebraica dictione RESITH, quod capitale, hoc est, capitis vicem gerens, significat. Chaldaica verò KADMIN, quod, licet minùs Latinè, commodè tamen & significanter anterioritatem, siue antecapedinem dicere possumus. Est autem Tempus continua quædam perpetuitas, ac series partibus sibi omninò similibus constans, rerum omniũ dissimilitudines, varietatesque efficiens; ipsa verò in ijsdem talem se præbens, vt semper obseruari, annotariq; possit. Illa enim totius orbis, eiusq; partiũ maxima distinctio, quæ discrimen ponit inter esse & non esse, ex temporis obseruatioue prouenit. Sic enim legimus: Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Ex quo patet illud, Iam, quo se sapientia conceptã dicit, temporis notam esse, & ante abyssos, hoc est, ante mundi elementa fuisse. Lux etiam ipsa tempore à tenebris distincta effulsit, & noctẽ à die separauit: siquidem ea post aquas, cælum, ac terras condita est. Dies verò & noctes, lucis ac tenebrarũ terminis sunt constitutæ. dixit enim Deus: Fiat lux; & facta est lux. & vidit Deus lucem quòd esset bona, & diuisit lucem à tenebris, appellauitque diem, Lucem; & tenebras, Noctem: factumque est vespere & mane dies vnus. Porrò cæterarum omnium rerũ genera, atq; adeò ipsam humanam naturã in certo tempore conditam fuisse, cùm id ex sacræ Scripturæ libris manifestè appareat, constanter credimus: quandoquidem vnicuique ex rerum naturis; simulac à Deo editæ fuerunt, certi dies sunt assignati, qui quidem, temporis ipsius indices sunt certissimi. Sic ergo statuendum est: Tempus virtutis ac potentiæ diuinæ primum fuisse testem, idemq; vsque ad finem mundi, Dei sapientiæ ac prouidentiæ perpetuum fore indicem: quippe quod omnia, ijsdem, quibus ea accepit, legibus, vel in lucem emittit, vel deterit & consumit, aut tenebris iterũ obuoluit: sicut scriptum est: Tempus posuit tenebris, & vniuersorũ finem ipse considerat. Est igitur tempus, rerum omnium, atque adeò ipsius mundi, Dei auctoritate constitutus exactor, diuinæ voluntatis obseruantissimus, ac eiusdem minister fidelissimus: qui earum omnium rerũ, quæ iam conditæ sunt, & earũ etiam quæ iam fiunt, initia, accretiones, diminutiones, exitus explicat, nullũq; omnino genus se prius, aut superius agnoscit, excepta vnica diuina natura, cui se obsequentissimum præbet. Illa enim cum suis effectionibus semper est eadem, sui similis, constans, æterna, viuens, quinimo vita ipsa: cuius quidem perpetuitatẽ & infinitatẽ non aliundè quàm à semetipsa petitam, atq; à nullo principio ductam, aut fine aliquo terminatam, nulla temporis circũscriptio metitur. Huius autẽ naturæ perpetuitas ex altera temporis parte æternitatis notationẽ habet, cui diuina sapientia קִדְמָן & קִדְמָם nomen imposuit. Ex altera verò post tempus ipsum in æternũ productã durationẽ, quam sacra Scriptura עַד appellat. Nos verò priorem illam A, vel EX, & ANTE, posteriorem verò VLTERIVS interpretamur. Vtramq; verò sacer ille vates ita exposuit: Parata sedes tua Deus ex tunc, à sæculo tu es. &, Exaudiet Deus, & humiliabit illos qui est ante sæcula. & nomen eorum delesti in æternum, & in sæculum & עַד. Qua de causa diuina illa natura à sacris vatibus omni tempore prior, & principij, ac finis expers celebratur. Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarũ sunt cæli; ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentũ veterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui nõ deficient. Etsi verò Deus nullo tempore circumscriptus, sed æternus, perpetuus, ac semper vnus, & idem est: attamen eorum omnium, quæ extra se fecit, genera, quandoquidem singularum rerum natura id postulare videbatur, ad temporis rationem accommodauit. Idemq; ab ipsa mundi creatione ad finem vsque, certam quandam voluit extare mensuram, ad cuius normam singulæ res creatæ dirigerentur. Quæ res summæ ipsius sapientiæ, ac prouidentiæ consiliis ita est definita, vt temporis mutationes, rerumq. omniũ vicissitudines, ac tot denique admirabilia spectacula, infinitã illam sapientiam, potentiam, iustitiam, & misericordiam vtrique intelligentia prædito naturæ generi, spiritibus scilicet corporis expertibus, & hominibus ipsis patefaciant. Earum enim virtutũ effecta, si omnia simul & cõfusè explicentur, tantum abest vt ab infirmo & imbecillo hominũ ingenio percipiantur; vt ne ab ipsis quidem spiritibus comprehẽdi possint. Ea verò omnia Deus suis temporibus distinxit, altera enim ad ius hominibus reddendũ, & eos, prout meriti sunt, iudicandos; altera verò ad suæ misericordiæ thesauros explicandos pertinent. Vt enim se summè misericordẽ ostenderet, infinita illa ipsius beneficia, non ad eius, quam speramus, posterioris & æternæ vitæ tempora distulit, sed vel ab ipso mundi initio summam liberalitatem, ac munificentiam in probos, ac pios quosque homines exercuit. Atque vt pientissimum, eundemque iustissimum sese ostenderet, iudiciorum suorum seueritatem & grauitatem clementia & misericordia ita compensauit, vt nunquã nisi eos quos diu, multumque tulit, & ad bonam frugem prouocauit, dignis pœnis supplicijsque afficiat. Siquidem ipse cùm sit æternus, sibi ipse præsens, & omnia semper sibi præsentia agat, nulla temporis mora & longitudine aliquo modo detineri aut affici potest: sicut scriptum est: Vnum verbum hoc non lateat, vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & anni mille sicut dies vnus. Non tardat Deus promissionem suam, sicut quidã existimant, sed patienter agit propter vos,

Tempus quid.
Iam.
Lux.
Dies. Nox.
Iob 23.
Psal. 92.
Psal. 54.
Psal. 9.
Psal. 101.
2. Pet.

Exod.20. nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. & , Ego Dominus Deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia ijs qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. Tempus etiam constituit Deus testem aduersus insaniam Luciferi, qui quidem per dementißimam temeritatem, de sapientia cum Deo ipso contendere ausus est, adeò vt se victorem euasurum putarit, si modò eam posset euertere rationem, quam Deus de extollenda, & infinitis beneficijs cumulanda humana natura apud se inierat. sperabatque fore vt astutia calliditasque sua ætatis progressu confirmata, altiores indies ageret radices: atque ipse quò magis senesceret, eò maiorem ex longo vsu & experientia, rerum omnium cognitionem caperet. quippe cùm in comperto sit, ijs qui suapte natura, rerum omnium cognitionem nõ habent, ex multarũ rerum experimento plurimum doctrinæ accedere. Itaque sat longum temporis spacium à diuina prouidentia constitutum est, quo exacto, insignis Luciferi astutia, calliditas, impotentes illi conatus & furores compressi, & infracti deprehendantur. Siquidem demens ille sapiens, tam longa seculorum serie, neque quid Deus agere proposuisset, neque qua ipse ratione suam fraudem ac nequitiam tueretur, vnquam dispicere potuerit; quinimo maledictionis illius à Dei ipsius ore profectæ vim in sese

Genes 3. continuò expertus sit: Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Porrò futurum est vt diuinæ sapientiæ victoria eò clarior & illustrior appareat, hostis verò nequitia, & prauitas eò magis victa & debellata deprehendatur, quò maiori eam tarditate & mora Deus produxit. quibus omnibus illud quoque accedit, ex hac, scilicet, longitudine temporum, quibus homines tot labores sustinent, & tot curis, doloribusque conficiuntur, primæuæ illius conditionis & status integritatem ac præstantiam, humani verò generis imbecillitatem & miseriam, ac tandem promissæ & tamdiu iam expectatæ salutis excellentiam apertè cognosci. Si enim optatissima illa laborum requies, maximusque ille gloriæ splendor cum miserrima hac, in qua detinemur, seruitute conferatur, videbimus profectò nos è summa calamitate in maximam felicitatem esse commigraturos. Quam quidem omnium rerum esse præstantissimam his verbis apertè demonstratur: Neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quanta præparauit Deus diligentibus se. Neque verò prætereundum est oportuisse infinitam illam Dei misericordiam patefieri erga eos qui ad felicissimam illam conditionem inuitati, inæstimabili illo cælestis regni præmio primi omnium donandi erant; cùm alij qui æquè ac ipsi ad eam vocati erant, & diutius expectauerant, maioremque laborem quàm ipsi susceperant, seriùs tamen ad denariũ pro mercede accipiendũ admitterentur: neq. id quidem sine magna ipsorum admiratione, cùm ij qui ad opus seriùs venerant, nihilominus æqualem, quinimo etiam prius quàm ipsi, mercedem acciperent. Itaque hæc temporum productio hominum expectationem, spemque probabat: præterea Dei veritatem & iustitiam iis qui amplissimo proposito præmio certabant, confirmabat: eratque singulare quoddam pignus summi illius Dei amoris erga eos qui tempore Noui Testamenti futuri erant. Atque hæc quidem omnia quæ hoc loco à nobis allata sunt, Apostolorũ testimoniis comprobãtur.

Col.primo. Mysterium (inquit Paulus) quod absconditum fuit à sæculis & generationibus, nunc autem manifestatũ est Sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias sacramenti huius in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ. &,

1.Pet.1. De qua salute (ait Petrus) exquisierunt, atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi prænuntians eas, quæ in Christo sunt, passiones, & posteriores glorias, quibus reuelatũ est, quod non sibimet ipsis, vobis autem ministrabant ea quæ nunc nunciata sunt vobis per eos qui euangelizauerũt vobis. Omnis autẽ hæc temporis ratio, ab ipso mundi initio ad ea vsq. tempora, quibus hominum salus in Christo perfecta est à sanctis vatibus, atque ab ipsis Apostolis sæculorum nomine significatur. In qua quidem, diuinæ sapientiæ, misericordiæ, ac παντοδωναμίας maxima argumenta sunt explicata. Fluxerunt enim totis illis sæculis à promißione primis parentibus facta, quam nos apud Euangelistas τῶν τοῦ κόσμου καταβολῶν interpretamur, vsque ad Christi aduentum, qui fuit temporum plenitudo, sæcula sex quæ propriè עולמים GHOLAMIM vocantur. quorum primum ab Adam vsque ad diluuium recensetur: secundum à diluuio (cùm salutis fœdus cum Noë fuit instauratum) vsque ad Abraham iuxta diuisas victimas dormientem: tertium ab Abraham vsque ad Iacob, cui apud Luzam pernoctanti sacrosanctum mysterium sub imagine scalæ fuit ostensum: quartum à Iacob vsque ad Legem in Sina monte promulgatam, & fœdus cum omni populo sancitum: quintum à Lege vsque ad regnum Dauidis, cui singulari oraculo significatum est, fore vt mundi redemptor ab ipso genus duceret. Hinc verò vsque ad Christum sextum sæculum definimus. Is enim rerum omnium plenitudo fuit; & ea quidem lux quæ superiores illas vmbras consecuta est. Atque vltra hanc ætatem sunt sæculorum fines, ac noui mundi apparatio, & adquisitio regni illius cælestis, quod quidem per Christi mortem, atque eiusdem resurrectionem, ascensum in cælos, & promissionis suæ confirmationem Spiritus sancti immissione

Matth.2. insignitam, nobis comparatum est: quod testantur sacræ literæ his verbis: A diebus Ioannis Baptistæ vsque nunc, regnum cælorum vim patitur: omnes enim Prophetæ & Lex vsque ad Ioannem prophetauerũt. Veteribus enim omnia sub specie & imagine quadam ostensa fuisse affirmat Paulus: scripta verò esse ad correptionem nostram, eamque ob causam ad sæculorum fines deuenisse. Hac porrò de causa tam exactam, & exquisitam temporum ac sæculorum rationem à sacris auctoribus traditam esse, sacræ literæ luculenter demonstrant. Nimirum, vt non solùm diuinæ promißionis, & consilij constantia appareret: verùm etiam vt ex temporum obseruatione, & editarum rerum serie, diuinæ illius sapientiæ à qua tantum opus apparabatur, perpetua hominibus argumenta patefierent. Atque adeò nulla olim in toto terrarũ orbe natio fuit, excepta vna Israelitica, diuinis, nempe, oraculis edocta, quæ veras antiquorum temporum rationes tenuerit, easque in medium protulerit. Nam etsi à nonnullis ex ethnicis auctoribus, qui rerum suarum narrationes literis mandarunt, in adnotanda, ac demonstranda temporis ratione, nihil non præstitum esse concedimus: attamen quicquid ab illis hac de re traditum legimus, non ita planè exactum, nec sibi semper constans est: nihil enim penes ipsos fuit, ex quo certam, ac definitam aliquam temporum ac sæculorum constitutionem colligerent. Ex quo fit, vt rei veritas ab ipsis cognosci non potuerit, eaque multò minùs ex ipsorum monumentis intelligi possit. Quanta verò sit sacrorum monumentorum vtilitas, in quibus tota illa, quam diximus, temporum ratio verißimè traditur, quantumque illa ad veram philosophiæ, cæterarumque omnium humanorum disciplinarum intelligentiam conferat, & quid ex ea lucis ad historiarũ

cognitionem

cognitionem accedat, nulla, licet longa oratione æquè potest demonstrari, ac si eius à studioso lectore periculum fiat. De mundi autem initio, aut nihil omnino humana mens suspicata est; aut saltem, si quid ea de re, interdum ab ea inuentum esse concedamus, ex eo nihil quod firmum, certum, ac verum sit, tutò elici potest. Hanc verò ignorationem maxima rerum omnium ambiguitas consecuta est. Proinde, si rerum origo non intelligatur, consequens est, ea quæ finem spectant, atque adeò finem ipsum planè ignorari. At nullus est Christianorum hodierno die, qui ex iis quæ de mundi initus, eiusq; ortu & causis cognoscenda sunt, non multo plura teneat, quàm quisquam eorum Philosophorum, qui magni olim sunt habiti. Nempe ad cætera emolumenta, quæ ex Christiana religione percipiuntur, hoc etiam non minimi certè momenti accessit: sicut scriptũ est: Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Sed quid tandem est quod ad cognitionem rerum humanarum, quas plerique tantopere expetunt, viam magis aperiat, quàm temporum exacta obseruatio? quid propriam vniuscuiusque rei æstimationem diligentiùs expendit? quid denique hominum animos magis reddit sapientes, & rerum caducarum contemptores? quid nimias illas appetitiones, quid cupiditates, quid impotentes libidines magis coërcet? siquidem tempore continuo admonemur, ne quam spem in hisce rebus ponamus, neq. diuturnam aut perfectam felicitatem nobis in hac vita polliceamur: cùm nulla ciuitas, nulla Resp. nulla regio, nullum regnum, nihil denique in tota rerum natura sit, quod tandem aliquando temporis vetustate exesum, & consumptum non conspiciatur? Cui quidem rei nullum sanè remedium ab humana prudentia potest adhiberi: quandoquidem homines ipsi, hoc est, tota illa Adami progenies fluxa est & fragilis; nullaque omnino in tempore est perpetuitas, sed omnia quæ in hoc mundi theatro conspiciuntur, instabilia & momentanea sunt, & nunc in hanc, mox verò in illam formam transeunt, sicut scriptum est: Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Nihil sub Sole nouum, nec valet quisquam dicere, Ecce hoc recens est. Iam enim præcessit in sæculis quæ fuerunt ante nos. Sed neque eorum quidem, quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Neque enim solùm priuatæ singulorum res, ac præclarissimæ familiæ, quæ ita firmæ ac stabiles censebantur, vt nunquam ex florentissimo statu in quo erant, dimoueri posse viderentur: verùm etiam prouinciæ, regna, & maxima imperia quæ nunquã ruitura, sed perpetua fore credebantur, breuissimo temporis spatio corruerunt, ac stirpitus extracta, funditusq. euersa sunt, idq. ijsdem illis rationibus quibus constituta fuerant, & quibus perpetuò foueri, ac sustentari posse credebantur. Quinetiam apertissimis exemplis docemur, nihil esse diuturnũ, neque quidquã prospero rerum successu ad maximam amplitudinẽ peruenire posse, eo excepto, quod à Deo omnium bonorum auctore manat, ac iisdemmet, quas ipse præscripsit, rationibus, instituitur, sicut scriptum est: Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam: nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Neque verò regna tantùm & imperia, sed ipse totus terrarũ orbis, cum vno hominum consensu ad eum, qui sperari poterat, florentissimum statum perductus esset; nullusque in terris locus hominibus vacuus conspiceretur; nónne quadraginta dierum spatio ab ingenti illa aquarum multitudine submersus, planéque extinctus est? Nihil denique diuturnum in hac mortali vita sperari posse, vel hinc licet intelligere, quòd subducta temporum ratione ab orbe condito ad hanc vsque diem, mundus hic, in quo tam varia rerum genera orta extinctáque sunt, non plures quàm sex annos & triginta & trecentos supra quinquies mille durauit. Quod quidem tempus, si cum æternitate conferatur, ne nomen quidem rationis sortietur. Cùm igitur temporum, & ætatum obseruationem in omni disciplinarum genere vtilissimam; ad sacræ verò Scripturæ narrationes intelligẽdas planè necessariã esse videremus, hanc quoq. partem sacrorũ Bibliorũ apparatui annectendam duximus. In qua, quicquid ad sæculorum, de quibus suprà mentionem fecimus, demonstrationem satis est, facta ex sacris libris temporum subductione, perquàm breuiter attigimus, pluribus aliâs (fauente Deo) de hoc argumento acturi. Nobis enim non fuit propositum latissimas earum materiarum, de quibus hoc loco agimus, disputationes in sacro hoc Apparatu persequi, sed ea tãtùm perstringere, quæ studiosos homines in sacrorum librorũ lectione adiuuare poterunt. Nostros autem hosce conatus, qui ex quàm syncero animo proueniant, Deus nobis est testis, candidis & eruditis omnibus probari cupimus, à quibus hoc vnum postulamus, vt nostrum hoc studium consulendi ijs, qui Catholicæ Ecclesiæ nomen dederunt, suis apud Deum precibus adiuuent.

Hebr. 3.

Eccl. 1.

Datum Antuerpiæ. Calendis Ianuarijs. CIↃ. IↃ. LXXII.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI HISPALENSIS VOLVMEN DE SÆCVLIS.

MVNDI conditi initium autumni tempore fuisse, ex obseruata sacrorum librorum sententia accepimus, quòd DEVS animantium omnium generibus mox extituris, atque etiam homini fingendo omnium fructuum ad vsum ac vitam oportunorum copiam prospexerit, quam in calidioribus regionibus herbæ tunc recentes, & fructus arborũ maturi, atque adeò ad hyemem proximam vlteriusque durabiles suppeditare possent: Veris enim fructus fugaces sunt, nec satis ad alendũ commodi; fructus æstiui & commodiores & diuturniores sunt: atque ita scriptũ
Gen. 1.11. est, Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. & factum est ita: & protulit terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferũ faciens fructũ, & habens vnumquodque sementem secundũ speciem suam. Ita enim producta dicuntur singula genera, vt herba virens. hoc est olus, quod Hebraicè ירק vocatur, iam adultum extaret. similiter, & herba faciens semen, cuius vsus non in viriditate, sed in semine est: ita cum semine suo prodiit, & lignũ faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam, atque ita initium anni vberes fructus secũ attulit, qui & animantibus alendis, & suis ipsorum generibus propagandis essent idonei. Quòd verò quidam opinantur initium anni æstiuo tempore fuisse, adducti argumento columbæ, quæ ramum oliuæ virentis in arcam ad Noe detulit, facilè mutare poterũt, vbi certam illius loci sententiam tenuerint, quam nos, Deo volente, aliquando exponemus, aut alij, quibus cum nostram interpretationem communicauimus, in suis scriptis doctissimè explicabunt.

ANNVM autem quanquam multiplicem & varium aliis atque aliis gentibus fuisse fateamur, tamen eum qui rebus mundi constituendis comparatus est, duodecim mensibus constitisse, manifestũ ex sacris literis est. Etenim ante diluuium, vt vna omniũ hominũ lingua, vna Dei conditoris notitia, vna creationis memoria penè recens omnibus erat, ita etiam annorum vna erat communis ratio, quam omnes tenerent, atq; ita ætates hominũ annis mundi, & mundi anni hominum illustrium ætatibus computabantur. neque varia annorum ratio, nisi cum varia linguarũ, & morum atque regnorum & religionum inuentione extitit. Est autem manifestum anni integri solaris argumẽtum in Sacris libris expressum. legimus enim Noe anno vitæ suæ sexcentesimo, mense secundo, die mensis decima & septima ingressum fuisse in arcam, eademque die cataractas cæli & abyssi scaturigines fuisse ruptas, atq; pluuiam vsque ad quadraginta dies durasse, deinde aquas obtinuisse terram centum quinquaginta diebus; post hos autem indies decrescere cœpisse, vsque ad decimũ mensem; nam decimo mense prima die mensis montium cacumina extare cœperunt. Sunt autem omnes dies huius anni ab initio eius vsque ad primam aquarum decretionem ducenti quadraginta septem, hoc modo: Primus mensis cum decima septima secundi faciunt quadraginta & septem dies: deinde sunt quadraginta, quibus imbres durarunt: atque etiam centum & quinquaginta, quibus aquæ inualuerunt super terram, quindecim cubitis altissimum totius orbis montem superãtes. Hi omnes in summa efficiunt ducentos & quadraginta septem; nondum tamen est decimus mensis: namq; ab hoc tempore vsque ad primam decimi mensis diem aquæ decreuerunt. Habemus iam decem menses, qui plures quàm ducentos & quadraginta septem dies cõtinent, saltem quãtum decem lunationes. A primi autem mensis die prima Noe quadraginta dies expectauit, quibus peractis coruum emisit, & eadem die columbam; rursusque post septem dies columbam emissam vesperi recepit, oliuæ folium referentem. atque tertiò post septem alios dies emissam, non ampliùs recepit. Igitur post nouem menses habemus quinquaginta & quatuor dies, qui cum nouem mẽsibus prioribus efficiunt ter centum & viginti quatuor (singulis ferè mensibus tricenos dies tribuimus.) Hinc vsque ad primam diem primi mensis anni sexcentesimi primi, quo terræ superficies omnis aquis est inundata, numerantur dies quadraginta sex; qui cum superioribus coniuncti faciunt tercentum & septuaginta; quibus si demantur eæ horæ, quibus lunationes à Solis cursu integro deficiunt, reliqui fient dies, quot in anno solari nũc moueramus, idque exiguo discrimine, quod ex Calendariis facilè cognosci posset. Fit igitur subducta ratione perspicuum, annum duodecim mensium iam inde ab initio fuisse, quando post nonum mensem quadraginta septem dies numeramus, qui ad dimidium vndecimi mensis pertinent, cùm terræ superficies nondum aquis liberata esset. Præterea annũ tot mensibus ab initio institutum, & post diluuium etiam restitutũ est, quot temporibus quatuor, hyemi, veri, æstati, & autumno constituendis satis esse possunt; nam his temporibus terra suum cõcipiendis & gignendis fructibus munus præstat; atque hi omnes dies terræ Hebraico dicendi modo appellantur, vt fœminarũ etiam grauidarum dies dicuntur à conceptu ipso vsque ad partum; cuius rationis multa exempla sunt, vt illud; Factum est Luc. 2.6.
autẽ cùm essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. simili autem tropo Deus Noe post aquarũ salutem allocutus, futuræ perpetuò terræ atque temporum constitutionis quatuor oportunis partibus distinctæ, rationem instaurandam docuit, vt quòd proximè per totum annum nihil aliud quàm hyems aquarumque inũdatio fuerat, iam deinceps in posterum quatuor portionibus distinctum, integrum annum absolueret. atque ita scriptum est, Odoratusque est Dominus odorẽ suauitatis: & ait Gen. 8.21.
ad Noe, Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescentia sua: non igitur vltrà percutiam omnem animam viuentem, sicut feci cũctis diebus terræ sementis & messis: frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent. Cunctos dies terræ omnibus his partibus distinctos, idem quod cunctos annos terræ interpretamur: namque hæ partes sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems anno includũtur, atque ita non modò dies pro tempore conceptus, & partus terræ, sed in vniuersum pro anno vsurpantur. idque pluribus exemplis in Hebraica lectione obseruatur. Etenim cùm constituto iam matrimonij fœdere cũ Rebecca & Isaaci procuratore fratres cuperent puellam apud se diutius necessitudinis gratia retinere, sic agebant: Maneat puella nobiscum, saltem dies aut Gen. 24.55
decem. sic ex Hebraico ad verbum. hoc est, anni dies integros, aut decem menses. Illud etiam nostram de anni initio sententiam comprobat, quod Deus de diebus, id est, de annis terræ dixit, quorum principium sementis nomine adnotauit: est autem sementis tempus Autumnus.

Mensium autem antiqua nomina nulla nisi ex numerorum serie obseruauimus. vt, Primus, secundus, tertius, quartus, sextus, septimus, octauus, nonus, decimus, vndecimus, & duodecimus, quorum frequentissima exempla leguntur. alia enim nomina, vt suo loco exponemus, Chaldaica sunt. Atque temporum quidem rationes sic explicamus:

Ab

Ab Adam vsque ad diluuium anni fuerunt mille sexcenti quinquaginta sex, quorũ illa enumeratio est.

130 Adam cùm centum & triginta esset annorum, genuit Seth. Genes.5.

105 Seth centum & quinque annos natus, genuit Enos. Genes.5.

90 Enos nonaginta annorum genuit Cainan. Genes.5.

70 Cainan septuaginta annorum genuit Mahalaleel. Genes.5.

65 Mahalaleel sexagesimum quintum agens annum, genuit Iared. Genes.5.

162 Iared centum & sexaginta & duos annos natus, genuit Henoch. Genes.5.

65 Hanoch cùm esset annorum 65. genuit Methusalah. Genes.5.

187 Methusalah anno vitæ suæ centesimo octuagesimo septimo, genuit Lamech.

182 Lamech centum & octoginta duos natus annos, genuit Noah. Genes.5.

600 Anno sexcentesimo vitæ Noah, mense secundo, septimo die mẽsis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnę, & fuit diluuium aquæ super terram. Hi omnes anni
1656 summã conficiunt mille sexcentorum quinquaginta & sex. Atque hactenus prima mundi ætas.

SECVNDA ÆTAS MVNDI, A DILVVIO VSQVE AD ABRAHAM.

A restituto orbe ex aquis vsque ad Abraham, anni fluxerunt ducenti nonaginta duo, quorum illa enumeratio est.

2 Sem duobus annis post diluuium genuit Arphacsad. Genes.11. ℣. 10.

35 Arphacsad cùm esset annorum triginta quinque, genuit Selah. Gen.11.

30 Selah annos natus triginta, genuit Heber. Genes.11. ℣.12.

34 Heber annorũ triginta quatuor, genuit Paleg. Gen.11.

30 Paleg anno trigesimo vitæ suæ genuit Reghu. Gen.11.

32 Reghu annorum triginta duorum, genuit Sarugh. Genes.11.

30 Sarugh triginta annorũ genuit Nachor. Gen.11.℣.20.

29 Nachor viginti nouem natus annos, genuit Thareh. Genes. 11.

70 Thareh septuaginta annorum, genuit Abraham. Gen.11.℣.26.

292 Hi omnes anni summam reddunt ducentorum nonaginta duorum.

Ab Abrahami ortu ad Isaac anni centum numerantur, hoc modo:

75 Septuaginta quinque annorum erat Abraham, cùm Dei iussu egrederetur de Haran. Gen.12.

11 Vndecimo anno pòst Hagar concepit & peperit Ismaelem, post decem annos quàm habitare cœperãt in terra Chanaan, hoc est, expletis iam decem annis. grauida autẽ fuit vno ferè anno: sunt vndecim anni ferè.

13 Tredecim annis iam nato Ismaele, Abraham mutato nomine, circumcisionis fœdus iniit. Erat autem Abraham nonaginta nouem annorum, quando circuncidit carnem præputij sui. Gen.17. ℣. 26.

1 Vno anno pòst Isaac nascitur, cùm Abraham cen-
100 tum esset annorum. Gen.21.℣.5.

Hactenus centum anni vitæ Abrahæ.

A nato Isaac ad Iacob anni numerantur sexaginta, quorum illæ notationes sunt:

30 Sara moritur triginta annis post natum Isaac, hoc est, centesimum vigesimum septimum agens annum.

10 Decem annis pòst Isaac vxorem duxit, cùm esset annorum quadraginta. Gen.25. ℣.20.

20 Vigesimo anno pòst natus est Iacob cum Esau. S.S.E. Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei paruuli.
60 Gen.25.℣.26. Hi numeri conficiunt annos sexaginta.

A Iacobi ortu vsque ad Ioseph natum, anni fluxere 90
90. quos hoc modo obseruamus: Iacob vbi primùm ingressus in Aegyptum, à Pharaone ætatem rogatur, respondit, Dies peregrinationis vitæ meæ, centum triginta annorum sunt. Gen. 47. ℣.9. Atqui Israel venit in Ægyptum tertio famis anno. S. S. E. Biennium est enim quòd cœpit fames in terra, & adhuc quinq; anni restant. Ingressus est igitur initio tertij anni iam duobus transactis. Gen.45.℣.6. Transierant etiam septem anni fertiles ante illud biennium, prædicti à Ioseph in ipso fertilitatis initio. Gen.41. ℣.28. Ille autem trigesimum agebat annum, cùm Pharaoni sisteretur. Genes. 41.℣.46. Omnes hi anni conficiunt quadraginta, quibus à centum & triginta demptis, reliqui sunt nonaginta. Rursus verò sic numeramus post annum vitæ Iacob nonagesimum, Ioseph triginta annorum stetit coram Pharaone, deinde elapsi sunt anni septem fertiles, & duo steriles, tertio sterilitatis anno Israel descẽdit in Aegyptum. hi sunt centum & triginta. 130

Atque hactenus descensus in Aegyptum est.

INITIVM NOVÆ RATIONIS.

Mortuus est Iacob anno decimo septimo postquam 17
descenderat in Aegyptum. S.S.E. Et vixit in terra Gossen decem & septem annis, factiqúe sunt dies vitæ illius centum quadraginta septem annorum. Gen.47. ℣.28.

Ioseph mortuum esse quinquagesimo tertio anno 53
post Iacob, sic colligimus. Ille cùm pater obiret, quinquaginta septem annorum erat. dicitur autem mortuus cùm annum compleret centesimum & decimum quinquaginta septem & quinquaginta tres, centum & decem sunt.

Leui mortuus est quarto & vigesimo anno post Io- 24
seph, vt ex obseruatione colligitur, hoc modo: Legimus Leui annum agentem centesimum trigesimum septimum è viuis decessisse. sed ille natus est tribus annis ante Ioseph: namq; septem annis posterioribus, quibus seruiuit Iacob pro Rachel, nati sunt ex Lea quatuor filij, hoc ordine: Ruben, Simeon, Leui, Iuda. Deinde Lea cessauit parere vsque ad initium sexti anni, quo genitus Isachar, & septimi, quo Zabulun est natus. omnes enim hi nati sunt intra septennium in Mesopotamia Syriæ. Gen.46. ℣.15. Septimo autem anno ad initium recordatus est Dominus Rachelis, & audiuit eam, & aperuit vuluã eius; quæ cõcepit, & peperit filiũ, & vocauit illum Ioseph, dicens, Addat mihi Dominus filium alterum. Nato autem Ioseph, dixit Iacob socero suo, Dimitte me, vt reuertar in patriam meã. hoc fuit anno decimo quarto antequam de mercede cõueniret inter Iacob & Laban. Igitur Leui tribus annis ante Ioseph natus est, saltem non integris quatuor. Ioseph mortuus est ætate centum & decem annorum, Leui centũ & triginta septem: quibus si tres demas & centũ & decem, supererunt quatuor & viginti anni, quibus Leui fratri Ioseph superuixit. Scriptum est enim, Anni autem Leui fuerunt centũ triginta septem. Exo. 6, 16.

A morte Leui ad Mosen natum, anni numerantur triginta sex, hoc modo: A nato Isaac vsque ad egressum ex Aegypto, sunt generationes quatuor, sicut scriptum est, Generatione quarta reuertentur huc. Est autem prima generatio Isaac, secunda Iacob, tertia Ioseph & fratres eius, sicut scriptum est. Ioseph autem in Aegypto erat; quo mortuo, & omnibus fratribus eius, omniqúe generatione illa: filij Israel creuerunt & multiplicati sunt, ac roborati nimis in terra. &c. hæc est quarta generatio. Numerantur præterea quadringenti anni peregrinationis seminis Abrahæ, hoc est, ab Isaac nato hospite in terra Chanaan, vsque ad exitum Israel ex Aegypto, S. S. E. Scito prænoscens quòd peregrinum erit semen tuum in terra non sua: & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentos annos: ita quadringenti anni variæ & multiformis peregrinationis prædicuntur. Igitur ex his quadringentis annis illæ

partes sunt manifestæ. Isaac sexaginta annos natus Iacob genuit. Iacob mortuus est annorum centum quadraginta septem: post quinquagesimum tertium mortuus est Ioseph, deinde Leui vigesimo quarto pòst anno: Moses octoginta annorum erat cùm Dei legationem apùd Pharaonem egit. Hi omnes tercentũ sexaginta quatuor annorum summam conficiunt, desunt triginta sex ad quadringentesimum numerum explendum. Hi interfuerunt inter mortem Leui & Mosis ortum. Scimus autem Mosem natum ipsa tempestate Aegyptij furoris & consilij aduersus Israelitas initi: quãdoquidem ille, ne periret, magna cura ad menses aliquot est occultatus, vt legimus Exod. 2. id quod non acciderat tribus annis antè cùm Aaron natus est: erat enim Aaron tribus annis Mose antiquior, siquidem octoginta trium annorum cùm esset, vnà cum fratre Pharaonem adiit. Exod. 7. ℣. 10. Hæc etiam triginta sex annorum ratio alio modo subduci potest. Moses filius fuit Amram, atque Amram ex Caath genitus. Natus est autem Amram in Aegypto: namq. ille inter eos qui in Aegyptum descenderant, non recensetur. numeratur autem in tertia generatione; namque ex filiis descendentium in Aegyptum, non ex nepotibus est; natusque fuit viuentibus iis qui descenderant: neq. cum iis qui liberati sunt ex Aegypto, numeratur, quòd mortuus esset inter cæteros tertiæ generationis. Natus itaque est, & obiit in Aegypto. Obiit autem annorum centum & triginta septem: his si addamus sexaginta Isaaci, & centum & quadraginta septem Iacobi, atque octoginta Mosis, efficietur summa quadringentorum viginti quatuor: quibus addũtur duodecim ante mortem Leui, qui fuit tertiæ generationis, cuius diebus natus est Amram; erunt quadringenti triginta & sex. atque ita duodecim annis ferè ante exitum obiisse Amram reperietur: idemq. annorũ ferè sexaginta nouem genuisse Mosen, cùm tribus annis antè natus esset Aaron, temporibus adhuc tranquillis, & inter vtrumque orta etiam esset Miriam, rebus iam turbari cœptis, quod nomen ipsius declarat. namque Miriam amaritudinem significat. Itaque à morte Leui ad Mosen na-
36 rum, anni numerantur triginta sex. Deinde octoginta
80 vixit antequam Pharaonem de populo dimittendo alloqueretur. S. S. E. Erat autem Moses octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt
Exod. 6, 7. ad Pharaonem: sunt igitur ab ingressu Israelis in Aegy-
210 ptum ad vsque Mosis legationem ducenti & decem anni. Vno anno pòst egressi sunt ex Aegypto. Nam postquam Moses regem adiit, paleas populus impensis regiis non accepit, sed coactus est per agros quærere: paleæ nullæ in Aegypto idoneæ relinquuntur post Nili inundationem quæ Iulio mense accidit. Maij ergo tempore iussi sunt paleas colligere: priùs verò quàm hoc edictum vulgaretur, iam Moses cum Pharaone de dimissione egerat. Deinde profecti sunt exactores populo regis decretũ denũtiaturi. Interea Aegypto plagę illatæ sunt vsque ad mensem Nisan anni sequentis, cuius decima quinta egressus est populus liber. Igitur à nato Isaac ad legationem Mosis anni fluxerunt quadringenti, vt iam superiùs exposuimus.

Exod. 12, 1. Anno octogesimo secundo vitæ Mosis mense pri-
1 mo, populus ex Aegypto prodiit liber. Atque hinc
Anni sacri initium. cœpta est anni sacri obseruatio, cuius initium à Nisan, hoc est, septimo mense annorum mundi sumptum est. S. S. E. Dixit quoque Dominus ad Mosen & Aaron in terra Aegypti: Mensis iste vobis principiũ mensium primus erit in mensibus anni.

2 Deinde vno anno integro in deserto fuerunt antequam respublica legibus acceptis, & sacerdotibus consecratis, cæterisque ministris publicis constitutis, componeretur. Hoc enim anno secundo ab egressu ex Aegypto factum est, nam primo anni secundi mense pri-
Exo. 40, 17. ma die mensis tabernaculum est erectum, & die prima secundi mensis filij Israel recensiti, & principes in deserto constituti. Atque à promissionibus factis Abra- Num. 1, 1.
hamo ad legem latam, anni numerantur quadringenti & triginta ferè, hoc modo: A nato Isaac vsque ad Mosis legationem, anni sunt quadringenti. Legatio Mosis in Aegypto vno anno completa est, deinde post duos annos Lex in deserto est constituta, sunt tres anni: Abrahæ dictę sunt promissiones viginti sex annis ante natum Isaac; siquidem Isaac natus est cùm Abraham centum esset annorum, cui promissio facta est eo anno quo exiit ex Haran, atqui ille tunc quintum supra septuagesimũ agebat annum, sicut scriptum est: In te benedicentur Gen. 12, 3.
vniuersæ cognationes terræ. Egressus est itaque Abraham sicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot. filius quinque & septuaginta annorum erat Abraham cùm egrederetur ex Haran: agebat igitur annum quintum supra septuagesimum, deerantque sex & viginti ad centesimum: his additi tres anni à legatione Mosis ad legem latam, & rempublicam constitutam, conficiunt viginti nouem annos, quorum vltimus ad trigesimum vsque ducitur: atque ita verè dictum est ab Apostolo, Legem acceptam fuisse in deserto, post quadringentos & triginta annos à promissionibus factis.

Moses & Aaron obiere anno quadragesimo post-
quam egressi sunt ex Aegypto, hoc est, trigesimo & 38
octauo anno post legem latam. atque ita quadraginta anni vagationis in deserto enumerantur. 40

Iosue, & qui cum illo terram expugnarunt maiores natu qui viderant mirabilia quæ fecerat Dominus in deserto, præfuerunt Israelitis in terra ferè decem & septem annis, Iosue septem aut nouem, quibus terra expugnata & distributa est: namque annum octogesimũ quintum agens, Caleb huiusmodi apud Iosue orationem habuit. Quadraginta annorum eram quando Iosu. 14, 7.
misit me Moses famulus Domini in Cades Barne, vt considerarem terram. &c. Quadraginta quinque anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbũ istud ad Mosen, quando ambulabat Israel per solitudinem, hodie octoginta quinq. annorũ sum, sic valens vt eo valebam tẽpore quando ad explorandũ missus sum. &c. annus ille quo missus est Caleb ad explorandũ, secundus erat ab exitu ex Aegypto. igitur septimus ab ingressu in terram Canaan. quibus elapsis, omnis ferè terra expugnata atque in sortes diuisa est. idem verò confirmatur ex oratione D. Pauli in synagoga Antiochiæ Pisidiæ ha- Act. 13, 5.
bita. Deus plebis Israel elegit patres nostros & plebem exaltauit cùm essent incolæ in terra Aegypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea: & per quadraginta annorum tempus sustinuit mores eorum in deserto: & destruens septem gentes in terra Canaan, sorte distribuit eis terram eorũ, quasi post quadringentos & quinquaginta annos. post hæc dedit Iudices vsque ad Samuelem prophetam. A quadringentis & quinquaginta si demamus quadringentos ab electione patrum vsq. ad exaltationem plebis in terra Aegypti, & quadraginta deserti; reliqui sunt ferè decem ad illum numerum, quo distributa est terra, atque septem deinde ad mortem Iosuæ & seniorum qui viderant mirabilia Domini in deserto: videturque Iosue ingressus terram cùm esset Iosu. 24, 29
centum annorum, namque centesimum & decimum agens annũ, vita defunctus est, & deinde vsque ad octo annos mortui sunt cæteri; ac paulatim deficientibus illis, morum & religionis puritas obscurabatur, sicut scriptum est: Seruierunt Domino cunctis diebus eius, & Iud. 2, 17.
seniorum, qui longo post eum tempore vixerunt. Hebraicè ita legimus: Et seniorum qui protulerunt dies suos post eum. hoc est, eorum qui superstites illi fuerũt. hoc autem ferè octo annis transactum est, quibus ser- Iud. 3, 8.
uierũt Chusam-rasathaim regi Mesopotamiæ. sunt igi- 18
tur hi decem & septem anni, aut decem & octo ferè.

Deinde primus Iudex Othoniel nomine, nepos Ca- Iud. 3, 11.
lebi, ex tribu Iuda, præfuit annis quadraginta. 40

Aod Iudex, qui, Eglon occiso, Moabitarum excussit Iud. 3, 30.
iugum ad octoginta annos, terræ quietem præstitit. 80

Barac

Iud. 5,31. Barac & Debora annis quadraginta iudicauerunt
40 Israel.
Iud. 8, 28. Gedeon quadraginta annorum spacio iudicis mu-
40 nus exercuit.
Iud. 9, 23. Abimelech filius Ierubaghal Israelitarum præfectu-
3 ram occupauit annis tribus.
Iud. 10, 2. Thola filius Phuah de tribu Isachar tribus & viginti
23 præfuit annis.
Iud. 10, 3. Iair Galaadites iudicauit Israelem per annos viginti
22 & duos.
Iud. 12, 6. Huic successit Iephthe, qui præfuit annos sex.
6
Iud. 12, 9. Absam Bethlehemites septem annis præfectura est
7 functus.
Iud. 12, 11. Elon Zebulonites iudicauit Israel decem annis.
10
Iud. 12, 14. Abdon filius Elel Pharathonites præfuit annis octo.
8
Iud 16, 21. Samson filius Manue ex Sara defendit & iudicauit
20 Israel annis viginti.
1. Reg. 4, 18 Heli sacerdos ex familia Ithamar, sacerdotio & præ-
40 fectura functus est annis quadraginta.
38 Samuel propheta Leuita ex Ephrata, triginta octo
annis præfuit Israelitis.
1. Reg. 13, 1 Saul ex tribu Biniamin vnctus in Regem à Samuele,
2 regnauit duobus annis: ita ipsius regnum cum præfe-
ctura Samuelis quadraginta complet annos, explicatos
à D. Paulo, sicut scriptum est: Post hæc dedit Iudices
Act. 13, 21. vsque ad Samuel prophetam: & exinde postulauerunt
Regem, & dedit illis Saul filium Cis, virum de tribu
Biniamin, annis quadraginta; & amoto illo, suscitauit
illis Dauid regem. &c. Itaque quadraginta anni nume-
rantur à Iudicibus finitis, vsque ad Dauid regem: Saul
autem ad tempora Samuelis pertinet; nam paulo post
mortē Samuelis, Saul est interfectus. Erat autē Samuel
senex cùm populus præfecturam illius fastidire cœpis-
set; itaque ab ingressu Israelitarum in terram Canaan
397 ad vnctum regem Dauid, fluxere anni trecenti nona-
ginta septem.
2. Reg. 1, 12. Dauid in Hebron regnauit septem annis & mensi-
bus sex: & in Ierusalem regnauit triginta tribus, ita vt
3. Reg. 2, 11 sex menses in Hebron enumerentur ad triginta tres,
iam totidem in Ierusalem, & sic fient anni quadraginta,
2. Pa. 29, 21 quibus regno functus est.

Salomon vnctus est in regem viuente patre. ratio
3 autem regni eius sumitur à morte Dauid: tertio autem
anno transacto regni Salomonis secundo mense quarti
anni eius templū inchoatum est. Atque ita in sacra hi-
storia integram summam annorum habemus, quorum
singulares rationes hactenus attulimus, sicut scriptum
3 Reg. 6, 1. est: Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo
anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti, in
anno quarto mense Zio, ipse est mensis secundus
regni Salomonis super Israel, ædificare cœpit domum
Domino. &c. nam si proximæ summæ trecentorum
nonaginta septem annorum, quam subduximus ex sin-
gularibus rationibus, ab egressione vsque ad vnctū Da-
uid, addamus quadraginta Dauidis, & tres Salomonis,
fiunt quadringenti & octoginta. Atq. hæc est summa
temporum ad templi vsque ædificationem.

A templi ædificatione ad Salomonis mortem, anni
3. Re. 11, 41 numerantur septem & triginta; nam dies quos regnauit
37 Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadragin-
ta anni sunt.

REGVM IVDÆ ÆTATES.

3. Re. 14, 21 III. Roboam Salomonis filius ex Naama Amaniti-
2. Pa. 12. 13 tide, regnauit annis decem & septem.
17
3. Reg. 15, 1 IIII Abiam filius Roboam regnare cœpit super Ie-
2. Par. 13, 1. rusalem octauo & decimo anno patris sui incipiente,
3 regnauitque annis tribus.
3. Reg. 15, 9 V. Assa rex Iuda Abiæ filius ex Maacha filia Absalon,
41 regnauit annis quadraginta & vno.
3. Re 22, 41 VI. Iosaphat filius Asa ex Azuba filia Salai, regnauit
2. Pa. 25. 31 annis quinque & viginti.
25

VII. Ioram primogenitus Iosaphat regnare cœpit duo- 4. Reg. 8, 16.
bus annis ante mortem patris sui, quinto anno Ioram 1. Par. 21. 6
regis Israel: regnauit autem octo annis, ex quibus dem- 6
pti duo, relinquunt sex.
VIII. Ochozias qui idem Ioacham dictus, filius Io- 4. Reg 8, 25.
ram & Athaliæ, regnauit in Ierusalem anno vno. 2. Par. 22. 1.
1
IX. Athalia mater Ochoziæ, regnauit annis sex, & 4 Reg. 11, 3.
6 parte septimi.
X. Ioas Ochoziæ minimus filius, regnauit quadragin- 4. Re 11, 21
ta annis: matrem habuit Sebia ex Bersabee. 4. Reg. 12, 1.
2. Par. 24. 1
40
XI. Amasias filius Ioas, & Ioadam Ierosolymitanæ 4. Reg 14, 1
regnare cœpit vno anno ante patris obitum; inciderat 2. Par. 21. 1
enim pater in grauem morbū, ex clade à Syris accepta: & 24. 25.
regnauit autem annis viginti nouem ferè. 28
XII. Azarias, alio nomine Ozias, Amasiæ ex Ieche- 4. Reg. 15, 1
lia Ierosolymitana filius, regnauit in Ierusalem annis 2. Pa. 26, 21
quinquaginta duobus. 52
XIII. Ioatham filius Oziæ matre Ierusa filia Sa- 4. Re. 15, 32
doch, regnauit in Ierusalem annis sedecim. 2. Par. 27, 1
16
XIIII. Achaz filius Ioatham regnauit in Ierusalem 4. Reg. 16, 1
annis sedecim. 2. Par. 28. 1
16
XV. Ezechias filius Achaz & Abiæ filiæ Zachariæ, 4. Reg. 18, 1.
regnauit in Ierusalem annis viginti nouem. 2 Par. 29, 3.
29
XVI. Manasses filius Ezechiæ matre Hachsibah, re- 4 Reg. 22, 1.
gnauit in Ierusalem quinquaginta quinque annis. 2. Par. 33, 1.
55
XVII. Amon filius Manasses, cuius mater fuit Me- 4. Re 21, 19
salemeth filia Harus de Iatheba, regnauit in Ierusalem 2. Pa. 33, 21
annis duobus. 2
XVIII. Iosias filius Amon & Ididæ ex Besecha, re- 4. Reg. 22. 1.
gnum Ierosolymis obtinuit annis triginta & vno. 2. Par 34, 1
31
XIX. Ioachaz Iosiæ filius, matre Amital de Lebna, 4. Re 23, 29
rex à populo constitutus, menses tres regnauit. 2. Pa. 25. 20
& 36, 2.
XX. Eliacim, alio nomine Ioacim Iosiæ filius, à Pha- 4. Re. 33, 37
raone constitutus rex Ierusalem, matrem habuit Zebi- 2. Par. 36, 4
dam filiam Phadaia de Reuma, vndecim annis regna- 11.
uit in Ierusalem; tertio anno abductus est.
XXI. Ioachim filius Eliachim matre Nohhesta Iero- 4. Reg. 24, 1.
solymitana, regnauit mensibus tribus, & diebus decē. 2. Par. 36, 9.
XXII. Mathanaia, cui Nabuchodonosor nomen fe- 4. Re. 24, 18
cit Sedeciam, constituto in regem Iuda, erat filius 2. Pa. 36. 1.
Amital Ierosolymitanæ, annis regnauit vndecim. Vn- 11
decimo Sedeciæ regni anno templū dirutū & incēsum
est: hi anni omnes, demptis mediis, quibus rex regi
succedebat, ad quadringentos & decem proximè acce- 410
dunt, ex quo templum constructum consecratumque
fuerat. fuit igitur templum incensum & vrbs diruta
anno ferè mundi ter millesimo trecentesimo octauo. 3308

Babylonica transmigratio durauit annos septuagin- 70
ta, iuxta prædicta Prophetarum.

Anno primo imperij Cyri regis Persarum & impe- 1. Esd. 1, 1.
ratoris Babylonici, decreta est Iudæorum libertas, & & 6, 3.
templi Ierosolymitani restitutio: hic regnauit annis 1
septem.

Anno secundo aduentus Iudæorum in Ierusalem 1. Esd. 3, 8.
mense secundo, cœptum est ædificari templum: in 3. Esd. 5, 56
eoque fuerunt & vrbis ædificatione totos sex annos. 6

Cessatum est ab ædificatione templi per totum im- 1. Esd. 4 7.
perium Artaxerxis, qui & Cambyses dictus, qui impe- & 17.
rauit annis septem: cessatum est autem nouem annis, Ioseph. li. 11.
hoc est, vsque ad secundum Darij Histaspis annum. cap. 2.
9

Anno sexto Darij completum est templum. 1. Esd. 6, 15

Darius bellum suscepit aduersus Arphacsad regem 4
Medorum, anno duodecimo regni sui. idem Nabu- Iudith 1, 5.
chodonosor in historia Iudith dicitur. 6

Anno decimo octauo (vt in altera editione Iudith Iud. 2, 1.
legitur) in altera verò legitur decimo tertio, Darius 12
bellum parat nationibus, à quibus fuerat contemptus;
hic est annus trigesimus octauus à libertate Babylo-
nica.

Anno autem trigesimo septimo Iesus sacerdos pro- Philo Amij.
fectus est ad Darium. interim autem Ioachim eius fi- 7
lius sacerdotio fungitur annis octo.

Ille postea reuersus, annis viginti pontificatum gerit, 20

vsque

vsque ad annum septimum Resamen Sulam filij Zorobabelis ducis.

Nehem. 3. Ioseph. lib. 11. cap. 5. Philo. 28 Ioacim iterum post mortem patris annis viginti octo functus est sacerdotio. quòd si numerentur anni viginti, quibus cũ patre ministrauit, concordabit Philo cum Nehemia & Iosepho.

Iosephus libr. 11. ca. 5. 41 Ioachimum secutus est Eliasib sacerdos, annis quadraginta vno sacerdotium gerens, cuius anno decimo quarto Nehemias ad Persarum regem rediit, completa vrbis instauratione.

Philo. Iosephus. 25 Ioiada Pontifex post Ioachimum annis viginti quinque sacerdotio præfuit.

Iosep. lib. 11. Nehem. 12. 24 Ionathan, alio nomine Iohanan, sacerdos, annis viginti quatuor.

Nehem. 12. Ioseph. li. 11. cap. 4. 27 Ieddoa Ionathæ filius pontificatum gessit annis septem & viginti, vsque ad Alexandri monarchiam.

Philo. 27 Onias pontifex maximus annos viginti septem Philoni, sed Eusebio viginti tres.

Philo. 13 Simon Iustus pontificatum gessit annis tredecim.

Philo. Euseb. 20 Eleazarus frater Simonis sacerdos summus, annis viginti Philoni, Eusebio viginti tribus.

Philo. 27 Manasses sacerdos maximus annis viginti & septem.

Philo. 28 Simon Iustus annis viginti & octo sacerdotio præfuit.

Philo. 39 Onias Simonis filius, functus sacerdotio annis triginta nouem.

Hactenus sacerdotum successio, Græcorum etiam temporibus obseruata: nam posterior ætas Pontifices à Syriæ regibus constitutos habuit, hac serie.

2. Mach. 4. 5 Iason summus sacerdos pontificatum gessit annis tribus.

2. Machab. 4 7 Menelaus post Iasonem expulsum annis duodecim, cuius septimo anno Iudas Asmonæus, agnomine Machabæus dux cœpit rempublicam administrare, annos autem sex rem gessit.

1. Machab 2 & 3. 6

1. Mach 9, 3 18 Ionathas Iudæ frater dux Iudæorum annis decem & octo.

Iosephus libr. 13. cap. 13. 8 Simon frater Ionathæ annis octo præfuit dux & pontifex.

Ioseph. lib. 13. cap. 17. 31 Ioannes Hircanus filius Simonis rempubl. sacerdotiumque gessit annis triginta & vno.

Iosephus lib. 13. cap. 18. 1 Aristobulus filius Ioannis Hircani, primus post trãsmigrationem Babylonicam rex appellatus, anno vno rem gessit publicam.

Ioseph. li. 13. cap. 21. 27 Iannes Alexander idem Iamnai frater Aristobuli rex, annis septem & viginti.

Egesi. lib. 2. cap. 13. 9 Alexandra Alexandri pontificis vidua annis nouem regnauit in Iudæa.

Ioseph. Heb. 3 Hircanus Alexandræ filius mensibus tribus regnat.

lib. 5. cap. 14 Aristobulus Hircani frater annis tribus pontificatũ regnumque gessit.

Ioseph. li. 14. c. 8. & c. 16. 22 Ierosolyma à Pompeio capta, Hircanus restituitur in sacerdotium, quod gessit annis viginti duobus.

Egesi. li. 1, 45 5 Antigonus Aristobuli filius Parthorum auxilio Iudęam occupat annis quinque: huius anno secundo Herodes rex appellatus est à senatu Romano: cepit vrbem anno quinto Antigoni: regnum occupauit annis triginta quatuor.

Egesi lib. 1. cap. 2. Ioseph. Heb. pag. 349. 34 Christus Iesus natus anno quadragesimo secundo imperij Augusti.

Paulus Oros. lib. 7. cap. 2. Luc. 2. 12 Cùm esset Iesus annorum duodecim, in templo reperitur differens.

Luc. 3. 18 Anno decimo quinto elapso, decimo sexto incipiente, imperij Tiberij Cæsaris, Christus est baptizatus; erat tunc incipiens annorum triginta.

Suetonius. 4 Annis tribus & amplius elapsis, Christus crucifixus est, anno septimo præfecturæ Pilati, qui fuit decimus octauus Tiberij.

Sueton. 5 Quinto post anno Tiberius mortuus est.

Dion lib. 59. pag. 830. 4 C. Cæsar Caligula regnauit annos tres, menses decem & dies octo.

Tiberius Claudius Drusus Cæsar annis tredecim, mensibus octo, diebus viginti. Suetonius. 14

Claudius Domitius Nero, annos tredecim, menses octo regnauit. Sueto cap. 40 14

Flauij Vespasiani anno secundo Ierosolyma capta est, anno à natiuitate Christi septuagesimo ferè. Euseb. 2

Atq. hactenus sæculorum ordo & summa ratio deducta est, ab initio mundi, vsque ad Euangelium prædicatum: constat autem numerus vsque ad templi incendium, & Babylonicam transmigrationem, tribus annorum millibus, & trecentis triginta octo annis. hoc modo: Ab initio mundi ad diluuium, mille sexcenti quinquaginta sex. 1656

A diluuio ad Abraham natũ ducẽti nonaginta duo. 292

Ab Abrahamo ad ortum Isaac centum anni 100

Peregrinationis seminis Abrahæ anni quadringenti. 400

Ab exitu ex Aegypto vsq. ad templũ ædificatũ anni quadringenti octoginta. 480 Templi duratio fuit annorũ quadringentorum ac decem. 410 His numeris summa conficitur trium millium ter centum & triginta octo: his additi septuaginta captiuitatis Babylonicæ, faciunt annos ter mille, quadringentos & octo. 3408

Cæterùm in reliquis numeris vsque ad templi secũdi, & Ierosolymorum vastationem, nõ satis nostræ cum aliorum rationibus conuenit supputationi: namque in iis temporibus adnotandis, quæ post transmigrationem Babylonicam ad Machabæorum regnum vsque fluxerunt, nonnihil variant auctores. sunt qui per sacerdotũ & præfectorum tempora enumerantes, trecentos & septuaginta quatuor faciunt annos. 374 Deinde addunt centum Machabæorum regni: 100 & centum & septem Herodum vsque ad Hierosolymitanum excidium; 107 qui superiori summæ additi, notant annos ter mille nongentos octoginta nouem, à mundi initio vsque ad excidium. 3989

Auctor ille, qui breuiora Chronica Hebræis conscripsit, aliam rationem secutus, ter mille, octingentos, quadraginta vnum annos à mundi initio, vsque ad templum, à Tito vastatum, ponit, illis nominibus: A mundi initio vsque ad Babylonicam captiuitatem annos nobiscum numerat, ter mille, trecentos, triginta octo: 3338 exilij Babylonici septuaginta: 70 regni Medorum quinquaginta duos: 52 Græcorum regni centum septuaginta quinque. 175 Machabæis tribuit annos centum & tres. 103 Herodibus totidem. 103 horum summa est tria millia, octingenti, quadraginta vnum. 3841

VVLGARIS HEBRÆORVM NVMERATIO A MVNDI INITIO.

Hebræorum vulgus annorum enumerandorum eadem nobiscum & cum Chronicorum auctoribus via, ingressus & progressus, vbi ad secundi templi deuenitur rationes, deflectit, aliamque conficiendæ summæ rationem sequitur: nam illi hunc annum Christi millesimum, quingentesimum, septuagesimum primum notant, quinque millesimum, ter centesimum, trigesimum primum, ad proximum vsque Septembrem, quo incipiet trigesimus secũdus. quorum rationes illæ sunt:

A mundi initio ad egressum ex Aegypto, bis mille, quadringentos, & quadraginta octo faciunt annos: 2448 qua in re manifesta est ex Scripturis ratio.

Ab exitu ex Aegypto, vsque ad templi ędificationem obseruantur anni quadringenti & octoginta, in sacris etiam historiis indicati. 480

Ad templi vastationem summa annorum est quadringentorũ & decem: 410 transmigrationis annos addunt septuaginta. 70 A restitutione Iudæorũ ex Babylone, ad Titum vsque, illi ponunt quadringentos & viginti, 420 nullam singularem exponentes rationem. Inde vsque ad quater millesimum, centum & septuaginta duos addunt; 172 quibus accedunt mille, trecenti, triginta vnus, 131 qui à quatermillesimo, ad hunc vsque fluxere.

Omnis

Omnis autem varietas, vt diximus, in Medorum & Græcorum annis numerandis & constituendis versatur.

Atque hæc vulgaris Hebræorum ratio, nobiscum ab initio mundi, vsque ad Babylonicam restitutionem, omnino conuenit: & à Tito etiam ad nostrum vsque tempus; ab illis namque subducta ratio à Ierosolymitano excidio per Titum facto, ad hunc vsque annum, mille, quingentos & tres in summa continet. ex historiis Cæsarum verò obseruauimus, Titum anno Christi septuagesimo secundo ferè Hierosolymam vastasse: nunc autem annus nobis currit à Christo nato, millesimus, quingentesimus, septuagesimus primus.

NOMINA CHALDAICA
MENSIVM ANNI.

ANNVS duplex est; Vulgaris & sacer. Vulgaris annus incipit ab Autumno; Sacer ab æquinoctio vernio ferè, hoc est, à Luna, quæ Martio mense Latinorum præcurrit.

Constat annus mensibus duodecim: menses autem aut sunt præcisi, aut communes. Præcisi lunationibus integris definiuntur; Communes verò singuli tricenis diebus. hi in sacro sermone Menses dierum dicuntur. Mensis dierum.

Lunares menses duodecim annum conficiunt, Solari anno inæqualem, quem septendecim dierum intercalatio æquat.

Mensium antiqua nomina ex numero erant: Primus, Secundus, Tertius, Quartus, Quintus, Sextus, Septimus, Octauus, Nonus, Decimus, Vndecimus, Duodecimus.

Postea ex Chaldæis nomina accepta videntur hac serie:

NISSAN	נִסָּן	1	Martij lunationi re-
IAR	אִיָּר	2	Aprilis. (spondet.
SIVAN	סִיוָן	3	Maij.
THAMVZ	תַּמּוּז	4	Iunij.
AB, siue, ABIB	אָב	5	Iulij.
ELVL	אֱלוּל	6	Augusti.
THISRI	תִּשְׁרִי	7	Septēbris, anni vulga-
MARCHESVAN	מַרְחֶשְׁוָן	8	Octobris. (ris initiū.
CHISLEV	כִּסְלֵו	9	Nouembris.
TEBETH	טֵבֵת	10	Decembris.
SEBET	שְׁבָט	11	Ianuarij.
ADAR.	אֲדָר	12	Februarij.

FINIS.

IVDICIVM HENRICI DVNGHEI CANONICI ANTVERPIENSIS, EX COLLEGIO CENSORVM ANTVERPIAE INSTITVTORVM.

HAEC annorum & sæculorum computatio optimè quidem ordinata est, & ad Bibliorum & historiarum cognitionem valde vtilis, & digna vt imprimatur & legatur.

Ita ego D. Henricus Dunghen Canonicus, Reuerendissimi D. nostri Antuerpiensis Episcopi in hac re Commissarius, S. T. Doctor, attestor.

INDEX BIBLICVS,

QVI RES EAS, DE QVIBVS IN SACRIS BIBLIIS AGITVR, AD CERTA CAPITA, ALPHABETI ORDINE DIGESTA, REVOCATAS, SVMMA BREVITATE COMPLECTITVR.

IOHANNES HARLEMIVS

LECTORI S.

IN hoc Bibliorum indice, Candide Lector, primus numerus, libri caput denotat; proximè deinde sequẽtes vsque ad hoc signum †, vel (si hoc signum non adsit) ad proximam vsque sequentis libri citationem, sunt versuum in eodem capite signatorũ notæ. Exempli gratia in voce AARON, *Exo.4,14,16,30 †5,1. †6,13 †7,1,2. legendum est: Exodi capite 4. versu 14, versu 16, & versu 30. Item cap.5, versu 1. cap.6, vers. 13. capite 7, versu 1, & 2. Cùm autem asteriscus seu stella in hunc modum (Leuit.8 *.) numero apponitur, indicium est, rem de qua agitur, per plures versus in eo capite tractari: vel significat locum illum esse inter reliqua diligentiùs notandum. Porro si quod quæris, in versu hic notato contingat non adeò perspicuè inueniri, tum aliquot ex propinquis versibus antecedentibus, vel sequentibus tibi erunt perlustrandi. In librorum nominibus ad faciliorem, & certiorem distinctionem id obseruatum est, vt Eccle. Ecclesiasten, Eccli. verò Ecclesiasticum notet. Vale.*

AARON adiungitur fratri suo Mosi socius, Exo.4,14, 16,30 † 5,1 † 6,13 † 7,1,2. Mich.6,4 fuit pronepos Leui Exo.6,16,18,20. peculiari ritu consecratur cum suis filijs ad ministerium sacerdotij Leuit.8 * Num. 3,10. Deut.18,5. Heb.5, 4. sicut Dominus præscripserat Exo.29 *† 40, 12. Aaronis & filiorum sacerdotalis ornatus, Ex.28*. Aaronis sacerdotis auctoritatem qui noluerunt agnoscere, inusitato genere mortis intereunt, Exod. 16.3, 11, 30, 31. Aaron insigni miraculo ostẽditur præ ceteris à Deo in Sacerdotẽ summũ electus, Exo.17, 5, 8. post oblationem factam benedicit extẽsa manu populo, Exo.9, 22. iure perpetuo accipit pro officio sacerdotali oblatiões & primitias à populo, Num.18,8,9,11,12*. & à Leuitis decimas decimarum, Num.18,26,28. moritur. Num 20,28 † 33,38. Deut.10,6 † 32, 50. succedit ei in summo Sacerdotio Eleazar, Numer. 20,26. Deut. 10,6. Aaronis laus Eccli.45,7,8,9 *.

ABARIM mõs vnde moritur iam Moyses terram Chanaã prospexit, Num 21,11, † 27, 12. † 33,44. Deuteron.32, 49.

ABBA pater, Marc. 14,36. Rom. 8,15. Galat.4,6.

ABDEMELECH propugnator, & patronus Ieremiæ, Ierem.38,7. liberatur à gladio Chaldæorum, Ierem.39,16,17.

ABDENAGO mittitur in fornacem ardentem, Dan.3,21. appellatur Azaria, Dan.1,6.

ABDIAS abscondit prophetas Domini, 3.Reg.18,3, 13.

ABDON Iudex in Israel, Iudic.12,13.

ABEL occiditur à fratre Cain, Gen. 4, 8. 1 Ioan.3,12. de eodẽ lege Matth. 23,35. Lucæ 11,51. Hebræor.11,4. † 12,24.

ABIAM filius Roboam rex Iuda, 3 Reg. 14, 31 † 15,1. 2 Paral.13,15. reliquit Asa regni successorem, 3 Reg.15,8. Mat.1,7.

ABIATHAR sacerdos effugit manus Saulis, 1 Reg.22,20. confugit ad Dauid in Ceilam, 23, 6. cum Adonia se coniungit, 3 Reg. 1, 7. amouetur sacerdotio, 2, 27. iuxta illud 1 Reg. 2,30,32.

ABIDAN dux Beniamin, Num.1,11.

ABIGAIL, vxor impij Nabal, 1 Reg.25,3. nubet Dauidi regi, post mortem Nabal, 25,39.

ABIHV & Nadab filij Aaron igne absumũtur, Leuit.10,2. Num.26,61.

ABIMELECH rex Geraris aufert Abrahæ Saram, Gen.20,2. init pactum cum Abraham, Genes.21,23,32. init pactum cum Isaac. Gen. 26,31.

Abimelech filius Gedeonis, Iudic.8, 32. occidit 70 suos fratres, & ictu lapidis molaris interficitur, Iudic. 9,5,53 † 2 Reg.11,21.

ABIRON effert se contra Moysen, vnde & terra discedens eum absorbet, Numer.16, *. † 26, 10. Deut. 11,6. Psal.105, 17. Eccli.45,22.

ABISAG, Sunamitis, ducitur ad regem Dauid, 3 Reg. 1, 3. petitur ab Adonia in vxorem, 2,17.

ABISAI filius Saruiæ, 2 Reg.2,18 † 16,9. † 19, 21 † 20,6 † 23,18.

ABIVD filius Zorobabel, Matth.1,13. appellatur Anania, 1 Paral.3,19.

ABNEGATIO sui ipsius, Gen.12,4 † 22,1, 9. Deuter.33,9. 3 Reg.19,19. 2 Mach.6,19,23. Matth.4,19 † 5,29 † 10,39 † 16, 24 † 19,21. Marc.10,21. Luc.9,23 † 14,26 † 17,33. Ioan. 12,25.

Abnegatio omnium rerum, Gen.12, 1. Deut. 33,8. Ruth.2,11. 2 Paral.25,9. Matth.4,19 † 19,21,27. Mar.1, 17 † 10,28. Luc. 5, 11 † 14, 26 † 18,22. 1 Corint. 7, 29. Ioan. 12,25. Phil. 3,7.

ABNER, præfectus militum Saulis, creat Isboseth regem Israel, 2 Reg. 2,8 paciscitur cum Dauid, 3,12. occiditur à Ioab, 2 Reg.3,27.

ABRA ancilla Iudith, Iudith 8, 32 † 10, 2. libertate donatur, Iudith.16,28.

ABRAM filius Thare habet Sarai vxorem, Genes.11,29. egreditur ex patria in terrã Chanaan præcipiẽte Domino, 12,4. proficiscitur in Aegyptum, 12,10. redit inde in Chanaan, 13, 1. liberat Loth fratrem suum ex manibus hostium, 14,14. accipit promissionem seminis, 15,4. † 17, 16 † 18,10. concumbit cum Agar, 16,4. accipit promissionẽ seminis & signum fœderis, appellaturq; Abrahã, 17, 5. orat pro Sodomitis, 18,23, 28,32. Isaac ei nascitur, 21,2. paratus est offerre Isaac, 22, 9. mittit seruum qui quærat vxorem filio suo Isaac, 24,4. moritur, 25, 8. commendatur, Eccli. 44,20. appellatur pater multarum gẽtium, & omnium credentium, Gen.17, 5. Esai. 51,2. Matt.3,9. Lucæ 19,9. Ioan.8,39. Rom.4, 11,17,18 † 9,7. Gal. 3, 8. de ipso & eius semine vide Ios.24,3. Esaiæ 41, 8 † 51,2. Ezech.33,24. 2 Esdr. 9, 7. Matth. 8, 11. Act. 7,2, 16. Hebr. 11, 17.

ABRAHAE filij qui dicantur, Ioan. 8, 33. Roman.9,7. Gal.3,7.

ABSALON filius Dauid, 2 Reg.3,3. occidit suum fratrem, & fugit ad Tholomai regem Gessur, 13,37. reuocatur, 14, 21, 23. conatur patris occupare regnum, 15, 6. concumbit cum patris concubinis, 16, 22. iuxta prophetiam, 12,11. tribus hastis transfigitur à Ioab, 18,14.

ABSTINENTIA à quibusdam cibis, Gen. 1,29, 30 † 2,17 † 3,11 † 9,4. Exo.12,9*. † 13, 6 † 21,28 † 22,31 † 29,34. Leuit 6,24 † 7, 18*. † 11, 4*. † 17,27*. † 19, 7 † 22,8*. † 23, 14. Num.6,4 † 18,10. Deut.12,16 † 14,3*. Tob 1, 12. Iudith 12,2. Dan.1,8. 2 Machab.7,1. Matth. 12,4. Marci 2,23. Lucæ 6,1. Act.15,29.

Abstinentia à vino, Leuit.10,8 † 11,34. Num. 6,3. Iudic.13,4,14. Ierem. 35,6. Ezech. 44, 21. Lucæ 1,15.

Abstinendum à cibo & potu etiã licito propter scandalum alterius, 2 Mach.6,24. Rom.14, 20,21. 1 Cor.8,13.

Abstinentiæ præceptum violare nolentes, Ierem. 35,6.* 2 Mach.6,19 * † 7,2 *.

ABVSVS vestiũ, Esa. 3,18. Ezech 7,20. Hester 14,16. Matth. 11,8. Marc. 12,38. Luc.7,25 † 16, 19 † 20,45. 1 Timoth 2,9. 1 Pet. 3,3.

ACCEPTIO personarum, vide Persona.

ACCEPTIO munerum, Exo. 23,8. Nume. 35,31. Deut.10,17 † 16,19. † 27,25. 2 Para.19, 7. Iob.15,34 † 36,18. Prou 14, 20 † 15, 27. † 17,23. † 19,6 † 22,9 † 28, 21. Eccli. 4, 36 † 7,6 † 20,31. Esa.1,23 † 5, 23 † 33, 15. Iudæ 16.

ACEDIA, 2 Reg.11*. Prouerb.6,6 † 10,4, 26 † 12, 11 † 13, 4 † 18,8 † 19,15,24 † 20, 4, 13 † 21,25 † 24,30 † 26,13 † 28,19. Ezec.16, 49. Eccli.33,26. Rom.12,11.

ACHAB impius rex Israel, 3 Reg.16,29,30. † 18*. vincit Syriòs, 20, 20,29. init fœdus cum Benhadad rege Syriæ, 20, 34 exercet tyrannidẽ in Naboth, 3 Reg.21,2. traiicitur telo, & sanguinem eius canes lambunt, 22,38. secundùm verba Heliæ, 21,19. filij eius pereunt, 4 Reg. 10,7, 11. secundùm illud 3 Reg.21,21. 4 Reg 9,7.

ACHAIA, Actor.18,12.27 † 19,21. Rom. 15,26.1.ad Cor.16,15.2 ad Cor.1,1 †9,2 † 11, 10.1 ad Thess.1,7.

ACHAN lapidatur. Ios.7, 25.1 Par. 2,7. in valle Achor, Ios.7, 24 † 15,7. Esaiæ 65, 10. Oseæ 2,15.

ACHAZ filius Ioatham, impius rex Iuda, 4Reg 16.*2 Para.28.*.Esaiæ 7*.Matth.1,9.appellatur Eliezer,Luc.3,29.Ezechias filius in regnum patri succedit,2 Paral.28,27. Mat. 1, 10.

ACHIAS filius Achitob,sacerdos Domini, 1 Reg.14,3,18.appellatur Achimelech,21,1.

ACHIOR dux Ammonitarum, Iudit. 5,5. traditur in manus filiorum Israel, 6,7. fit Iudæus,14,6.

ACHIS rex Geth donat Dauidi ciuitatem Siceleg,1 Reg.27,6.

ACHITOPHEL Dauidi à consiliis,adhæret Absaloni,2Reg.15,12. dat impium consilium, 16,21. suspendit se,17,23.

ADAM creatur,Gen.1,27. collocatur in paradiso,& ligni scientię vsus ei interdicitur,2,15. persuasione Euæ præceptum violat, & paradiso pellitur,3,6,23.Oseæ 6,7. moritur,5,5.Rom. 5,14.1 Cor.15,22.

ADHORTARI ad bonum,Gen.13,8 † 45, 24.Ios.22,5.2 Par.30,6 † 32,7. 2 Esdr. 5,6,9. Act.11.23 † 14,21 † 20,17*. 1 Thes.5,11.Tit. 2*. † 3, 1.Heb.3.12.

ADONIAS affectat regnum patris sui, 3.Reg.1,5. vxorem petit Abisag, & occiditur, 2,17,25,34.

ADONIBEZEC capitur,Iudic.1,6.

ADORATIO angelis & hominibus tributa,Gen.18,2 † 19,1 † 23,12 † 27, 29 † 33,3* †42,6 † 43,26.Exo.18,7.Num. 22, 31.1 Reg. 20,41 † 25,23 † 28, 14.2 Reg. 9,6 † 14,3*. 3Reg.1,15,12.Iudit.10,20.Ester3,2.Dan.2,46. Actor.10,25.

ADRAMELECH idolum,4 Reg.17.31.

Adramelech vsus subsidio fratris sui Sarasar, occidit patrem Sennacherib,4 Reg.19,37. Esaię 37,38.

ADVENTVS Domini expectandus, Matt. 24,42 † 25,13 † 26,40.Mar.13,33. Luc.12,40 † 21,34.Rom.13.12. Ephes.6,18.Coloss.4,1. 1 Thess.5,6.1 Petr.4,7 † 5,8.Apoc.3,3 † 16,15.

ADVLTERIVM, luxuria,& fornicatio,Genes 6,2 † 19, 5,31,33*., † 38,15.Exod.22, 16. Leu.18*. † 19,29 † 20,10,13 † 21,9. Num. 25,1,6. Deut.22,13,22,23 † 23,17.Iudic.19,2, 25.1 Reg.2,22.Tob.4,13.Prou.2,16.†5*.†7, 10* † 22,14 † 23,27 † 29,3.Eccle.7,27. Eccli. 23,25.*. † 25,4.Eze.22,10.Act.15,20.Rom.1, 26.1 Cor.5,1 † 6,9,15 † 10,8.Ephes.5,5. Coloss.3,5.1 Thess.4,3.1 Timoth. 1,10.Hebræor. 13,4.

Adulterium carnale & spirituale prohibetur,committitur,& punitur, Gene.20,2 † 26,7. Exod.20,15.Leuitic.18,8 † 20,10. Num.5,13. Deut.5,18 † 22,22,30.Iudic.19,2.2 Reg. 11,2, 4 † 12,1,9.Iob 24,15 † 31,1,9. Psalm.72,27. Prou 5,3,8,20 † 6,24,32 † 7*. Esaiæ 57,1. Ierem.2,36 † 3,1 † 5,7 † 13,26.Hose.2,4 † 4,2.Sapien.3,16.Matth.5,27 † 14,3 † 19,9 .Ioan.8,3. 1 Cor. 6,10.1 Thess.4,3.Heb.13,4.Iacob.4,4.

ADVRAM, super tributa seu quæstor ærarius Dauidi, 2 Reg.20,24. postea à tributis ipsi Roboam,lapidatur,3 Reg.12,18.

AEGYPTIACA captiuitas prædicitur,Gen. 15,13. Incipit,Exod.1,8,13.Actor.7,18.

De Aegypto exitus,& liberatio Israelis promittitur,Gen.15,16 † 48,21 † 50,14. Exod.3, 17 † 6,6. adimpletur,& exeunt viri 600000. Exod.12,37,51 † 13*. 14*.Num.33,1.Deut.16, 1.Hose.13,4.Mich.6,4.

In Aegyptum redire improbè flagitat Israeliticus populus,Exo.14,11 † 16,3 † 17,3.Num.11, 5 † 14,4 † 20,3.

Contra Aegyptum prophetatur, Esai.19, 1, 11,18 † 20,3.Ierem.43,10 † 44,30 † 46*. Ezec. 29*,† 30*. † 31*. † 32*.

Aegyptiaca redemptio frequenter in memoriam reuocatur tanquam summum beneficium, Exod.20,2. Leuit.22, 33 † 26, 13. Deut.4,37 † 5,6 † 7,8 † 8,14 † 16,6.Iudith 2,1 † 6,8.1 Reg. 10,18.4 Reg.17,7.Mich.6,4.

Aegyptus affligitur plagis variis,Exo. 7 *8,*. 9 *.10 *.11 *.vt prędixit Dominus, Exod.3,19.

Aegyptus expugnatur à rege Babyloniæ, 4 Reg.24,7.Ierem.46,2.

Aegyptij prodeunt in pugnam contra Iudã, 2 Paralip.12,2.

Aegypto potitur Antiochus, 1 Mach.1,17.

in Aegyptum fugit Christus Herodem, Matth.2,13.

AEGROTATIO & morbus pœna peccati, Exo. 15,26.Leuit.26,16.Num.12*. Deut.7,15 † 28,27,60.2 Reg.24,13.4Reg 5,27.2 Paral.21, 18.Ioan. 5,14.

Aegroti visitandi sunt & consolandi, Genes. 48,1.4 Regum 8,29 † 13,14. Iob 2,11. Psalm. 40,4.Eccle.7,3.Eccli.7,38.Matt.25,37,40. Ioã. 11,3 † 12,9. † 2 Cor. 1,4.Quomodo se viri sancti in morbo & decessu ab hac vita habuerint, Gen.49.*. † 50,14.Deut. 31, 1,6. Ios.13*.† 23* † 24.*. 1 Reg.12.*. 3 Reg.2,1,7. 2 Paral. 32, 24. Tob.4.*.Esaiæ 38,1.1 Macha 2,49,61.

AENEAS sanatur,Act.9,33.

AGABVS imminentem famem prædicit, Act.11,28. & Paulo manus iniiciendas,21, 11.

AGAG rex Amalechitarum capitur à rege Saule,1 Regum 15,8. iubente Samuele occiditur,15,33. iuxta prophetiam,Num.24,20.

AGAR ancilla Saræ parit Ismahelem, Gen. 16,15.expellitur cum filio suo;21,14. Galat. 4, 30. Agareniè sua terra per Rubenitas profligantur,1 Para.5.19.

AGGAEVS prophetat Iudæis, Aggæi 1,3. 1.Esdr.5,*. † 6,14.

AGRIPPA audit Paulum,Act.26,2.

AHIAS Propheta in Silo secat pallium in 12 partes,3 Reg.11,30.mala prædicit vxori Ieroboã,14,6,10.scripsit prophetias,2 Paral.9,29.

ACHIMELECH sacerdos dat Dauidi panes propositionis,1 Reg.21,6. & gladium Goliath,21,9.transfigitur,22,18 .appellatur Ahias, 14,3. vocatur Abiathar,Marci 2,26.

AHIRA dux Nephtali,Num.1,15.

ALCIMVS periurus Iudæus adeptus est sacerdotium,1 Mach.7,5,9.2 Machab. 14,3,13. perit subita morte,1 Mach.9,55,56.

ALEXANDER rex Græcorum, occiso Dario regnum suum filiis diuisit 1 Mach.1,7.vide Dan.7,6 † 8,8 † 11,4.

ALPHA & ω, principium & finis,primus & nouissimus est Dominus,Esai.41,4 † 44,6 † 48, 12.Apocalyp.1,8,† 2,8 † 21,6 † 22,13.

ALPHAEVS, pater Iacobi Apostoli, Matthæi 10,3. Mar.3,18.Luc.6,15.Act.1,13.

ALTARE holocausti, Exod. 27, 1 † 38, 1. Numer.7.*.2 Reg.24,25.3 Reg.18,32.4 Reg. 16,15.2 Para.1,5 † 4, 1 † 15,8.1 Esd. 3,2.Ezec. 43,13.1.Mach.4,47,53.

Altare incẽsi,Exod.30,1,10 † 37,25 † 40,10.

AMALECH filius Esau nascitur,Ge.36,12, 16.pugnat contra Israel,Exod.17,8.Nume. 14, 43.Iudic.6.3.cæditur,7.*.1 Reg.14, 48. funditus deletur,1 Reg.15,2,8. iuxta verba Exod.17, 14.Num.24,20.Deut.25,19.

AMAN postquam ad honores fuit euectus, fit lethalis hostis Iudæorũ,Hest.3.*. suspenditur,7,10. eodẽ supplicio afficiũtur & decem filij eius,9,13.

AMASA filius Abigail sororis Dauidis, 1.Paral.2,17 fit dux militiæ apud Absalonem. 2Re.17,25.post militi Dauidis præficitur,19,13. tandem à Ioab per fraudem occiditur 20, 10. causa cædis ponitur 2 Reg.19.

AMASIA filius Ioas recenset populum, 2. Para.25,5. vlciscitur cædẽ patris sui,4 Reg.12, 21 † 14,5. bello deuincit Edomæos,14,7. capitur & occiditur,14,13. relinquit successorem filium Azariam regem, 15, 1. appellatur Leui, Luc.3,29.

AMICI veri & ficti, Deut. 13, 6 † 33, 9. 2 Reg.3,27 † 13,14† 15,19 † 20,8.Psalm.40,10 † 54,14.Prouer.14,20 † 18,24 † 27,10,19.Eccli. 6,7 † 7,20 † 9,12 † 12,14 † 22,25 † 37, 10. Ierem.9,4 † 12,6 † 41,1.Daniel.11,26.Mich.7,5. Matth. 10, 35. Luc. 12, 53. Ioann. 13, 18.1 Thess.2,14.

AMINADAB, filius Aram,Matth.1,4. hũc Naasson filius eius in regno secutus est,Num.1, 7 † 7,12 † 10,14.

AMMON filius Loth & filiæ eius, Gen. 19, 38. Ammonitæ prohibentur ab ingressu templi Deuter.23,3. 2 Esdr.13,1. cæduntur ab Israel, Iudic.11,32.1 Reg.11,11.2 Reg.8,12 † 10*. † 12,26.aduersus Ammon prophetatur, Psalm. 82,8.Ierem.49,1.Ezechie.21,20 † 25,2. Amos 1,13.Sophon.2,8.

AMNON filius Dauid oppressit sororẽ suã Thamar,2 Reg.13,14.vnde & ab Absalone fratre suo confoditur,13,28.

AMON filius Manasse rex Iuda, occiditur, 4 Regum 21, 19, 23. ei in regno succedit filius Iosias 4.Reg 22, 1.

AMORI filius Canaan,Gen.10,16. Amorrhæi non patiuntur Israelem per suos terminos proficisci,Nume.21,23.Iudic.11,19.

AMRI impius rex Israel,3 Reg. 16,16,17, 22,23. contra Amri,Mich.6,16.

ANAMELECH idolum Sepharuaim,4 Regum 17,31.

ANANIAS prophetat contra Ieremiam, Ierem.28,1.

Ananias cum vxore Saphira subitò moritur, Act. 5, 5, 10.

ANATHOTH ciuitas Beniamin,Ier. 32,7. vbi & Ieremias est natus,Iere.1,1 † 29, 27. & sacerdos Abiathar,3 Reg.2,26. Anathothitæ nolunt Ieremiam audire,Ierem.11,21.

ANDREAS à Christo vocatur,Matth.4,18. Marc. 1,16.Ioan.1,40.

ANDRONICVS vicarius Antiochi occiditur,2.Machab.4,38.

ANGELI, horumque ministerium & natura,Gen.16,7*. 18.*.19.*.21,17 † 22,11 † 24,7 † 28,12 † 31,11,65 † 32,24 † 48,16. Exod.3,2 † 13,21 † 14,19 † 23,20 † 32,34 † 33,2.Num.20, 16 † 22,22.Ios.5,13.Iudic.2,1 † 5,23 † 6,11,14, 20 † 13,3,6,9.1 Reg.29,9.2 Reg.14,17 † 19,27 † 24,16.3 Reg.13,18 † 19,5.4 Reg.1,3,15 † 19, 35.1 Paral. 21,15. 2 Par.32,21. Psalm. 33,8 † 90,11 † 102,20 † 103,4 † 148,2.Esa.6,6 † 37,36. Dan.3,49 † 6,22 † 8,16 † 9, 21 † 10, 5,10,16 † 12,1. Zach. 2,3 † 3,1,6 † 4,1 † 5,5,10 † 6,4.Mala.2,7 † 3,1.Iudith 13,20.Tob.5,27 † 6*9*.12*. Tob. 7,5 † 8,3 † 10,11 † 11,2. Baruch 6,6. 2.Mach.11,8.Matt.1,20 † 2,13,19 † 4,11 † 11,10 † 13,39,49 † 16,27 † 18,10 † 22,30 † 24,31 † 26, 53 † 28,2.Marc.13,32.Luc.1,13,19,28 † 2,9,15 † 12,8 † 16,22 † 22,43.Ioan.1,51 † 5,4 † 20,12. Actor.1,10 † 5,19 † 6,15 † 7, 30 † 8, 26 † 10,3 † 11,13 † 12,7,11,23 † 23,9 † 27,23. Rom.8,38. Gal.1,8 † 3,19 † 4,14. Col.2,18. 2 Thess.1,7. 1 Timoth. 3,16 † 5,21.Hebr.1*. † 2,2 † 12,22 † 13,2. 1 Pet.1,12 † 3, 22. 2 Petri 2,11.Iudæ 9. Apoc*.

Angelorum ruina, Iob .4,18 † 15,15. Esaiæ 14,9.Ezech.28,2,14,17. Ioan .8, 44.2 Pet.2,4. Iudæ 6.

Angelorum nomine appellantur doctores & prædicatores,Esa.33,7.Mal.2,7 † 3,1.Mat.11, 10.Marc.1,2.Luc.7,27. Gal.4,14.Apoc.2*.3*.

ANIMAE quorundam piorum statim post mortem sunt cũ Christo,2 Cor.5,8. Phil.1,24. Apoc.14,13. cõtra eos qui putant illas vsque in diem iudicij quiescere.

ANNA parit prophetã Samuel, 1 Reg.1, 20.

Anna prophetissa laudat Dominum Deum, Luc.2,36.

ANNAS socer Caiphæ, Luc.3,2. Ioan.18, 13.Act.4,6.

ANTICHRISTVS, & eius regnũ,Esai.11, 4.Ezech.38*.39*.Dan.7,7,19, 24 † 8,9, 23 † 9, 27 † 12,1.Zach.11,15.Matth.24,24.Mar.13,6. Ioan. 5,43.Actor.20,29.2Thes.2,3.1Tim. 4,1. 2Tim.3,2.2 Pet.2*.1 Ioan.2,18,22 † 4,3.2 Ioan. 1,7. Iudæ 10. Apoc.11,7 † 12,8 † 13*.† 14,9 † 17*.† 19,20 † 20,2,8.

ANTIOCHIA suscipit Apostolorum de Christo prædicationem.Act.11,19,26 † 13,1.

ANTIOCHVS Illustris proficiscitur in Aegyptum,

gyptũ,1.Mach.1,18. destruit templum,& subuertit ciuitatem Ierusalem, 1 Mach. 1,23, 33. 2.Mach.5,16 erigit idolũ super altare Domini, 1 Mach.1,57. moritur,6,16.2 Mach.9*.

Antiochus Eupator,filius prædicti Antiochi, fit rex,1 Machab.6, 17. cum exercitu tendit in Iudæam,6,31 non seruat Israeli fidem,6, 62. cæditur, 7,4.

ANTIQVAE viæ inquirendæ & obseruandæ,& à nouis declinandum, Ierem.6,16.Prouerb.22,28. Eccli.8, 11 †39,1. Rom.16,17. Gal. 1,6,7,8. 1 Tim.6,20.2 Tim.4,3. 2 Pet.3, 17.1 Ioan.2,24.2Ioan.ver.7.Iud.ver.18,19,20.

APOLLO vir facundus,& Scripturarum peritus,Act.18,24.1 Cor.1,12 †3,4 †16,12.

APOLLONIVS dux in Syria, 1 Mach.3,12 †10,69.

APOSTOLVS magnus est Christus, Hebr.3,1.

Apostoli eliguntur ex discipulis, Luc. 6,13 mittuntur ad annuntiandum regnum Dei in Iudæa,Mat.10.*Luc.9,24,46. reuertũtur,9,10 mittuntur in vniuersum mundum ad euangelizandum,Matt.28,19.Marc.16,15.Lucæ 24,46. Ioan.15,16,27 †20,21.Act.1,8 †10,42.

Apostoli vsi sunt membranis, seu libris 2.Tim. 4,13. hortantur ad studium legendi, 1.Tim.4,13,15. Opifices autem qui noctes & dies aliis occupantur, iubentur non immiscere se ecclesiasticis rebus, Eccli.38,26,37.

Apostoli & Prophetæ habuerunt spiritum Dei,Exod.4,12.2 Reg.23,2,Dan.9,10. Zach.7, 7.Matt.10,20.Marc.13,11.Ioã.14,17.Acto.1, 5 †2,4 †4,31 †9,17 †19,6.1 Cor.2,12 †12,3. 2 Cor.13,3.1 Thess.4,8.2Timoth.3,16.1 Pet.1, 11.2 Pet.1,21.

APPARITIONES Dei,angelorum & hominum,Gen.32,24.Exod.3*Nume.22,21 .Ios. 5,13.1 Reg.28,11.Matth.17,3 †28,2,9 .Marc. 9,3 †16,5,9,12, 14.Luc. 9, 30 †24,4, 15, 36. Ioan. 20, 12, 14, 19, 26 †21, 1.Actor. 1, 10 †16,9 †18,9.

AQVA nihil nocumẽti vel impedimenti adfert electis Dei, Exod.14, 22. Psal. 65,6. Esaiæ 43,2. Ionæ 2,5.

Aqua nominatur persecutio, Psalm. 68,16 †143,7.Pro.17,14.Mat.7,25. Luc.6,48.Apoc. 12,17.

Aquæ assimilantur cognitio Dei & dona Spiritus sancti, Esaiæ 11,9 †12,3 †35,6 †43, 20 †44,3.Ezech.47* Zachar.14,8. Ioan. 4,10 †7,38.

Aqua benedicta,vide Benedictio.

ARAD rex Chananitarum pugnat contra Israel,Num.21,1.

ARAM,qui & Ram nominatur,filius Esron, genuit Aminadab,Ruth 4,19.1 Par.2,10.Matt. 1,4.Luc.3,33.

ARAN frater Abraham, & pater Loth,Genes.11,27.

ARCA Noe,Genes.6,14 †7.* †8* Sap.10,4 †14,6.Matth.24,38. Luc. 17,27. Heb. 11,7. 1.Pet.3,20.

Arca fœderis Domini paratur, Exod. 25,10, 21. assumitur in castra contra Philistæos,1 Reg. 4,5. capitur, 4, 11.

Arca quid continebat,Exod.16,34.Deut.10, 2 †31,26.3 Reg.8,9.2.Para.5,10.Heb.9,4.

ARCHELAVS regnat loco patris sui Herodis,Matth.2,22.

ARIOLI & aruspices,Dan.2,2,27 †4,6 †5, 7,11.Act.19,13.vide Incantatores.

ARISTARCHVS socius D. Paulo & in itinere,& in vinculis Actor.19, 29 † 20, 4 †27, 2. Colos. 4, 10.

ARPHAXAD rex Medorũ, à Nabuchodonosor victus Iudith 1,1,5,6.

ARSACES rex Persarum & Medorũ superat Demetrium,1 Mach.14,3.

ARTAXERXES rex Persarum recipit literas plenas querelis aduersus Iudæos, 1 Esdr. 4, 7,17. respondet,iubet ædificationẽ templi impediri,4,21. permittit Israeli ædificare tẽplum, 1 Esdr.7.*.

ASA filius Abiã rex Iuda tollit idola, 3 Reg. 15,8,12. subsidium quærit à Syris,& moritur, 15,19, 24. Iosaphat filius eius rex post eum, 1.Para.3,10.

ASAPH cantor Dauidis,1 Par.6,39 † 16,5.

ASARHADDON,postquàm pater eius Senacherib confossus est,succedit in regnum,4 Regum 19,37.Esaiæ 37,38.

ASENETH parit ipsi Ioseph, Ephraim & Manasse,Genes.41,50 †46,20.

ASIA subiicitur Romanorum imperio, 1.Mach.8,6.

ASSVERVS rex Persarum instruit splendidam cœnam, Hest.1,3. accepit Hester vxorem, 2,9,17. relinquit Darium filium suũ successorem, Dan.9,1.

ASSVR filius Sem filij Noe constituit regnum Assyriorum,Gen.10,22.1 Paral.1,17.

Assur virga furoris Domini, Esaiæ 10,5.cõtra Assyrios prophetatur,Numer.24,24. Esaiæ 10,5 †14,21 †17,3 †30,28,31 †31,8.

Rex Assur expugnat Israelitas,& transfert in Assyriã,4 Reg.15,29*†16* †17* expugnat ciuitates Iudæ,4 Reg. 18* 2. Para.32* Ezech.36*.

Assyriorum exercitus ab angelo cæditur, 4.Reg.19,37.2 Para.32,21.Esaiæ 37, 36.Eccli. 48,24.1 Machab.7,41.2 Mach.8,19.Tob.1,21. Ionæ 2,5.

ASTHAROTH,Iudic.2,13 †10,6. 1 Reg. 7,3 †12,10.

ATHALIA filia Amos regis Israel,4 Reg.8, 26. perdit totam ferè regiam stirpem 11,1. regnat sex annos in Iudæa,2 Par.22,12. interimitur,4 Reg.11,16,20.

ATHENOBIVS mittitur ad Simonem, 1.Mach.15,28.

AVARITIA,Ios.7,20.1 Reg.8,3 †25,3,10. 3 Regum 21,2.4 Reg.5,20,22.Psalm.36,16,21. Prouerb.1,19 †11,28 †12,27 †15,6,16,27 †28, 16,22 †30,15.Eccle.2,26 †4,8 †5,9 †6,1. Esai. 5,8 †56,11.Ierem.6,13 †8,10.Ezec.22,13. Amos 8,4.Mich.6,10.Abac.2,9.Eccli.14,3 †31,5 †41,4.2 Mach.4,50 †10.20.Matth.6, 19 † 26, 14,46 †27,3.Marc.8,36.Luc.12,15. Ioan.12,4. Actor.5,1 †8,19 †24,26.1 Cor.6,10. Ephes. 5, 3.Philip.4,11.Col.3,5.1 Timoth.6,9.ad Titum 1,7,11.Hebr.13,5.

AVDIENDVM verbum Dei, vide Verbum Dei.

AXA filia Caleb traditur Othonieli in vxorem,Ios.15,17.Iudic.1,13.

AZARIAS filius Amasię rex Iuda,fit leprosus,4 Regum 15,5.2Paral.26,19. reliquit filiũ Ioatham regẽ,4 Reg.15,32.1 Par.3,12. appellatur Ozias,2 Paral.26,19.Matt.1,9. Matthat Luc.3,29.

Azarias propheta mittitur ad regem Asa, 2. Para.15,2.

B

BAAL idolum Samaritanorum, 3 Reg.16, 31. altare Baal destruitur,Iudic.6, 25, 30. Sacerdotes Baal occiduntur, 3 Reg. 18, 40. 4.Reg.10,25 †23,5.

BAANA & Rechob suspenduntur, 2.Reg.4,12.

BAASA impius rex Israel, pugnat contra Asa regem Iuda,3 Reg.15, 16.* cum omni progenie sua extirpatur,16,4,11. secũdum verbum Iehu,16,1,2,3.

BABYLONICA captiuitas 70 annorum prędicitur, Leuit. 26, 31.Deuter.4, 26 †28, 36,49.4 Reg.20,17.Esaiæ 5,13,19.Ierem. 13,19,24 †16,9 †20,4,6 †25,8. Ezech.7*,12*. 22,5,Mich.3,12 †4,10.Abac.1,6.Baruc 6,1.

Babylonicę captiuitatis initium 4 Reg. 34* 25*.2 Paral.36*.3 Esdr.1,40,52.

Finis captiuitatis promittitur & prophetatur Leuit.26,42. Deut. 4,29 †30, 2.3 Reg.8,33. 2 Par.6,24,37.Esaiæ 14,1 †40,1 †48,20. Ierem. 12,15 †16, 15 † 24,5 † 25, 12 † 29, 10 †30*. † 31, 9 † 32, 37 † 16,27.Ezech.11,17.Dan. 9, 2, 25. Baruch 6,2. Liberatio fit,1 Esd. 1*. 2*. 3.Esd.2, 1.

Babylonicæ captiuitatis causa, 4 Reg.17, 7, 13,18. contra Babylonem,Psalm.136,8.Esaiæ 13*.†14,2,4 †21,2,9 †47*. Ierem.25,12 †50*. 51*.Baruch 4,27.Apoc.14,8 † 16,19 †17*. 18*.

BACCHIDES dux Demetrij,1 Mach.7,8. occidit Iudam ex precepto Demetrij,9,18.

BALAAM conducitur ad maledicendum Israel,Num.22*.†23*. docetur à Domino quid illi loquendum sit, 23,5,26. Balaam doctrina, 2. Pet.2,15.Apoc.2,14.

BALAC rex Moabitarum mittit nuntios ad Balaam,Numer.22,5.Iosue 24,9.vide Iudic.11, 25.Micheæ 6,5.Apocal.2,14.

BALTHASAR videt manum scribentem, Daniel.5,5. occiditur,& regnũ eius delabitur ad manus Darij,5,30 †6,1.

BANAIAS dux Cerethi & Pelethi, 2 Reg. 20,23. Davidi à consilijs 23,23. 1 Par.11.25. postea præfectus militum Salomonis,3 Reg. 2,35.

BAPTISMVS à Christo præceptus, Matth. 28,19. Marc.16,16. Ioan.3,5.

Baptismum docuerunt Apostoli,& administrarunt,Act.2,38,41 †8,12,36 †9,18 †10, 47 †16,15,33 †19,4 †22,16.Rom.6,3.1 Cor.1,14. Gal.3,17.Eph.4,5.Hebr.6,2.

Baptismus saluat,1 Pet.3,21.

Baptismus est lauacrum regenerationis, Tit.3.5.

Baptismus tollit omnia peccata,Gen.17, 14. Esaiæ 44,3.Ezech.36,25.Zach.13,1.Matth.18, 14 †28,19.Mar.1,4 †16,16. Ioan.1,33 †3,5. Act.2,38 †8,12,38 †16,33 †18,8.Rom.6,3,4,5, 6*.1 Cor.6,11.Ephes.5,26.Coloss.2,11*. Tit. 3,5*.Heb.10,22.1 Pet.3,21.

Baptismus nõ est iterandus,Ephes.4,5.Hebr. 6,6 †10,26.Idem declarat ipsius figura,Gen.17, 14.1 Cor.10,2.

Baptismus Ioannis,Matth.3,6 †21,25.Marc. 1,4 †11,30.Luc.3,16 †7,29 †20,4. Ioann.1, 25,33 †3,23.Actor.1,5 †11,16 †13,24 †19,3.

Baptismus pœnitentiæ prædicatur, Marc.1, 4.Lucæ 3,3.Act.2,38 †13,24 † 19,3. Rom.6,3. Col.2,12.

Baptismi nomine significatur passio,Mat.20, 22.Mar.10,38.Lucæ 12,50.

Baptismus in Spiritu sancto & igne, Mat.3, 11.Mar.1,8.Luc.3,16.Ioan.1,33.Act.1,5 †2,4 †11,15.

BAPTIZANDI sunt paruuli,Gene.17,14. Exod.4,24,25,26.Matt.11,28 †18,14 †19,13. Marc.10,14 Luc 18,15.Ioan 3,5. Act.2,39,41 †16,15,33 †18,8. 1 Cor.1, 16 †10,2 †15,22. 1.Timot.2,4.

Baptizari in Scripturis aliquando exprimitur per verbum Illuminari,Heb.6,4. aliquãdo per Renouari,Heb.6,6.

Baptizatus Christus, Matt.3,15. Mar.1,9. Luc.3,21. in baptizatũ delabitur Spiritus sanctus,Matth.3,16.Marc.1,8.Luc.3,21. Io.1,33.

גָּד γάδ — Gad, Felix, vel accinctus. Filius Iacob septimus, ex Zelpha ancilla Liæ vxoris eius, Gen.30.b.11. qui 1.Par.5.c.18. dicitur גדי Hebraicè. Nomen item prophetæ, 1.Reg.22.a.5.

גָּדֵל γαδδήλ — Gaddél, Magnus, siue magnitudo, aut fimbria. Nomen viri, 1.Esd.2.c.46.

גַּדִּי γαδδί — Gaddi, Hœdus, siue felix, aut accinctus, vel Syriacè, incisus. Filius Susi, princeps tribus Ioseph, Num.13.b.12. Nomen loci, גדי 1.Paral.12.b.8. qui & Gadi dici videtur, cùm Hebræis, iisdem consonantibus & punctis scribatur.

גַּדִּי γαδδίς — Gaddis, Aceruus, vel congeries, siue felix, vel accinctus vir. D. Filius Mathathiæ, 1.Mach.2.a.2.

גָּדִי γάδ — Gaditæ, De Gad, quod interpretatur hœdus siue felix vel accinctus, Ios.1.c.12.

גָּדֵר γαδήρ — Gader, Murus, siue maceria, vel sepes. Ciuitas in tribu Iuda, Ios.12.d.13. quæ Ios.15.e.36. dicitur Gedera, & à Stephano Antiochia, item & Seleucia.

גְּדֵרוֹת γαδηρώθ — Gaderoth, Idem.p.n. Nomen vrbis in tribu Iuda, 2. Paralipom.28.c.18.

גְּדֵרֹתִי γαδηρωθί — Gaderothites, Idem.s.n.1.Par.12.a.4.

גַּדְגָּד γαδγάδ — Gadgad, Felicitas felicitatis, aut accinctus exercitus. Nomen loci in quo aliquando castrametati sunt filii Israël, Num.33.d.32. Quæ dictio, Deutero.10.b.7. Hebraicè scribitur גדגדה, eademque est interpretatio.

גָּדִי γαδί — Gadi, Hœdus, siue felix, aut accinctus: vel Syriacè, incisus. Pater Manahem, 4.Reg.15.c.14. Est & nomen loci, 2.Reg.23.d.36. qui & Gaddi dici videtur, cùm Hebræis iisdem consonātibus & punctis scribatur.

גָּדֹר γεδώρ — Gador, Murus, siue maceria, aut sepes. Nomen loci, 1.Par.4.f.39. Eadem videtur esse vrbs quæ & Gedor, cùm Hebræis, iisdem consonantibus & punctis scribatur.

גַּהַם γαήν — Gáham, Educens eos, siue exitus eorum, aut exitus caloris. Filius Nachor ex Roma concubina, Gen.22.d.24.

גַּחַר γαήρ — Gaher, Exitus caloris vel iræ. Nomen viri, 1.Esd.2.c.47.

גִּלְעָד γαλαάδ — Galaád, Aceruus testimonii. Filius Machir filii Manasse filii Ioseph, Num.26.d.29. Pater Iara patris Hari, 1.Par.5.b.14. Regio item Galilææ ad Orientē vltra Iordanem, Ge.31.c.21. vbi & dimidia tribus Manasses accepit possessionem cum tribubus Ruben & Gad, Num.32.g.39.& Deute.3.c.15.& Ios.13.b.11. Est autem ad tergum Phœnices & Arabiæ, collibus Libani copulatus: extenditur per desertum ad Amorrhæos, vbi Sehon regnauit, Psal.59.b.9. Heb.60 & 107.b.92.

גִּלְעָדִים γαλααδίται — Galaaditæ, Idem.p.n.4.Reg.15.d.25.

גִּלְעָדִי γαλααδίτης — Galaadites, Idem.s.n. Qui est ex Galaad regione, vel ex familia Galaad, Num.26.d.29. Iudic.12.c.7.

γαλααδίτης γαλααδίτις — Galaaditis, Idem. Nomen loci, 1. Mach.5.b.17.

גָּלָל γαλάλ — Gálal, Rota, siue reuolutio, aut confiniū, vel marmor. Nomen viri, 1.Par.9.c.15.

גַּלָּלַי γαλλαί — Galalai, Idem, 2.Esd.12.c.35.

γαλάται γαλατία — Galatæ, Lactantes, vel lactei. G. Gal 3 a.1.

Galatia, Lactans, vel lactea. G. Aliàs Gallogræcia Asiæ minoris prouincia, Bithyniæ contermina, à Gallis vocabulum trahens, qui in auxilium à rege Bithynię euocati, regnum cum eo, parta victoria, diuiserunt: sicq; deinde Græcis admixti, Gallogræci, deinde Galatæ appellati sunt. Vide Plinium lib.5. ca.32. Ptolem. in 5.cap.4.& Strabonem in 4.

גִּלְגָּל γαλγάλ — Galgál, siue Galgala, Rota, siue reuolutio, vel ablatio, aut aceruus acerui, vel reuolutio acerui. Nomen ciuitatis vltra Iordanem, non procul ab Iericho, Osee 9.d.15.& 2.Esd.12.b.28. Ios.4.d.20.& 5.c.8.& 1.Reg.10.b.8.

גְּלִיל γαλιλαία — Galilæa, Volubilis, siue volutabilis, aut rota. Syriæ regio ad Septentrionem Iudææ sita, quæ ab solis occasu Ptolemaide ciuitate & Carmelo monte disterminatur. Ab Oriente eam Hippene siue Ioppe & Gadara suis finibus resecant. A Meridiano latere Scythopolis & Samaria suis vtraque excipiuntur regionibus, nec vltra fluenta Iordanis patiuntur extendi. Septētrionalia eius à dextro latere Tyrus claudit, sicut scribit Egesippus libro 3.cap.6. de Ierosolymorum excidio, & Iosephus cap.2. libro 3. belli Iudaici. Tradunt verò historici duplicem esse Galilæam, superiorem scilicet & inferiorem. Superior iuxta Tyrum, Sidonem & Cæsaream Philippi sita est, qua gentes attingit ad Aquilonem. Ista Galilæa Gentium, Esaiæ 9. a.1. Matth. 4. c. 18. appellatur: vel quia illic Gentes vsque ad Salomonis tempora habitarint, vel quòd Hiram regi Tyriorum oblata sit, 3.Regum 9.b.11. Hæc in tribu Nephthali sita est. Inferior Galilæa circa Tiberiaden & stagnum Genesareth in tribu Zabulon posita est, de qua Matth. 3. c.13. & 4.c.18. Christus frequenter versatus est in Galilæa, Iohan.4.a.3. Vnde etiam Galilæus vocatus est, Matth.26.g.69. aut propter Nazareth & Capharnaum, in quibus illi domicilium, Luc.2.g.51. & 4.c. 16 Quapropter etiam Iulianus Imperator Christianos solebat Galilæos nuncupare, quod Eusebius libro 10. cap. 35. ecclesiasticæ historiæ, & aliàs sæpe memorat. Galilæi verò dicti sunt quòd vicini sint Gentibus: & Galilæa interpretatur confinium, sicut Iosue 13.a.2. in Hebræo כל גלילות הפלשתים omnes limites Philisthiim: pro quo vetus interpres habet, Galilæa Philisthiim. Vide Iosephum libr.3.cap.2. de bello Iudaico, & Egesippum lib. 3.cap.6.

גְּלִילוֹת ὁρία — Galilæa, Ios.13.a.2. plurale Heb. Geliloth, significat confinia & limites, vide paulò antè.

γαλιλαῖοι — Galilæi, Volubiles, siue volutabiles, aut rotantes, Luc.13. a.1.

γαλιλαῖος — Galilæus, Idem.s.n. Marc.14.g.70.

גַּלִּים γαλλείμ — Gallim, Coaceruantes, siue transmigrantes, vel reuoluentes, aut discooperientes. Nomen vici Accaronis, vnde dicitur fuisse Phalti, qui Michol duxerat vxorem post fugam Dauid, 1.Reg.25.g.44. At Esa.10.g.30. Filia-gallim, vel Bath-gallim, est nomen vrbis sitæ in tribu Beniamin aut Iuda, per quam transiit Sennacherib quum iret oppugnatum Hierusalem. In eo autem Esaiæ loco, Filia Gallim scribitur, non Gallim simpliciter.

גַּלִּים γαλλείμ — Gallim, Esa.15.b.8. Guttæ, aut gutta maris, siue coaceruantes, vel transmigrantes, aut reuoluentes. Heb. Eglaim. Ciuitas non procul à limite Moabitarum.

γαλλίων — Gallion, Lactans, vel lacteus. G. proconsul Achaiæ, Act. 18.c.12.

גַּמְלִיאֵל γαμαλιήλ — Gamaliél, Retributio Dei, aut camelus Dei, siue ablactatus Dei. Filius Phadassur, princeps tribus suæ Manasse, Numer.1. a.10. quidam item Pharisæus, Actor.5.f.34. Præceptor Pauli, Act.22.a.3.

גַּמַרְיָה γαμαρίας — Gamariás, Consummatio Domini, siue consumptio Domini. Filius Helciæ, Ier.29.a.3. Filius item Saphan scribæ, Ier. 36.c.11.

גָּמוּל γαμούλ — Gamúl, Retributio, siue ablactatio. Nomen viri, 1.Par.24. c.16.

גַּמְזוֹ γαμζώ — Gamzó, Etiam iste, aut scirpus vel iuncus iste. Nomen vrbis, 2. Par.28.c.18.

גָּרֶב γαρείβ — Garéb, Scabies, aut Syriacè, hydria. Nomen collis, Ier.31. g.39. Nomen item viri, 2.Reg.23.d.38.& 1.Par.11.g.40.

גְּרִזִים γαριζείν — Garizím, Secures, vel scissores. Mons Samariæ iuxta Galgal vltra Iordanem, Sichimorum imminens ciuitati, Iudic.9. a.7.& Deut.11.d.29.& 2.Mach.6.a.2.

גַּרְמִי γαρμί — Garmi, Osseus, vel ossa, aut peregrinationis aqua: vel Syriacè, causa mea, 1.Par.4.d.19.

גַּשְׁפָּא γασφά — Gaspha, Appropinquatio oris, siue accedens huc. Nomen loci, 2.Esd.11.c.21.

גַּעְתָּם γαθάμ — Gathám, Tactus eorum, vel mugitus eorum, aut mugitus perfecti vel simplicis. Filius Eliphaz filii Esau, ex Ada vxore, Gen. 36.b.11.

גּוֹלָן γολάν — Gaulón, Transmigratio eorum, vel resolutio eorum: aut ex Syro & Hebræo, intus manens. Nomen ciuitatis refugii in Basan, Ios. 20.c.8.& 1.Par.6.f.71.

עַזָּה γαζή — Gazá, Fortis aut capra. Nomen vrbis Palæsthinæ, Gen.10. c.18.

c.18. & 1. Reg. 6.d.17. Act.8.e.26. Hæc vrbs respectu tribus Iuda magis vergebat ad Meridiem quàm ad Occidentem, Ios. 10.g.41. & 4.Reg.18.b.8.

גַּזְבָּר Gazabár, Thesaurarius, 1.Esd.1.d.8. In Hebræo est appellatiuum, per manum Mithridatis thesaurarij. γαζοφυλακίου

גַּזָּם Gazám, Æruca, vel vellus eorum, aut transitus eorum, siue tendens eos. Nomen viri, 1.Esd.2.c.48. γαζάμ

עַזִּתִים Gazæi, Fortes, aut capræ, vel hirci. Nomen populi, Iosue 13.a.3. γαζαίοι

Gazaris, Vide post Gázer. οἱ ἀπὸ τῆς γαζίς

Gazenses, Fortes, aut capræ, vel hirci. D. 1.Mac.11.f.26.

גֶּזֶר Gázer, siue Gázera, Præscissio, aut diuisio, vel sententia. Nomen ciuitatis à Salomone ædificatæ, 3.Reg.9.c.15. Ios.10.f.33 & 16.a.3. quæ ex tribu Ephraim data fuit Leuitis, Iosue 21.b.21. & 1.Par.6.f.67. & 7.f.29. & 14.d.16. in quarto miliario Nicopolis. γαζέρ

Gazaris, Idem. D. 1.Mach.13.g.54. γάζαρος

Gazophylacium, Vbi gaza, id est, thesauri templi seruabantur, ex Persico & Græco, Luc.21.a.1. γαζοφυλακίον

G E

גַּבַּע Géba, Collis, aut calix, siue vas. Nomen ciuitatis de tribu Beniamin, posteris Aaron datæ, 2.Esd.11.d.31. quæ & Gaba, Gabaa, Gabaa Beniamin, & Gabaath dicitur. Vide Gabaa. γαβαά

גְּבָל Gebál, Terminus vel limes. Nomen ciuitatis Syriæ, Psalm. 82.b.8. quæ nunc Gibel dicitur teste Volaterrano: appellatur & Biblus. γεβάλ

גַּבַּי Gebbai, Dorsum, siue eleuatio, aut cisterna, vel locusta: aut Syriacè, exactor. Nomen viri, 2.Esd.11.b.8. γεβί

גִּבָּר Gebbar, Vir, aut virilis, siue fortis: vel Syriacè, gallus gallinaceus. Nomen viri, 1.Esd.2.b.20. γαβέρ

גִּבְּתוֹן Gebbethon, Dorsum siue eleuatio eius, aut palpebræ eius, siue excelsum donum. Nomen ciuitatis Leuitis datæ in tribu Dan in terra Philisthinorum, Iosue 19.d.44. quæ cap.21.c.23. dicitur Gabáthon. Vide & 3.Reg.15.f.27. γαβαθών

גֹּדֶל Geddel, Magnus, siue magnitudo, aut fimbria. Nomen viri, 1.Esd.2.c.56. γεδδήλ

גִּדַּלְתִּי Geddelthi, Magnitudo, aut fimbria. Nomen viri, 1.Paral. 25.b.4. γοδδολαθί

גִּדְעוֹנִי Geddiél, Hœdus Dei, siue felicitatis Deus, aut accinctionis vel expeditionis Deus. Filius Sodi, Num.13.b.11. γεδεών

גְּדַלְיָה Gedelias, Magnitudo Domini, aut fimbria Domini. Filius Phassur, Ier.38.a.1. γεδελίας

גִּדְעוֹן Gedeon, Conterens vel confringens: aut ex Syro & Hebræo, abscissio iniquitatis. Filius Ioas, iudex in Israël, Iudic.6.b.13. qui Ioas & Ierobaal dictus est, Iudic.6.f.32. Heb. גדעוני. Pater Abidan principis tribus Beniamin, Num.1.a.11. γεδεών

גְּדֵרָה Gederá, Murus, siue maceria, aut sepes. Nomen ciuitatis tribus Iudæ, Ios.15.e.36. quæ à Stephano Antiochia, item & Seleucia vocatur. vetus interpres vertit sepes, 1.Par.4.d.23. γαδηρά

גְּדֵרִי Gederites, Idem. 1.Par.27.d.28. γεδηρίτης

גְּדֵרֹתַיִם Gederothaim, Idem. p.n. Nomen vrbis in tribu Iuda, Ios. 15.e.36. γαδηρά

גָּדוֹר Gedor, Murus, siue maceria, aut sepes. Nomen ciuitatis tribus Iudæ, Ios.15.g.58. & 1.Par.4.c.18. & 12.a.7. Eadem videtur esse vrbs quæ & Gador, quum Hebræis iisdem consonantibus & punctis scribatur. Filius Phanuel, 1.Par.4.a.4. Filius Abigabaon, 1.Par.8.c.30. γεδώρ

גֵּהִנָּם Gehenna. Vallis deceptionis vel tristitiæ siue diuitiarum: aut Syriacè, infernus. D. Nomen loci, Matt.18.b.9. γέεννα

גֵּיא הִנֹּם Ge-hennóm. Vallis decipiens vel contristans eos, siue vallis diuitiarum suarum: aut Syriacè, infernus. Nomen vallis, Ios.15.b.8. tribui Beniamin datæ, 18.c.16. Interdum scriptum reperias Ge-ennom. φάραγξ ἐννόμ

גִּיחוֹן Gehón, Pectus, siue eductio, aut exitus, siue vallis gratię vel mansionis. Fluuius qui è paradiso terrestri labitur, Gen.2.b.13 Iosephus Nilum vocat. γεών

גִּלְבֹּעַ Gelboe, Reuolutio inuestigationis, vel scrutationis, aut acer uus tumoris vel inflationis: aut ex Hebræo & Syro, reuoluens deprecationem. Montis nomen, 1.Regum 28.a.4. & 31.a.1. & 1.Par.10.a.1. γελβόε

גִּלֹנִי Gelonites, Exultans, siue reuoluens, aut transmigrans, aut reuelans vel detegens. 2.Reg.23.d.34. γελωνίτης

גְּמַלִּי Gemalli, Retributio vel merces, aut ablactatus, vel camelus. Pater Amiel, Num.13.b.13. γαμαλί

גֵּיאָמַלְיָה Gemélli, Vallis salinarum, aut nautarum, sic interpretatur Hieronymus, 2.Reg.8.d.13. Nomen vallis. γεμελέχ

גְּנֵסַר Genesar, siue Genezareth, Hortus principis, vel protectio principis. D. Stagnum Galilææ, iuxta quod Christus Apostolos vocauit, Luc.5.a.1. aliâs mare Galilææ & Cinnereth appellatum. Habes elegantissimam huius lacus, simul etiam regionis vicinæ descriptionem in Egesippo lib.3.cap.26. de excidio Ierosolymorum, Marc.6.g.53. & 1.Mach.11.g.67. Vide Cenereth & Ceneroth. γεννησαρέτ

Genesar, Matt.14.d.34. in Græco Gennesaret: & Hebraicè interpretatur hortus vel protectio principis, siue hortus vel protectio ministrantis. D. γεννησαρέτ

Gennæus, Generosus. G. Nomen viri, 2.Mach.12.a.2. γενναῖος

גִּנְתוֹן Genthon, Hortus, vel viridarium, aut protectio eius. Nomen viri, 2.Esd.10.a.6. γαανναθών

גֻּבַת Genubáth, Furtiua, vel furtũ, aut protectio, vel hortus filię. Filius Addad Idumęi aduersarii Salomonis, 3.Reg.11.d.20. γανιβάθ

גֵּרָא Gerá, Ruminatio, siue peregrinatio, aut certatio, vel conflictus. Filius Beniamin, Gen.46.c.21. qui 1.Par.8.a.2. Ahara dicitur: quo loco dicitur filius Bela filii Beniamin. Pater item Aod, Iudic.3.b.15. Pater item Semei viri de cognatione domus Saul, 2.Reg.16.b.5. γηρά

גְּרָר Gerara, Peregrinatio, vel certatio, aut conflictus. Metropolis terræ Palæsthinæ, in qua natus est Isaac, Gen.10.c.19. & 20.a.1 & 26.a.1. Ab hac Geraritica regio nomenclaturam sumpsit, 2.Paral.14.d.13. quæ olim terminus Chananæorum fuit ad Australem plagam. γεραρά

Gerasení, In Græco Gergeseni: & Hebraicè interpretatur peregrinationi siue conflictui, aut ruminationi appropinquantes. D. Nomen ciuitatis quæ est vltra Galilæam, Matth. 8. d.28. γεργεσηνοί

Gerasení, Marc.5.a.1. & Luc.8.d.26. in Græco Gadareni: & Hebraicè interpretatur septi vel murati. D. γαδαρηνοί

גִּרְגַּשִׁי Gergesæi, Peregrinationi, vel conflictui, aut ruminationi appropinquantes. Populi, Gen.15.g.20. γεργεσαῖοι

Gergesæus, Idem. s.n. Filius Chanaán, Gen.10.c.16. γεργεσαῖος,

Gerreni, Incolæ, siue peregrini, aut certantes, vel confligentes. D. Populi, 2.Mach.13.g.24. γερρηνοί

גֵּרְשֹׁם Gersan, Aduena ibi, siue peregrinus nominatus. Filius Mosis, Exod.2.d.21. Heb. Gersom. γηρσάμ

גֵּרְשׁוֹם Gersom, Idem. Filius Mosis, 1.Par.6.e.61.f.71. & 15.a.7. qui Exod.2.d.21. Iudic.18.g.30. Hebraicè dicitur Gersom, licet ibi & aliis aliquot locis corruptè impressum sit Gersam. Est & alius Gersom de filiis Phinees, 1.Esd.8.a.2. γηρσώμ

גֵּרְשֹׁן Gerson, Exilium eius, vel peregrini mutatio. Filius Leui filii Iacob, Gen.46.b.11. & 1.Par.6.a.1. & 23.b.6. γηρσών

גֵּרְשֻׁנִּי Gersonni, Exul, vel peregrini mutatio, pro Gersonite, 1.Paral.26.c.21. γηρσών

Gersonitæ, Idem, Num.26.f.57. γερσώνοι

גְּרוּת Geruth, Peregrinatio. Nomen loci pro quo vetus interpres vertit peregrinantes, Ier.41.d.17. Καρώθ

גֶּרְזִי Gerzí, Securis, siue scissor. Nomen pagi, 1.Reg.27.c.8. γερζαῖος

גִּישָׁן Gesan, Appropinquans, aut vallis mutationis siue eboris vel somni. Filius Iehaddai, 1.Par.2.f.47. γεισάν

גֹּשֶׁן Géssen, Appropinquatio, vel approximatio. Regio Ægypti, vbi Iacôbus Patriarcha cum suis habitauit liberis, quam nonnulli (vt Hieronymus in Hebraicis quæstionibus auctor est) Thebaidem vocant, Gen.46.c.28. γεσσέν πόλις ἡρώων

גְּשׁוּר Gessur, Vallis aspectus, aut vallis bouis, siue vallis murus, aut pons. Nomẽ regionis Syriæ, 2.Reg.3.a.3. & 1.Par.2.c.23 & 3.a.2. γεσούρ

גְּשׁוּרִי Gessuri, Idem. Regio Syriæ, quæ & Gessur, Deut.3.b.14. Ios.13.a.2. & 1.Reg.27.c.8. γεσουρί

גַּת Geth, Torcular. Nomen ciuitatis Palæsthinæ à Roboam cõstructę, 2.Par.11.b.8. Vnde Ionas propheta, 1.Reg.6.d.17. & 17.g.51. & 4.Reg.14.f.25. Quæ aliàs & Anthedon, item & Agrippa, auctore Volaterrano libr.11. dicitur. γάθ

גַּתַּיִם Gethaim, Idem. p.n. Nomen ciuitatis ad quam fugerunt Berothitæ interfectores Isboseth, 2.Reg.4.a.3. & 2.Esd.11. d.33. γεθαίμ

גִּתִּי Gethæus, Torcular, 2.Reg.6.b.11. γεθαῖος

גִּתִּים Gethæi, Torcularia. Nomen populi, Ios.13.a.3. & 2.Reg. 15.d.19. γεθαῖοι

Géther, 1.Reg.30.g.27. scribe Iether, & vide יתיר. γεθήρ

גֶּתֶר Gether, Vallis explorationis vel contemplationis, siue torcular explorationis, aut vallis turturis. Filius Aram, Gen.10. d.22. Ab hoc Acarnanii siue Carii (vt refert Hieronymus in quæst.Heb.) originem traxere. γαθήρ

גַּתְחֵפֶר Geth-hepher, Torcular fodiens, vel explorans, siue torcular confundens aut exprobrans. Nomen ciuitatis in tribu Zabulon, Ios.19.a.13. γεθαφήρ

גַּת רִמּוֹן Geth-remmón, Torcular mali punici, aut torcular excelsum. Nomen ciuitatis. Duæ autem fuerunt: altera data tribui Dan in possessionem, Ios.19.d.45. altera tribui Manasse. Ambæ autem Leuitis postea assignatæ, Ios.21.c.25. γεθρεμμών

גַּתְשְׁמָנִי Gethsemani, Vallis pinguedinum, siue vallis olei, aut vallis pinguissimus. Esa. 28.a.1. pro Gethsemani, vetus interpres vertit, Vallis pinguium. Scribi debet Ge-semani. D. Nomen vallis quæ est ad radices montis oliueti, Mat.26.d.36. Mar.14. d.32. γεθσημανῆ

גֵּזֶר Gézer, Præscissio, siue diuisio, aut sententia. Nomen ciuitatis, 2.Reg.5.d.25. Eadem ciuitas quæ & Gazer dicitur. γαζηρά

Gezem, qui & Gazam, 2.Esd.7.e.51. Vide Gazam.

Gezeron, Præscissio doloris, siue fortitudinis, aut diuisio, vel sententia doloris siue fortitudinis. D. Nomen ciuitatis, 1.Mach.4.b.15. ἀναρημάθ

Gezonites, Tondens, siue transiens, 1.Par.11.f.34.

Cezéz, Tondens, aut vellus, siue transitus. Filius Caleb, 1.Par.2.f.46.

G I

Giah, Eductio, extractio, deriuatio, eruptio, aut gemitus, siue suspiriam. Nomen loci, 2.Reg.2.f.23. in tribu Beniamin: pro quo interpres vertit vallis.

Giblii, Terminii vel confinia, aut terminus maris. Populi ciuitatis Gebal, in Syria habitantes: de qua Psal.82.b.8. Heb.83. Ezec.27.b.9. & 3.Reg.5.d.18. aut simpliciter Lapicidæ.

Gideróth, Muri, siue maceriæ, aut sepes. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ios.15.f.41.

Gizzí, Vallis visionis, aut vallis pectoris. Famulus Elisei, 4.Reg.4.b.12.

Gihón, Pectus aut eductio, vel exitus, siue vallis gratiæ vel mansionis. Fons in ciuitate Dauid, qui aliter dicitur Siloe, Ioan.9.a.7. & 3.Reg.1.e.33. & 2.Par.32.f.30. & Esa.8.c.6. & apud paraphrasten Chaldæum. Iussit Dauid filium suum Salomonem vngi in regem iuxta fontem Gihon, qui optaret regnũ filii sui perpetuum & perenne esse, sicuti aquę Gihon perennes erant. Hæc Hebræi.

Giló, Exultatio, siue reuolutio, vel transmigratio, aut reuelatio vel detectio. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ios.15.f.51. & 2.Reg.15.b.12.

Gilonites, Exultans, siue reuoluens, vel transmigrans, aut reuelans, vel detegens, 2.Reg.15.c.12.

Giréth, Hortus, vel protectio. Pater Thebni, 3.Re.16.e.21

Gnidus, Vide Cnidus.

G O

Goá.ha, Tactus eius, aut mugitus eius. Nomen loci non procul à Ierosolyma distantis, Ier.31.g.39. Hũc Lyranus Golgotha esse putat.

Gob, Cisterna vel locusta, aut altitudo. Nomen loci, 2.Regum 21.d.18.

Godelias, Magnitudo Domini, aut fimbria Domini. Filius Ahicam filii Saphan, 4.Reg.25.e.22. Filius item Amariæ, Sophon.1.a.1.

Gog, Tectum vel solarium, siue tegulatum. Nomen regis Magorum siue Gogitarum, Ezech.38.a.2. & 39.c.11. Apocal. 20.c.8. Filius Ioel, 1.Par.5.a.4.

Golán, Transmigratio, siue reuolutio: aut ex Syro & Hebræo, intus manens. Nomen ciuitatis in Basan, Deut.4.g.43. quæ Ios.20.c.8. dicitur Gaulon, licet Hebraicè Golan legatur, sicut & hic.

Golgotha, Caluaria, vbi scilicet sunt caluariæ mortuorum. Syrum siue Chaldaicum vocabulum, quantum ad terminationem attinet. Mons craniorum est in parte Aquilonari vrbis Ierusalem, in quo crucifixus fuit Christus Dominus noster, Ioann.19.d.17.

Goliáth, Transmigratio, aut accumulatio, siue reuolutio, vel detectio. Nomen gigantis quem expugnauit Dauid, 1.Regum 17.a.4.

Gómer, Consummans, vel consumens, aut deficiens. Filius Iapheth, Gen.10.a.2. à quo Gomeritæ, qui nunc Galatæ dicuntur. Secundum Hebræos, dedit nomen Africæ. Hoc nomen habuit & filia Debelaim vxor Osee, Osee 1.a.3.

Gomor, Genus mensuræ, id est, decima pars ephi, Exod.16.g.36.

Gomorrhá, Populus rebellis, aut populus timens, siue mariniius, vel seruitus: aut Syriacè, lana. Ciuitas Pentapoleos, ad Orientalem plagam terræ Iudæ sita in vicinia Sedom, Gen.19.e.23.

Gomorrhai, Idem. Gen.18.c.20.

Gorgias, Terribilis, vel velox. G. Nomen viri, 1.Mach.3.e.38.

Gortyna, Pharetra. G. Nomen loci, 1.Mach.15.d.23.

Gosem, Appropinquatio, vel approximatio. Nomen duarum regionum, quarum altera est in Ægypto, de qua Gen.46.c.28. & 47.a.1. Altera verò in Terra sancta, in tribu Iuda, Ios.10.g.41. & 11.c.16. & 15.f.51. Pro Gosem legitur Gessen in Latinis & Græcis codicibus, Gen.46.c.28.d.34. & 47.a.1.

Gossem, Pluuia, aut appropinquatio eorum: vel Syriacè, corporalis. Nomen viri, 2.Esd.2.d.29.

Gothoniel, Hora, siue tempus meum Deus. Nomen viri, 2.Par.27.b.15.

Gozan, Tonsio, aut vellus, siue transitus, vel corpus nutriẽs: aut ex Syro & Hebræo, intus nutriens. Nomen fluuii in Mesopotamia, 4.Reg.17.a.6. & 19.c.12. & 1.Paral.5.d.26. Esa.37.c.12.

G R

Græci, Hebraicè dicitur Ieuanim, id est, deceptores vel contristantes, siue cœnosi, aut columbini. Græcè verò, robusti vel fortes interpretatur, Ioel.3.b.6.

Græcia, Esa.66.f.19. Ezech.27.d.19. In Hebræo est Iauan, qui fuit filius Iapheth, à quo denominata est Græcia vel Ionia, & interpretatur decipiens, vel contristans, siue cœnosa, aut columbina. Græcè verò robusta vel fortis, Act.20.a.2.

Græcus, Idem. m.g. Gal.t.3.d.28.

G V

Guél, Redemptio Dei, siue exaltatio Dei. Filius Machi, princeps tribus Gad, Num.13.b.15.

Guní, Hortus, siue protegens. Filius Nephthali, Gen.46.c.24. & 1.Par.7.c.14.

Cunitæ, Idem. Num.26.f.48.

Gur, Catulus, siue habitatio, aut collectio, vel timor. Cliuus montium Ieblaam, 4.Reg.9.f.27.

Gur-báal, Catulus idóli vel dominantis, aut subiicientis vel possidentis: aut peregrinatio, siue timor, aut habitatio idoli vel dominantis aut subiicientis vel possidentis. Nomen loci, 2.Paralip.26.a.7. in quo Arabes habitauerunt. Eadem quæ Gerara.

H

HAba, Abscessio, vel dilectio: aut Syriacè, peccatum, vel obligatio. Filius Somer, 1.Par.7.g.34.

Habacúc, Luctator, vel amplexans. Nomen prophetæ, Habac.1.a.1.

Haber, Socius, aut particeps, siue incantator, aut liuor. Filius Baria filii Aser filii Iacob, 1.Paral.7.f.32. Iudic.4.b.11. vir Cinæus.

Haberitæ, Idem. p.n.

Habia, Absconsio Domini, aut dilectio Domini: vel ex Syro & Hebræo, debitum, vel obligatio Domini. Nomen viri, 2.Esd.7.f.63. qui 2.Esdræ 2.c.61. dicitur Hobia.

Habór, Socius, aut particeps, siue incantatio, aut liuor. Nomen fluuij, 4.Reg.17.a.6. & 18.c.11. & 1.Par.5.d.26.

Habsanías, Debitum clypei Domini, siue dilectio, vel absconsio clypei Domini. Pater Ieremiæ filii Iezeniæ, Ieremiæ 35.a.3.

Hacathan, Vide Eccetan.

Hacel dema, Ager sanguinis. Syrum est. Nomen agri pecuniis illis quibus Christum vendiderat Iudas proditor, empti in sepulturam peregrinorum: qui hodie monstratur in Ælia ad Australem plagam montis Sion, teste Hieronymo in locis Hebraicis, Matt.27.a.8 Act.1.c.19.

Hachamoni, Sapiens, vel sapientissimus, aut hamus numerationis vel muneris, siue expectatio muneris. Pater Iesbaam, 1.Par.11.c.11. Pater Iahiel, 1.Par.27.d.32.

Hachelái, Expectans Dominum, siue hamus Domini. Pater Athersatha, 2.Esd.10.a.1.

Hachila, Spes in ipsa, aut hamus in ipsa, siue palatum, vel dulcedo in ipsa. Collis est in sorte tribus Iudæ, ad desertum Ziph, in quo latuit Dauid, 1.Reg.23.c.19. & 26.a.1. arcem habens natura munitissimam, olim ab Herode extructam Mesida nomine, id est, munitionem.

Hacóc, Sculptor, aut scriba, siue legislator. Ciuitas, 1.Par. 6.g.75. hæc eadem esse videtur, quæ aliâs Hucuca dicitur in tribu Nephthali, Ios.19.c.34.

Hacuphá, Præceptum oris, aut sculptura oris. Nomen viri, 1.Esd.2.c.52.

Hacces, Vide Acces.

Hacus, Spina, siue æstas, aut tædium, siue vigilia, vel finis. Nomen viri, 2.Esd.3.e.21.

Hadad, Acutus, vel gaudens; aut Syriacè, nouus vel vnitas. Filius Ismahelis, 1.Par.1.b.30. qui Gen.25.b.15. dicitur Hadar.

Hadalí, Cessatio, vel vetatio, aut defectus. Pater Amasa, 2.Par.28.b.12.

Hadassa, Nouitas, aut mensis: vel ex Syro & Hebræo, vnus aries. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ios.15.e.37.

Hadíd, Acutus, siue gaudens: aut Syriacè, nouitas: vel ex Syro & Hebræo, vna manus. Ciuitas, de qua 2.Esd.11.d.34.

Hadrach, Acumen, siue gaudium tenerritudinis, vel cubiculum tuum: aut ex Syro & Hebræo, vnitas, vel nouitas tenerritudinis. Ciuitatis nomen, Zach.9.a.1. Quidam Syriam fuisse putant. Hieronymus in locis Heb. terram Damasci credidit.

Hadriél, Grex Dei, aut ablatio Dei, siue priuatio Dei. Gener Saulis, maritus Merob, 1.Reg.18.e.19.

Hadsi, Nouitas, aut mensis, aut ex Syro & Hebræo, vnius munus, aut nouum munus. Nomen loci, 2.Reg.24.a.6.

Hagab, Locusta. Nomen viri, 1.Esd.2.c.46.

Hagabá, Idem. Nomen etiam viri, 1.Esd.2.c.45.

Haggiá, Festiuitas Domini, vel solennitas Domini, aut gyrus Domini. Filius Merari, 1.Par.6.c.29.

Haggith scribendum, non Aggith, cùm per ח scribatur Hebraicè. Vide Aggith.

Hái, Aceruus, vel coaceruatio. Ciuitas Amorrhæorum trãs Iordanem supra Iericho sita, iuxta Beth-auen, ad Orientalem plagam oppidi Bethel, non longè ab eo distans, Iosue 7.a.2. & 12.c.9. Cuius regem suspenderunt filii Israël, Ios.8.f.23. Hæc Esa.10.f.28. Aiath appellatur. Hieronymus in locis Hebraicis Agai quoque appellat. Huius mentio habetur etiam Gen.12.

b.8.

b.8.Iosue 12.b.9.& 1.Esdræ 2.b.28.Hai autem, cuius mentio fit Ier.49.a.3.est Ammonitarum, & scribitur Hebraicè עי sine ח emphatico.

עַיָּה Haí, Cumulus. Eadem vrbs quæ & העי, Nehem.11.d.30. Legendum per y Aiah, LXX.non habent.

חֲלַח ἐλαά Halá, Dolor siue infirmitas maxillæ, siue principium humilitatis vel teneritudinis. Nomen fluuii, 4. Regum 17.a.6.& 18.c.11.

חָלָאָה ἔλαα Halaa, Infirmitas, siue rubigo. Altera vxor Ashur, 1.Paral. 4.a.5.

חֶלְקַת ἑλκάθ Halcáth, Portio, siue diuisio, aut lenitas, vel lubricatio. Ciuitas in tribu Aser, data Leuitis, Ios.19.b.25. Quæ & Helcath dicitur, Ios.21.c.30.

חַלְחוּל ἁλούς Halhúl, Dolor, siue principium doloris vel immunditiæ: aut expectatio doloris vel prophanationis, siue obstetricatio doloris. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ios.15.g.58.

ἁλικάρνασσος Halicarnassus, Caput maritimæ habitationis, vel maritima Cariæ insula. G. Vrbs Cariæ, principum regia circa initium Tauri sita, 1.Mach.15.d.23.

חַלְלוּיָה ἀλληλούια Hallelu-ia, Laudate Dominum, Psal.146.a.1.Heb.147.

חֲמָתִי ἁμαθί Hamathæus, Indignatio, siue calor: aut murus, siue vter vel lagena. Filius Chanaan, Gen.10.c.17.& 1.Paral.1.b.16.à quo Hamath vrbs quam Macedones Epiphaniam nuncupauerũt, alii Antiochiam, vt nonnullis placet. Videtur quibusdam esse vrbs tribus Nephthali, quæ Emath dicitur: à qua circuniacens regio sic dicta est.

חֲמָרָן ἀβαδά Hamdán, Cupiditas, aut calor iudicii. Filius Disan filii Seir Horræi, Genes.36.c.26.qui 1.Paralipom.1.c.41. dicitur חמרן Hamran.

חַמֹּתדֹאר ἀμαθδώρ Hammóth-dor, Indignatio vel calor generationis, aut pilæ vel sphæræ siue habitationis. Ciuitas, Ios.21.c.32.quæ de tribu Nephthali non solum Leuitis, imò etiam profugis homicidis pro tutissimo asylo est assignata.

חָמוֹן ἀμών Hamón, Calor, aut sol, siue ira eius. Nomen ciuitatis, Iosue 19.b.28.& 1.Par.6.g.76. in tribu Nephthali.

חַמְרָן ἀμαδάν Hamrán, Asinus, vel lutum, aut vinosus. Filius Disan filii Seir Horræi, 1.Par.1.c.41.qui Gen.36.c.26. dicitur Hamdan.

חֲמוּאֵל ἀμούηλ Hamuél, Calor, siue ira Dei: aut ex Syro & Hebræo, viderunt Deum. Filius Masma, 1.Par.4.d.26.

חָמוּל ἐμουήλ ἀμουλί Hamúl, Pius, siue misericors. Filius Phares filii Iudæ, Gen. 46.b.12.& 1.Par.2.a.5.

Hamulitæ, Idem.p.n.Num.26.c.21.

חֲנַמְאֵל ἀναμέηλ Hanameél, Gratia ex Deo, siue misericordia vel donum à Deo. Filius Sellum patruelis Ieremiæ prophetæ, Ier.32.a.7.

חָנָן ἀνάν Hanán, Gratiosus, vel pius siue misericors, aut donans. Filius Maacha, 1.Par.11.g.43. Filius Sizac, 1.Paral.8.c.22. Filius Asel filii Elasa, 1.Par.8.d.37.& 9.g.44.& 2.Esd.7.c.48.& 8.b.7. Filius Iegedeliæ, Ier.35.a.4.& 1.Par.4.c.20.

חֲנַנְאֵל ἀναέηλ Hananeél, Gratia Dei, siue misericordia Dei, aut donum Dei. Nomen turris Ierosolymæ, 2.Esd.3.a.1.Ier.31.g.38.

חֲנָנִי ἀναεί Hanani, Gratiosus, aut donans, vel pius, siue misericors. Pater Iehu prophetæ, 3.Reg.16.a.7.& 2.Par.16.c.7. Nehem 12.c.35.

חֲנַנְיָה ἀνανίας Hananiá, siue Hananias, Gratia Domini, siue misericordia Domini, aut donum Domini. Pater Selemiæ patris Ieriæ, Ier. 37.c.12. Pater item Sedeciæ principis, Ier.36.c.12. Filius Zoro babel filii Phadaia, 1.Par.3.d.19.& 8.c.23. Nomen prophetæ, Ier.28.a.1. Vnus item è ducibus regis Oziæ, 2.Paral.26.b.11. vbi scribitur Hebraicè חנניהו. Etiam hoc nomine vocabatur ille qui cum Daniele propheta à Nabuchodonosor in captiuitate enutritus fuit, cui præpositus eunuchorum, Sidrach nomen imposuit, Dan.1.b.7.

חֲנָתוֹן ἀνασών Hanathon, Gratiæ, vel misericordiæ donum. Ciuitas in terra Zabulon, Ios.19.b.14. Scribendum Nathon, id est, dando, aut dare.

חָנֵס δάνεις Hanés, Gratiæ vexillum, siue gratiæ tentatio, vel fuga: aut ex Hebræo & Syro, gratiæ miraculum. Ciuitas Ægypti, Esaiæ 30.a.4.

חַנִיאֵל ἀνιήλ Haniel, Gratia, siue misericordia Dei, aut requies vel donum Dei. Filius Ola, 1.Par.7.g.39. Filius Ephod, princeps tribus Manasse, Num.34.d.23.

עָנִי ἀναί Hanní, Afflictus, vel pauper, siue respondens. Nomen viri, 2.Esd.12.a.9.

חָנוֹן ἀνών Hanón, Gratiosus, siue misericors, vel donans, siue requiescens. Filius Naas regis filiorum Ammon, 2.Regum 10.a.1.& 1.Par.19.a.2.

Hanun, Idem. Nomen viri, 2.Esd.3.c.30.

חָפָם ἀνάμ Haphám, Thalamus eorum, siue coopertura eorum, aut litus eorum. Filius Hir, 1.Par.7.c.13.

חֲפָרַיִם ἀφαρέμ Hapharáim, Fodientes, aut explorantes, siue confundentes, aut explorans siue confundens mare. Ciuitas in tribu Issachar, Ios.19.b.19.

חֲפִצִיבָה ἔφιβα Haphsi-ba, Voluntas mea in ea. Mater Manasse, 4.Re.21.a.1

חֻפִּים ἀφάμ Happhim, Thalami, siue cooperti, aut litus maris. Filius Machir, 1.Par.7.c.15.

חָרֹד vel חֲרָדָה χαραδά Harád, Stupor, aut tremor. Nomen fontis, Iudic.7.a.1.

Harada, Idem. Locus in quo castrametati sunt filii Israël profecti de Sepher, Num.33.c.24.

חֲרָאִיָּה ἀραχίας Haraiá, Calor, aut ira Domini. Pater Eziel, 2.Esd.3.b.8.

חָרִים ἀραίμ Harám, Vide Harim.

חָרְמָה ἀραμά Harama, Vide Harma, 1.Reg.30.g.30.

חָרָן ἀράν Harán, Ira, siue irascens: aut Syriacè, libertas. Charræ, ciuitas Mesopotamiæ, à Charra Syriæ fluuio, in qua habitauit Tha re, Gen.11.d.32.& 12.a.5.& 27.g.44.& 28.b.10.& 29.b.4. De qua & 4.Reg.19.c.12. Esa.37.c.12. Ezech.27.e.23. Dicitur & Charán à Græcis, Act.7.a.2. Est & nomen viri, 1.Par.2. f.46. vbi dicitur, Peperit Haran.

חַרְבֹּנָא χαρβωνά Harboná, Destructio, siue gladius eius nunc, aut siccitas eius nunc, siue ira ædificantis vel intelligentis. Nomen eunuchi, Esth.1.b.10.

חָרִיף ἀρίφ Harem, 2.Esd.6.d.35. Vide Harim.

Hareph, Hyems, siue opprobrium, vel adolescentia: aut Syriacè, acutus. Nomen viri, 2.Esd.7.c.24.& 10.a.19.

חֶרֶס ἀρες Hares, Sol, aut testa. Nomen montis in quo sita est Aialon, Iudic.1.g.35.

חָרֶת χαρόθ Háreth, Sculptura, aut libertas. Nomen villæ ad Occidentem, 1.Reg.22.a.5.

חַרְחוּר ἀρούρ Harhúr, Calefactus, siue arefactus: aut ira, siue calor albedinis vel foraminis, aut libertatis. Nomen viri, 1.Esd.2.c.51.

חָרֵם vel חֲרִים χαρίμ Harim, Destructus, siue anathematizatus, aut rete, vel retiaculum: siue dedicatum vel consecratum, scilicet Deo. Nomen sacerdotis, 1.Par.24.b.8.& 1.Esd.2.b.32.& 10.c.21.& 2.Esdræ 7.d.35.g.42.& 10.a.5.b.27.

חָרֵף ἀρίφ Hariph, Hyems, siue opprobrium, vel adolescentia, aut Syriacè, acutus. Filius Hur, 1.Par.2.g.51.

חָרְמָה ἑρμά Harma, siue Harama, Destructio, siue anathema, aut rete, vel retiaculum, siue dedicatum vel consecratum, scilicet Deo. Ciuitas in tribu Iuda & Simeon, Iosue 15.e.30.& 1.Reg.30. g.30. Iosue 19.a.4. quo loco vetus interpres habet Horma, Iudic.1.d.17. dicitur Sephath.

חַרְנֶפֶר ἀρναφέ Harnapher, Ira tauri, siue ira crescens: aut ex Syro & Hebræo, libertas tauri, siue ira crescens. Filius Supha filii Helem, 1.Par.7.g.37.

חָרוֹדִי ἀρεφί Harodi, Tremefactus, siue stupefactus, vel caloris aut iræ abundantia. Nomen ciuitatis, 2.Reg.23.b.2.

חָרוּמָף ἀρωμαφ Haromáph, Destructio, siue anathema oris: aut ex Hebræo & Syro, ira coeperimenti. Filius Iedaia, 2.Esd.3.c.10.

חֲרֹשֶׁת ἀεισόθ Haroseth, Artificium, vel aratura, siue testa, aut silentium, vel surditas: aut Syriacè, sylua. Ciuitas quæ iuxta Iosephum lib.5. Antiq. Iudaic. super paludem Samachonitidem sita est, quam incoluit Sisara dux exercitus Iabin regis Chananæorum Iudic. 4.a.2.

חַרְשָׂא ἀρσά Harsa, Artificium, vel aratura, siue testa, aut silentium, vel surditas: aut Syriacè, sylua. Nomen viri, 1.Esd.2.c.52.

חָרוּפִי χαρφί Haruphites, Opprobrium, aut hyems, vel iuuentus, aut Syriacè, acutus, 1.Par.12.a.5.

חָרוּץ ἀρύς Harús, Incisus, siue aureus, aut solicitus, siue trituratus. Pater Messalemeth matris Amon regis Iuda, 4.Reg.21.d.19.

חֲשַׁבָּה ἀβαβά Hasaba, Numeratio, siue æstimatio, vel cogitatio aut artificium, vel festinatio, aut silentium in ea. Filius Zorobabel filii Phadaiæ, 1.Par.3.d.20.

חֲשַׁבְיָה ἀβαβία Hasabiá, siue Hasabias, Numeratio, vel æstimatio, aut cogitatio Domini, siue artificium Domini, aut festinatio, vel silentium in Domino. Filius Amasiæ, 1.Par.6.d.45. Princeps Leuitarum, 1.Par.25.a.3.& 2.Par.35.b.9.

חֲסַדְיָה ἀσάδια Hasadias, Misericordia Domini. Filius Zorobabel filii Phadaiæ, 1.Par.3.d.20.

חֲצַרמָוֶת ἀσαρμώθ Hasar-moth, Atrium mortis, vel fœnum mortis. Filius Iectan, Gen.10.d.25.& 1.Par.1.b.20.

חֲצַרשׁוּעָל ἀσερσούαλ Hasar-suhal, Atrium, vel fœnũ vulpis, aut fœnum semitæ. Nomen ciuitatis, 1.Paral.4.e.28. Hæc & Haser-suhal appellatur, Ios.19.a.3.

חֲצַרסוּסִים ἀσερσουσίμ Hasar-susim, Atrium equorum, aut fœnum equorum. Nomen ciuitatis. 1.Par.4.e.31. quæ & Haser-susa.

חֲצֵצוֹן תָּמָר ἀσασονθαμάρ Hasason-thamár, Glarea, vel lapillus cõmutationis, aut diuisio siue sagitta palmæ, id est, dactyli. Nomen oppidi, quod & En-gaddi dicitur, Gen.14.b.7.& 2.Par.20.a.2.

חַשְׁבַּדָּנָה ἀσαβδανά Hasbadána, Festinans, aut cogitans iudicium suum, siue silens aut computans iudicium suum. Nomen viri, 2.Esd.8.a.4.

חֲשַׁבְיָה ἀσαβία Hasebia, Numeratio vel æstimatio Domini, aut cogitatio Domini, siue artificium Domini, aut festinatio vel silentium in Domino. Filius Merari, 1.Par.9.c.14.

חֲשַׁבְנָה ἀσεβανά Hasebná, Numeratio, siue festinatio intelligentis aut ædificantis. Nomen viri, 1.Esd.10.a.15.

חֲשַׁבְנִיָה σεβονίας Hasebnia, Numeratio Domini, siue silentium, vel festinatio filii Domini. Nomen viri, Nehem.9.a.5.

Hasebonias, Idem. Nomen viri, 2.Esd.3.b.20.

חָשֶׁם ἀσέν Hasem, Silentium eorum, siue festinatio eorum. Nomen viri, 2.Esd.7.c.22.

חֲצַרגַּדָּה ἀσεργαδδά Hasar-gadda, Atrium hœdi eius, vel felicitatis eius: aut ex Hebræo

Hebræo & Syro, atrium incisionis vel scissuræ. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ios.15.e.27.

חֲצֵרִים ἀσηρωθ Haserim, Atria, siue vestibula, aut sagitta excelsa. Ciuitas in dorso montis Seir inter Ægyptum & Chananæam, in qua Hauim, id est, Heuæi gigantes habitarunt, ad Caphthorim expulsi, Deut.2.e.23. alias Haseroth, vt quibusdã videtur, appellata.

חֲצֵרוֹת ἀυλόν Haseroth, Atria, siue vestibula. Nomen eremi, per quam transierunt Israëlitæ ascendentes in terram Chanaan ex Ægypto, Deut.1.a.1. Num.13.a.1.& 33.c.18.

חֲצַר שׁוּעָל ἀσερσουαλ Haser-sual, Atrium vulpis, vel fœnum vulpis, aut semitæ vel pugilli. Ciuitas in tribu Iudæ & Simeonis, Ios.19.a.3. quæ 1.Par.4.e.28. Hasar-suhal dicitur.

חֲצַר סוּסָה ἀσερσουσίμ Haser-sua, Atrium equi, aut fœnum equi. Ciuitas in tribu Simeonis, Ios.19.a.5. quæ & Hasar-susim.

חֻשִׁם ἀσίμ Hasim, Tacentes, siue festinantes, aut silentium vel festinatio maris. Nomen viri, 1.Par.7.c.12.

חֻשָׁם ἀσήμ Hasom, Silentium, vel festinatio eorum. Nomen viri, 1.Esdræ 10.d.33.

חָצוֹר ἀσώρ Hasor, Atrium, aut fœnum. Ciuitas regni Iabin Chananæorum regis, quæ & Hesron dicitur, in tribu Nephthali, Ios.19.c.36. Iudic.4.a.2. quam solam Iosue incendit, Ios.11.a.11.& 1.Reg.12.b.9.& 4.Reg.15.f.29 quæ principatum tenuerat inter omnia regna Amorrhæorum, Iosue 11.b.10.& 12.d.19. Fuit & altera in tribu Iuda, Ios.15.d.23. Fuit in eadem tribu altera, quæ Hasor-haddatha dicitur, siue Hasor noua, Iosue 15.d.25.

חַסְרָה ἀσήρ Hasrá, Defectus, siue deficiens. Pater Thecuæ patris Sellum mariti Oldæ prophetidis, 2.Paral.34.e.22. qui 4.Reg.22.c.14. dicitur Araas.

חֶשְׁמוֹן ἀσεμών Hassemón, Legatio, siue acceleratus numerus, vel festinata portio, aut silentium numeri vel portionis. Ciuitas tribus Iudæ, Ios.15.e.27.

חֲשׁוּב ἀσυβ Hassub, Æstimatus aut numeratus: siue cogitatio vel artificium. Filius Ezricam, 1.Par.9.c.14.

חָשׁוּב ἀσούβ Hasub, Æstimatus, aut numeratus, siue cogitatio vel artificium. Nomen viri, 2.Esd.11.c.11.

חָשֻׁם ἀσούμ Hasum, Silentium, aut festinatio eorum. Nomen viri, 1.Esdræ 2.b.19.& 2.Esd.8.b.4.

חֲשׁוּפָא ἀσουφάθ Hasuphá, Discooperta, aut exhausta, vel nudata. Nomen viri, 1.Esd.2.c.43.

חַתַּת ἀθάθ Hatháth, Contritio, aut timor. Filius Othoniel, 1.Paral.4.c.13.

חַטִּיל ἀτήλ Hatíl, Peccati vlulatio. Nomen viri, 1.Esd.2.c.57.

חֲטִיפָא ἀτιφά Hatiphá, Rapina, siue peccati coma, aut reliquiæ. Nomen viri, 1.Esd.2.c.54.

חֲטִיטָא ἀπτά Hatitá, Peccati declinatio. Nomen viri, 1.Esd.2.c.42.

חַטּוּשׁ ἀτούς Hattús, Peccatum deserelinquens. Filius Semeiæ filii Secheniæ, 1.Par.3.d.22.& 1.Esd.8.a.2. Nehem.10.a.4.& 12.a.2.

חַוֹּת יָאִיר πόλεις ἰαΐρ ἀβωθ ἰαΐρ Hauoth-iair, Oppida illuminationis, vel annuntiationes luminis. Hauoth-iair sunt oppida LX. in regione Basanitide, quæ & expugnauit, & de nomine suo ita appellauit Iair filius Segub nepos Manasse. Hæc LX. oppida dicuntur esse in regione Galaad ob vicinitatem Galaad & Basan, Deut.3.c.14.& 3.Reg.4.b.13. Num.32.g.41. Sunt & alia XXX. oppida eiusdem nominis in regione Galaad quæ nomen acceperunt à Iair qui fuit vnus è Iudicibus Israël, Iudic.10.a.4.

חֲזָאֵל vel חָזָאֵל ἀζαήλ Hazaél, Videns Deum. Nomen viri, 3.Reg.19.c.17.& 2.Paral.22.b.6. Successor Ben-adad in regnum Syriæ, 4.Regum 8.d.12. Amos 1.a.4.

חֲזָיָה ἀζία Hazaia, Videns Dominum. Nomen viri, 2.Esd.11.a.5.

חֲזִיר ἀζήρ Hazír, Porcus: aut Syriacè, conuersus vel reuersus. Nomen viri, 2.Esd.10.a.20.

עֵבָל γεβάλ Hebál, Aceruus vetustatis, siue aceruus defluens. Filius Iectan, Gen.10.d.28. Est & mons vltra Iordanem in terra Chanaán, non longè ab Ierichonte, in quo altari constructo posuit Moyses maledictiones & benedictiones. Iosephus lib.4.cap.6 Antiq.Iud. Scribitur & עיבל, Deut.11.d.29.& 27.a.4.

עֵבֶר vel חֶבֶר χεβήρ Héber, Gen.46.b.17.& 1.Par.4.c.18.& 7.f.32.& 8.b.17. vbi dicitur, Et Hezeci & Hebei: interpretatur socius, aut particeps, vel adhærens, siue incantator, aut liuor. Item Num.26.e.45. filius Brie.

עֵבֶר ἐβήρ Héber, Transiens, vel transitus, aut ira, seu prægnans: vel Syriacè frumentum. Filius Sale, Genes.10.d.23. Luc.3.g.35. à quo Hebræi dicti sunt, vt doctioribus placet, 1.Par.5.b.13. Filius item Elphaal filii Mehusim, 1.Par.8.b.12.

עִבְרִיָּה Hebræa, Transiens, vel irata, aut prægnans, Ier.34.b.9.

עִבְרִים ἑβραίοι Hebræi, Transeuntes, siue irati, aut prægnantes, vel Syriacè, frumenta, 1.Reg.4.b.6.

עִבְרִי ἑβραίος Hebræus, Idem.s.n. Gen.41.b.12. Ier.34.b.9.

עִבְרִי εἰβαρί Hebri, Idem. Nomen viri, 1.Par.24.d.27.

חֶבְרוֹן χεβρών Hebrón, Societas, siue participatio, vel adhæsio, aut incantatio, vel liuor. Ciuitas in terra Chanaán in montanis Iudææ, ciuitas Amorrhæorum, quondam Philisthinorum metropolis. Hæc dicta est & Conuallis Mambre quæ est in Hebron, Genes.13.d.19. Numer.13.b.23.& 1.Paralip.3.a.4.& Arbee, Gen.23.a.2.& Cariath-arbe, Ios.15.c.13. Filius item Caath filii Leui, Exod 6.c.18.& 1.Paral.2.f.42.& 6.b.18. De hac sic Hebræi, Hebron significat metropolim agri Hebronitici, Ios.21.b.11.& agrum ipsum cum vrbibus illi metropoli subiectis, Ios.14.d.13.& 15.d.13.

עֶבְרוֹנָה ἐβρωνά Hebroná, Transiens, aut irascens. Nomen loci in quo castrametati sunt filii Israël, Num.33.d.34.

חֶבְרוֹנִי χεβρωνί Hebroní, Societas, siue participatio, vel adhæsio, aut incantatio, vel liuor. Sunt Hebronitæ, Num.26.g.58.

Hebronites, Idem.s.n.1.Par.26.d.21.

חֲכִלִיָּה χελκιάς Hechelias, Expectans Dominum, siue hamus Domini. Pater Nehemiæ, 2.Esd.1.a.1.

חִדַּי ἰδαί Heddai, Laudatio, siue confessio, aut clamor. Nomen viri, 2.Reg.23.d.30. qui Huri, 1.Par.11.f.32. dicitur.

עֵיר ἐβήρ Héder, Grex, siue defectio, aut priuatio. Filius Beriæ, 1.Paralip.8.b.15.

חֶגְלָה ἔγλα Hegla, Festiuitas aut gyratio eius. Filia Salphaad filii Hepher filii Galaad, Num.26.d.33.

חֵילָם vel חֵילָאם χαλαμά Helám, Exercitus matris vel gentis siue ancillæ: aut dolor siue expectatio matris vel ancillæ aut gentis, vel somnium. Ciuitas, 2.Reg.10.d.16.& 17. haud procul à Iordane.

חֶלְבָּה ἐλβά Helba, Lac, siue adeps, aut mansit in ea, siue principium vel dolor in ea. Nomen ciuitatis quæ sorte tribui Aser euenit, Iudic.1.f.31.

חֶלְכַּת χελκά Helcáth, Portio siue pars, aut lenitas. Ciuitas quæ de tribu Aser data fuit Leuitis, Ios.21.c.31. Hæc etiam Halcath dicitur, Ios.19.b.25.

חֶלְקַי ἐλκί Helcí, Portio siue pars, aut lenis. Nomen viri, 2.Esd.12.a.15

חִלְקִיָּה vel חִלְקִיָּהוּ χελκίας Helciá, siue Helcias, Portio siue pars Domini, aut lenitas Domini. Pater Eliacim, 4.Reg.18.d.18. Esa.22.f.20. Est & nomen sacerdotis, 4.Reg.22.a.4. Pater item Ieremiæ prophetæ, Ier.1.a.1.& 1.Par.6.a.13.& 2.Esd.12.a.6.

חֵלֶב ἐλεάβ Héleb, Mundus, id est, orbis, vel mustela: aut Syriacè, rubigo. Filius Baana, 2.Reg.23.d.28.

חֶלֶק χελέκ Hélec, Portio, siue pars, aut leuitas. Filius Galaad filii Machir filii Manasse filii Ioseph, Num.26.d.30. Ios.17.a.2.

חֶלְקִי χελεκί Helecitæ. Idem.p.n. Num.26.d.30.

חֵלֶם ἐλέμ Hélem, Somnians, aut sanans, siue expectatio eorum, aut dolor eorum. Nomen viri, Zach.6.d.14.

חֵלֶם Hélem, per ח, Percussio. Nomen viri, 1.Par.7.g.35.

חֵלֶף μεελέφ Heléph, Mutari, siue transitus, aut perforatio. Nomen ciuitatis, Ios.19.c.33. Terminus Nephthali.

חֶלֶץ χάλλις Heles, Armatus, siue liberatus, aut nudatus. Nomen viri, 2.Reg.23.d.26.

עֵלִי ἠλί Heli, Eleuatio, siue oblatio, aut eleuans, vel offerens, seu pila. Nomen sacerdotis illius qui Samuelem vnxit in prophetam, 1.Reg.1.a.3. Pater item Ioseph mariti Mariæ virginis, Luc.3.e.6. qui Matt.1.c.13. dicitur Iacob.

Heliadh, Vide Eleasah.

Heliodorus, Solis donum. G. Nomen viri, 2.Mach.3.b.7. ἡλιόδωρος

Heliopolis, Hebraicè dicitur On, & interpretatur dolor, siue tristitia, aut fortitudo. Græcè verò Heliopolis, Solis ciuitas interpretatur. Vrbs Ægypti, Gen.41.f.50. quæ Ezec.30.e.17. Hebraicè dicitur Auen. Hæc vrbs vocatur etiam Thebæ. אוֹן ἡλιόπολις

Hellas, Græcia, 1.Mach.8.b.9. ἑλλάς

חֶלֶץ ἄλλας Helles, Idem quod Heles. Filius Azariæ filii Iehu filii Obed, 1.Par.2.e.39.& 11.f.26.& 27.b.10.

עַלְמֹן-דִּבְלָתַיִם דִבְלָתַימָה γελμών δεβλαθαίμ Helmon-deblataim, Duo nomina sunt, Helmon quod interpretatur occultatio, siue adolescentia, aut seculum vel contemptus: Deblathaim, palatæ, id est, massæ de ficibus compactæ. Nomen loci in quo castrametati sunt filii Israël profecti de Dibon-gad, Num.33.f.47.

חֵלוֹן ὠλάμ Helón. Fenestra, vel prophanatio, siue dolor, vel infirmitas, Pater Eliab principis tribus Zabulon Num.1.a.9.& 2.a.7.& 10.b.16. Est & nomen vrbis in terra Moab, quæ Hebraicè dicitur, חילון Ier.48.d.21. חלון

חֵימָם ἐμάν Hemám, Turbatio eorum, aut tumultus eorum. Filius Lotan filii Horræi, Gen.36.c.22. qui 1.Par.1.c.39. dicitur Homã. Vide Homam.

חֵימָן ἐιμάν Hemán, Multus, aut tumultuans: vel Syriacè, fidelis. Filius Mael, 3.Reg.4.d.31. Filius Ioel, 1.Paral.6.c.33.& 15.b.17.& 16.d.41.

Hemath, Vide Emath.

עַמּוֹנִי καταεμμανά Hemona, Popularis, siue populus noster. Nomen ciuitatis in tribu Beniamin, Ios.18.d.24.

חֲמוֹר ἐμώρ Hemor, Asinus, siue lutum, aut vinosus: vel Syriacè, grauis aut ponderosus. Pater Sichem, Gen.33.d.19.& 34.a.2. Act.7.b.16.

חֵן Hen, Gratia, siue misericordia, aut mansio, vel requies. Nomen viri, Zach.6.d.14. LXX. non habent.

חֲנַדָּד ἀνναδά Henadád, Gratia vel misericordia dilecti. Nomen viri, 2.Esd.3.c.18.

חֲנוֹךְ ἐνωχ Henoch, Dedicatus, vel disciplinatus, aut morigeratus. Filius Cain, Gen.4.c.18. Filius præterea Iared, Gen.5.c.18. Luc.3.g.12. Filius etiam Madian filii Abrahæ, Genes.25.a.4. Filius item

item Ruben, Gen.46.a.9.& 2.Paral.5.a.3.Ciuitas item quam Cain extruxit, illique filii nomen indidit. Gen.4.c.18.

חֲנוֹכִי δῆμος — Henochitæ, Idem.p.n.Num.26 a.5.

חֵפֶר ἐφέρ — Hépher, Fodiens, aut explorans, siue opprobrium, vel confusio. Filius Ashur ex Naara vxore, 1.Par.4.a.6. Portio regni terræque Chanaan, quam Iosue expugnauit, Ios.12.d.17.& 4.Reg.14.f.25.

חֵפְרִי ἐφερί — Hepherita, Idem.p.n.Num.26.d.32.

הִפָּתַח ἐφφαθά — Hephethach, Adaperire, imperatiui modi passiuæ vocis, Marc.7.d.34.

עֵר ἦρ — Her, Vigil, aut denudans, vel effundens, siue æmulus, vel ciuitas. Filius Iudæ ex Sue vxore sua, Gen.38.a.3.& 1.Paral.4.c.21. Pater Elnadan, Luc.3.f.28.

עֵרָן ἐδέν — Heran, Vigilia aut magister earum. Filius Suthala filii Ephraim, Num.26.d.36.

הֶעֲרָנִי ἡερανί — Heranitæ, Idem.p.n.Num.26.d.36.

Hercules, Iunonis vel dominatricis gloria. G. 2. Machab. 4.c.19.

עֶרֶד ἐδέρ — Héred, Imperans, siue descendens. Filius Balæ filii Beniamin, Num.26.e.40. Heb.Ared.

עֶרֶד ἀρέδ — Hered, Ios.12.d.14. Onager: aut Syriacè, draco. Nomen ciuitatis.

עֲרָדִי δῆμος ἀδαρί — Hereditæ, Imperantes, siue descendentes, Num.26.e.40.

חֵרֶם ἱρέμ — Herém, Destructio, siue anathema, aut rete vel retiaculum, siue dedicatum aut consecratum.s. Deo. Nomen viri, 1.Esdræ 10.d.31.

עֵרִי ἐνδής — Herí, Vigil, seu denudans, aut effundens, vel ciuitas mea: aut Syriacè, inimicus. Filius Gad filii Iacob, Gen.46.b.16.

עֵרִי ἐνδί — Heritæ, Idem.p.n.Num.26.b.16.

חֶרְמָה ἑρμά — Hermá, Destructio, siue anathema, aut rete vel retiaculum, siue dedicatum vel consecratum.s. Deo. Ciuitas in tribu Iuda, Ios.12.d.14. Vide Herma.

חֶרְמָן ἑρμᾶν — Herman, Sustentaculum, vel inauris. G. Vir quidam, Rom. 16.b.14.

חֶרְמַס ἑρμῆς — Hermes, Mercurius, aut lucrum, vel refugium. G. Viri nomen, Rom.16.b.14.

חֶרְמוֹגְנֵס ἑρμογένης — Hermogenes, Mercurio genitus, aut lucri generatio, vel refugium generationis G. Vir quidam, 2.Tim.1.d.15.

חֶרְמוֹן ἑρμων — Hermón, Destructio siue anathema, vel rete siue retiaculum: aut dedicatum vel consecratum, scilicet Deo. Nomē montis quem Sidonii Sarion, Amorrhæi Sanir vocant, Deut.3.b.8. Ios.13.a.5.Psal.88.b.13.Hebr.89. Vide item 1.Paral.5.d.23. Aliàs dicitur & שִׂיאוֹן Sion, Deuter.4.g.48. Hic mons quia ad Orientem Terræ sanctæ situs erat, pro Oriente aliquando ponitur, Psal.88.b.13. Hebr 89. A nonnulli traditur, duos esse חרמון nomine montes, vnum non procul à Gelboa iuxta Iordanem, alterum verò multò altiorem supra Tarachonitidē regionem. Quod equidem haud obscurè etiam David Psal.41. b.7.Heb.42.innuere videtur dum inquit, De terra Iordanis & Hermoniim à monte modico. Doctiores tradunt hoc loco non esse nomen proprium montium, sed Hermoniim, significare Hermonitas, id est, accolas siue incolas montis Hermon.

חֶרְמוֹנִים ἑρμωνιείμ — Hermonii, Idem. p.n.Psal.41.b.7.Heb.42.

הֵרוֹדֵס ἡρώδης — Herodes, Pellis gloria, vel pellibus glorians, aut mons gloriæ vel arrogantiæ: aut Syriacè, draco ignitus. D. Præses siue procurator Galilææ constitutus à Romanis, Luc.3.a.1.rex Iudææ, Luc.1.a.5.

הֵרוֹדִיָּנוֹת ἡρωδιανοί — Herodiani, Idem.p.n.D.Matt.22.b.16.

הֵרוֹדְיָס ἡρωδιάς — Herodias, Idem.fœm.gen.D.Matth.14.a.3.

הֵרוֹדְיוֹן ἡρωδίων — Herodion, Iunonis vel dominatricis cantilena. G. Cognatus Pauli, Rom.16.b.11.

חֶשְׁבּוֹן ἐσεβών — Hesebón, Numerus, siue cogitatio, aut festinans intelligere vel ædificare. Nomen ciuitatis in Galaad Moabitarum, in qua habitauit Sehon rex Amorrhæorum, Esa 15.b.4. Numer 21. f.33.quam ædificauerunt filii Ruben, Num.32.g.37.& 1.Par. 6.g.81.

חֲצַר ἀσάρ — Hesér, Atrium, aut fœnum. Nomen ciuitatis à Salomone ædificatæ, 2.Reg.9.c.15.

חֶסְלִי ἐσλί — Hesli, Prope me, vel iuxta me, siue auferens vel separans. D. Pater Nahum patris Amos, Luc.3.e.25.

חַשְׁמוֹנָה ἀσαμωνά — Hesmoná, Festinatio numerationis vel muneris, aut festinatio præparationis, vel legatio. Locus in quo castrametati sunt filii Israël profecti de Methca, diuidens Ægyptum & sortem tribus Iudæ ad mare vsque tendentem, Num 33.d.29.

חֲצַרִי ἀσαρέ — Hesráí, Atrium, siue fœnum. Nomen viri, 2.Reg.23. d.35. qui Hesro, 1.Par.11.g.37.dicitur.

חֶצְרוֹ ἐσρί — Hesró, Atrium aut fœnum eius. Nomen viri, 1.Par.11.g.37 qui 2.Reg.23.d.35.dicitur Hesrai.

חֶצְרוֹן ἐσρών — Hesrón, Sagitta exultationis, siue diuisio cantici, aut atrium vel fœnum. Nomen ciuitatis, quæ & Hasor in tribu Iuda, Ios. 15.a.3. Filius Ruben, Gen.46.b.9 Item filius Iuda, siue potius filius Phares filii Iuda, Gen.46.b.12.& 1.Par.4.a.1.

חֶצְרוֹנִי ἐσρωνί — Hesronitæ, Idem.p.n. Num.26.a.8.

חֵת χέθ — Heth, Confractio, vel formido, aut stupor: vel Syriacè, descensus. Nomen viri, Gen. 23.a.3.& b.10.

חֶתְלוֹן ἐθθαλών — Hethalón, Contritio mansionis, aut formidabilis mansio, siue inuolutio eius. Nomen vrbis, terminus Iudææ ad Septentrionem, Ezec.47.c.15.

חִתִּי χεθαῖος — Hethæus, Confractus, vel formidans, aut stupens: vel Syriacè, descendens. Filius Chanaan, Gen.10.c.15.à quo Hethæi.

חִתִּי χεθαῖος — Hethæi, Idem.p.n.Nomen populi, Gen.15.d.20.& 4.Regum 7.b.6. Cyprum Hieronymus esse dicit.

חִתִּים χεθαῖοι — Hethim, Idem.p.n.Nomen loci, Iudic.1.f.26.

חִוָּה ζωή — Heua, Viua, vel viuens. Prima mulier creata à Deo, Genes. 3.d.20.

עִוִּים ἐβαῖα — Heuæi, Iniqui, peruersi, vel iniquitates, peruersitates, subuersiones. Populi habitantes ad Meridiem, quos expulerunt Cappadoces, Deut.2.e.23.Ios.13.a.3.& 4.Reg.17.f.31.

חִוִּי ἐυαῖος — Heuæus, Vita mea.s.n.Filius Chanaan, Gen.10.c 17.

חֲוִילָה ἐυειλά — Heuilá, siue Heuiláth, Dolens siue parturiens, aut loquens illi, siue annuntians illi. Filius Chus, Genes.10.a.7. Filius item Iectan, Gen.10.d.29. Nomen item regionis, Genes.2.b.11.& 25.b.18.& 1.Reg.15.b.7. Getuli à Iosepho dicuntur.

חִזְקִי ἐζεκί — Hezeci, Fortis, siue apprehendens. Filius Elphaál, 1.Paral. 8.b.17.

חִזְקִיָּה ἐζεκί — Hezecias, 2.Esd.7.c.21. Vide Ezechiae.

חֲזִיוֹן ἀζιών — Hezión, Visio vel prophetia. Pater Tabremon patris Benadad regis Syriæ, 3.Reg.15.d.18.

חֲזִיר χαζίρ — Hezir, Porcus: aut Syriacè, conuersus, vel reuersus. Nomen viri, 1.Par.24.c.15.

H I

חִיאֵל χιήλ — Hiél, Viuit Deus, siue vita Dei. Nomen viri illius qui reædificauit Iericho, 3.Reg.16.g.34.

חִירָא ἱερόπολις — Hierapolis, Sacra ciuitas. G. Ciuitas Phrygiæ haud procul à Colossis & Laodicea, Coloss.4.d.13.

חִירוֹנִימוֹס ἱερώνυμος — Hieronymus, Sacrum nomen. G. Nomen viri, 2. Machab. 12.a.2.

Hiim, Vide Iim.

Hierosolyma, Vide Ierusalem.

Hillel, Vide Ellel.

חִין ἰείν — Hin, Mensura erat liquidorum, Ezech.4.c.11.

יוֹנָה ἰωνάς Ioná, siue Ionas, Columba, siue depopulans, vel multiplicans. Nomen prophetæ filii Amathi, 4.Reg.14.f.25. Pater Ioseph patris Iudæ patris Simeon, Luc.3.f.30. Pater item Petri Apostoli, Iohan.1.f.42.& 21.c.15.

יוֹנָדָב ἰωναδάβ Ionadab, Spontaneus, vel vouens, siue principalis. Filius Semmaa fratris Dauid, 2.Reg.13.a.3 Filius item Rechab, Ier. 35,b.8.

Ionadab,

יְהוֹנָדָב *Ιωναδάβ* Ionadab, 2.Reg.13.a.5.vbi dicitur, Cui respondit Ionadab, &c.& 4.Reg.10.d.15. interpretatur Domini spontaneus, aut Domini princeps, vel Domini votum. Filius Rechab.

יְהוֹנָתָן *Ιωναθάν* Ionathán, Domini donum. Filius Gersom filii Mosi, Iudic. 18.g.30. Filius Saul, 2.Reg.1.a.1. & 1.Paral.8.c.33. Nomen scribæ cuiusdam, Ier.37.c.14.

יוֹנָתָן *Ιωνάθαν* Ionathan, Filius Saulis regis, 1.Reg.13.a.2.& 14.a.1.& 21.b.7.& 1.Par.10.a.2. Filius Abiathar sacerdotis, 2.Re.15.f.27.& 17.d.17.& 3.Reg.1.f.42. Filius Iada filii Onam filii Ierameel, 1.Par.2.e.32. Filius Sage, 1.Par.11.g.34.& 1.Esd.8.a.6. Filius Asael, 1.Esdræ 10.b.16 Nehem.12.a.11. Filius Carce, Ier.40.c.8. In omnibus his locis interpretatur Columbæ donum, vel donans. Ac vbique scribi debet Ionathan per n in fine, non per s.

יָפוֹ *Ἰόππη* Ioppe, Pulchritudo, aut decor Oppidum in ora curuæ Syriæ in monte situm, vna cum portu, qui à Barbaris nunc Sappho appellatur, Ios.19.c.45.& 2.Par.2.d.16.& 1.Esdr.3.b.7. Ion.1.a.3.& 1.Mach.10.f.75. Act.9.f.38.

Ἰοππῖται Ioppitæ, Pulchri, siue decori. D.2.Mach.12.a.3.

יוֹרָח *Ἰωρά* Iora, Temporaneus, aut ostendens, siue demonstrans, vel proiiciens: aut Syriacè, lebes. Nomen viri, 1.Esd.2.a.18.

יוֹרַי *Ἰωρά* Iorái, Idem. Nomen viri, 1.Par.5.b.13.

יוֹרָם *Ἰωράμ* Iorám, Excelsus, siue sublimis, aut proiectus. Filius Thou regis, 2.Reg.8.c.10. Filius item Iosaphat, 1.Paralip.3.c.11. qui 3.Reg.22.g.51. dicitur Hebraicè יהורם.

יְהוֹרָם *Ἰωράμ* Iorám, Filius Iosaphat regis Iuda, 3.Reg.22.g.51. Filius item Achab regis Israël, frater Ochoziæ, 4.Reg.1.d.17.& 3.a.1.& 8.d.25 & 9.d.15.& 12.d.18 & 2.Par.21.a.4.& 22.a.1. Matt. 1.b.8. Est & nomen sacerdotis, 2.Par.17.c.7. In omnibus his locis interpretatur Domini celsitudo, aut Domini sublimitas, aut Domini proiectio. Præterquam in fine 4.Reg.9.f.29. vbi dicitur, Anno vndecimo Ioram.

יַרְדֵּן *Ἰορδάνης* Iordanis, Fluuius iudicii, aut demonstratio, vel proiectio iudicii, siue descensio: aut ex Syro & Hebræo, lebes iudicii. Fluuius Iudææ, Deut.1.a.1. Ios.1.a.2. qui ab Hebræis sic dicitur quasi מרן יורד, id est, à Dan defluens, defluit enim à Dan, Gen. 13.c.10. eximiæ dulcedinis, Solino Paneadis: Fgesippo verò, Iosephoque, Phiala fonte decurrens, regiones perquam amœnas præterlabitur: mox in lacum, quem multi Genezaram vocant, se fundit, deinde mare mortuum petit, natura dirum, à quo postremò absorbetur.

Ἰωρέμ Iorim, Dominus exaltans, vel Domini exaltatio, aut riui. D. Nomen viri, Luc.3.f.29.

יוֹשָׁה *Ἰωσία* Iosa, Ens, vel existens, aut obliuiscens, vel debens. Nomen principis. 1.Par.4.f.34.

יְהוֹשַׁבְעַ *Ἰωσαβεά* Iosaba, Domini saturitas, aut Domini satietas, vel Domini iuramentum, siue Domini septenarium. Filia regis Ioram, soror Ochoziæ. 4.Reg.11.a.2.

יוֹסֵב חֶסֶד *Ἰωσαβεσέδ* Iosab-hesed, Habitaculum, vel sedes misericordiæ, aut insufflatio, vel cõuersio misericordiæ. Filius Zorobabel filii Phadaiæ, 1.Par.3.d.20.

יְהוֹשַׁבְעַת *Ἰωσαβεάθ* Iosabeth, Domini satietas, vel Domini iuramentum, aut Domini septuplum, siue Dominus conuertens horam. Nomẽ mulieris, 2.Par.22.d.11. quæ 4.Reg.11.a.11. dicitur Iosaba.

יוֹשַׁבְיָה *Ἰωσαβία* Iosabiá, Habitaculum vel sedes Domini, siue conuersio aut insufflatio Domini, vel captiuitas Domini. Filius Saraiæ filii Asel pater Iehu principis, 1.Par.4.f.35.

יוֹעֵיזֶר *Ἰωσαΐα* Iosaíá, Æquitas Domini, vel planities Domini, aut apponet Dominus. Filius Elnaem, 1.Par.11.g.46.

יְהוֹשָׁפָט *Ἰωσαφάτ* Iosa, bát, Dominus iudex, vel Domini iudicium. Filius Asa regis, 2.Reg.15.c.24.& 1.Par.3.b.10. Filius Ahilud, 2.Reg. 8.d.16. Filius item Pharuæ, 3.Reg.4.e.17. At Ioel.3.a.2. videtur esse nomen vallis.

יוֹשָׁפָט Iosaphát, Iudicatus vel iudicatio. Vir Mathanites, 1.Par.11. g.43.

יְהוֹצָדָק *Ἰωσεδέκ* Iosedéc, Dominus iustus, vel Domini iustitia. Filius Saraiæ filii Azariæ, 1.Par.6.a.14. Pater Iesu sacerdotis, Agg.1.a.1.

יֹאצִדֶק Iosedéc, 1.Esd.3.a.2.& 5.a.2.& 10.c.19. Nehem.12.c.26. interpretatur Iustificatus vel iustificatio.

יוֹסֵף *Ἰωσήφ* Ioseph, Augmentum, vel præfectus. Vndecimus filius Iacob ex Rachel vxore, Gen.30.d.24. Pater item Igal, Num.13. a.8. Filius Asaph, 1.Par.25.a.2.

יְהוֹסֵף Ioseph, Psal.80.a.1. Heb.81. Domini augmentum vel Domini profectus.

Ἰωσῆς Ioseph, Matth.13.g.55.& 27.f.56. vbi dicitur. Et Ioseph mater, Marc.6.a.3.& 15.d.40. ibi. Et Ioseph mater, & ibi, Maria & Ioseph, & Act.4.g.36. in omnibus his locis in Græco est Iosés: quod Hebraicè potest interpretari parcens, vel eleuatus aut existens. D.

Ἰώσηφος Iosephus, Augmentum vel profectus. D. 1.Mach.5.b.18.

יֹאשִׁיָּהוּ *Ἰωσίας* Iosias, Ignis Domini, aut vrens Dominus. Rex Iuda filii Amon filii Manasse. 4.Reg.22.a.3.

יוֹסַפְיָה *Ἰωσεία* Iosphiás, Augmentum vel profectus Domini, aut consummans, vel finiens Dominus. Filius Selomith, 1.Esd.8.b.10.

יְהוֹשֻׁעַ *Ἰησοῦς Ἰωσύς* Iosue, Dominus saluator. Filius Nun, princeps tribus Ephráim, Osee prius nominatus, Num.13.b.17.& 1.Par.7. f.27. Post Moysen dux populi Israëlitici, Ios.1.a.1.

Iesue, 1.Esdr.2.a.6.& 3.a.2.& 4.a.3.& 5.a.2. & 8.g.33.& 10.c.18. Item Nehem.3.e.19.& 8.b.7.& 9.a.4.& 12.a.1. in omnibus his locis interpretatur Saluator. יֵשׁוּעַ *Ἰησοῦς*

יוֹטָה Iota, Declinans, vel diuertens. Ciuitas in tribu Iudæ, Iosue 15.g.55. Eadem videtur esse quæ Iosue 21.b.16. Ieta appellatur. Vide Ieta. יִטָּה *Ἰετά*

Iouis, τοῦ Διός, Obliquus à ζεύς Iupiter, quasi iuuans pater, Act.14.b.13 & 19.g.35.

יְהוֹזָבָד Iozabád, Domini dos, vel Domini dotatio. Nomen serui Ioas regis, à quo occisus est ipse Ioas, 4.Reg.12.d.21.& 1.Paral.26.a.4.& 2.Par.17.d.17.& 24.g.26. *Ἰωζαβάδ* *Ἰωζαβάδ*

Iozabád, vel Iozabed, Dotatus. Princeps militiæ, 1.Par.12 d.20. 1.Esd.10.c.21. Nehem.11.c.16.& 2.Par.31.c.13.& 35. b.9.& Nehem.8.b.7. *Ἰωζαβάδ* יוֹזָבָד *Ἰωζαβάτ*

Iozachar, Memorans, siue masculinus. Filius Semaar, seruus Ioas regis Iuda: qui Iozachar occidit ipsum regem Ioas, adiutus à Iozabad conseruo, 4.Reg.12.d.21. Hic 2.Par.24.g. 26. dicitur Zabad. יוֹזָכָר *Ἰωζαχάρ* *Ἰωζαχαρίας* *Ἰωζάχαρ*

I R

Irá, Ciuitas, aut vigil, siue denudatio, aut effusio, vel aceruus visionis. Nomen sacerdotis, 2.Reg.20.g.26. Iethræus quidam, de quo 1.Par.11.f.28. Vide Hira. עִירָא *Ἴρας*

Irad, Origer, siue aceruus descensionis, vel acerui descensio, aut aceruus imperii: vel Syriacè, draco. Filius Enoch, Gen. 4.c.18. עִירָד *Γαιδάδ*

Itai, Vigil, aut ciuitas, siue denudans vel euacuans: aut pullus. Saini. Filius Bela filii Beniamin filii Iacob, 1.Paralipom.7. b.7. עִירִי *Ἰουί*

I S

Isaac, Risus. Filius Abraham ex Sara, Gen.17.c.19.& 21.a. 3. Heb. Ishac. Scribitur & יִשְׁחָק per ש sinistrum, loco צ, Ier.33. d.26.& Amos 7.b.9.d.16. יִצְחָק *Ἰσαάκ*

Isaar, Oleum, siue claritas, aut Meridianus. Filius Caath filii Leui, Exod.6.c.18.& 1.Par.6.a.2.c.38.& 23.b.12. qui Num. 3.c.19. dicitur Isar, iisdem tamen consonantibus & punctis. יִצְהָר *Ἰσσάρ* *Ἰσαάρ*

Isaarí, Idem. Nomen viri, 1.Par.24.c.22. יִצְהָרִי

Isaaritæ, Idem. p.n. 1.Par.26.c.23. *Ἰσαάρ*

Isai, Munus, aut ens, siue existens, vel debitor. Pater Dauid quem Græci Iessæ vocant. Filius Obed filii Booz, Ruth 4.d.17 & 1.Reg.16.a.3.& 1.Par.2.b.12. יִשַׁי *Ἰεσσαί*

Isaias, Vide Esaias.

Isari, Figmentum, siue plasmatio, aut tribulans, vel angustians. Nomen viri, 1.Par.25.c.11. יִצְרִי *Ἰεσρί*

Isbaab, Sessio vel habitatio patris, aut conuersio, vel inflatio, siue captiuitas patris. Nomen viri, 1.Par 23.b.13. יִשְׁבָּאב *Ἰεσβαάβ*

Is-bóseth, Vir confusionis vel ignominiæ, aut viri mera. Filius Saul regis Israël, 2.Reg.2.b.12. אִישׁ בֹּשֶׁת *Ἰεσβοσθέ* *Ἰεσβοσθαί*

Iscariotes, Hebraicè interpretatur, Vir occisionis, vel vir exterminationis vel mortis. Sic cognominatur Iudas ille Christi proditor, Matth. 10.a.1. Sunt qui & Ischariotem dictum existiment, perch scribentes, quòd de tribu Issachar esset: cui tale cognomen ex ipso quoque facinore optimè conueniat. nam mercede vendidit Christum, Issachar siquidem ex 30. c.18 Geneseos, à שכר, quod mercedem significat, inclinatum est.

Israël, Exauditio Dei. Filius Abraham ex Agar ancilla, Genes.16.c.11. Filius item Nathaniæ, 4.Reg.25.f.25. Filius Asel filii Elasa, 1.Par.8.d.38.& 9.g.44. יִשְׁמָעֵאל *Ἰσμαήλ*

Ismaëlitæ, Idem. p.n. Gen.37.f.25. Populi quos Moyses (vt quidam dicunt) Madianitas vocat: Eusebius Agarenos, siue Saracenos. Alii tamen dicunt Ismaëlitas & Agarenos esse nomina ducum populorum. יִשְׁמָעֵאלִים *Ἰσμαηλῖται*

Ismaëlitis, Idem, 1.Par.2.b.17. יִשְׁמָעֵאלִי

Ismiel, Nominatio Dei, aut admiratio vel stupor Dei. Nomen principis, 1.Par.4.f.36. יִשְׁמִעֵאל *Ἰσμαήλ*

Israël, Prævalens siue dominans cum Deo. Nomen Iacob, inditum ei ab angelo, Gen.35.b.10. Regnum item decem tribuum vocatum est Israël. יִשְׂרָאֵל *Ἰσραήλ*

Israëlitæ, Idem. p.n. Populi ab Israël sic cognominati, 2.Regum 7.c.18. יִשְׂרָאֵלִי *Ἰσραηλῖται*

Israëlites, Idem, Leuit.24.b.10. *Ἰσραηλῖτις*

Israëlitis, Idem. fœm. gen. Leuit.24.b.10. יִשְׂרְאֵלִית

Israëli, Vide Iesraëli, & Israëli.

Israëla, Prævalens, aut dominans Deus, siue rectitudo Dei, aut canticum Dei. Nomen viri, 1.Par.25.c.14. יִשְׂרְאֵלָה *Ἰσραελά*

Issachar, Est merces, vel præmium. Nonus filius Iacob ex Lia vxore sua, Gen.30.c.18. Nomen tribus, 3.Reg.4.b.17. יִשָּׂשכָר *Ἰσσάχαρ* *Ἰσάχαρ*

Isthemò, Ignis admirationis vel consummationis, siue ignis perfectionis vel simplicitatis. Ciuitas in tribu Iuda, Iosue 15. f.50. אֶשְׁתְּמֹה *Ἰσθεμώ*

Is-tob, Vir bonus. Nomen viri, 2.Reg.10.b 8. *Ἰσθώβ* אִישׁ טוֹב

Isuhaia, Comprimens vel humilians Dominus, seu meditatio Dei. Nomen principis, 1.Par.4.f.36. יְשׁוּחָיָה *Ἰεσουία*

Italiá,

I T

Italía, Ab Italo rege dicta est: vel ab Italis, id est, vitulis, eò quòd illa regio vitulis abundet. Latinum est, Act. 27.a.6. ἰταλία

Italia, Num. 24 d. 24. Ezech. 27.a.6. In Hebræo est Cithim: & interpretatur conterentes, vel contritio maris, siue diadema, aut aurum, vel tinctura, vel ex Syro & Hebræo, coaceruatio maris. Regio & patria Romanorum, ab Italo rege vocabulum traxit, quæ ab Aphrico & à Borea Mari magno cincta, reliqua Alpium obicibus obstructa est. Hęc quinque appellata est nominibus: Saturnia, à Saturno primo habitatore, Trogo: Italia, à rege, Plinio: Ausonia, Liuio: Oenotria, Dionysio: Hesperia, Virgilio. Vide Volater. lib. 4. Geograph. כִּתִּים κιτιαῖοι

Italia, Esa. 66. f. 19. Hebraicè dicitur Thubal: & interpretatur orbis, aut confusio, vel ignominia, siue portatus vel adductus. Sunt qui Iberes non Italos esse dicant. תּוּבַל θοβέλ

Italica cohors, Ab Italia dicta est, Act. 10.a.1. σπεῖρα ἰταλική

Ithái, Robustus, aut signum, vel vomer: aut Syriacè, veniẽs. Filius Rubai, 2. Reg. 23. d. 29. qui & Ethai, 1. Par. 11. f. 31. אִתַּי vel אִיתַי ἐθαί

Ithamar, Insula, palmæ vel dactylorum, aut insulæ commutatio vel permutatio, seu væ palmæ aut commutationi. Filius Aaron filii Amram filii Caath filii Leui, Exod. 6. d. 23. & 1. Par. 6. a. 3. אִיתָמָר ἰθάμαρ

Ituræa, Custodita: vel Syriacè, montana, vel montosa. D. Trachonitidis regio iuxta desertum Arabiæ: cuius Tetrarcha fuit Philippus, Luc. 3. a. 1. de quo Hieronymus in locis Hebr. A Ietur filio Ismahelis. ἰτουραία

Ituræi, Custoditi vel custodiæ, aut coordinati; vel Syriacè, montani seu montosi. Populi, 1. Par. 5. c. 19. יְטוּר ἰτουραῖοι

I V

Iubál, Defluens, siue apportans, vel inueterascens, aut germinans siue iubileus, vel buccina. Filius Lamech ex Ada vxore, Gen. 4. d. 21. יוּבָל ἰουβάλ

Iubileus, Buccina, vel defluens, siue apportans, aut germinans, siue inueterascens, Leuit. 25. b. 11. Num. 36. b. 4. יוֹבֵל ἰωβηλαῖος σημασία

Iucadám, Incuruatio populi, siue incendium populi. Ciuitas est in tribu Iuda, Ios. 15. g. 56. יְקְדְעָם ἰουκδαάμ

Iuchál, Domini omnia, aut Domini perfectio, siue consummatio. Filius Selemiæ. Ier. 37 a. 3. יְוכָל רוּבֵל ἰωχάλ

Iuchal, Ier. 38. a. 1. interpretatur potens, siue perfectus, vel consummatus, Filius Selemiæ.

Iud, Laudás, siue confitẽs. Ciuitas in tribu Dan, Ios. 19. c. 45 יְהוּד ἰούδ

Iudá, Laudatio, siue confessio Filius Iacob, Gene. 29. d. 35. יְהוּדָה ἰούδα

Tribus Iuda ad Austrum, Ios. 15. a. 1.

Iudæa, Idem. Iudæa aliquando tota terra duodecim tribuũ appellatur, velut Marc. 3. a. 7. Psal. 75. a. 2. Hebr. 76. Notus in Iudæa Deus. Aliquando duę tantum tribus, Iuda & Beniamin appellitantur, ad distinctionem Galilææ & Samariæ, aliarumque in terra repromissionis regionum. Obseruabis itaq; apud historicos Iudæam pertinere ad Palæsthinam: Galilæam verò atque Samariam ad Phœnicem. Neque obscurum est post Salomonis mortem, decem tribus Israël defecisse à Roboam ad Ieroboam Ephraimęum, 3. Reg. 12. e. 10. Exinde duæ tribus, Iudæ scilicet & Beniamin, quæ semini Dauidis adhæserant, nũc domus Dauid, nunc regnum Iuda, Ierusalem, aut Beniamin in scripturis potissimum à Prophetis nuncupatæ. Sicut decem tribus quæ defecerant, regnum Israël, domus Iacob & Ioseph, Ephráim, regnum Samariæ, Iezrael, Beth-el, Beth-auen appellari notum est. ἰουδαία

Iudæa quæ & Chananæa, & Repromissionis terra, quæ sancta in Scripturis sacris nuncupata est, Syriæ regio, in Asia maiore, ad Orientem habet Mare mortuum, quod & salsum, Num. 34. a. 3. vbi quondam Sodoma & Gomorrha vrbes sitæ erant. vltra quod Iordanis fluuius, qui Mare mortuum ingreditur: deinde Amorrhęi habitant. Post quos Moabitæ terram occupant: deinceps Ammonitæ & magnus Euphrates. Vltra illos Babylon atque Chaldæorum est regio. Persia deinceps inchoat. Ad Aquilonem Galilæa cubat, in cuius tergo Libanus mons terminus Iudææ eminet. Damascus deinde, & Euphrates celebre flumen: vltra quod Syria & Assyria sitæ sunt, quæ respiciunt & extenduntur ad Orientalem plagam. Vlterius Sidon & Tyrus Occidentem versus declinant & extenduntur. Occidentem versus, Philisthiim, quæ Palæsthina & Allophylorum terra dicitur, incipit: vltra quam Mare magnum, quod & Mediterraneum, horret, Exo. 23. g. 31. hoc, Palęsthinorum mare appellatur. Ad Meridiem Amalecitæ habitant, Num. 13. f. 30. post quos Seir mons, & Edomitę, vltra illos Madianitę sedent, deinde est Mare rubrum: vltra quod Ægyptus sita est ad Occidentem Iudęę extensa. Habes paucis verbis limites seu terminos terrę promissionis à Mose & Prophetis.

Iudæi, Laudantes, siue confitentes, 4. Reg. 25. g. 25. יְהוּדִים ἰουδαῖοι

Iudęus, Idem. f. n. Zach. 8. d. 23. יְהוּדִי ἰουδαῖος

Iudaia, Laudatio siue confessio Domini. Vxor Ezra, 1. Par. 4. c. 18. יְהוּדִיָּה ἰουδαία

Iudaismus, Laudatio, siue confessio. Religio Iudęorum, Galat. 1. c. 14. יְהוּדָיוּת ἰουδαϊσμός

Iudaicè, 4. Reg 18. e. 26. יְהוּדִית ἰουδαϊστί

Iudas, Idem. Filius Mathathiæ filii Iohannis, 1. Mac. 2. a. 4 Vnus ex duodecim Apostolis, Matt. 10. a. 4. Est & nomen cuiusdam Galilæi, de quo Act. 5. g. 37. ἰούδας

Iudí, Idem. Filius Nathaniæ filii Selemiæ filii Chusi, Ier. 36. c. 14. יְהוּדִי ἰουδαῖος

Iudith, Laudans, siue confitens, aut Iudæa. Altera vxor Esau Gen. 26. g. 34. Fuit & nomen viduæ cuiusdam nobilis, Iudith 8. a. 1. יְהוּדִית ἰουδίθ

Iulia, Lanuginosa. G. Rom. 16. b. 15. ἰουλία

Iulius, Lanuginosus, vel lanugo. G. Nomen centurionis cuiusdam, Act. 27. a. 1. ἰούλιος

Iunia, A Iunone, id est dominatrice. G. Nomen viri conceptiui Pauli, Rom. 16. a. 7. ἰουνία

Iupiter, Vide Iouis.

Iustus, Latinum est. Cognomen Ioseph qui dicebatur Barsabas, Act. 1. d. 23. ἰοῦστος

I Z

Izrahiá, Oriens Dominus, aut claritas Domini. Filius Ozi filii Thola filii Issachar, 1. Par. 7. a. 3. יִזְרַחְיָה ἰεζραία

L

LAabím, Inflammati, siue flammæ, aut gladii. Filius Mesraim, Gen. 10. b. 13. Ab hoc, Libya, quæ prius (vt Hieronymus refert in Hebraicis quæstionibus) Phutensis regio appellata est, nomen habet. לָהָבִים λαβιείμ

Láad, Laudans, vel ad laudandum, vel ad confitendum. Filius Iahath filii Subal filii Iuda, 1. Par. 4. a. 2. לָעַד λαάδ

Laadá, Pro ornatu, vel ad congregandum, siue ad testificandum, aut transiens, vel prædans: aut Syriacè auferens. Filius Sela filii Iudæ, 1. Par. 4. d. 21. לַעֲדָה λαοδά

Laadan, Pro volutate, seu deuorans iudicium, aut pro ornatu, vel pro testimonio: aut Syriacè, ad tempus. Filius Thaan filii Thale, 1. Par. 7. e. 26. לַעְדָן λαοδάν

Laban, Albus, vel candidus, aut later. Frater Rebeccæ filiæ Bathuelis filii Nachor ex Melcha, Gen. 24. d. 29. Est & locus in deserto vbi Moses Deuteronomium prælegit filiis Israël, Deut. 1. a. 1. לָבָן λαβάν

Labaná, Luna, siue albedo, aut thus, vel later. Ciuitas sacerdotum in tribu Iuda, Ios. 15. f. 42. Eadem videtur quæ & Lebona, Ios. 10. e. 29. dicitur, quum Hebræis, iisdem punctis & consonantibus scribatur. לִבְנָה λαβνά

Labanáth, Idem. Ciuitas, quæ tribus Aser terminus est, Ios. 19. b. 26. לַבְנַת λαβαναθ

Lacedæmones, Lacus dæmonum, vel puteus insanientium. G. 2. Mach. 5 b. 9. λακεδαιμονες

Lachis, Ambulans, vel vadens extitit, aut tibimet existens. Ciuitas tribus Iudæ, Ios. 10. a. 3. & 15. c. 39. & 4. Reg. 18. c. 14. Constructa à Roboam, 2. Par. 11. b. 9. לָכִישׁ λαχίς λαχεῖς

La'l, Ipsi Deo, aut ipsi forti, vel potens. Filius Eliasaph principis, Num. 3. c. 24. לָאֵל δεήλ

Lahelá, Humiditas humida, aut tabula humida, vel viridis, siue maxilla humida. Nomen fluuii, 1. Para. 5. d. 26. Scribendũ est Hela, abiecto l. Vide suo loco. לָחֵלָה δλά

Lahém, Panis, vel pugna aut bellum. Nomen loci, 1. Paral. 4. d. 22. לָחֶם λαέμ

Lais, Leo. Nomen vrbis sitæ in valle quæ est in regione Rohob, vel potius ex Heb. Beth-rehob, quæ & Dan & Lesem dicta est, Iudic. 18. g. 27. Ios. 19. d. 47. vbi malè excusum est, Lesemodan, quum sit hoc modo distinguendum, Lesem Dan, id est, vocauerunt Dan ipsam Lesem, quam expugnauerunt. Pater Phaltiel mariti Michol filiæ regis Saul, 1. Reg. 25. g. 44. & 2. Reg. 3. c. 15. Vide Dan & Lesem. לַיִשׁ λαϊσά λαΐς

Laisa, Leena. Vrbs in Iuda aut Beniamin de earum numero per quas transiit Sennacherib dum iret oppugnatum Ierusalem, Esa. 10. g. 30. לַישָׁה λαισά

Lámech, Pauper, vel humiliatus, aut percussus. Filius Mathusaél, Gen. 4. d. 18. Nomen etiam filii Mathusala, Genes. 5. d. 25. Luc. 3. g. 36. לֶמֶךְ λαμέχ

Lamma, Vt quid? Mat. 27. e. 46. & Psal. 22. a. 1. לָמָה λαμά

Lamuel, Illis Deus, vel cum illis Deus, aut cum quo est Deus. Nomen regis. Prouer. 31. a. 1. לְמוּאֵל ὑπό θεῶ

Laodicea, Populus iustus. G. Ciuitas in Asia minore, haud ita procul ab Hierapoli & Colossis, Colos. 4. c. 13. Apo. 1. c. 11 & 3. c. 14. λαοδικεία

Laodicenses, Idem. p. n. G. Coloss. 4. d. 16. λαοδικεῖς

Laomim, Gentes, siue absque aquis. Filius Dedan filii Iecsan, Gen. 25. a. 3. לְאֻמִּים λααμιείμ

Lapidóth, Fulgura, vel lampades. Maritus Deboræ prophetidis, Iudic. 4. a. 4. לַפִּידוֹת λαφιδώθ

Lapis adiutorii, Nomen loci, 1. Reg. 7. c. 12. אֶבֶן הָעֵזֶר λίθος τοῦ βοηθοῦ

Lása, Ad clamandum, vel ad saluandum, aut liniendum. Nomen ciuitatis, quæ Hieronymo in Hebraicis quæstionibus Callirhoe dicitur, Gen. 10. c. 19. לָשַׁע λασά

Lasthenis, Lapidis robur. G. Nomen viri, 1. Mach. 11. c. 32. λασθένης

Latitudo, Nomen putei, Gen. 26. c. 22. רְחֹבוֹת εὐρυχωρία

Latussim,

לָטוּשִׁים λαπτοιεῖμ
λάζαρος

Latussim, Malleatores, siue limatores. Filius Dedan filii Iecsan, Gen. 25. a. 3.

Lazarus, Cui auxilio est Deus. D. Nomen viri, Luc. 16. e. 20 Est & nomen cuiusdam alterius à Bethania, amici Christi, fratris Mariæ & Marthæ, Ioan. 11. a. 1. quem Christus suscitauit à mortuis, ibidem, f. 44.

L E

לְבָנָה Λαβανά
לַבָּאוֹת λαβαώθ
λεββαῖος

Lebana, Luna, siue albedo, aut thus, vel later. Nomen viri, 1. Esd. 2. c. 45.

Lebaoth, Leænæ, siue cordis signum, aut ad introitum. Ciuitas sortis Iudæ, Ios. 15. e. 32.

Lebbæus qui cognominatus est Thaddæus, Matt. 10. a. 3. Ad veniendum. D.

לְבָנָה λεβωνά

Lebna, Luna, siue albedo, aut thus, vel later. Locus in deserto, vbi XVII. Israëlitarum mansio fuit, egressorum de Remmon Phares, Num. 33. c. 20. Est & ciuitas sacerdotum in tribu Iuda, Ios. 10. e. 29. Dicitur & Labana, Ios. 15. f. 42. siquidem Hebræis, iisdem punctis & consonantibus scribitur.

Lebni, Vide Lobni.

לְבוֹנָה λεβωνά

Leboná, Idem. Nomen oppidi, Iudic. 21. c. 19.

לֶכָה λαιχά

Lechá, Ambulans, vel vadens. Nomen loci, 1. Par. 4. d. 21.

לְחִי λεχί
לְקֹחִי λοχεί

Lechí, Maxilla. Locus, cui Samson sic nomen indidit, Iudic. 15. b. 9.

Leci, Lex, siue doctrina, aut assumptio mea. Filius Semidæ filii Galaad filii Machir filii Manasse, 1. Par. 7. d. 19. Hebraicè, Lichi.

לָקוּם λακούμ

Lecúm, Resurgens, vel confirmans, siue ad resurgendum, vel confirmandum. Ciuitas quæ Nephthaliæ tribus terminus est, Ios. 19. c. 33.

לַעְדָּן λααδάν

Ledán, siue Leedan, Pro voluptate, vel deuorans iudicium, siue pro ornatu vel testimonio: aut transitus vel deprædatio earum: aut Syriacè, ad tempus. Vir de cognatione Gerson filii Leui, 1. Par. 23. a. 7. & 26. c. 21.

לַחְמָם λαμμάς
לַחְמִי λαχμί
לֶשֶׁם λεσέμ

Lehemám, Panis eorum, aut pugna vel bellum eorum. Ciuitas in tribu Iuda, Ios. 15. f. 40.

Lehemites, Panis meus, aut pugna mea, 1. Par. 20. c. 5.

Lésem, Nomen, vel ponens, aut ipsi nominato vel posito, aut lygurius lapis pretiosus, de quo Exod. 28. c. 19. Nomen vrbis in tribu Aser, in possessione verò Dan, Ios. 19. d. 47. quæ & Lais dicitur, & Dan. Hæc ea putatur à plerisque quæ tandem à Philippo Tetrarcha senioris Herodis filio, in honorem Tiberii, Cæsarea Philippi appellata est. Vulgò à Barbaris nunc Belina vocitatur. Vide Dan, Ios. 19. f. 47. malè scribitur Lesem-dan, pro Lesem, Dan. Vide Lais.

לֵוִי λευί

Leuí, Copulatus. Tertius filius Iacob ex Lia, Gen. 29. g. 34. Sic vocabatur & Matthæus Apostolus, Matt. 9. a. 9. Luc. 5. e. 27 Pater Matthat, Luc. 3. e. 24.

לִוְיָתָן δράκων
לֵוִי λευίτης
λευῖται
λευίτης

Leuiathan, Copulatio, vel societas sua, aut sibimet traditus. Magnus piscis marinus, Iob 40. c. 20. Psal. 104. c. 26.

Leuita, Copulatus, Iudic. 17. c. 9.

Leuitæ, Idem. p. n. Leu. 25. e. 32.

Leuites, Idem. s. n. Act. 4. g. 36.

L I

לֵאָה λεία
לְבוֹנֹן λίβανος

Lia, Laboriosa, vel fatigata. Maior filia Laban, Genes. 29. d. 16.

Libanus, Albus, vel candidus, aut thus, vel cordis filiatio. Mōs altissimus teste C. Ptolemæo lib. 5. in Syria: à thure quod ibi colligitur, dictus, Deu. 1. a. 1. Iudic. 3. a. 3. Esa 2. c. 13. in fine Terræ promissionis versus Aquilonem, à quo denominata est terra quæ est circa montem illum, Ios. 13. a. 5. In hoc monte cedri crescunt longissimæ, 3. Reg. 5. a. 6.

λιβερτῖνοι

Libertini, Latinum est, filii manumissorum, Act. 6. c. 9.

פּוּט λίβυες

Libya, vel Libye. Heb. dicitur Phut, & interpretatur Aphrica: aut Syriacè, crassa vel pinguis. Regio Ægypto contermina, auctore Plinio in prologo 5. Huius pars est Libya Marcotis, de qua idem in 5. cap. 6. Hieronymus duas Libyas ponit, vnam Cyrenaicam, de qua Act. 2. b. 10. Et partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen. Hæc porta Ægypti in parte Aphricæ prima est, & Mari Libyco cognomentum dedit, post quam Libya Æthiopum vsque ad Meridianum pertingens Oceanum. De hac Volater. lib. 12. Geographiæ, Ier. 46. b. 9. Ezec. 27. b. 10. & 30. a. 5. & 38. a. 5. Nahum 3. b. 9.

לוּבִים λίβυες
לוּבִים λίβυες
λίνος
λιθόστρωτος

Libya, Dan. 11. g. 43. In Hebræo est Lubim, id est, cor maris: vel corda in plurali numero, Act. 2. b. 10.

Libyes, 2. Paral. 12. a. 3. & 16. c. 8. Nahum 3. c. 9. in Hebræo est Lubim, id est, Cor maris, vel corda, p. n. Populus Libyæ.

Linus, Rete, vel retiaculum. G. Nomen viri, 2. Tim. 4. d. 21

Lithostrotos, Lapidibus stratus. G. Nomen loci in quo sedit Pilatus, Christum nostrum morti adiudicaturus, Ioan. 19. c. 13.

L O

לְבָנָה λεβνά
λοβνά

Lobna, Luna, siue albedo, aut thus, vel later. Ciuitas sacerdotum in tribu Iuda, Ios. 21. b. 13. & 4. Reg. 8. f. 22. & 23. f. 31. & 1. Paral. 6. e. 57. Eadem esse videtur quæ Lebna & Labana, quæ iisdem punctis & consonantibus notatur.

לִבְנִי λοβενί
λοβενί

Lobni, Idem. Filius Gerson filii Leui, Exod. 6. c. 17. Num. 26. g. 58. qui Lebni, Num. 3. c. 18. 1. Par. 6. b. 17.

Lobniticus, Idem. Qui est de familia filiorum Lobni, Numeri 3. c. 18.

לוֹד λώδ

Lod, Natiuitas, vel generatio. Nomen ciuitatis, quam ædificauit Samad filius Elphaal, 1. Par. 8. b. 12.

לוֹדְבָר λοδαβάρ

Lodabár, Ipsimet verbum, aut ipsimet pestis vel mors, seu generatio electa: vel ex Hebræo & Syro, natiuitas filii. Oppidum Galaad montis, in ambitu, vt videtur 2. Reg. 9. b. 4.

לוֹדְחָדִיד λοδάδιδ

Lod-hadid, Nascens gaudens, vel nascens acutus: aut ex Hebræo & Syro, generatio vel natiuitas noua. Nomen loci, 1. Esdræ 2. b. 33. & 2. Esd. 7. d. 37.

לוֹאִיס λωΐς

Lois, Melior. G. Auia Timothei, 2. Tim. 1. a. 5.

לוּט λώτ

Lot, Inuolutus, siue colligatus, aut coopertus, vel resina pretiosa, quæ dicitur stacte. Filius Aran, Gen. 11. d. 27.

לוֹטָן λώταν

Lotán, Idem. Filius Seir Horræi, Gen. 36. c. 20.

L V

לוּקַס λουκας

Lucas, Hebraicè potest interpretari, Ipsi resurrectio, vel Latinè à luce. D. Col. 4. d. 14.

λούκιος

Lucius, A luce. Latinum est. Nomen prophetæ, Act. 13. a. 1. Rom. 16. d. 21.

לוּד λούδ

Lud, Natiuitas, vel generatio. Filius Sem, Gen. 10. c. 22. Ab hoc Lydij dicti.

לוּדִים λουδείμ

Ludím, Idem. p. n. Filius Mesraim, Gen. 10. b. 13.

לוּחִית λουΐθ

Luith, Tabulatum, vel tabulæ, aut viriditas. Mons est Lyrano & Hebræorum commentatori in Commentariis super Esaiam, cap. 15. c. 5. Eusebio verò Pamphylo, vicus inter Areopolin & Ioaram. Aliis inter Petram & Segor. Heb. Luhith.

לוּז vel לוּץ λεζά

Luza, Amygdalus, siue discessio, vel declinatio. Ciuitas Chanaæa, quæ cecidit in sortem filiorum Ioseph iuxta Sichem, in tertio lapide ipsius Sichem, siue Neapoleos, Ios. 16. a. 2. & 18. b. 13. Quæ aliàs, Gen. 28. d. 19 & 35. b. 6. nuncupatur Beth-el à Iacob Est & tertia Luza in terra Hethim, à veteris Luzæ proditore condita, Iudic. 1. e. 23.

L Y

λυκαονία

Lycaonia, Lupina. G. Prouincia Asiæ est mediterranea, Tauro à Cilicia Trachæa diuisa: à Septentrione, Cappadociæ contermina, Volaterr. lib. 10. in qua Barnabas & Paulus prædicarunt, Act. 14. a. 6.

λυκία

Lycia, Idem. G. Prouincia Asiæ, 1. Mac. 15. d. 23. Act. 27. a. 5

λύδδα

Lyda, siue Lydda, Stagnum. f. aquarum. G. Ciuitas Palæsthinæ in littore magni maris sita, quæ Diospolis appellatur, 1. Machab. 11. d. 34. Act. 9. f. 35. & g. 38.

לוּדִים λυδοί

Lydi, siue Lydii, Natiuitas, vel generatio. Populi. Vide Lud, Ier. 46. b. 9.

λυδία

Lydia, Idem. Asiæ minoris prouincia inter Cariam & Phrygiam auctore Strabone lib. 13. cuius situm his verbis describit Plinius libro 5. cap. 29. Lydia perfusa flexuosi amnis Mæandri recursibus super Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu solis vicina, ad Septentrionem Mysiæ, Meridiana parte Cariam amplectens, Meonia antè appellata, &c. Huius mentio fit, Act. 16. c. 14. Ier. 46. b. 10. Ezec. 27. c. 10. & 30. a. 5. Esa. 66. f. 19. Est & nomen mulieris purpurariæ, de qua Act. 16. c. 14.

λυσανίας

Lysanias, Dissoluens tristitiam. G. Procurator constitutus à Romanis super Abilinam regionem, Luc. 3. a. 1.

λυσίας

Lysias, Dissoluens, Princeps quidam exercitus, siue tribunus, 1. Mach. 3. e. 32. Act. 24. f. 23. & 23. f. 26. & 24. b. 7.

λυσίμαχος

Lysimachus, Dissoluens pugnam. G. Frater Menelai, 2. Machab. 4. d. 29.

λύστρα

Lystra, Dissoluens. G. Nomen ciuitatis in Lycaonia, Act. 14. a. 6.

μύρα

Lystra, Act. 27. a. 5. in Græco scribitur Myra, & interpretatur virgultum, siue vnguentum odoriferum. G. Ciuitas Lycię. Vide Plinium, lib. 5. cap. 27. Act. 27. a. 5.

M

מַעֲכָה μααχά

MAachá, Compressa, vel attrita, aut fixa. Filius Nachor ex Roma concubina, Genes. 22. d. 24. Filia Tholmai regis Gessur, 2. Reg. 3. a. 3. & 1. Par. 3. a. 2. Filia Abessalom mater Abiam regis, 3. Reg. 15. 2. quæ 2. Par. 13. a. 2. dicitur Michaia. Concubina item Caleb. 2. Par. 2. f. 48. Vxor Machir patris Manasse, 1. Par. 7. d. 16. Vxor Iahiel, 1. Par. 9. f. 35.

מַעֲכָתִי μααχαθί

Maachati, siue Machati, Compressus, vel attritus, aut fixus, seu ventris contritio. Pater Aasbai, 2. Reg. 23. d. 34. Pater Iezoniæ, 4. Reg. 25. f. 23. Ciuitas Amorrhæorum super Iordanem iuxta montem Hermō, Ios. 12. b. 5. & 13. b. 11. & 1. Pa. 4. d. 19

מַעֲדִי μοοδίας

Maadi, Solennis, vel festiuus, aut ornatus, seu labilis, vel testificans, aut transiens: aut Syriacè, auferens. Nomen viri, 1. Esd. 10. d. 34.

מַעַי μαΐε

Maái, Venter, aut coaceruatio. Nomen viri, 2. Esd. 12. c. 35

מַחֲלָת μααλά

Maala, Chorus, vel cithara, siue infirmitas: aut Syriacè, venia. Filia Salphaad filii Hepher filii Galaad, Numer. 26. d. 33. Ios. 17. a. 3. Heb. Mahala.

מְעָרָה σιδόνιοι

Maará, Spelunca, siue euacuatio, aut effusio, vel discooperiens, aut euigilans. Nomen loci, Ios. 13. a. 4.

מַעֲשֵׂי μαασεί

Maasai, Opus meum. Filius Adiel, 1. Par. 9. b. 12.

D Maa-

מַעֲשֵׂיָהוּ μαασίας μαασίας Maaſia, ſiue Maaſias, Opus Domini. Filius Achaz, 1. Paral. 15 c.18.& 2.Par.28.a.7. Nomen cuiuſdam doctoris, 2. Paral. 26.b.11. Pater Sophoniæ, Ier.21.a.1. Princeps ciuitatis Ieruſalem, 2.Par.34.b.8.

מַחְסֵיָה μαασαῖος Maaſias, Ier.32.c.12.& 51.g.59. interpretatur protectio, ſiue confidentia Domini. Pater Neriæ patris Baruch & Saraiæ. Heb. Mahaſias.

מַעַזִּיתוּ μααζίας Maaziau, Fortitudo Domini, vel refugium Domini. Nomen viri, 1.Par.24.c.18.& 2.Eſd.10.a.8.

מִבְשָׂם μαβσάμ Mabſam, Aromatizans, vel confundens eos. Filius Iſmahelis, Gen.25.b.13.& 1.Par.4.e.25.

מִבְצָר μαζάρ Mabſar, Munitus, vel muratus, ſiue prohibens, vel auferẽs, aut vindemians. Vicus grandis Gabalene, pertinens ad vrbem Petram, Gen.36.d.42.

מַקֵּץ μακάς Maccés, Finis, vel finiens, ſiue tædium, aut euigilans, vel æſtas, ſiue æſtuans, aut ſpinans. Nomen loci, 3.Reg.4.a.9.

מַקֵּדָה μακηδά Maceda, Incendium, aut adoratio, vel incuruatio. Ciuitas tribus Iudæ, Ioſ.10.b.10. & 15.f.41.

מַקְדֹנִי μακέδων Macedo, Hebraicè, idem. Græcè verò, excelſus vel eminẽs. G. qui ex Macedonia, 1.Mac.1.a.1. Act.16.b.9.

מַקְדֹנִים μακέδονες Macedones, Idem. p.n.G. Act.19.f.29.

מַקְדֹנִיָּה μακεδονία Macedonia, Excelſa, vel eminens. G. Prouincia. Act.16.b.9

מַקְהֵלוֹת μακηδών Macelóth, Eccleſiæ, vel cœtus, aut congregationes. Nomen loci ad quem profecti ſunt filii Iſraël de Harada, Numer.33. d.25.

מַקְּלוֹת μακεδδώθ μακελλώθ Macelóth, 1.Par.8.c.31. & 9.g.37. & 27.a.4. Virgæ aut baculi, ſiue voces, aut leuitates, vel deſpectiones. Filius Abigabaon, filius Iahiel, 1.Par.9.f.35.

מַקְנֵיהוּ μακκανία Macenias, Poſſeſſio Domini, ſiue emptio Domini, aut pecus vel armentum Domini, ſiue ædificatio Domini. Sacerdos 1.Par. 15.c.18.

מַעֲכָה μααχά μακχαβαῖος Machá, Compreſſa, vel attrita, aut fixa. Nomen regis, 2.Regum 10.b.6.

Machabæus, Percutiens. Græcè verò, pugnator. D. Filius Mathathiæ, 1.Mach.2.a.4.

Machati, Vide Maachati.

מַכְבַּנַּי μαχαβανί Machbanái, Miſer, ſiue pauper filius meus, aut paupertas vel humiliatio filii aut intelligentiæ vel ædificationis. Nomen principis, 1.Par.12.b.13.

מַכְבֵּנָה μαχβανά Machbená, Paupertas, vel percuſſio filii eius, aut paupertas, ſiue percuſſio intelligentis vel ædificantis. Nomen loci, 1.Paral.2.f.49.

מַכִּי μαχί Machi, Percuſſor, aut pauper, vel humilis. Pater Guel principis tribus Gad, Num.13.a.16.

מָכִיר μαχείρ Machír, Vendens, ſiue cognoſcens. Filius Manaſſe, Gen.50 d.23. Pater Galaad, Num.26.d.29.& 1.Par.2.c.21.& 23.& 7. c.14. & 15. Filius Ammihel, 2. Reg.9.b.4.

מָכִירִי μαχειρί Machiritæ, Vendentes, ſiue cognoſcentes. Familia quædã, Num.26.d.29.

מִכְמָשׂ μαχμάς Machmás, Percuſſor, vel pauper ablatus, aut percuſſor, vel pauper palpans, ſiue tangens vel auferens. Nomen vici magni ſiue oppidi in confinio Beniamin, & Ephráim, 1. Reg.13.a.2. in quo partem impedimentorum depoſuit Sennacherib, vt celerius iret oppugnatum Ieruſalem, Eſa.10.g.28.

מִכְמָס μαχμάς Machmás, 1.Eſdr.2.b.27. Nehem.7.e.31. Occultatio, vel percuſſoris aut pauperis tributum.

מִכְמְתָת μαχθαθ Machmethátb, ſiue Machmathath, Percuſſoris vel pauperis donum, aut percuſſoris vel humilis mors. Terminus tribus Manaſſe in ſorte Ephráim, Ioſ.16.b.6.& 17.b.7.

Machtes. Vide Pila.

מֵדְבָא μαδβά Madaba, 1.Mac.9.d.36.37. Vide Medaba.

מָדַי μαδαί Madái, Menſura, ſiue iudicans, aut indumentum. Filius Japheth, Gen.10.a.2. Hic primus Medorum genti nomen indidit.

מָדָן μαδάν Madán, Litigium, ſiue iudicans, aut menſura, vel indumentum. Filius Abrahæ ex Cetura, Gen.25.a.2.

מַעֲדִיָּה μααδίας Madiá, Solennitas, vel feſtiuitas Domini, ſiue adornatio vel teſtimonium aut fœdus Domini, vel tranſiens Dominus. Nomen viri, 2.Eſd.12.a.5.

מִדְיָן μαδιάν Madián, Iudicium vel iudicans, ſiue litigans, aut obiurgans. Filius Abrahæ ex Cetura, Gen.25.a.2.& 36.d.35. A quo ciuitas trans Arabiam ad Meridiem Iudææ ſita, in deſerto Saracenorum contra Orientem Maris rubri: vnde Madianitæ. Alia vrbs eſt iuxta Arnonem & Ariopolin, cuius nunc ruinæ tantùm demonſtrantur, vbi Hobab, ſiue Iethro ſocer Moſis ſacerdos Madian habitauit, Exod.2.c.15. Act.7.d.29.

מִדְיָנִי μαδιναῖος Madianita, Madianitæ, Idem.

מִדְיָנִים μαδιναῖοι Madianitæ, Idem. p.n. Gen 37.f.28.

מִדְיָנִית μαδιαυῖτη Madianitis, Idem. f.n.f.g. Num.25.b.6.

מַדְמֵנָה μεδμηνᾶ Madmená, Menſura numeri vel muneris, aut indumenti munus, vel indumenti præparatio, aut numerus vel ſterquilinium. Ciuitas tribus Iudæ, 1.Paral.2.f.49. quæ & Berſabee dicitur. Sunt tamen qui ſentiant non ipſam eſſe Berſabee, verùm in eius vicinia ſitam. Dicitur & Madmen.

מָדוֹן μαδών Madon, Iurgium aut indumentum, vel menſura eius. Ciuitas regis Iobab, Ioſ.11.a.1.

מַגָּלָה σμογύλωσις Magalá, Semita, vel circulus, aut rotunditas, ſiue currus, vel plauſtrum, aut vitula. Nomen loci, 1.Reg.17.c.20.

מַגְדָּלֵנִי μαγδαλινή Magdalena, Magnifica vel magnificata, aut exaltata, vel turris. D. Mulieris nomen, Matt.27.f.56. Luc.8.a.2.

מִגְדַל־גָּד μαγδαλγάδ Magdal-gád, Turris felix vel accincta, ſiue magnitudo felicitatis, vel magnitudo accincta. Ciuitas tribus Iudæ, Ioſ.15. e.37.

מִגְדַּל־אֵל μαγδαλιήλ Magdal-él, Turris ſiue magnitudo Dei. Ciuitas in tribu Nephthali, Ioſ.19.c.38.

מִגְדָּל μαγδαλ Magdalum, Turris vel magnitudo. Vrbs Ægypti, Iere.44. a.1. Exod.14.a.2. Num.33.b.7.

מַגְדִּיאֵל μαγδιαῶ Magdiel, Annuntians, vel euangelizans Deum, ſiue pomũ Dei, id eſt fructus electus Dei. Ciuitas eſt Idumæorum principum, Gen.36.d.43.& 1. Paral.1.d.59. Eſt & in quibuſdam exemplaribus ciuitas tribus Iſſachar, Ioſ.19.c.38. ſed illic debet legi Magdalel.

מַגְדָּלָה μαγδαλά Magedan, Matt.15.d.39. in Græco, Magdala, & Hebraicè interpretatur turris, vel magnitudo. D. Ciuitas eſt in litore ſtagni Genezareth, ſiue maris Galilææ. Hieronymus hanc regionem nunc Macedan contra Ieraſan ſcribit in locis Hebraicis. A quibuſdam dicitur & Dalmanutha regio, & Magdalum, ſita inter lacum Genezar & Thabor.

מְגִדּוֹ μαγγαδώ Mageddó, Annuntiatio, vel euangelizatio, aut pomum, ſiue fructus electus. Ciuitas in tribu Manaſſe, Ioſ.12.d.21.& 17. c.11. quam inſtaurauit Salomon, 3.Reg.9.c.15. & 1.Paral.7. f.29. Locus in quo occiſus eſt Ioſias, 4.Reg.23.f.29.

מְגִדּוֹן πεδίον ἐκκοπτομένον Mageddón, Idem, Zach.12.d.11.

מָגֵת μαχέθ Mageth, Torcular, aut liquefactio. D. Ciuitas Galaad, 1.Machab.5.c.26.

מָגוּס μάγοι Magi, Sapientes, vel philoſophi: aut qui præſunt ſacris, id eſt, ſacerdotes. Perſicum eſt, Matt.2.a.1.

מָגוֹג μαγώγ Magóg, Tegens, vel tegulans, aut tabefactus, vel liquefactus. Filius Iapheth, Gen.10.a.2. A quo Scythæ genus ducũt, qui primùm Magogi dicti ſunt, Apoc.20.c.8.

מְגֹרוֹן μαγγαδώ Magrón, Timor, ſiue horreum, aut de gutture. Vrbs in Iuda aut Beniamin, per quam tranſiit Sennacherib cùm iret oppugnatum Ieruſalem, Eſa.10.g.28.

מַחֲלַת μαελλέθ Mahaláth, Chorus, ſiue infirmitas: aut Syriacè, venia, Pſal. 52.a.1. Heb. 53. & 87.a.1. Heb.88. in titulo. Vxor Roboam, 2.Par.11.d.18.

מַחְלוֹן μαελών Mahalóñ, Idẽ. Filius Elimélech Beth-lehemitæ, Rut.1.a.2.

מַחֲנַיִם μαναείμ Mahanáim, numero duali, Caſtra, turmæ. Nomen loci non procul à monte Galaad, in quo obuiam facti ſunt angeli patri noſtro Iacob, ab ipſo propterea impoſitum, quòd duas turmas vidiſſet in eo loco, ſuam, & angelorum, Geneſ.32.a.2. Ioſ.13. c.26.d.30.& 3.Reg.4.b.14. Ioſ.21.c.38. & 1.Par.6.g.80. Vide Manaim & Caſtra.

מַחֲרַי μαχαεί Maharái, Accelerans, ſiue dotatio, aut montanus, vel de monte meo. Nomen viri, 2.Reg.23.d.28.& 1.Par.11.f.30.

מַחַת μαάθ Mahath, Abſtergens, aut delens, ſiue confringens, aut formidans: aut Syriacè, percuſſio. Filius Amaſai filii Elcana, 1.Paral.6.c.35.& 2.Par.29.b.12.& 31.c.13.

מַחֲזִאוֹת μαζιαῶθ Mahazióth, Videns ſignum, aut videns literam. Nomen viri, 1.Par.25.b.4.

מַחֲלַת μαελέθ Mahéleth, Chorus vel cithara, aut infirmitas: vel Syriacè, venia. Tertia vxor Eſau, filia Iſmahelis, Gen.28.b.9.

מַחִירָא μαϊδά Mahidá, Ænigma, aut acumen, vel radens ſiue abſtergens manum: aut Syriacè, percuſſa manus. Nomen viri, 1. Eſdr.2. c.52.& 2.Eſd.7.e.54.

מָחִיר μαχίρ Mahir, Pretium. Filius Chelub fratris Sue, 1.Par.4.b.11.

מָחוֹל μαχώλ Mahol, Chorus, vel cithara, aut infirmitas, ſiue arenoſus: aut Syriacè, venia. Nomen viri, qui fuit Binomius: Ezrahah enim aliter dicitur, vnde Etham Ezrahites, id eſt, filius Ezrah, 3.Reg.4.d.31.

מַחֲמִים μαειμ Mahumites, Nuntians, vel delens, aut radens, vel medullæ. Nomen viri, 1.Par.11.g.46.

מִימָן μειμάμ Maiman, Dexter, aut aquas præparans. Nomen viri, 1.Par. 24.b.9.

מַלְאָכִי μαλαχί Malachias, Angelus, ſiue nuntius meus. Heb. Malachi. Nomen prophetæ, Malach.1.a.1. ἄγγελος.

מְלָכִים μαλαχείμ Malachim, Regum. f. liber. Scribendum Melachim.

מְלָלַי μαλλί Malalái, Circuncíſio, vel locutio mea. Nomen viri. 2.Eſdr. 12.c.35. LXX. non tranſtulerunt.

מַהֲלַלְאֵל μελελεήλ Malaleél, Laudans Deum, vel illuminatio Dei. Filius Cainan, Gen.5.b.12. Luc.3.g.37. Heb. Mahalaleel.

מְלָצָר μολοσάρ Malaſár, Circuncíſio anguſtiæ, vel vinculi, ſiue diſpenſator. Nomen viri, Dan.1.c.11.

מַלְכּוֹשׁ μάλχος Malchus, Rex, vel regnum, aut conſiliarius. D. Nomen illius cui Petrus auriculam abſcidit, Ioan.18.b.10.

מַלּוֹתָא μαλλώθαι Mallotæ, Adimplentes, vel adimpleti. D. Nomen populi, 2. Mach.4.e.30.

מָלוּךְ μαλώχ Malóch, Regnans, aut conſulens. Filius Azabiæ filii Amaſiæ, 1.Par.6.d.44.

מַמְרֵא μαμβρῆ Mambré, Rebellis, aut amarus, vel commutans, vel permutans.

tans.Ciuitas,Gen.13.d.18. quæ & Hebron & Arbee dicitur, Genes.23.d.19.& 35.d.27. Sunt tamen qui dicunt locum esse in Hebron,dictum in quercubus, procul sex stadiis ab Hebron.Frater Eschol & Aner,Gen.14.b.13.Heb.Mamre.

ἰαμβρῆς Mambres , Idem . sed in Græco scribitur Iambres : & Hebraicè potest interpretari mare cum egestate vel paupertate. D.Vnus ex illis qui Moysi restiterunt,2.Tim.3.b.8.

μαμωνᾶ Mammona,Pecunia vel diuitiæ, aut cupiditas . Syrum est, D.Luc.16.c.9.

מְמוּכָן μεμυχάν Mamuchán,Paratus,vel certus,aut depauperatus, vel percussus.Dux Persarum,Esth.1.c.16.

מַמְזֵר ἐκ πορνῆς Mamzer,De scorto natus,Deut 23.a.2.

מָן μάν Man,Donum,aut munus,aut quid?Exod.16.g.31.d.15.

מְנַחַת μαναάθ Manaháth,Requies , aut munus , siue præparata formido, vel confiactio,aut numerus stuporis : vel ex Hebræo & Syro, præparata descensio,vel numerus descendens.Filius Sobal filii Seir, Gen.36.c.23. & 1.Paral.1.c.40. Est & regionis nomen, 1.Par.8.a.6.

מְנַחֵם μανάμ Manahem,Consolator,aut ductor eorum, siue præparatio caloris,aut munus incensum, vel numerans calefactionem.Filius Gaddi, 4.Reg.15.c.14.

מַחֲנַיִם μαναίμ Manáim , Castra. Ciuitas quæ est terminus tribus Gad in regione Galaaditide,Leuitis,& in vrbem refugii data , Ios.13. d.26. & 21.d.38. & 1.Par. 6. g.80. & 3.Reg.4.c.14. Vbique scribendum exHebræo,Mahanáim:& idem locus cum eo qui Gen.32.a.2.Mahanáim scribitur.

מְנַשֶּׁה μαναασσῆς Manasse,siue Manasses,Oblitus,aut obliuio.Filius primogenitus Ioseph,Gen.41.f.51.Pater Efrihel,1.Paral.7.c.14.Filius Ezechiæ regis Iuda filii Achaz, 4.Reg.21.a.1. & 1.Par.3. c.13.Matt.1.b.10.

מָנָא μανά Mané,Numeratus,vel numerans,Dan.5.g.25.

מָן הוּא Man-hu?LXX.interpretantur,τί ἐστι τοῦτο; Quid hoc? rectius, Man-hu,id est,donum est,Exod.16.c.15.

μάνλιος Manlius,Solutus,vel non ligatus.G.

μάννα Manna,Idem quod Man,Ioan.6.e.49.

מָנוֹחַ μανοῶς Manué,Requies,aut munus.Pater Samson,Iudic.13.a.2.

מָעוֹךְ μαώχ Maóch,Compressus,vel attritus, aut fixus . Pater Achis regis Geth, 1.Reg.27.a.2.

מָעוֹן μαών Maón,Habitaculum,siue delictum,vel de peccato. Ciuitas in tribu Iuda,Ios.15.g.55.Filius Sammái filii Recem,1.Paral. 2.f.45. Est & nomen solitudinis in campestribus ad dextram Iesimon, 1.Reg.23.d.24.

מְעוֹנֹתַי μαωναθει Maonathi,Idem.Filius Othoniel filii Cenez,1.Par.4.c.13.

מָעֻזִּים μαωζείμ Maozím,Fortificati, vel fortitudines, aut refugia . Nomen idôli,Dan.11.f.38.

מָרָה πικρία Mara,Amara, vel amaritudo. Quinta Israëlitarum mansio fuit:illuc enim Moyses proiecto ligno,amaras aquas in dulces vertit,Exod.15.d.23.Num.33.a.8. μαρὰθ.

מַחֲרַי μαρεί Marái,Accelerans,siue dotatio,aut montanus,vel de monte meo.Nomen viri,1.Par.27.b.13.

מְרָיָה ἀμαρίας Maraiá,Amaritudo, vel myrrha Domini , aut docens , vel præceptor Dominus.Nomen viri,2.Esd.11.a 12.

מְרָיוֹת μαειώθ Maraióth,Amaritudines, vel rebelliones,aut commutationes,vel permutationes.Nomen viri, 2.Esd.12.a.15.Vide Meraioth.

מָרָן אֲתָא μαράν ἀθά Maran-atha,Dominus noster venit.Syrum est, 1.Cor.16. d.22.

מַרְקוֹס μάρκος Marcus,Limatus,vel fricatus,aut expolitus,id est, à rubigine absterfus.D.Act.12.c.12.consobrinus Barnabæ, Coloss.4. b.10.Marcus,cognomen cuiusdã Ioannis,de quo Act.15.g.37

מָרְדְּכַי μαρδοχαῖος Mardochái,Amara contritio,vel myrrha contrita,siue docens contritionem:aut ex Hebræo & Syro, myrrha purissima. Nomen viri, 1.Esd.2.a.2.

μαρδοχαῖος Mardochæus,Idem.Filius Iair filii Semei,patruus Esther, Esth.2.a.5.& 2.Esd.7.b.7.

יַם סוּף θαλάσσα ἐρυθρὰ Mare rubrum , ad Austrum Iudææ , à Græcis Erythræum mare dicitur,auctore Pomp.Mela lib.3.Strabone lib.16.Aliis etiam Sinus Persicus & Arabicus , teste Plinio libro 6.cap.24. Hebræis dicitur Iamsuph,id est,Mare iunceum,vel cannosum quòd eius in littore abundent iunci vel cannæ . Alii volunt ex fundo maris illas prodire & nasci cannas. Obseruandum etiã, Mare Suph,aliquoties sumi pro Mari falso vel mortuo,quòd sit carectosum. Illic iuxta rubrum pelagus septima fuit mansio Israëlitarum,Num.33.b.10.

מֶרֶס μέρες Mares,Irroratio, vel distillatio : aut Syriacè , apostema vel confractio.Nomen principis cuiusdam, Esth.1.c.14.

מָרֵאשָׁה μαρησά Maresa,A capite,vel à principio,aut caput, vel principium, siue hæreditas,aut amaritudo mulieris,vel amara mulier.Ciuitas in tribu Iuda,Ios.15.f.44.eadem quæ & מרשה

מַרֵשָׁה μαεισά Maresa,1.Par.4.d.21.& 2.Paral.11.b.8.& 14.c.9.& 20.g. 37.interpretatur à capite,vel à principio, aut hæreditas , vel amaritudo agri.Ciuitas in tribu Iuda , patria Michææ prophetæ,nam inde מורשתי appellatur , Mich.1.a.1. Quam munuit siue instauraui Roboam,2.Par.11.b.8.Nomen viri, 1.Par.2. e.42.& 4.d.21.

מַעֲרַת μαραώθ Maréth,Spelunca,vel euacuatio, aut effusio,siue discooperiens,aut euigilans.Ciuitas in tribu Iuda, Ios.15.g.59.

מִרְיָם μαειάμ Maria,Exaltata,vel amaritudinis mare , aut myrrha maris, siue doctrix,vel magistra maris:aut ex Syro & Hebræo, domina maris.Filia Amran filii Caath,soror Aaron & Mosis,Exod. 6.c.20.& 15.c.20.Numer.12 a.1.Filius Ezra,1.Paral.4.c.17. Nomen item Virginis quæ Christum tulit in vtero , Matth.1. c.16.Soror item Marthæ sororis Lazari,Luc.10.g.39.Ioan.11. c. 19.Hebr. Miriam . De quadam Maria loquitur & Paulus, Rom.16.a.6. μαρία

Mariam,Idem.Viri proprium,1.Par.4.c.17.

מִרְמוֹת μαειμώθ Marimuth,Amaritudo,vel myrrha mortis, aut altitudines siue fraudulentiæ.Nomen viri,1.Esd.10.d.35.

מִרְמָה μαρμία Marma,Dolus,vel fraudulentia,siue altitudo, vel extollés se.Filius Saharaim ex Hodes vxore sua, 1.Par.8.b.10.

מַרְסְנָא μαρσενά Marsená,Amaritudo,aut myrrha rubi vel inimici,aut ostẽdens rubum vel inimicum.Nomen principis,Esth.1.c.14.

מַרְתָא μάρθα Martha, Prouocans , siue amaricans: vel Syriacè, domina vel doctrix.D.Soror Mariæ sororis Lazari illius quem suscitauit Christus,Luc.10.g.38.Ioan.11.b.20.

מִשְׁעָל μισαλά Masaa,Corruptè legitur,Ios.21.c.30.De tribu autem Aser, Masaa & Abdon,pro Messal.

מָשָׁל μασέλ Masal,Parabola,aut imperans,vel dominans.Ciuitas in tribu Aser,1.Par.6.f.74.quæ Ios.19.b.26.dicitur Messal.

מִשְׁעָלוֹת μισαλώθ Masaloth,Idem.p.n.D.Vrbs,1.Mach.9.a.2.

מִצְפָּה μασηφά Masephá,Speculatio,siue specula,aut cooperimentum, vel expectatio.Ciuitas in tribu Iuda,Iosue 15.f.38.quæ aliàs Maspha dicitur.

מַשְׂרְפוֹת מַיִם μασερεφώθ μασρεφώθ Maserephóth, In Hebræo est Maserephoth-maim, id est, adustiones,incendia , combustiones aquarum . Locus est vbi excoquunt aquam ad ignem,refrigerandoque , salem faciunt. Commẽtator Hebræorum super Iosue sic inquit,Salinæ sunt vbi aqua maris trahitur ad fossas ad hunc vsum factas , & sole siccatur,Ios.11.b.8.& 13.a.6.Regio Sidoniorum.

מַשְׂרֵעִי μασρεί Masereí,Stratum,siue auferens,vel tangens socium vel amicum aut pastorem vel malitiam.Filius Sobal filii Hur, primogenitus Caleb ex Ephratha concubina,1.Par.2.g.53.

מִשְׁמָע μασμά Masma,Exauditio, siue audiens, vel obediens. Filius Ismahelis,Gen.25.b.14.& 1.Par.4.c.25.

מִשְׁמַנָּה μασμανά Masmaná,Pinguedo,aut oleum eius,siue tangens,vel auferens præparationem vel munus aut numerum . Nomen viri principis,1.Par.12.b.10.

מִצֹּבָיָה μασοβία Masobiá,Statio Domini,siue stans Dominus,aut damula. Nomen loci,1.Par.11.g.47.

מִצְפָּה σκοπία . μασηφά. μασφά Masphá,siue Masphe,Speculatio,siue specula , aut cooperimentum,vel expectatio. Ciuitas in tribu Iuda , quam ædificauit Asa rex Iuda,3.Reg.15.e.22. quæ Ios.15.f.38. Masepha dicitur iisdem consonantibus & punctis,& Masphe,Iosue 13. d.26.Est & locus Galaad,1.Reg.22.a.3.& 4.Reg.25.f.23.vbi pactum inierunt Laban & Iacob,Gen.31.g.49.

מִצְפָּתָה μασηφά Masphath, Speculatio, siue specula , aut cooperimentum, vel expectatio . Ciuitas quæ & Maspha dicitur in tribu Iuda, 1.Reg.7.b.7.Ier.40.b.6.& 41.d.14.& 16.

מַשְׂרֵקָה μασικᾶς Masrecá,Sibilus,vel sibilans,aut attractio vanitatis, vel tangens vanitatem vel vacuitatem,aut vitis.Ciuitas Idumææ , regia Semlæ quinti regis in Edõ,Gen.36.d.36.& 1.Par.1.d.47.

Massa,Tentatio .Nomen loci , qui & מריבה Iurgium dicitur,Exod.17.b.7.

מַשָּׂא μασά. μασά Massa,Onus,siue assumptio:vel aliquando translatiuè,prophetia.Filius Ismahelis,Gen.25.b.14.& 1.Par.1.b.30.

מַתָּן ματθάν Matthán,Donum,vel lumbus, siue mors eorum : aut Syriacè,expectatio,vel spes.Pater Saphatiæ,Ier.38.a.1.Sacerdos Baal,2. Par.23.d.17.

מַתָּנָה ματθαναί Mathaná,Idem.Solitudinis nomen,Num.21.d.18.

מַתְנַי μανθανεί μ Mathanái,Idem.Nomen viri, 1.Esd.10.d.33.

מַתַּנְיָה ματθανίας Mathania, siue Mathanias , Donum Domini , vel lumborum Dominus,aut ex Syro & Hebræo,spes Domini.Filius Iosiæ,patruus Ioachin,frater Ioacim siue Eliacim,à Nabuchodonosor Sedecias nominatus,4.Reg.24.d.17.Filius item Micha 1.Par.9 c.15.& 2. Par.29.c.13.

מַתַּנְיָהוּ ματθανίας Mathaniáu , Donum Domini , vel lumborum Dominus: aut ex Syro & Hebræo,expectatio Domini.Nomen viri, 1.Paral.25.a.4.

מַתְנִי ματθανί Mathanites,Donum,aut lumbus:aut Syriacè, spes,vel expectans,1.Par.11.g.43.

ματθάτ Mathat,Donum , vel donans. D. Pater Heli patris Ioseph viri Mariæ,Luc.3.e.24.

מַתַּתָּה ματθαθά Mathát,siue Mathathátb,Donum eius. Nomen viri,1.Esdræ 10.d.33.

מַתִּתְיָה ματθαθία Mathathiá,siue Mathathiás,Donatus à Domino , vel donum Domini.Pater Iudæ Machabæi , 1.Mach.2.a.2. Primogenitus Sellum Coritæ,1.Par.9.e.31.Sacerdos,1.Par.15.c.18

ματθίας Mathias, Donum Domini.D.Act.1.d.23.

מַתּוּשָׁאֵל ματουσαλά Mathusaél,Mortem suam postulans,aut mors sua infernus vel sepulchrum.Filius Mauiael,Gen.4.c.18.

מְתוּשֶׁלַח ματθουσάλα Mathusalá, Mortem suam misit, aut mortis suæ arma: vel ex Hebræo & Syro, mortem suam spolians, vel mortis spoliũ. Filius Henoch filii Iared, Gen. 5.c.21. Luc. 3.g.37.

מַטְרֵד ματρεὶθ Matred, Virga descendens, aut virga imperantis, siue lectuli descensio vel imperium: aut Syriacè, labor. Pater Meetabel vxoris Adar regis in Edom septimi, Gen. 36.d.39.

מַתַּתָא ματθαθά Mathatha, Idem quod Mathathia, Luc. 3.f.31.

מַתַּתִּיָה ματθαθίας Mathathias, Idem. Luc. 3.e.26.

מַתָּי ματθαῖος Matthæus, Donatus. D. Nomen apostoli, Matth. 9.a.9. qui & Leui dictus est, Mar. 2.b.14.

Matthias, 2. Mach. 14 c.19.

מְחוּיָאֵל μαηὶλ Mauiaél, Annuntians Deum, aut radens vel delens Deus: vel ex Syro & Hebræo, percussus à Deo. Filius Irad, Genes. 4. c.18.

מְהוּמָן ἐμὰν Maumán, Turbatus, aut tumultuans, vel multitudo. Nomẽ eunuchi cuiusdam, Esth. 1.b.10.

M E

מְכֵרָתִי μεχωεραθί Mecherathites, Venditio, aut cognitio, 1. Par. 11.g.36.

מְכְמָשׁ μεχμὰς Mechmás, Percussor, vel pauper ablatus, aut percussor, vel pauper palpans vel tangens, siue auferens. Nomen oppidi in tribu Ephráim, 2. Esdræ 11.d.31. qui 1. Regum 13.a.2. dicitur Machmas, iisdem consonantibus & punctis.

מַכְנַדְבַּי μαχναδαί Mechnedebai, Percussor, vel pauper vouens, siue spontaneus: aut percussio, vel paupertas vouentis vel principis aut spontanei. Nomen viri, 1. Esd. 10.d.40.

מֵידְבָא μηδαβά Medabá, Aquæ doloris: vel ex Hebræo & Syro, aquæ manantes. Vrbs Arabiæ in tribu Ruben, Num. 21.f.30. Ios. 13.b.9 & 1. Par. 19.b.7. Esa. 15.a.2.

Medalaa, Corruptum in quibusdam exemplaribus pro Medaba, Ios. 19.a.11.

מֵידָד μωδὰδ Medád, Mensurans, siue aquæ dilectionis vel vberum aut patrui. Nomen viri super quem requieuit Spiritus Domini in castris, Num. 11.f.26.

מִדִּין μαδδὶν Meddín, Iudicium, siue litigans, aut obiurgans. Ciuitas in tribu Iuda, Ios. 15.g.61. Hebraicè Middin.

מְדְמֵנָה μεδημενά Medemená, Mensura muneris vel numeri, aut indumenti munus, vel indumenti præparatio, aut stercquilinium. Ciuitas tribus Iudæ, quę aliàs Bersabee dicitur, Ios. 15.e.31. Per quam transit Sennacherib cum iret oppugnatum Ierusalem, Esa. 10 g.31. Sunt tamen qui Medemena sentiant diuersam esse à Bersabee ciuitatem, sed tamen vicinam.

מַדְמֵנָה

Medena, Mensura, vel abundans, siue indumentum. Prouincia, de qua 1. Esd. 6.a.2. Heb. Madai.

מָדַי πόλις μήδων μῆδοι μηδία Medi, Idem. p.n. Populi, Esa. 13.c.17. Act. 2.b.9.

שֶׁמֶד σαμείδ — Sámad, Destruens, siue exterminans, aut conterens. Filius Elphaal filii Mehusim, 1.Para.8.b.12.

שְׁמַעְיָה σαμαίας — Samaiá, siue Samaia., Audiens Dominum, vel obediens Domino. Pater Semri patris Idaiæ, 1. Para.4.f.37, Filius Ioel, 1.Para.5.a.4. Alius fuit Gabaonites, qui 1.Para 12.a.4. dicitur Hebraicè ישמעיה

שְׁמִחוּת σαμαώθ — Samaóth, Desolatio, vel perditio, aut stupor, siue ibi iniquitas, aut nomen iniquitatis, vel desolans, aut perdens iniquitatem. Nomen viri, 1.Para.27.b.8.

צְמָרַיִם σαμαρείμ — Samaráim, Lanæ, aut medullæ, s. arborum, Ciuitas in tribu Beniamin, Ios.18.d.22.

Samarái, h,

שִׁמְרַת σαμαράθ Samaráth, Custodia, vel adamas, aut vepres, vel spina, seu fæx. Filius Semei, 1. Para. 8. b. 21.

צָמָרִי σαμαραῖος Samaræus, Lana, vel medulla, scilicet arborum. Filius Chanaan, Gen. 10. c. 18. Hic Edessam incoluit.

שֹׁמְרוֹן σαμορών Samaria, Custodia, vel adamas, aut vepres, vel spina, seu fæx eius. Nomen montis. 3. Regum 16. e. 24. Vrbs item Syriæ inter Iudæam & Galilæam media, auctore Iosepho libro 3, capite 2. ab Amri Israelitici populi rege condita. iste enim, Simeron siue Sameron, vel (vt transtulit vetus interpres) Samariam montem á quodam Semer emit: ciuitatemque quam in montis vertice extruxerat, à vendentis nomine, Simeron, siue, (vt transtulit vetus interpres, 3. Reg. 16. e. 24) Samariam appellauit. Hac deinde reges Israelitarũ pro regia vsi sunt. Aliás, vt Eusebius testatur, Ecthenias est dicta. Mox post Hircani Iudæorum pontificis expugnationem, ab Herode rege iterum ædificata, atque in honorem Augusti, Græco vocabulo σεβαστή nominata est. Stephano, Neapolis quoque nominatur, Iosue 11. a. 1. & 4. Reg. 6. f. 24. Esa. 7. b. 9, & 10. b. 9.

שֹׁמְרוֹן vel שֹׁמְרוֹן σαμαρεῖας Samaria, siue Samarias, 1. Paral. 12. a. 5, & 1. Esd. 10. d. 32, Custodia Domini, aut adamas Domini, seu vepres vel spina Domini. Nomen viri.

שֹׁמְרוֹנִים σαμαρεῖται Samaritani, Custodes, vel adamantini, siue spinosi, aut fæces, vel fæculenti. Populi, Luc. 9 g. 52, & 2. Esdræ 4. a. 2.

σαμαρείτης Samaritanus, Idem. s. n. Luc. 17. d. 16.

σαμαρεῖται Samaritæ, Idem quod Samaritani. 4. Reg. 17. e. 29.

Sameron, Vide Semeron meron.

שַׁמְגַּר σαμεγάρ Samgár, Nominatus aduena, siue ibi peregrinus, vel certãs, aut nominis ruminatio, vel desolatio, siue stupor aduenæ vel ruminantis aut certantis. Filius Anath, iudex in Israel, Iudic. 3. d. 31.

שָׁמִיר σαμίρ Samir, Custodia, seu vepres, vel spina, aut adamas, vel fæx. Ciuitas in tribu Iuda, in montanis Ephraim, Ios. 15. f. 48. Iudic. 10. a. 1. Nomen viri, filius Micha, 1. Para. 24. c. 24.

שַׁמָּה σαμαά σαμά Sammá, Perditio, siue desolatio, vel stupor, aut ibi, siue nomen aut nominatus, vel appositus. Filius Isai patris Dauid, 1. Reg. 16. b. 9: qui 1. Para. 2. b. 13, dicitur Simmaa. Filius Rahuel filii Esau, Genes. 36. b. 13. 17, & 1. Paralip. 1. c. 37. Filius Supha filii Helem, 1. Para. 7. g. 37.

שַׁמָּע vel שַׁמָּא σαμά Sámma, 1. Par. 2. f. 43, & 8. b. 13, Audiẽs, vel obediẽs. Filius Hebron. Filius item Azaz, 1. Par. 5. a. 8. Filius Hota, 11. g. 44.

שַׁמַּי σαμαί Sammái, Nomen meum, aut desolatio vel perditio mea, siue stupor, aut cæli. Filius Recem filii Samma, 1. Paral. 2. f. 44. Filius Ezra, 1. Paral. 4. c. 17.

שַׁמּוֹת σαμμώθ Sammóth, Nomina, vel desolationes, aut perditiones, siue stupefactiones. Nomen viri, 1. Paral. 11. f. 27.

שַׁמּוּעַ σαμού Sammúa, Audiẽs, vel obediẽs. Filius Zechur, Num. 13. a. 5. Filius Dauid, 2. Reg. 5. c. 14, qui 1. Par. 3. b. 5. dicitur Simmaa.

σαμοθράκη Samothrace, Arenosa, & aspera. G. Insula in sinu Pacusiaco, e regione Thraciæ: sic dicta quòd eam insulam Samii & Thraces incoluerint, Act. 16. b. 11.

שִׁמְרִי σαμβρί Samri, Custodiens, siue spina, aut fæx, vel adamas. Nomen viri, 2. Par. 29. c. 12. Pater Iedihel, 1. Par. 11. g. 45.

שִׁמְשַׁי σαμψά Samsái, Sol meus, aut nomen muneris, siue ibi munus: aut Syriacè minister. Nomen viri, 1. Esd. 4. b. 8.

σαμψάμη Samsame, Nomen auditum, vel famosa auditio. D. Nomen loci, 1. Mach. 15. d. 23.

שַׁמְשְׁרַי σαμψαρί Samsári, Nomen cantantis, vel dominantis, aut ibi cantor, vel ibi dominans. Filius Ieroham, 1. Par. 8. c. 26.

שִׁמְשׁוֹן σαμψών Samsón, Sol eius, aut nominis iteratio vel secundatio, siue mutatio, vel nomen dormientis, aut ibi dormiens: vel Syriacè, seruitium, aut ministerium eius. Melius vertas paruus sol, vt sit diminutiuum à שמש Filius Manue, Iudic. 13. d. 24.

שְׁמוּאֵל σαμουήλ Samuél, Positus à Deo, aut nomen eius à Deo. Filius Ammiud, Num. 34. d. 20. Filius Thola filii Issachar. 1. Para. 7. a. 2. Filius Elcanæ ex Anna vxore altera, Propheta, 1. Reg. 1. c. 20, & 1. Para. 6. c. 33.

שַׁמּוּעַ σαμαά Samúa, Audiens, vel obediens. Filius Dauid, 2. Reg. 5. c. 14, & 1. Para. 14. b. 4: qui Sammúa 1. Par. 3. b. 5. dicitur, iisdem consonantibus & punctis apud Hebræos.

σάμος Samus, Arenosa. G. Insula in mari Ægæo, Act. 20. c. 15, & 1. Mach. 15. d. 23.

סַנְבַלַּט σαναβαλάτ Sanaballát, Rubus in abscondito, vel in inuolutione: aut ex Syro & Hebræo, inimicus in abscondito vel in inuolutione. Nomen viri, 2. Esd. 2. b. 10.

צִנָּן σενάμ Sanán. Frigiditas, siue scutum, vel arma. Ciuitas in tribu Iuda, Ios. 15. e. 37.

שְׂנִיר σανίρ Sanir, Dormiens lucerna, vel nouale, siue iteratio vel mutatio, aut secundatio lucernæ vel noualis, aut mutatio vel iteratio, aut secundatio docentis vel ostendentis. Mons qui & Hermon, & Sarion dicitur, Deut. 3. b. 9. Ezec. 27. a. 5. Vide 1. Par. 5. d. 21. Vocatur & שׂ Sion, Deut. 4. g. 48. Vide Hermon.

סַף ἐπισυγκλείων Saph, Peluis, crater, phiala, limen, postis qui vtrinque in porta erigitur: finis vel consummatio: iuncus vel pelagus. Nomen gigantis. 2. Reg. 21. d. 18.

סַפִּי σαφί Saphái, Limen, vel superliminare, aut hydria vel phiala, seu finis vel consummatio. Nomen gigantis, 1. Par. 20. c. 4. qui 2. Reg. 21. d. 18, dicitur Saph.

שָׂפָם σαφάν Saphám, Barba, siue labium aut ripa eorum, vel confractio aut solitudo eorum. Filius Gad, 1. Paral. 5. b. 12.

שָׂפָן σαφάν Saphán, Hericius aut cuniculus, vel chœrogryllus, siue absconditus vel reconditus, aut labium vel ripa, siue confractio earum. Scriba quidam filius Asalia, 4. Reg. 22. a. 3.

שָׁפָט σαφάτ Saphát, Iudex, vel iudicans. Filius Huri, Nume. 13. a. 6. Filius Elisei, 3. Reg. 19. c. 16. Filius Semeiæ filii Secheniæ, 1. Paral. 3. d. 22. Filius Gad, 1. Paralip. 5. b. 12.

שְׁפַטְיָה σαφατίας Saphatiá, siue Saphatias, Iudicans Dominus: siue iudicium Domini. Filius Dauid ex Abital, 2. Regum 3. a. 4. & 1. Para. 3. a. 3 Filius Rahuel, 1. Par. 9. b. 8. Vir Aruphites, 1. Paralip. 12. a. 5. Vide Ierem. 38. a. 1, & 2. Esd. 7. e. 59.

σαπφείρη Sapphira, Narrans, vel numerans, aut libraria vel literaria: aut Syriacè, formosa. D. Vxor Ananiæ illius qui Deo mẽtitus, ad verbum Petri mortuus est, Act. 5, a. 1.

שְׁפִמִי σαφαμί Saphomites, Labium, vel ripa aquarum, siue contritio aquarum, 1. Paral. 27. d. 27.

צָפוֹן σαφών Saphón, Aquilo, siue Absconditus, aut speculator. Nomen loci, Ios. 13. d. 27.

שָׂרָה σαῤῥά Sará, Domina, vel princeps. Vxor Abraham, Gen. 17. c. 15. Vide שרי Sarai.

שָׂרַח σαραά Sará, Gene. 46. b. 17. Nume. 26. e. 46, & 1. Paralip. 7. f. 46, Odorans vel domina odoris, aut canticum odoris Filia. Aser filii Iacob.

צָרַעַת σαρά σαραά Sará, siue Saraa, Ios. 19. c. 41. Iudic. 13. a. 2, & 16. g. 31, & 2. Esd. 11. d. 29, Lepra, aut scabies. Ciuitas in tribu Dan. Eadem & Sarea, Ios. 15. e. 33. dicitur.

שְׁאֵרָה σαρά σαραά Sará, 1. Paralip. 7. c. 24, Caro, vel consanguinitas, aut fermentum, siue residuum vel remanens. Filia Ephraim.

שַׂרְבִיָה σαρβία Sarabiá, siue Sarabias, Siccitas Domini, vel præualens cum Domino, aut psallens in Domino vel cum Domino. Nomen viri, 1. Esdr. 8. a. 4, & 18. c. 24.

שָׂרַי σάρα Sarai Domina mea, vel princeps mea. Vxor Abraham, Genes. 11. d. 29: filia Aran fratris mariti sui, quæ & Iescha ibidem dicitur, dicta est & Sara. Vide שרה Sara.

צָרְעִי σαραάθι Sarai, 1. Paral. 2. g. 54. Leprosus, vel scaber. Nomen viri.

שָׂרַי σαροά Saraitæ, Idem, 1. Paral. 2. g. 53.

שָׂרָיָה σαρά Sarái, 1. Esdr. 10. d. 40, Dominus aut princeps meus, si per ש vel canticum meum, si per שׂ scribatur.

שְׂרָיָה σαρά Saraiá, siue Saraias, Princeps Domini, vel canticum Domini. Filius Cenez, 1. Paral. 4. c. 14, & 6. a. 14, & 2. Reg. 8. d. 17. Filius Ezriel, Iere. 36. f. 26. Vide 4. Reg. 25. d. 18.

שָׂרָאִים σαραείμ Saaraim, Idẽ quod Saraim, Ios. 15. e. 36. & in Reg. 17. g. 52.

שָׂרָר σαρά Sarár, Vmbilicus, aut cogitatio, vel insidiatio, siue cantans, vel Dominus. Pater Ahíam, 2. Reg. 23. d. 33: qui 1. Paral. 11. g. 35. dicitur Sachar.

שַׂרְאֶצֶר σαρασάρ Saráfar, Præpositus thesauri, vel cellarii, aut psallentis thesaurus vel cellarium, seu qui videt angustiam: aut ex Syro & Hebræo, castrametatio angustiantis. Filius Sennacherib, 4. Reg. 19. g. 37. Esa. 37. g. 38. Principis cuiusdam nomen, de quo Zach. 7. a. 2.

צֶרֶת הַשַּׁחַר σαρθαί σαφάρ Sárath-áfar, Plasmatio matutina, aut angustia vel colligatio matutina, siue angustia vel figura nigredinis. Ciuitas in tribu Ruben in mõte Beth-phogor, Ios. 13. c. 19. Heb. Sarath-asahar.

צָרְעָתִי σαρδεῖς Sarathi, Leprosus, vel scaber. Vir, 1. Paral. 4. a. 2. σαραθί.

צָרְעָה σαραά Sardi, Sardorum, Princeps iucunditatis, aut canticum lætitiæ, vel id quod remanet vel relinquitur: aut Syriacè, cortina. D. Ciuitas, Apoc. 1. c. 11, & 3. a. 4.

שָׂרָיָה σαραίας Sarea, Lepra, vel scabies. Vrbs tribus Iudæ siue Dan, Ios. 15. c. 33. Eadem quæ & Sara siue Saraa dicitur.

שְׂרָיָה σαραβίας Sareas, Princeps Domini, aut canticum Domini. Filius Thanehumeth, Ierem. 40. c. 8.

שָׂרֶד σερέδ Sarebias, Siccitas Domini, vel præualens cum Domino, aut psallens in Domino vel cum Domino. Nomen viri, 2. Esd. 9. b. 4.

צְרֵדָה σαριρά Sared, Ablatio dominii vel descensionis: aut Syriacè, cortina. Filius Zabulon, Gene. 46. b. 14.

צְרֵדָתָה σαριδαθά Saredá, Angustia, vel colligatio dominii vel descensionis, aut plasmatio dominii vel descensionis. Patria regis Ieroboam, 3. Reg. 11. e. 26.

צְרֵדָתָה σαρεδεί Saredátha, Idem. Nomen loci, 2. Paral. 4. d. 17.

צָרְדִי σαρεφθά Sareditæ. Ablatio dominii, vel descensionis: aut Syriacè, cortina, Nume. 26. c. 26.

צָרְפַתָה σαρέπτα Sarephtá, Angustia buccellæ, vel panis, siue conflatio vel cõflatorium, aut angustiæ dilatatio vel persuasio. Ciuitas quasi in medio inter Tyrum & Sidonem sita, 3. Reg. 17. a. 9: quidam Franciam seu Galliam esse dicunt, Abdiæ g. 20.

שָׁרֶשׁ σάρος Sáres, Radix, vel catenula. Frater Phares filii Machir, 1. Paral. 7. d. 16.

Sareth, 1. Reg. 9. a. 1, non legitur in emendatioribus codicibus Latinis vt nec Hebraicé.

סַרְגוֹן ραφνᾶ Sargón, Auferens protectionem, vel corpus aut colorem, siue auferens hortum: aut Syriacè, rete vel retiaculum. Nomen

men regis, aliâs Sennacherib dicti, Esa. 20.a.1.

שְׂעַרְיָה σαρια.σαρεία Saria, Porta Domini, siue æstimatio vel appretiatio aut capillus Domini, vel hircus Domini, siue hordeum vel tempestas Domini, aut dæmonis Dominus. Filius Asel, 1.Paral.8.d. 38,& 9.g.44.Heb.Saaria.

Sarias, Idem quod Sareas.

שִׂרְיוֹן σειρών Sarión, Lorica, vel planities, aut canticum columbæ. Mons à Sidoniis sic vocatus, quem Amorrhæi Sanir vocant, Deut.3. b.9. Vide Sanir & Hermon.

שָׂרִיד σαρίδ Saríd, Relictus, vel remanens aut principis manus, siue cãticum manus. Terminus est Zabuloniæ tribus, Iosue 19.a.10.

שָׂרוֹחֵן ἀγροὶ αὐτῶν Sarohén, Princeps gratiæ, vel principis gratia, siue canticũ gratiæ. Ciuitas in tribu Simeon, Ios. 19.a.6.

שָׁרוֹן σαρών Sarón, siue Sarona, Planities, aut canticum eius. Regio est, teste Hieronymo, inter Tabirinum montem & lacum Tyberiadis, & à Cæsarea vsque ad Ioppen se vltrà extendens. Hæc pinguis & fertilissima est, 1.Paral.27.d.29. Esa.33.b.9.Act.9. f.35. Est & vrbis nomen in qua filii Gad habitauerunt, 1. Paral.5.c.16.

שָׁרוֹנִי σαρωνίτης Saronites, Planities, vel planus, siue cantans. Nomen viri, 1.Paral.27.d.29.

שַׂר סְכִים ναβουσαρσαχίμ Sar-sachím, Præpositus cooperimentorum, vel vnctionum. Vnus ex principibus regis Babylonis, Iere.39.a.3.

צַרְתַּן σάρθαν Sárthan, vel Sarthana, Tribulatio siue angustia, aut colligagio, siue plasmatio, aut figuratio, vel angustiam dans. Locus nõ procul à Iezrahele, 3.Regum 4.b.12,& 7.g.46.Ios.3.d.16.

שָׂרוּג σερούκ Sarúg, Palmes, vel sarmentum, siue ramus, aut conuolutio. Filius Reu, Gen.11.c.20. Luc.3.g.36.

צְרוּיָה σαρουΐα Saruiá, Angustia vel tribulatio Domini, aut colligatio siue plasmatio vel figuratio Domini. Mater Abisai, filia Isai patris Dauid, 1.Reg.26.a.6,& 1.Par.2.b.16.

שַׁשְׁבַּצַּר σασβασσάρ Sassabasar, Gaudium in tribulatione vel angustia, aut gaudii perhibitio vel munitio, siue gaudium vindemiæ, vel sexta angustia, aut linũ vel byssus angustiæ. Princeps in tribu Iudæ, 1. Esd.1.d.11.

שַׁעֲשְׁגַז γαά Sasagazi, Qui facit transitum vel tonsionem, aut respiciens transeuntem vel tondentem, siue comprimens vellus. Eunuchus regis Assueri, Esth.2.c.14.Heb.Saasagaz.

שָׂטָן διάβολος σατανᾶς Satan, Contrarius, vel aduersarius, 2.Reg. 19.d.22. Zach. 3.a.1,& Iob 1.b.6.

Satanas, Idem. Matth.4.b.10, & 16.d.23. Marc. 4. b. 10. Luc.10.c.18.

שָׁוֵה σανῆ Saué, Planities, vel æquitas, aut ponens vel positus. Ciuitas siue vallis, Gen.14 a.5: quæ & Vallis regis ibidẽ c.17.dicitur.

שָׁאוּל σαὺλ Saul, Postulatus, siue commodatus, aut fouea, siue sepulchrũ, vel infernus. Sextus rex in Edom, qui fuit ex Rohoboth, Gen.36.d.37. Filius item Simeonis filii Iacob, Gene.46.b.10, & 1.Para.4 d.24,& 6.b.24. Filius postremò Cis, 1.Reg.9.a.2.

שָׁאוּלִי σαὺλί Saulitæ, de Saul, quod interpretatur postulatus siue cõmodatus, aut fouea, siue sepulchrum, vel infernus. Num.26.b.13.

σαύλος Saulus, Postulatus, siue commodatus, aut sepulrus. sic dicebatur Paulus apostolus ante conuersionem, Act.8.a.1.

σαυρά Saura, Salamandra, genus lacertæ. G.1.Mac.6.e.43.

S C

σκέυα Sceua, Dispositus, vel præparatus. Vir Iudæus, Act.19.c.14.

Scenofactoria, scilicet ars, ex Græco τῆς σκηνῆς, & facio verbo Latino: ars faciendi tabernacula, quam artem exercebat Paulus Apostolus, Act.18.a.3.

σκηνοπηγία Scenopegia, Festum tabernaculorum. G.Iohan.7.a.5.

שִׁבֹּלֶת σάχυς Schibbóleth, Spica, aut fluctus, s. aquarum, siue alueus, Iudic.12.c 6.

σκύθαι Scythæ, Coriarii, vel cerdones. Sunt qui interpretantur poculis vacantes, quòd σκῦθος genus sit poculi. G. Coloss.3.b.11.

σκυτοπολίται Scythopolitæ, Coriarii ciues. G.2.Mac.12.e.30.

S E

שֶׁבַע σαβεά Séba, siue Sébe, Septẽ, vel septimus, siue saturitas, vel iuramentũ. Nomen viri, 1.Par.5.b.13. Filius Bochri, 2. reg.20.a.1.

שְׁבַנְיָה σεβανίας Sebenia, siue Sebenias, Idem quod Sabanias. Nomen viri, 2.Esd.10.a.4,& 12.a.3. Sacerdos quidam, 1.Paral.15.c.24.

צְבֹעוֹן σεβαγών Sebéon, Stans iniquitas, siue inflatio vel tumor peccati: aut Syriacè, tinctus vel intingens. Pater Anæ Patris Oolibama alterius vxoris Esau, de filiabus Chanáan, Gene.36.a.2.

Sebethai, Vide Sebthai.

צְבִיָּה σεβία Sebiá, Damula, vel caprea, aut pulchra vel præcipua, siue stans Dominus: aut Syriacè, voluntaria. Mater Ioas, filii Ochoziæ filii Ioran filii Achab.4. Reg.12.a.1. Filius item Saharáim ex Hodes vxore, 1.Para.8.a.9.

Sebnia, Idem quod Sabanias. Nomen viri, 2.Esd.9.a.5.

צְבוֹיִם σεβωείμ Seboím, Damulæ, vel capreæ, siue pulchri, vel præcipui, aut inflati: vel Syriacè, voluntarii. Vrbis nomen, Gen. 10.c.19.

צְבוֹעִים σαβαΐν Seboím, 1.Reg.13.d.18,& 2.Esd.11.d.34, Intincti, aut tincturæ, vel stantes acerui. Vallis nomen. σεβωείμ.

שַׁבְּתַי σαβαθθαῖος Seboleth, Vide Schibboleth.

Sebthái, Sabbathum, siue requies, vel cessatio. Nomen viri, 2.Esd.8.b.7.

שֶׁכֶם σχέμ συχέμ Sechem, Pars, siue portio, vel humerus, aut matutinatio, vel itio quæ fit manè. Filius Galaad filii Machir filii Manasse, Num.26.d.31. Filius Semida.1. Par.7.d.19. Ab hoc, metropolis Samariæ in tribu Manasse, quæ Sichem dicitur. Vide Sichem.

σιχεμί Sechemitæ, Idem.p.n.Num.26.d.31.

שְׁכֶמִי σαμαεί Sechen, Iosue 17.a.2. Scribe Sechem.

שְׁכַנְיָה σεχένιας Secheniás, Vicinus Dominus, aut habitatio Domini. Filius Obdiæ filii Auan filii Raphaiæ, 1.Paral.3.d.21.& 24.b.11,& 2.Paral.31.c.15.

שְׁכַנְיָא vel שְׁכַנְיָה σεχία Sechia, Protectio, vel ramus Domini, siue sepiens, aut vallans Dominus, vel cessatio Domini. Filius Saharáim ex Hodes vxore sua, 1.Paral.8.b.10.

שִׁכְרוֹנָה σαχαρωνά Sechróna, Ebrietas, aut pretium, vel merces eius. Ciuitas in tribu Dan, Ios.15.c.11.

σεκοῦνδος Secundus, Latinum est. Nomen viri, de quo Act.20.a.4.

יוֹאָשׁ ἰωάς Securus. Proprium viri, quod tanquam appellatiuum vertit vetus interpres, 1.Paral.4.d.22.

סְדָדָה σεδαδά Sedáda, Latus eius, siue cibarium aut venatio eius, vel insidiæ eius. Terminus est tribus Iudæ, Nume. 34.b.8.Ezech. 47. c.16.

צִדְקִיָּהוּ σεδεκίας Sedecias, Iustus Domini, vel iustitia Domini. Filius Iosiæ regis, sic nominatus à Nabuchodonosor, quum prius Mathanias diceretur, 4.Regum 24.d. 20,& 1.Par.3.c.15. Filius item Hananiæ, Ierem.36.c.12. Hoc nomine vocabatur propheta ille blasphemus, 3.Reg.22.b.11, filius Chanaana. Fuit & filius Ioacim filii Iosiæ, 1.Par.3.c.15.

אֲדוֹנַי σεδωνίας Sedei, Omnipotens, vel deuastator, aut ager, seu mamilla. D.Baruch 1.a.1.

שְׁדֵיאוּר σεδειούρ Sedeúr, Ager luminis, vel ignis, siue vbera luminis, aut omnipotentis lumen, vel deuastatoris ignis. Pater Elisur principis tribus Ruben, Nume.1.a.5.

צוֹעַר ζόγορα σουγάρ σιγώρ Segór, Parua. Oppidulũ est Sodomorũ, in finibus Moabitidis, Gen.13.b.10,& 19.e.22.Esa.15.c.5: quod Gene.14.b.8, dicitur Bala. Dicitur & vitula conternans, iuxta Hieronymum.

שֵׁגוּב σεγούβ Segúb, Fortificatus, aut exaltatus. Filius Hiel reædificatoris Iericho, 3. Reg.16.g.34. Filius Esron filii Phares, ex filia Machir patris Galaad, 1.Paral.2.c. 21.

שַׁחֲצִימָה σασίμα Sehesima, Humiliatio ieiunii, aut fouea siue meditatio ieiunii, vel superbia maris. Ciuitas in tribu Issachar. Ios.19.b.22.

סִיחוֹן σιών Sehón, Eradicatio, siue conclusio. Rex Amorrhæorũ, Num. 21.e.21.Ios.13.b.10.

שֵׂעִיר σειρ. σισείρ Seir, Hispidus, siue pilosus, aut hœdus, vel dæmon, seu hordeaceus, vel tempestas: Mons est Idumææ, inter Asphaltiten & AEgyptum, qui ab Esau huius montis accola, eò quòd esset hirsutus, nomen accepit, 1.Paral. 4.g.42. Esa. 21.c.11. Est & nomen viri cuiusdam Horræi, Gen.36.c.20.

צְעִירָה σιώρ Seira, Parua, siue tribulata. Ciuitas est Idumææ, 4. Reg.8. f.21.

שְׂעִירָתָה σειρωθά Seirath, Hœdus, siue pilosus, aut dæmon. siue tempestas, vel hordeum. Nomen loci, Iudic.3.d. 26.

שֶׂלַח σιλὼμ. σιλώ Selá, Dissoluens, siue discalceans: vel Syriacé, illudens, siue decipiens. Filius Iudæ ex Sua vxore, Gen.38.a.5,& 1.Paral.4. d.21.

צֵלָע σελά Séla, Costa, siue latus, aut claudicatio. Ciuitas in tribu Beniamin, Ios.18.d. 27.

שִׁלְתַּי σελεί Selahí, Ramus, vel propagines, siue missio vel mittens, aut telum vel arma, scilicet missilia: vel Syriacè, spolians, vel spoliatus. Mater matris Iosaphat regis Iudæ, 2.Paral.20.g.31.

שִׁלְוִי σιλωνί Selaitæ, Discalceans, siue dissoluens: vel Syriacè, illudens, siue decipiens. Nomen familiæ, Nume.26.c.20.

סַלְכָּה ἐλκά Selchá, Canistrum tuum, vel eleuatio aut conculcatio tua. Ciuitas regis Og in Basan, Deut.3.b.10,& 1.Paral.5.b.11. Salecha eadem appellatur.

שַׁעַלְבִּין σααλαβίν Selebin, Vulpis intellectus, vel filius, aut pugnus vel pugillus intellectus, siue semita intellectus vel filii, aut respicientis intellectus. Ciuitas in tribu Dan, Ios.19.d.42.

צֶלֶק σελήκ. σελλήκ Sélec, Vmbra, vel tinnitus lambentis vel percutientis, aut assans vel torrefaciens lambentem vel percutientem. Nomen viri, 2.Reg.23.d.37,& 1. Paral.11.g.39.

שֶׁלֶמְיָהוּ σελεμίας Selemiáu, Pax Domini, siue perfectio Domini, aut retributio Domini. Nomen viri, 1.Esdr.10.d.41.

שֶׁלֶמְיָה σελεμίας. σελελίας Selemias, Idem. Pater Iuchal, Ierem. 38.a. 1. Pater etiam Ieriæ, Ierem.37.c.12. Filius Hananiæ, ibidem. Filius Abdeel, Ierem.36.f.26.

שְׁלֹמִית σαλαμίθ Selemith, Pacifica, siue perfecta, aut retribuens. Nomen viri, 1.Paral.26.c.25.

צֶלֶף σελέφ Seléph, Vmbra, vel tinnitus concussionis: aut ex Hebræo & Syro, vmbra coniuncta. Nomen viri, 2.Esdræ 3.g.30.

צְלֹתַי σελαθί Selethái, Vmbra, siue assatio, vel torrefactio, aut tinnitus meus: vel Syriacè, oratio mea. Filius Semei, 1. Paralip.8.b.20.

σελευκία Seleucia, Commota, vel conquassata, aut fluctuans. G. Ciuitas in promontorio Syriæ Antiochiæ sita, à Seleuco Nicanore condita, auctore Iosepho libro 18.antiquit.Iuda.16.&

Egesippo

Egesippo,lib.4.cap.1.quam Paulus peragrauit,Act.13.a.4.& 1.Mach.11.a.8.

σέλευκος Seleucus,Commotus, vel conquassatus, aut fluctuans.G. Pater Demetrii, 2.Mach.7.a.1.

שְׁלָחִים σελείμ Selim, Missi, vel propagines, aut rami, siue arma,scilicet missilia:aut Syriacè,spoliates.Ciuitas in tribu Iuda,Ios.15.c.32

אֲלָה σελλά Sellá, Vmbra, vel assatio, vel torrefactio, siue tinnitus: aut Syriacè,oratio.Vxor Lamech, Gen.4.c.19.

סְלָא Sellá,4.Reg.12.d.20.Exaltatio,siue conculcatio,vel æquiparatio:aut Syriacè, canistrum.σελλά.

סַלַּי σιλεεί Sellái,Idem.Nomen viri, 2.Esd.11.b.8.

שָׁלֵם σελήμ Sellém,Pacificus,siue perfectus,aut retribuens.Filius Nephthali,Num.26.f.49.qui Gen.46.c.24.Sallem, & 1.Par.7.c.13.Sallum dicitur.

שַׁלְמִי Sellemitæ,Idem.p.n.Num.26.f.49. σελεμί

שֶׁלֶשׁ σελές Sélles,Trinus,aut princeps,vel dux.Filius Helem, 1.Para. 7.g.35.

סַלָּא σιλώμ Sellú,Canistrum,aut exaltatio,siue conculcatio, aut æquiparatio.Nomen viri, 2.Esd.11.a.7.

שַׁלֻּם σαλούμ σαλλέμ Sellúm,Pacificus,siue perfectus, aut retribuens. Filius Iabes,4.Reg.15.b.10.Filius Sisamai filii Elasa, 1.Par.2.e.40.& 4.c.25.Filius Iosiæ,1.Paral.3.c.13.Ier.22.c.11.Filius Nephthali,1.Par.7.c.13. qui Gen.46.c.24.dicitur Sallem: & Num. 26.f.49.Sellem.Filius Sadoc, 1.Paral.6.a.12. Pater Ezechiæ principis,2.Par.28.b.12.

שָׁלוֹן σολών Sellún,Manens,vel qui manet,aut pacificus,vel abundans: aut Syriacè,illudens vel decipiens. Filius Cholhoza, 2.Esdræ 3.c.15.

שַׁלְמַי σελμεί Selmai,Vestis mea.Pater Hagaba,2.Esd.7.e.48.

אֶלְמוֹן σελμών Selmon, Obscuritas, aut imago eius, siue vmbra muneris, vel numerationis, aut tinnitus numerationis vel muneris. Mons est in Ephráim vmbrosus & caliginosus,cuius meminit Iudicum liber 9.f.48.Psal 67.b.15.Heb.68.Est & nomen viri,2.Reg.23.d.28.

שְׁלוּמִית σελιμούθ Selomíth,Pacifica, siue perfecta, aut retribuens. Nomen viri, 1.Esd.8.b.10.

שֵׁם σήμ Sem,Nomen,vel fama, seu ponens vel positus, aut ibi. Filius Noë,Gen.5.d.32.Luc.3.g.36.

שְׁמַעַת σαμαάθ Semaáth,Audiens,vel obediens.Mulier, 2.Par.24.g.26.

שְׁמַעְיָה σαμαία Semaiá,Audiens Dominum,vel obediens Domino.Filius Secheniæ,2.Esd.3.g.29. σαμαίας.

שְׁמִרִית σαμαρίθ Semarith, Custodita, vel adamantina, aut spina, vel fæx. Nomen mulieris,2.Par.24.g.26.

שְׁמָתִי σαμαθί Semathei,Nominatus,vel positus,siue desolatus,aut stupefactus. Filius Sobal filii Hur primogeniti Caleb ex Ephratha concubina, 1.Par.2.g.53.

שְׁמֵאבֶר συμόρ Seméber,Nomen, vel fama rubusti vel fortis, aut nomen alæ vel pennati, seu destruens fortitudinem vel alam aut pennam.Rex Seboim, Gen.14.a.2.

סַהֲדוּתָא σαμαγάρ Semégar,Aromata peregrini, vel aduenæ aut ruminantis, vel certantis. Vnus ex principibus regis Babyloniorum, Iere. 39. a.3. In exemplari tamen Hebraico, Semegar.nabu, vnius est nomen proprium,non duorum. Vide interpretationem in Nabu.

שִׁמְעִי σεμεί Semeí, Audiens, vel obediens, aut nomen acerui, vel destruens aceruum.Filius Gerson filii Leui, Exod.6.c.17. Filius Gera,2.Reg.16.b.7 Filius Phadaia filii Iechoniæ,1.Pa.3.c.19 Filius Ioël,1.Par.5.a.4.Filius Masma,1.Par.4.e.26.Filius Ieth filii Gerson,1.Par.6.c.42. Frater Choneniæ,filius Heman, 2. Par.29.c.14. & 31.c.13.

שֵׁמִי σεμεί.σαμεί Semei,1.Par.2.d.27.Nomen meum,aut desolatio siue perditio mea,vel stupefactio,aut cæli. Filius Onan filii Ierameel ex Atara vxore.

שְׁמַעְיָה σεμείας Semeia, siue Semeias, Audiens Dominum, vel obediens Domino.Pater Vriæ prophetæ, 3.Reg.12.f.22.Iere.26.f.20. Filius Hassub,1.Par.9.c.14. & 2.Esd.12.d.41. & 2.Paral.29. c.13.& 31.c.15.& 35.b.9.

שִׁמְעִי σεμαιεί.σεμεί τῶ σεμεί Semeias,1.Par.25.c.17.& 27.d.27.Obediens,siue nomen acerui, aut desolatio acerui.Filius Elisaphan.

Semeiticus,Idem,Num.3.c.21.

שֶׁמֶר σεμήρ Semer, Custos, vel adamas, seu vepres, aut spina, vel fæx. Nomen viri,3.Reg.16.f.24.

שְׁמַרְיָה σαμαρί Semería, Custodia Domini, vel adamas Domini, seu vepres vel spina Domini.Nomen viri.1.Esd.10.d.41.

צְמָרַיִם σομορίμ Semerón, Vide Samaria,cuius Hebræum est שומרון

שְׁמָרוֹן σεμρών Semeron,2.Par.13.a.4. Lanæ, aut medullæ, scilicet arborum.Nomen montis,Heb. Semaraim.

שִׁמְרוֹן מְרָאוֹן σεμρών ἀμαρών Semeron,Ios.19.b.15.Custodia, aut adamas, seu vepres, vel spina,aut fæx.Ciuitas in tribu Zabulon.

Semeron, Ios.12.d.20. Hebraicè legitur Semeron meron, & exponitur Custos amaritudinis, vel myrrhæ fortis, vel dolorosæ,aut iniquæ:aut adamas,vel spina, siue fæx myrrhæ, doloris aut iniquitatis,vel fortitudinis.

שְׁמִידָע σαμαίς.σαμείδα Semidá,Nomen scientiæ,vel cognitionis,aut ponens scientiam:vel desolationis,vel stupefactionis cognitio vel cælorum scientia.Filius Galaad filii Machir filii Manasse,Num.26.d.32. & 1.Par.7.d.19.

שְׁמִידָעִי σαμαερί Semidaitæ.Idem.p.n.Num.26.d.32.

שְׁמִירָמוֹת σεμιραμώθ Semiramóth, Cælorum altitudines, aut nominis sublimitas.Sacerdos quidam,1.Par.15.b.18.

שַׁמְלָה σεμλά Semlá,Linteum,siue sinistra eius, aut nomen illi, vel stupor illi,siue appositus illi.Quintus rex in Edom,Gen.36.d.36

שַׁמְלַי σεμλαί Semlai,Linteum,vel sinister,aut nomen mihi, vel stupefactio mihi,siue appositus mihi.Nomen viri,1.Esd.2.c.46.

שֵׁמָה σαμαίας Semmá,Perditio,siue desolatio,vel stupor, aut ibi:siue nomen,aut nominatus,siue appositus.Filius Age,2.Reg.23 b.11 d.25.

שַׁמָּעָה σαμαά Semmaá, Audiens,vel obediens. Pater Ionadab,frater Dauid,2.Reg.13.a.3.

שִׁמְרָן σαμβράν Semran,Custodia,aut adamas,seu vepres, vel spina,aut fæx eius.Filius Issachar filii Iacob,Num.26.c.24.

שִׁמְרָנִי σαμβρανί Semranitæ,Idem.p.n.Num.26.c.24.

שִׁמְרִי σαμαρεί Semrí,Idem.s.n.Filius Samaia, 1.Par.4.f.37.Filius Merari,26.b.10.

שֵׁן παλαιά Sen, Dens, aut ebur,vel mutatio,aut dormiens. Nomen loci procul à Lapide adiutorii versus Austrum, quantum Lapis distat à Masphath,1.Reg.7.c.12.

סְנָאָה σεναά Senaá, Rubus:vel Syriacè,inimicus.Ciuitas, 1.Esd.2.d.35.

שֶׁנְאַב σενναάβ Senaáb,Dens patris,aut mutationis pater,vel dormitio patris. Rex Adamæ,Gen.14.a.2.

סֶנֶה σενέ Sené, Rubus: aut Syriacè, inimicus. Rupes opposita rupi Boses, 1.Reg.14.a.4.

צֶנָּה ἐννάκ Senna,Scutum, vel hasta,aut frigus. Nomen loci, Num. 34.a.4.

שְׁנָעַר σεναάρ Sennaar,Dormientis vigilia, vel suscitatio, aut dentis euacuatio vel denudatio, aut excussio, vel dens æmuli,siue mutatio ciuitatis. Regio est Babylonis in qua regnauit Nemrod, Gen.10.b.10.quæ Babylonia siue Chaldæa interdum dicitur, Esa.11.c.11.Hebr.Sinar. Pro Sinar Chaldæus paraphr.vertit Babel,Gen.10.b.10.& 11.a.2.

סַנְחֵרִיב σενναχηρίβ Sennacherib, Rubus destructionis, aut rubus gladii, siue rubus solitudinis,vel siccitatis:aut ex Syro & Hebræo, inimici gladius,vel destructio.Rex Assyrium, 4.Reg.18.c.13.

שֶׁנְאֵצַר σανάσαρ Sennesér,Dentis,vel eboris thesaurus, aut dormientis thesaurus,vel mutationis angustia,vel thesaurus,aut inimicus angustiæ vel tribulationis. Filius Iechoniæ filii Ioacim, 1.Par. 3.c.18.

סַנְסַנָּה σαυσαννά Sensenná,Ramus,vel propagines,siue rubus rubi:aut ex Hebræo & Syro,rubus inimici.Ciuitas in tribu Iuda,Ios.15.c.31

סְנוּאָה ἀσάμ Senuá,Rubus:vel Syriacè,inimica.Nomen viri, 2.Esd.11. b.9.

שִׁיאוֹן σηών Seón,Sonitus,siue strepitus, aut murus fortitudinis vel doloris.Ciuitas in tribu Issachar,Ios.19.b.19.

צֹחַר σαάρ Seor, Candidus,vel lucidus.Pater Ephron,Genes.23.b.8. Heb.Sohar.

שְׂעִירִים σεωρείν Seorím,Portæ,siue æstimationes,vel appretiationes,aut capilli,siue hordeum,vel tempestates,aut dæmones,vel pilosi,siue hirci Nomen sacerdotis,1.Par.24.b.8.

זֶרֶח σαδειρά Sepes,Nomen loci,1.Par.4.d.23.

שָׂפָם σαφάμ Sephám,Barba vel labium eorum,aut ripa vel litus eorum siue confractio eorum.Filius Hir,1.Par.7.c.12.

שְׂפָמָה σεπφαμά Sephámа, Barba vel labium eius,aut ripa vel litus quoddã, siue conterens aut confracta valde. Terminus Iudæ ad solis Ortum,Num.34.b.10.

שִׁפְמוֹת σιφαμώθ Sephamóth, Barbæ vel labia, siue ripa vel litus mortis, aut labium mortis, vel conterens mortem. Ciuitas quam Dauid suorum spoliorum participem fecit, 1.Reg.30.g.28.

סְפָרָה σωφηρά Sephar,Liber,aut scriba,siue narratio,aut numerus,vel Syriacè,portus.Mons Indiæ,Gen.11.d.30.

סְפַרְוַיִם σεπφαρουίν Sepharuaim,Libri,vel scribæ, aut narrationes, vel numeri: siue liber, vel numerus maris: aut ex Syro & Hebræo, portus maris Ciuitas Assyriorum,de qua 4.Reg.18.g.34.

צְפַת σεφέθ Sepháth, Specula, siue cooperimentum, aut enatatio, vel expectatio,aut fauus. Ciuitas in qua filii Iudæ Chananæos ad vnum interfecerunt, eamque Harma nominauerunt, Iudic.1. d.17.in tribu tam Iudæ quàm Simeonis,Num.21.a.3.

שְׁפָתָה Σωφάρας Sephátha,Idem.Nomen vallis,2.Par.14.c.10.

Sephatía,1.Esd.2.a.4. Idem quod Saphatias.

שְׁפִי σωφεί Sephei, Inundatio, siue multitudo, Pater Ziza principis, 1.Par.4.f.37.

שְׁפֵלָה σεφήλα Sephela,Humilis vel campestris,aut planities,1.Mach.12 e.38.D.

שֵׁפֶר ἀεσαφάρ Sepher,Tuba,vel pulchritudo:aut Syriacè,bonitas. Mons in quo castrametati sunt filii Israël,profecti de Ceelatha, Numer.33.c.23.

Sephet,Ciuitas,Tob.1.a.1.

צְפִי σεπφουί Sephi,1.Par.1.c.36.Speculator,vel fauus, aut cooperimentum,vel expectatio.Filius Eliphaz filii Esau:qui Gen.36.b.11 dicitur Sephua,siue Sepho iuxta Hebræum.

שְׁפִי Sephi,1.Paralip.1.c.40.Filius Sabal filii Seir Horræi, qui

Gen.36.c.23.dicitur Sepho: & interpretatur solitudo, vel labium, aut ripa vel litus eorum, siue confractio.

שְׁפִים Sephim, Barba, vel labium eorum, aut ripa vel litus eorum, siue confractio eorum. Nomen viri, 1.Par 26.b 16.

צְפוֹ σωφάρ σεπφουή Sephó, Speculator, siue cooperimentum, aut expectatio vel fauus. Filius Eliphaz, Gen.36.b.15. qui 1.Par.1.c.36. dicitur Sephi per ו.

שְׁפוֹ σωφάν σαωφί Sephó, Solitudo, vel desertum, aut labium, seu ripa vel litus, aut confractio. Filius Sebal filii Seir Horiæi, Gen.36.c.23 qui 1.Par.1.c.40.dicitur Sephi per ו.

צְפִיוֹן σαφών Sephon, Aquilo, vel Aquilonaris, siue absconditus, aut speculator. Filius Gad, Gen.46.b.16.

צְפוֹנִי σαφωνί Sephonitæ, Idem.p.n Num.26.b.15.

צְפוֹר σεπφώρ Sephór, Auis vel passer, aut corona, vel desertum: aut Syriacè, manè, id est, matutinum tempus, vel hœdus. Pater Balac, Num.22.a.2.

שִׁפְרָה σεφώρα Sephorá, Pulchra, aut tuba: vel Syriacè, benefaciens, vel bonitas. Nomen obstetricis cuiusdam Hebræorum, Exo.1.c.15.

צִפֹּרָה σεφώρα Sephora, Exod.2.d.21. & 4.f.25. & 18.a.2. interpretatur auis vel passer, aut corona vel sertum: aut Syriacè, mane, id est, matutinum tempus, vel hœdus. Filia Raguel siue Iethro sacerdotis Madian, vxor Mosis.

שֹׁפֵט σαφτάν Sephtán, Iudex, vel iudicans. Pater Camuel principis tribus Ephraim, Num.34.d.24.

שֻׁפָּן σεπφάμ Sephuphán, Cerastes, serpentis genus. Nomen viri, 1.Par. 8.a.5. Filius Bela filii Beniamin.

Sepulchra concupiscentiæ. Nomen loci, cuius mentio fit, Num.11.g.34.

צֹר τύρος Ser, Angustia, siue tribulatio, aut vinculum, vel colligatio, seu plasmatio, vel fortitudo, aut petra. Ciuitas in tribu Nephthali, Ios.19.c.35.

שְׂרָפִים σεραφείμ Seraphim, Ardentes, vel igniti, Esa.6.a.1.

שֶׁרֶבְיָה σαρεβίας Serebia, Siccitas Domini, vel præualens cum Domino, aut psallens in Domino, vel cum Domino. Nomen viri, 2.Esdr. 9.a.5.

שְׂרָאֶר σαρεσάρ Seréser, Princeps thesauri, vel cellarii, aut psallentis thesaurus vel cellarium, vel qui videt angustiam: aut ex Syro & Hebræo, castrametatio angustiantis. Vnus ex principibus regis Babylonorum, Ier.39 a.3.

צֶרֶת σαρήθ Séreth, Angustia, siue tribulatio, aut vinculum, siue colligatio, seu plasmatio. Filius Ashur ex Halaa, 1.Par.4.a 7.

שֶׁרֶג σέργιος Sergius, Rete, vel retiaculum. G. Nomen proconsulis cognomento Pauli, Act.13.b.7.

שִׂרְיוֹן σήρων Seron, Princeps mœroris, vel cantans tristitiam, aut planities. D. Princeps exercitus Syriæ, 1.Mach.3.b.13.

צְרוֹר σαράρ Serór, Angustians, siue vinculum, aut colligatio, vel lapillus. Filius Bechorath, 1.Reg 9.a.1.

צְרוּעָה σαρουά Seruá, Leprosa, aut crabro. Mater Ieroboam serui Salomonis, 3.Reg.11.e.26. non legitur apud septuaginta.

שִׁישָׁא σισά Sisa, Sextus, vel senarius, aut marmoreus, vel iucundus, vel muneris eleuatio. Pater Ahiæ, 3.Reg.4.a.3.

שִׁישַׁק σουσάκ Sesac, Munus sacci, aut munus osculi vel poculi, siue donú femoris. Rex Ægypti, 3.Reg.11.g.40.

שִׁישַׁק σουσάκ Sesac, 3.Reg.14.f.25.& 2.Par.12.a.2. vbi dicitur, Ascendit Sesac rex Ægypti: interpretatur vanus, vel vacuus sacculus, aut vanitatis osculum vel poculum, siue vanitatis femur.

שִׁישַׁק σισάχ Sesac, 1.Par.8.b.14. Lini vel byssi saccus, vel senarius, aut sextus saccus, siue lætitiæ osculum vel poculum, aut femur. Filius Bariæ.

שֵׁשַׁךְ σησάχ.σεσάκ Sesach, Linum, vel byssus tua, aut gaudium tuum, siue senarius tuus. Rex Babylonis, Iere.25.e.26.& 51.e.41. secundum commentatorem Hebræorum super Ieremiam: secundum Lyranum verò, Rex Ægypti.

שֵׁשַׁי σουσί.σισί Sesai, Senarius, vel sextus, siue gaudens vel lætus, aut byssinus, vel lineus. Filius Enac, Ios.15.d.14. Iudic.1.b.10.

שֵׁשָׁן σισάν Sesan, Lilium, siue rosa, vel lætitia, aut linum vel byssus. Filius Iesi filii Apphaim, 1.Par.2.e.34.

שֵׁת σήθ Seth, Positus, vel posuit. Filius Adam, Gen.4.d.25. Num. 24.c.17. Luc.3.g.38.

שֵׁתָר ζηθάρ Sethar, Explorans, aut putrefactus vel putrefaciens. Nomẽ ducis, Esth.1.c.14.

סִתְרִי ζεχρί Sethrí, Occultus, vel absconditus, aut demoliẽs, siue refugium meum. Filius Oziel filii Caath filii Leui, Exod.6.d.22.

שִׁטִּים σαθείν.σαθίν Setim, Expansiones, aut diuertentes, siue flagella, vel spinæ. Locus in campestribus Moab, non procul à Iordane & Phogor monte, vnde Iosue misit exploratores ad inuestigandam Ierichontis terram, Nume.25.a.1. Iosue 2.a.1. Vide Sitim.

שִׁטְרַי σαθραί Setrai, Exactor, vel præpositus: aut Syriacè, obligatio vel contractus. Nomen viri, 1.Paral.27.d.29.

S I

סִיעָא σιηα Sia à, Motus: aut Syriacè, adiutorium. Nomen viri, 1.Esd. 2.c.44.

צִיחָא σιαά Siahá, Splendor, vel candor, aut siccitas. Nomen loci, 2. Esdr.11.c.21.

צִבְיָא σιβά Sibá, Exercitus, vel militia, aut fortitudo, vel ceruus, siue nauis veniens. Seruus Saul, 2.Regum 9.a.2. Puer item Miphibosheth, 2.Reg.16.a.1.

Siban, vide Siuan.

Sibboleth, Onus, Iudic.12.c.6. σάχις.

סְאָה σεκλά.σικλάθ.σικελαγ.σεκελαγ Sicelg, Effusio sextarii vel mensuræ, aut coangustans sextarium vel mensuram. Ciuitas in tribu Iuda & Simeonis, Ios. 15.e.31.& 19.a.5 & 1.Reg.27.b.6,& 1.Paralip.4.e.30.

Sicera, Heb.ש Sechar, significat omne id quod inebriare potest, Deut.29.a.6. Luc.1.b.5.

שֵׂכָר σίκερα σιχάρ Sichar, Conclusio, vel clausura, aut inebriatio, vel merces. Dicit autem Hieronymus quod corruptè ponitur pro Sichem: quod interpretatur humerus, siue portio, aut matutina itio. Sed in Græco Sichar inuenitur. D. Iohan.4.a.5.

שְׁכֶם σιχέμ Sichém, Humerus, siue pars, aut matutina itio. Nomẽ proprium viri, Gen.33.d.19,& 34.a.2. Metropolis item Samariæ in limitibus Manasse, Ge.12.b.5. Ios.20.c.7. Act.7.b.16: quã ædificauit Ieroboam.3.Reg.12.f.25. Hãc postea dictam Neapolim Hieronymus in traditionibus Heb. refert. Dicitur & Sichar corruptè. Filius Emor. Gene.33.d.26.

Sichima, Idem: eadémque metropolis, Iudi.9.d.26.& 21. c.19. Psal.107 a.8. Heb.108. σίκημοι. σικήμα σίκημοι

Sichimi, Idem. Gene. 33.d.18.

Sichimitæ, Idem. Iudic.9.g.56.

שֶׁקֶל σάθμον Siclus, Genus ponderis, Ezech.45.d.12.

Sicion, Effusio vel angustia. D. Nomen loci, 1. Mac. 15.d. 23. Exemplaria tamen quædam habent σικυόν Sicyone, id est Cucumerarium. σικίων

Siden, Venatio, aut insidiatio, siue viaticum vel cibarium, aut nauis iudicii. D. Nomen loci, 1.Machab.15.d.23.

צִידוֹן σιδών Sidón, Idem. Filius Chanáan, Gen.10.c.15,& 1.Pa.1.a.13 Est & vrbs in Phœnicia, ad mare sita in termino Iudæ, à Sidon filio Chanáan condita, Ios.11.b.8: quæ sorte ducta, tribui Aser obuenit, Ios.19.c.28. Matt.11.c.21. Act.27.a.3.

Sidonia, Idem. Luc. 4.e.26. σιδῶν

צִידָנִית σιδωνίας Sidoniæ, Venatrices, aut insidiatrices, vel cibaria. 3. Reg. 11.a 1.

צִידֹנִים σιδόνιοι Sidonii, Idem.p.n. Iosue 13.a.4,& 3.Reg.5.b.6,& 4.Reg. 23.c.13,& 1. Esdr. 3.b.7. Act.12.d.20.

צִידֹנִי σιδώνιος Sidonius, Idem.s.n. Iudic.3.a.3. σιδώνιος.

שַׂרְדַּךְ σιδράχ Sidrách, Mamilla tenera, vel delicata, aut derrædatio tenera, siue ager delicatus: aut Syriacè, missus tuus. Nomẽ viri qui & Ananias dicebatur, Daniel.1.b.7.

צִיחָא σουαά Siha, Splendor, vel candor, aut siccitas. Nomen viri, 1.Esd. 2.c.43.

שִׁיחוֹר σιώρ Sihór, Niger vel turbidus, aut matutinus. Nilus, Ægypti flumen, Ios.19.b.26,& 1. Paral.13.b.5. ὄρίον αἰγυπτίων

סִילָס σίλας Silas, Consyderans, vel animaduertens. G. Nomen viri, Act.15 d.22.e 27.& 18.b.5.

שִׁלוֹחַ vel שִׁלֹה σιλώ Siló, Dissolutens, vel discalceans, seu pax, aut abundantia: aut Syriacè, illusus vel decipiens. Ciuitas in tribu Ephraim, Iosue 21.a.2,& 22.b 9. Item.7.c.12. Iudic.21.c.19.

שִׁלֹחַ σιλωάμ Siloe, Missus, vel mittens, aut ramus, siue telum, aut arma, s. missilia: aut Syriacè, spolians vel spoliatus. Fons, piscina, aut amnis est ad radices montis Sion, perennibus aquis ebulliens, cuius fit mentio Esa. 8.b.6. Dicitur & Gihon, 3.Reg.1.e.33. & 2.Para.32.g. 39. Iohan.9.b.7.

שִׁלֹחַ σιλωά Siloë, Gladius, aut fenestra, 2.Esd.3.d.15.

שִׁילוֹנִי σηλωνί Siloní, Manens, vel qui manet, aut pacificus, vel abũdans: aut Syriace, illudens vel decipiens, Nomen viri 1.Para.9.a.5.

σηλωνίτης Silonita, siue Silonites, Idem.3.Reg.12.d.15,& 2.Paralip. 9.g.29.

σιλουανός Siluanus, Latinum, à silua. Nomen viri, 2. Corinth.1.d.19. siue per y, siue per i scribas, non refert.

שִׁמְעוֹן συμεών Simeón, Audiens, vel exauditio. secundus filius Iacob ex Lia, Gen.29.d.33,& 1.Para.4.d.20. Fuit & nomen cuiusdam qui CHRISTVM suscepit in vlnas quum inferretur in templum. Luc.2.d.28.

שִׁמְעוֹנִי συμεωνί Simeonitiæ, Idem.p.n.1.Par.27.c.16. συμεών.

שִׁמְרוֹן σομεβρών Simerón, Custodia, siue adamas, vepres vel spina, seu fæx eius. Filius Issachar, Gen.56.b.13,& 1. Par.7.a.1.

שִׁמְעָא σαμεά Simmaá, Audiens vel obediens Filius Dauid, 1.Paralip.3. b.5. qui 2.Reg.5.c.14. dicitur Samua. Tertius filius Isai, 1.Paralip.2.b.13: qui 1.Reg.16.b.9,& 17.b.13. dicitur Samma.

שִׁמְעוֹן σίμων Simon, Audiens vel obediens. D. Filius Mathatiæ filii Iohannis, 1. Mach.2 a.3. Simon magus, Act.8.b.9. Nomen apostoli, Matth.10.a.2. Fuit & alius sic nominatus, ille qui post Christum, crucem coactus baiulauit, Matth. 27.d.32.

שִׁמְעוֹן συμεών Simon, 1.Para.4.d.20, Ponens vel positus, aut munus præparationis vel numeri, seu pinguedo aut oleum. Nomen viri.

סִין σίν Sin, Rubus. Eremus inter Elim & Sinai, in qua octaua Israelitarum mansio fuit, Exod.16.a.1, & Num.33.b.11. Vetus interpres, pro hoc transtulit Pelusium, Ezech.30.d.15.

סִין σίν Sin, Num.13 d.22,& 20.a.1,& 27.c.14,& 33.c.36,& 34. a.3,& Deu.32.g.51,& Ios.15.a.1, in omnibus his locis interpretatur arma, vel scutũ, aut frigiditas. Desertũ in terra Edom, quod

quod aliàs Cades, vel desertum Pharan dicitur. Vide Cades.

צִנָּה σινέ — Sina, Idem, Ios. 15.a.3. Mons Arabiæ, Gal. 4.c.25.

סִינַי σινά — Sína, Deut. 33.a.2. Eccli. 48.a.7. interpretatur rubus: vel Syriacè, inimicitia. Hebr. Sinai. Mons in deserto Pharan, super quem Lex data fuit Moysi, Exod. 19.a.2.

Sinai, Idem, Exod. 16.a.1. & 19.a.1.

הַסִּינִי ἀπεννεῶς — Sinæus, Rubus: aut Syriacè, inimicitia. Filius Chanáan, Gen. 10.c.17. & 1.Par. 1.d.15.

צִיּוֹן σιών — Sion, Aceruus, aut tumulus, vel specula, (σκοπευτηρίον inquit Eusebius Pamph. de demonst. 5.) aut siccitas. Mons Ierosolymæ (qui aliàs Mons Domini, item & mons sanctus dicitur) in cuius vertice erat arx constructa: quæ à Dauide ciuitas Dauidis est vocata, 2.Regum 5.b.7. Est in parte Aquilonari Ierusalem, Psal. 47.a.3. & Esa. 14.d.32.

שִׂיאֹן σιών — Sión, Deut. 4.g.48. Sonitus siue strepitus, aut minus fortitudinis vel doloris. Nomen montis Amorrhæorum, qui & Hermon dicitur.

צִיעֹר σιώρ — Siór, Paruulus, aut nauis vigilantis vel suscitati, aut æmuli vel denudati. Ciuitas in tribu Iuda, Ios. 15.f.54.

סִרָה σειρᾶ — Sira, Olla, lebes, vel spina, aut rebellio, 2.Reg. 3.e.26. Nomen loci.

סִירַאךְ σιράχ — Sirach, Sibilus, aut canticum fratris, vel munus vacuum. D. Eccl. 50.d.29.

צִיץ ἀσίς — Sis, Flos, aut germen, siue cincinnus, aut aspectus: vel Syriacè, ala vel penna. Cliuus est, de quo legitur 2. Par. 20.c.16.

Sisa, Vide Sesa, 3.Reg. 4.a.3.

שִׁשַׁי σισί — Sisai, Senarius vel sextus, siue gaudens vel lætus, aut byssinus vel lineus. Filius Enach, Num. 13.d.23.

סִסְמַי σισαμεί — Sisamoi, Equus vel hirundo aquarum, aut tinea aquarum: vel Syriace, cæcitas. Filius Elasa filii Helles, 1.Par. 2.e.40.

סִיסְרָא σισάρα — Sisara, Hirundinem videns, aut tineam, vel equum videns. Vir, 1.Esd. 2.c.53. Dux exercitus Iabin regis Chanaán, Iudic. 4.a.2. Magister militiæ Asor, 1.Re. 12.b.9. Psa. 82.c.9. Heb. 83

שִׂטִּים χοῖνος — Sitim, Expansiones, vel diuertentes seu flagella, vel spinæ. Nomen torrentis, Ioël. 3.d.18. vbi legitur, Irrigabit torrentem spinarum. Vide Setim.

שִׁוָא σουσά — Siuá, Vanitas, aut eleuatio, vel tumultus. Scriba regis Dauid, 2.Reg. 20.g.25.

סִיחָן σισάν — Siuán, Rubus, vel spinosus. Nomen mensis, Esth. 8.c.9. vbi corruptè legitur Siban.

שִׁיזָא σιζά — Sizá, Munus hoc, aut munus aspergens. Pater Adina, 1.Paral. 11.g.42.

S M

σμύρνα — Smyrna, Myrrha, Apoc. 1.c.11. & 2.b.8. Clarissima ciuitas Ioniæ, auctore Plinio in 5.lib.cap.29. & Strabone lib.14.

S O

שֹׁהַם σόαμ — Sóam, Onyx, lapis pretiosus: aut Syriacè, detentio vel mora eorum. Nomen viri. 1.Par. 24.d.27.

צוֹבָה σουβά — Sobá, Exercitus, siue militans, aut præceptum in ea, vel inflatio, aut tumor. Nomen loci, 1.Reg. 14.g.47. & 2.Reg. 8.a.3. & 1.Par. 18.a.3. & Psal. 59.a.2.

שׁוֹבָב σωβάβ. σοβάβ — Sobáb, Reuersus, aut auersus, vel conuersus, aut Syriacè, scintilla. Filius Dauid, 2.Reg. 5.c.14. & 1.Paral. 14.b.4. Filius Caleb ex Azuba, 1.Par. 2.c.18.

שׁוֹבַךְ σωβάχ — Sobách, Rete, vel retiaculum, aut cancellus, vel captiuitas siue conuersio tua: aut Syriacè, columbarium. Magister militiæ Adar-ezer regis, 2.Reg. 10.d.16.

שׁוֹבַי σωβαί — Sobái, Conuersio, vel captiuitas, aut sessio, vel sedens. Ianitor quidam, 1.Esd. 2.c.42.

שׁוּבָל σωβάλ — Sobál, Semita, vel spica, aut crura, vel femur, seu vana vetustas. Filius Seir Horræi, Gen. 36.c.20. Filius Hur primogeniti Caleb ex Ephratha concubina, 1.Par. 2.f.50. Filius Iuda, 1.Paral. 4.a.2. qui Gene. 46.b.12. dicitur Sela. Malè scribitur Psal. 59.a.2. Sobal, cùm scribendum sit Seba.

שׁוֹבֵק σωβίκ — Sobéc, Æquiparatus vanitati, vel appositus vacuitati vel dissipationi, aut vana euacuatio: vel Syriacè, derelictus. Nomē viri, 2. Esd. 10.b.24.

שׁוֹבִי σοβί — Sobí, Conuersio, vel captiuitas, aut sessio vel sedens. Filius Naas de Rabbath filiorum Ammon, 2.Reg. 17.g.27.

שֹׁבְנָה σωβνάς — Sobná, Sede nunc, aut connectere nunc, siue captiua nunc, vel ædificans, aut qui intelligit. Nomen scribæ, 4.Reg. 8.d.18. Esa. 22.d.15.

Sobnas, Idem.

צוֹבָה σαβωβά — Sobobá, Exercitus, vel militia in ea, siue inflatio vel tumor in ea. Filius Cos, 1.Par. 4.b.8.

סֹבַכַי σοβαχί — Sobochai, Ramus, vel propagines, aut tugurium. Nomen viri, 2.Reg. 21.d.18. & 1.Par. 20.c.4.

שׂוֹכוֹ שׂוֹכֹה σωχώ. σεχί σοχχώθ σοχώ — Sochó, Protectio, vel vallatio, aut ramus, siue cessatio. Duę sunt in tribu Iuda, huius nominis ciuitates, Ios. 15.e.35. & f.48 vbi leges Socoth deprauatè, 1.Reg. 17.a.1. & 19.d.22. & 3. Reg. 4.b.10. & 2. Paral. 28.c.18. Vrbs constructa à Roboam, 2.Par. 11.b.7.

סֻכּוֹת σχώθ σοχώθ — Sochoth, 3.Reg. 7.g.46 Vide Socóth.

Socóth, Tabernacula vel tentoria. Tribus Gaddi ciuitas est montis Galaad in vicinia Penuel, in via fugæ Madian munitissima, inquit Iosephus, & optima ciuitas, Ios. 13.d.27. Cui Iacob patriarcha hoc nomen imposuit, Gen. 33.d.17. Est & regio à Græcis τρωγλοδύτις dicta, quæ ad Rubrum mare excurrit, vbi Troglodytæ habitant, Nume. 33.a.5. Prima mansio filiorum Israël, postquam relique unt primas sedes Ramesses.

סֻכּוֹת בְּנוֹת σοκχόθβανώθ — Socóth-benóth, Tabernacula filiarum vel ædificationum, siue auscultationes, vel ynctiones filiarum, vel ædificiorum. Idôlum Babyloniorum, 4.Reg. 17.e.30.

סוֹדִי σουδί — Sodi, Secretum meum. Pater Geddiel, Num. 13.a.11.

סוּד σούδ — Sodi, Flumen, Baruch 1.a.4.

סְדֹם σοδόμων — Sodoma, Secretum eorum, siue calx, aut cæmentum eorū. Ciuitas Syriæ, Gen. 10.c.19. & 19.a.1.

Sodomitæ, Idem, Gen. 13.c.13.

צֹחַר σωάρ — Soha, Candor, vel siccitas. Nomen viri, 2.Esd. 7.d 46.

צֹחַר σωάρ — Sohar, Lucidus, vel candidus. Filius Simeon filii Iacob, Gen. 46.b.10. Exod. 6.c.15.

שַׁחֲרִיָּה σωχρία — Sohoriá, Manè Domini, aut matutinatio Domini, siue matutina itio Domini, seu niger Domini. Filius Ieroam, 1.Par. 8.c.26.

שֹׁמֵר σεμμήρ. σωμήρ — Somer, Custos, vel adamas, seu vepres vel spina, aut fæx. Filius Moholi filii Musi, 1.Paral. 6.d.46. Filius Heber filii Bariæ filii Aser filii Iacob, 1.Par. 7.f.34.

שֶׁמַרְיָה σωμαρία — Somoria, Custodia Domini, siue adamas Domini, aut vepres vel spina Domini. Filius Roboā ex Abiháil, 2.Par. 11.d.19

סוֹפַטְר σώπατρος — Sopater, Seruans patrem, aut salus patris. Viri nomen, Act. 20.a.4.

שׁוּפָךְ σωφάχ — Sophach, Effundens, vel effusus, aut vanus lecythus. Princeps militiæ regis Adar-ezer, 1.Par. 19.d.16.

צוּפַי σοφί — Sophái, Speculator, aut fauus, siue natatio, vel cooperimentum, aut expectatio. Filius Elcana, 1.Par. 6.b.26.

שׁוּפָן σοφάν — Sophán, Cuniculus, vel chorogryllius, siue absconditus vel reconditus, aut conterens, siue confractio. Ciuitas possessa à filiis Gad, Num. 32.g.35. In Hebræo hæc dictio iungitur præcedenti dictioni Ataroth, vt ambæ sint vnius ciuitatis nomen, Ataroth-sophan. In aliquibus tamen codicibus, & apud alios interpretes separatim inuenies.

צוֹפַר σωφάρ — Sophár, Matutinus, aut corona seu circulus, vel passer: aut Syriacè, hœdus. Nomen viri, Iob 2.c.11. & 11.a.1.

סֹפֵר γραμματεύς — Sopher, Scriba, vel liber, aut narrans vel numerans. Appellatiuū est, non proprium: vertendū fuit scriba, 4.Reg. 25.e.19

סֹפֶרֶת σεφηρά — Sophereth, Numerans, vel narrans, siue narratio, aut librarius vel scriba. Nomen viri, 1.Esd. 2.c.55.

צוֹפִים σοφίμ — Sophím, Speculæ, vel speculantes, siue cooperti, aut natantes, vel expectantes, aut fauus. Mons est in tribu Ephráim, 1.Reg. 1.a.1.

צְפַנְיָה σοφονίας — Sophonias, Absconsio Domini, siue secretum Domini, aut speculator noster Dominus, vel Aquilo Domini. Sacerdos filius Maasiæ, 4.Reg. 25.c.18. Ier. 21.a.1. & 37.a.3. Nomē item prophetæ filii Chusi filii Godoliæ, Soph. 1.a.1.

שׁוֹפְטִים σωφείμ — Sophtim, Iudices, & inde liber Iudicum, κρίται.

שׂוֹרֵק σωρήκ — Soréc, Vinea, vel vitis, aut sibilus vel sibilans. Torrentis nomen est in tribu Dan, in terra Philisthinorum prope Esthaol, iuxta quem Samson adamauit Dalila, Iudic. 16.a.4.

צֹרִי σουρί — Sorí, Angustiator, siue vinculum, aut colligatio, vel plasmatio, aut resina vel theriaca, siue petra vel fortis. Nomen viri, 1.Par. 25.a.3.

סוֹסִיפַטְר σωσίπατρος — Sosipater, Saluans patrem, vel salus patris. G. Nomen ducis, 2.Macha. 12.c.19. Cognatus Pauli, Rom. 16.c.21. In Act. 20.a.4. Legitur Græcè Sopater.

סוֹסְתְּנֵס σωσθένης — Sosthenes, Saluator potens, vel robustus. G. Princeps synagogæ Iudæorum, Act. 18.e.17. & 1.Cor. 1.a.1.

סוֹסְתְּרָטוֹס σώστρατος — Sostratus, Saluans exercitum, vel salus exercitus. G. Nomen viri, 2.Mach. 4.d.27.

סוֹטַי σωταί — Sotái, Præuaricatio, siue declinatio. Nomē viri, 1.Es. 2.c.55

S P

σπαρτιανοί — Spartiani, Seminati, vel seminantes. G. Populi, 1.Mac. 14.c.20.

σπαρτιάται — Spartiatæ, Idem. G. 1.Mach. 12.a.2.

נִינְוֵה νινευί — Speciosa, Nomen vrbis quæ Niniue alio loco dicitur, Sopho. 2.c.13.

S T

στάχυς — Stachys, Spica. G. Pauli amicus, Rom. 16.b.9. huius accusatiuus est Stachyn.

στεφανᾶς — Stephana, Corona, siue coronata. G. Nomen viri, 1.Cor. 1.b.16. & 16.c.15. & 17.

στέφανος — Stephanus, Corona, vel coronatus. G. Nomen diaconi, Act. 6.b.5.

שְׁתַר בּוֹזְנַי σαθεραβουζάνης — Sthar-buzanái, Computrefaciens contemnentes me, vel qui explorat contemptores meos. Nomen viri, 1.Esd. 5.a.3.

סְתוּר σαθούρ — Sthur, Occultus, vel absconditus, seu destruens vel demoliens. Filius Michaël, princeps tribus Aser, Num. 13.b.14.

Stoici, ἀπὸ τῆς στοᾶς, id est, porticu, in qua disputabant, sic philosophi illi dicti sunt. G. Act. 17.d.18.

S V

σουά — Súa, Clamans, vel saluans, aut potens, vel magnificus, seu re-

ſeu reſpiciens. Pater vxoris Iudæ filii Iacob, Gen.38.a.2.c.12.

סוּא σουά Súa, 4.Reg.17.a.4. Modius, vel menſura, aut velamen. Rex Ægypti.

שׁוּחָה σῦα Súa, 1.Par.4.b.11. Foſſa, aut natatio, ſiue humiliatio, aut meditatio, vel loquela, aut germinans. Frater Caleb.

שׁוּעָא συά Suáa, Clamans, vel ſaluans, aut potens vel magnificus, ſeu reſpiciens. Filius Heber filii Barie, 1.Par.7.f.32.

שׁוּעָל συάλ Sual, Vulpes, aut ſemita, ſiue pugnus aut pugillus. Filius Supha filii Helẽ, 1.Par.7.g.36. Eſt & nomen regionis, 1.Reg. 13.d.17. vbi mendoſe in quibuſdam codicibus legitur Saul.

צוּעַר σωγάρ Suér, Paruulus, aut præceptum vigiliæ, vel ciuitatis aut æmuli vel denudationis vel euacuationis: vel Syriacè, anguſtiator. Pater Nathanael principis tribus ſuæ Iſſachar, Num.1.a.8.

שׁוּבָאֵל συβαήλ Subaél, Conuerſio Dei, ſiue captiuitas Dei, aut ſedes Dei. Vir quidam 1.Par.24.c.20.

שְׁבוּאֵל συβήλ Subuél, Conuerſio Dei, ſiue captiuitas Dei, aut ſedes Dei. Filius Gerſon filii Moyſi, 1.Par.23.b.16.

שׁוּחַ συβέ.συά Súe, Loquens, ſiue orans, aut foſſa, vel humiliatio, aut natatio. Filius Abrahæ ex Cetura, Gen.25.a.2.& 1.Par.1.c.32.

שָׁוְא συί Sué, 1.Par.2.f.49. Vanitas, aut eleuatio, vel tumultus. Filius Iahaddai.

סוּחַ συέ Súe, 1.Par.7.g.36. Eradicatio, vel conculcatio. Filius Supha filii Sue.

שׁוּחָם σαμέ Suhám, Locutio, ſiue meditatio eorum, aut fouea vel humiliatio eorum, ſiue natatio vel germinatio eorum. Filius Dan filii Iacob, Num.26.e.42.

שׁוּחָמִי σαμεί Suhamitæ, Idem, Num.26.e.43.

שׁוּחִי σαυχίτης Suhites, Meditatio, aut fouea, vel incuruatio, aut humiliatio, ſiue natatio, aut natans, Iob 2.c.11.& 8.a.1.

28 בְּחֵיוֵי תֵּרַח] *Hebr.* עַל פְּנֵי תֶרַח *V.* עַל אַפֵּי תֵּרַח *Vide Dictionariũ Hebr. in radice* נָפַל .

29 אֲבוּהִי דְּמַלְכָ'] *cũ affixo masc. quasi* מַלְכָּה & יִקְבָּה *Viri essent, nõ*

tractaretur, imò verò cum crassis quibusdam tenebris miserè obuoluta iaceret, tantam contraxit rubiginem, vt non modò pristino suo splendore carere videretur; verùm etiam quodam veluti luctu & squalore planè deformis conspiceretur. Id quod multis ac diuersis de causis euenit. In primis tanta fuit i.
librariorum inscitia, vt cùm tanquam ignotam linguam ex intricatis & obscuris manuscriptis exemplaribus describerent, aliam literam pro alia nonnunquam surrogarent. Deinde ob illam concisam scri- ii.
bendi consuetudinem, qua duntaxat primas literas exprimebant, relicto tantùm apice lateri dictionis concisæ ascripto, qui dictionē non esse integrā indicabat; orta est tanta confusio, vt librarij planè insulsi & imperiti, nulla habita ratione constructionis verborum seu sententiarum, sæpiùs addiderint, & diminuerint, & hoc pacto infinita loca deprauarint. Præterea non minus periculum peperit illa literarum iii.
in vnum impressio & connexio, qua vbique Iod (in manuscriptis scilicet) in vicinæ literæ ventre pingitur; ita vt sæpenumerò vnam literā pro duabus expresserint: quę res effecit, vt ea loca, in quibus id occurrebat, in alium sensum detorquerentur. Cui etiam accedit magna literarum affinitas, quæ maximè in iiii.
calamo exaratis codicibus incredibile non solùm huic linguæ, verùm etiam ceteris omnibus detrimentum attulit. Porrò non rarò accidit, vt cùm vnius & eiusdem organi (vt loquuntur) multæ sint literę, v.
ob similitudinem soni, librarij alias pro iis, quas debuerant, scripserint. idque infinitis penè in locis à nobis est obseruatum. Est & alia ratio quæ sciscitantibus, cur in his Paraphrastis tanta deprehendatur vi.
lectionum varietas, proponenda est: eaque est, Thargumistarum numerus, quorum omnium Thargumin: id est, Interpretationes, ad manus nostras nondū peruenerūt. Nam cùm infinitis in locis dictiones planè inter se dissimiles (facile enim est discernere quæ librariorum culpa deprauata sint) eodem tamen sensu remanente, reperias, credibile est eas ex aliis Thargumin esse transfusas, vel à sciolis, cùm scriptura esset intricatior, in earum, quas oporteret, locum substitutas. quod in lingua Latina accidisse, quotidie conqueruntur ij qui ad vetustissima exemplaria libros conferunt. Huius rei testis esse potest ipse Elias in suo Thesbite, in radice פזם, qui sic scribit: Audiui, inquit, qui dicunt, ופזים vel ופזים, quod Clamare significat, respondere huic loco qui est Iob 3. ויען איוב Et respondit Iob. q. d. Et clamauit Iob. Sed scrutatus sum multa exemplaria, eaque emendatiora, & non inueni nisi ואתיב, id est, Et respondit. quemadmodū reliquis in locis transfertur. At verò fortassè contigit, vt ita sit translatū in Thargum Ierosolymitano, aut in Thargum Aquilæ, aut in Thargum Rabbi Iosæ, quod non inuenitur apud nos hodie. Similiter dicunt illud Amos 6. על פי הנבל הפרטים Concinentes cum voce Psalterij, in Thargum reddi per דמקרבצין, quæ tamen omnia non inueniuntur in nostro Thargum. hæc ille. qui horum etiam auctorum, in Præfatione libri Masoreth hammasoreth, mentionem facit. Nam quid abbreuiatio illa תא״ id est, Alia interpretatio, siue alius interpres, in Hagiographis præcipuè, indicat, nisi varios fuisse Interpretes? quod etiam facilè apparet in Bahal Aruch, quem sæpius in Hagiographis Interpretationem Onquelos citare obseruamus. His & illud accedit, ob eorum qui libris conscribendis operam dabant, vii.
incuriam, multas literas, ex eo, in quo collocari debuerāt, loco in aliū esse translatas: adeò vt quæ priùs, eæ posteriùs; quæ autem posteriùs, eæ priùs adscriptæ sint; qua ex re non minimum & obscuritatis manauit, ac deprauationis. Postremò nō rarò euenisse videmus, vt ob nimiam, ac præproperam illorum viii.
festinationem synonyma (quæ vocant) alia in aliorum sint substituta locum; quale est מטול pro ארום, סביר pro רחיץ &c. Quamobrem cùm nobis fuerit propositum, in idque omni cura incubuerimus, vt ei corruptelæ, quātum in nobis esset, remediū afferremus; correctissima ad eam rem exemplaria elegimus: nempe in Pentateuchum, Editionem Complutensem: In priores Prophetas, Esther, Iob, Psalmos, & Ecclesiasten, Andreæ Masij: atque in posteriores Prophetas, Ariæ Montani, exemplar manuscriptum. Prouerbia verò, Cantica, & Threni, quia ex Complutensi Bibliotheca, nisi Bibliorum editione iam absoluta, haberi non potuerunt; exemplar Venetiis excusum, idque satis corruptum, nobis imitandum proposuimus. quos quidem libros maximo labore & incredibili patientia ad Complutense manuscriptum exemplar collatos, vir clarissimus ac doctissimus Franciscus Fontanus, doctor medicus, Hebraicæ & Chaldaicæ linguæ Professor Compluti, pro sua humanitate, reique publicæ iuuandæ desiderio ad nos transmisit. quod quidem beneficium id certè est, vt laudem apud quosuis Chaldaicæ linguæ studiosos amplissimam mereatur. Verumenimuerò, quia nihil simul & inuentum & perfectum esse potest; siqua loca in hac nostra editione non satis emendata, quoad Grammatices rationē, comperiantur; ea cū exemplaribus tum impressis, tum etiam scriptis, summo studio maximaq. diligētia & collata & correcta, atq. inter nostras hasce Annotationes relata, vobis tandem exhibemus. Quæ quidem Annotationes vos, vt opinor, molesto labore subleuabunt, & quæ in ipsa Paraphrasi vobis minùs satisfacient, in iis latiùs explicata reperietis. Accipite igitur nostros hosce labores, quos vestræ vtilitatis gratia lubenti animo suscepimus; iisque ita fauete, vt nos nostramque diligentiam à liuidorum hominum calumniis vestra opera vindicandam esse putetis. Valete.

VARIÆ LECTIONES

ET ANNOTATIVNCVLÆ, QVIBVS THARGVM, ID EST, CHALDAICA PARAPHRASIS INFINITIS IN LOCIS ILLVSTRATVR ET EMENDATVR.

FRANCISCVS RAPHELENGIVS

CHALDAICAE LINGVAE STVDIOSIS S.

INTER ea omnia ob quæ præclarissima hæc sacrorum librorum editio est planè admirabilis, vel hoc præcipuum haberi debet, quòd Chaldaica Paraphrasis, quæ quidem in Complutensibus Bibliis desideratur, integra huc accessit: nimirum quæ ad Hebraici contextus intelligentiam maximum est allatura adiumentum. Eam autem, cùm ob librariorum imperitiam plerisque in locis fœdè corruptam esse videremus; pro eo quo sumus in vos, remq. totam literariam animo, summo studio, summaque animi contentione enitendum esse duximus, vt eam vobis qualem optare debetis, hoc est, integram, & nulla corruptione, labéue aspersam exhiberemus. Quod quidem vt præstari posset, eam ad Danielis Esdræque analogiam retulimus. Ne verò quisquam id à nobis temerè factum esse putet; operæpretium erit vos de totius nostri instituti ratione certiores facere. In primis itaque, vel vnico hoc argumento nostrum hoc institutum probari debet, quòd, scilicet, totidem fuerunt נקדנים id est, Punctatores (vt vocant) quot regiones, ex quibus ad nos allata sunt exemplaria. Adeò vt vel hinc facilè intelligere liceat, pro eo, quemque, quod sibi visum est, scripsisse. Id quod facilè deprehendent ij qui eos libros qui Venetiis sunt impressi, cum Nebiensi Psalterio conferent. Nam abhinc aliquot annos (vt ipsemet Elias Germanus est testis) quidam homines & obscuri & indocti puncta in Chaldaica paraphrasi literis addiderunt; atque hac de causa eorũ iudicium adeò deprauatum esse deprehenditur, vt nulla inde Grammaticæ ratio constitui posit. Ac præter huius viri testimonium, quod certè magnum apud nos pondus habet, accessit etiam auctoritas duorum præstantissimorum manuscriptorum exemplarium, quorum vnum B. Arias Montanus ex Hispaniis ad nos deferendum curauit; alterum verò Andreæ Masio, qui illud Romæ cùm esset, emit, eiusque postea (quæ eius in rem literariam est animi propensio) nobis copiam fecit, acceptum referre debemus. ea enim in scribendi quoque ratione ab aliis differre comperimus. Præterea non parum nos in nostra hac sententia confirmauit Syrica lingua Chaldaicæ affinis. cuius linguæ & Grammaticam & Dictionarium nobis exhibuit is, quem dixi, Andreas Masius. Nam ex nouo Testamento, quod ante aliquot annos ea lingua eiusque typis est excusum, nostram hanc, quam secuti sumus, veram & germanam esse scribendi rationem facilè statuere potuimus. Nam, vt vnum atque alterum exemplum in medium afferam, ex quo de reliquis iudicare possis, Primam personam singularem verborum præteriti temporis, cùm à Syris קְטֵלֵת, à Chaldæis verò קְטֵלֵה: item יֶעְבַּר, in Daniele & aliquot in locis apud Paraphrastas scriptum reperiamus; Sole clarius esse debet argumentum, Librarios illos, qui cùm scriptos sine punctis codices, in quibus literæ אוי vice vocalium ponebantur, haberẽt, turpiter hallucinatos esse, cùm ex קטלית fecerint קְטֵלִית, & ex יעיבר, יֶעְבַּר; nulla habita ratione analogiæ; cùm scribendum fuisset cum Daniele & Esdra, vt hic suprà vides; qui soli nobis veluti maximæ auctoritatis exemplaria esse debent; ad quorum normam omnem nostram scribendi rationem referamus. Hoc autem modo, cùm olim sine vocalibus scribebatur; vitandæ obscuritatis gratia, hæ, quas dixi, literæ אוי (eas matres locutionis vocat Auctor creationis, vtpote quæ omnes vocales contineant) pro punctis sufficiebantur: א rarò, pro - vel -; idque pręcipuè in ambiguis; vt פאצי pro פָּצֵי Eruens, saluans. תליתאי pro תְּלִיתַי. Iod & Vaf passim: atq. Iod quidem pro segol, vt אעיבד pro אֶעְבֵּד Faciam, מירדא pro מֶרְדָּא, vt scribit Elias. Et sere, vt סטריה pro סִטְרֵה Latus eius. Et hiric שינא pro שִׁנָּא. Et interdũ pro ־, imò etiam pro ־: vel daghes imprimendi literæ sequẽti signo: vt איקריב pro וְאֶקְרֵב vel וַאֶקְרֵב & יעיבר vt suprà. Postremò Vaf pro holem, vt קטול pro קָטוֹל Occisor. & Surec נוני pro נוּנֵי. Et Kibbuts & hateph camets קורבן pro קָרְבָּן vel קֻרְבָּן Oblatio. Et pro seua nonnunquam, vt וניחי pro וְנִחֵי Et viuemus. Cùm Iod aut Vaf in medio sunt mobilia, bis scribuntur: vt מויעי pro מַיְעֵי: vt legitur in Aruc. דיירי pro דָּיְרֵי Habitatores. Et in fine Iod geminatũ facit ay. Quinetiã א in fine, mappic indicare videtur. vt אבהא pro אֲבָהּ Pater eius feminę. Nos igitur Caninij, qui primus hanc rationem adinuenit, & quorundã aliorũ insistentes vestigiis, id præstitimus, vt præclarũ hoc Opus vnica scribendi forma, eaq. omniũ præstantissima, vbiq. sui simile esset: relictis tamẽ interim in prioribus Tomis, literis ociosis ex veteris scripturæ reliquiis, ne à calumniatoribus primo aspectu audaces nouatores videremur; maximè cùm in Daniele & Esdra nonnunquã ociosas literas, nec vbiq. sublatas videas. Porrò longè grauior huic Paraphrasi, atq. adeò toti linguæ calamitas accidit. Cùm enim illa à paucis admodũ

BENEDICTI ARIÆ MONTANI HISPALENSIS DE VARIA IN HEBRAICIS LIBRIS LECTIONE, AC DE MAZZORETH RATIONE ATQVE VSV,

PRÆFATIO AD LECTOREM.

MAGNA olim antiquis Israelitis sacrorum librorum lectionis conseruandæ religio magnaque cura fuit, & ille sibi diuinitus creditus & commendatus thesaurus, in quo vitæ æternæ mysteria continebantur, omni diligentia atq. custodia dignissimus habitus, atque ita conseruari debere creditus est, vt ne quid nō verbo tantùm, sed nec minimorum etiam apicum detrimenti in eo fieret, omnibus modis & rationibus fuerit prospectum. Nulla autem eius conseruandæ commodior ac certior ratio visa fuit, quàm vt omnium mentibus summo studio assidua lectio, meditatio, recitatio ac pronuntiatio ab ipsa vsque pueritia inita constaret. Hoc enim pacto & librorum incorrupta veritas conseruari, & sapientiæ in ipsis contentæ maximus vsus percipi potuit, atque Dei mandato obediri, à quo legis & disciplinæ suæ cognitio & cura huiusmodi imposita fuit. Sicut scriptum est: Audi Israel ceremonias & iudicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie, discite ea, ac opere complete. Quanquam enim diuinæ legis sacri libri à Mose conscripti in tabernaculi interioris arca religiosissimè seruandi depositi fuerint, multa tamen illorum exemplaria sacerdotum, quibus id munus creditum est, manu aut aliorum opera descripta à sacerdotibus collata & probata, ad lectionis doctrinæ & explicationis, atque omnem publicarum & priuatarum vsum rerum multis ex Israelitico populo fuere: illi enim libri omnibus & pueris & senibus, viris & fœminis legendi propositi sunt, ad quorum normam omnes singulorum vitæ rationes institui debuere. Et nunc audi Israel præcepta & iudicia quæ ego doceo te, vt facias ea, vt viuas, & ingrediens possideas terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis: non addetis ad verbū quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Custodite mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis. Ne obliuiscaris verborum quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ, docebis ea filios & nepotes tuos; & cætera quæ in hanc sententiam plurima Moses illo in loco diuinorum librorum lectionis, ac perpetuæ meditationis & memoriæ commendandæ studio subiungit.

Deut. 5.

Deut. 4.

SED cùm Satanæ malitia & callido consilio contentoque conatu sæpe procuratum fuerit, vt hominum animi à sacrorum librorum lectione & meditatione auerterentur, humana etiam nequitia ab honesto labore & studio ad ignauiam & viles curas plerumque degenerans, commoditates multas Satanæ crearet, ad id quod cupiebat, obtinendum: accidit aliquando vt discessione in populo Israelitico facta, & hominibus vitiosa consuetudine corruptis, non modò illud diuinorum oraculorum studium intermissum, atque memoria omnis & exercitatio penè extincta fuerit; sed præter illud sacræ legis primum exemplar, quod in arca seruabatur, vix vnum in omni illa quondam sancta Ierusalem ciuitate huius magni thesauri publico repositorio reperiretur: cuius lectio Scribis, Sacerdotibus & Regibus ipsis omnino peregrina, & ad admirationem vsque obsoleta visa fuit. Quanquam verò illa iam tempestate diuinæ legis exemplaria aliquot Iosiæ regis optimi iussu sacerdotum & scribarum procuratione descripta, & non studiosis modò, sed populo omni fuerint tradita: tamen Israelitarum & Iudæorum rebus non multò post labefactatis, hominibusque ipsis longa & miserrima septuaginta annorum seruitute occupatis, fieri non potuit, quin aliquod detrimentum sacris etiam libris allatum fuerit; vel quòd qui antea docti instructique eorū lectione fuerant, inopia & rei familiaris cura importuno & assiduo labore pressi, non possent mentis atque animi contentione omni id studium in sacris libris ponere, quod res ipsa postulabat: vel, quòd amisso iam illius linguæ familiari vsu, atque in peregrini sermonis consuetudinem mutato, ille germanus Hebraicorum verborum sonitus minùs rectè exprimi posset ab omnibus, nisi multa cura quam vel continuæ miseriæ tædium non admitteret, vel etiam antiquioribus hominibus extinctis, qui his superstites manerent posteri in aliena regione & lingua nati atque educati, quicquid in sacris libris legerent, ad familiaris figuram sermonis pronuntiarent. Constat enim apud omnes qui antiquas Hebræorū historias legerunt, Iudæis Hebraicæ linguæ vsum in Chaldaicum primùm sermonem, deinde ex illa captiuitate in patriam restitutis, in Syriacum degenerasse. Cùm verò Hebræi omnes & Chaldæi, atque alij etiam qui harum nationum linguas, tamen degeneres, retulere, vt Arabes & Syri libros scriptaque omnia sua sine vocalibus scribere consueuerint, atque adeò sacra omnia tum Legis, tum Prophetarum & Psalmorum volumina hanc formam quondam tenuerint; nihil mirandum esset, si vel temporum iniuria, vel huiusmodi tempestatum, in quas populus incidit, causa, vel quorundam librariorum incuria aliquid vitij in scripturam sacrorum voluminum irrepserit,

quod

quod postea per doctissimos viros, qualis Esdras, & postea Gamaliel, Ioseus, & Eleazarus, aliique magni nominis fuere, diligenter vt sartum tectum redderetur, fuerit procuratum: ita vt cùm huius linguæ vsus non iam vulgaris vt antea, sed inter doctos tantum contineretur, magno studio communiter prospectum fuerit, vt sacra lectio quàm integerrima incorruptissimaque constaret. Ex horum autem virorum vel collegio vel institutione per discipulos posterioribus sæculis accepta & excùlta illum vtilissimum thesaurum ad nostra vsque tempora conseruatum extitisse arbitramur, qui quod quærentibus varias Hebraicorum Bibliorum quæcunq. vnquam fuere, lectiones abundè & fideliter tradat, מסורה hoc est, Traditio, vel traditionalis est appellatus, idemq. tanta diligentia olim, tanta cura conseruatus & sedulitate, vt nullam vel minimam in variis exemplaribus discrepantiam admisisse vel à diligentissimo & perspicacissimo alicuius ingenio & iudicio deprehensus vnquam fuerit: in quo duo maxima & cognitu dignissima, atque ad morosos calumniatores redarguendos oportunissima animaduertere est; quæ diuinam prouidentiam sacrorum librorum integritati perpetuò assistentem, probare possunt. Alterum est, ferè omnem librorum varietatem, siue ea ex deprauatione antiquæ pronuntiationis, siue ex librariorũ incuria aut inscitia profecta fuerit, in sola Grammatica nonnullarũ dictionum scriptura consistere, eamque in punctis, hoc est, vocalibus iis quæ vicinitate quadam ita contiguæ sibi sint, vt ab vnius recta pronuntiatione aberrantibus, in aliam ferè deflectendum sit: id quod non huic modò, sed cæteris omnibus linguis accidere, imò vsu venire videmus. Apud Græcos enim α & η, ι & ει, adeò sibi assonæ vocis erant, vt quæ ab aliis per Alpha & E psilon, pronuntiabãtur & scribebantur, ab aliis per Ita & per Iota prolata scriptaque constarent; ex quo fonte illæ Græci sermonis varietates, quas Dialectos dicunt, emanarunt. Videmus autem, quotidianoque experimento obseruamus, vnius linguæ homines, qui alienam pronuntiare etiam diligenter studioseque curant, tamen in hanc vocalium vicinitatem à germano sono quàm sæpissimè deflectere. Italus cùm Hispanicum sermonem imitatur, pro *señor*, *signor*; pro *nuestro*, *noestro* sonat: contrà Hispanus pro Italico *signor*, suum *señor*; pro *puoco*, *pôco* profert. Quin & in vna eademque lingua in eadem vrbe qui rudius sonant, vt negligentiores aut rusticiores aliquando plures sunt, in hanc assonantiam vocalium plerumque proruunt. Nam vt è patria mea lingua exempla tantùm afferam, cùm possem & ex aliis, quas quoque noui, afferre passim, audimus pro *principe*, *prencipe*; pro *iustitia*, *iosticia* in Hispanico sermone pronuntiari: & tamen quanquam hæc in vocalibus varietas vel vitio, vel consilio admittatur, dum consonantium præcipuarum expressa constet vis, nullum in significatione detrimentum accipitur. facilè namque cognoscit Italus quid sibi significet Hispanus cùm sic loquitur: *señor nuestro*. Nulla significationis parte eruditioris pronũtiationis compos Hispanus fraudatur, cùm à rusticis audit, *Señor prencipe demando iosticia*. vt interim omittam quæ plurima Latini de suarum vocalium affinitate & transmutatione etiam notauere, vt de Sylla, Sulla; Vertuno, Vortuno; Mesij, Misij; vestrum, vostrum, & cæteris. Hæc autem quæ in hoc genere producta nobis sunt, eò omnia tendunt, vt ostendamus nullum ferè esse in sacrorum librorum lectione detrimentum sententiæ, vbi varietas tantùm in vocalium vicinitate punctorum aut etiam in quantitate consistit, vt cùm pro longa, breuis; pro breui, semibreuis in ipso lectionis contextu scripta est; pro a simplici, a compositum; pro e, i; pro u, o, vel contrà legitur; vbi litera duplex, hoc est, affecta puncto daghes pro simplici, quam raphen notat, scribitur. Et quidem maxima in his lectionibus varietatis pars in huiusmodi punctorum discrepantia consistit, vt toto huius MAZZORETH, siue variarũ lectionum volumine apertissimè demonstrabitur. Sed est etiam aliud varietatis genus in iis consonantibus literis, quæ vel pronuntiationis affinitate, vel figuræ similitudine, quàm proximè aliæ alias referunt. cuius generis sunt ר, ח. בגד כפת אהוי & aliæ, quarum affinitatem vel in hoc quadrato characterum genere, quo à discessione Israelitarum Iudæi vsi sunt, facile erit cuiuis obseruare: vel in alio illo antiquo, quod commune omnibus Israelitis cùm fuisset, apud Samaritanos est conseruatum, qui illarum literarum ignari non sunt, animaduertere etiam possunt.

EST & alia quoque varietas, quæ tametsi rarioribus exemplis deprehendatur, tamen plus vel dubitationis vel negotij afferre legentibus possit, ad germanæ lectionis statuendam rationem: id verò genus est, cùm verba omnino & voce & significatione dissimilia indicantur, alterum in contextu ipso lectionis, alterum in margine annotatum. cuiusmodi illa sunt, יְשַׁכְּבֻנָה יִשְׁגַּלְנָה וּבַטְּהֹרִים וּבַעֲפָלִים quæ admodũ rara sunt, pro tantæ horum librorum antiquitatis, & illius gentis apud quam conseruata sunt, calamitatum ratione penè immensa. Ea verò quæcunque huius generis fuerint, quanquam ex antecedenti & consequenti sententiæ obseruatione dignosci recto iudicio possent, tamẽ vbi semel olim vel ex traditione, vel ex alio quouis argumento discrepare dicta fuere, tanta religione sunt excepta, vt in Mazzoreth cum aliis omnibus referri debere iudicarentur: neutra enim earum reiicienda, imò vtraque simul & retinenda & componenda visa est. Quanquam enim altera magis sequacem apertamque sententiam redderet, vtraque tamen simul plenã magis & significationis pondere grauiorem reddere cõperiebatur. Hæc, quam exposuimus, omniũ in Hebraica lectione varietatẽ, summa est, quas diligẽtissimè obseruatas, collectas & enumeratas à multis annis, quorum certa ratio nondum constat, ad nostra vsque tempora in omnibus manusc. Bibliorum exemplaribus, quæ vel in Asia, vel in Africa, vel in Europa sunt, sine vlla discrepantia adscripta, magna cum legentium omniũ admiratione visuntur. Neq. enim tantam harũ מסורה similitudinẽ & constantiam manifesto diuinæ prouidentiæ argumento carere arbitramur, cùm

cùm id in nullis aliis vel Chaldæorum, vel Græcorum, vel Latinorum libris contingere videamus. Esse autem & fuisse antiquissimum huius Mazzoreth vsum, atque ab ipsis Israelitarum primis ferè calamitatibus natum, tum res ipsa, quæ ferè, vt diximus, pronuntiationis varietate constat, tum etiam Hebræorum doctorum libri omnes docent, quibus hæc MAZZORETH auctoritas frequenter citatur. Sunt nobis integra Biblia Hebraica manuscripta ante annos, vt scriptura indicat, quadringentos: sunt in Complutensi bibliotheca nostris antiquiora: elegantissima vidimus Bononiæ in Prædicatorum monasterio, & in Canonicorum cœnobio, vidimus Mediolani apud Dominicanos optima & antiquissima exemplaria: in quibus omnibus constantissima & sibi omnino consentiens MAZZORETH adscripta est eadem quæ in Venetis & in Bombergianis codicibus circumfertur. Hanc autem quòd non minus vtilem quàm cæteræ in aliis linguis variæ lectiones, imò præter cæteras vtilissimam fore arbitraremur, huic sacro Regiorum Bibliorum Apparatui addendam quàm fidelissimè curauimus, addita interpretatione eorum verborum, quæ non Grammatica tantùm ratione, sed significatione ipsa discrepare obseruantur: vt doctus lector, vtraque lectione simul composita, in arcano illo sententiæ inueniendæ genere exerceatur. ipse enim vltrò vbi hanc rationem inuenerit, planè iudicabit neutram partem esse meritò reijciendam.

PORRÒ verba ad indicandam varietatem lectionis, iam inde à principio in Mazzoreth vsurpata sunt כתיב קרי יחיד, quorum illæ significationes sunt: כְּתִיב indicat sic scriptum esse in contextu: קְרִי verò ita legi solere; יחיד autem literam vel punctum præter Grammaticam rationem redundare docet. Hæc igitur quicunque attentè atque æquo animo legerit omnia, intelliget nimirum vel temporum iniuria, vt credere par est, vel Iudæorum inuidia, vt quidam accusare volunt (qui tamen neque auctorem, neque tempus, neque argumentum certum, quamobrem Iudæi id fecerint, indicant) non tantam calamitatem esse allatam, quantam apud huius Mazzoreth antiquissimæ ignaros exclamari audimus. Quod superest, illud est, Christianum omnem lectorem admonere & obsecrare, vt omnibus iis lectionibus, quæ ad diuini verbi explicationem & cognitionem pertinent, vno tantùm pietatis exercendæ & promouendæ studio ductus vtatur, fugiat verò contentionem, cuius nullus vnquam in pietate colenda probatus vsus fuit. Datum Antuerpiæ, Idib. Ianuariis. 1572.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI DE EXEMPLARI PSALTERII ANGLICANI ANIMADVERSIO.

VM in disciplinarum & scientiæ rationibus componendis nihil magis incommodum sit, quàm vt incerta pro certis habeantur, lectorem admonendum duximus, non omnia, quæ aliquando commendantur, manuscripta exemplaria eam fidem mereri, quam ex commendantium auctoritate æstimari oportuerat. id cùm frequenti iam exemplo in alijs libris deprehenderimus, in vno Anglicano Psalterio Hebraicis literis manuscripto manifestè indicare possumus, quòd id exemplaris correctissimi et antiquissimi nomine à doctissimo in nostra ætate scriptore, præcipuę in Ecclesia dignitatis viro non à se visum, sed ex alterius relatu summè laudabatur, atque ad grauissimæ sententiæ à se prolatæ, testimonium & argumentum citabatur in libro qui De optimo genere interpretandi scripturas inscribitur: illic enim contendit auctor, multa in Bibliis Hebraicis loca esse deprauata & corrupta, Iudæorum, vt dici solet, malitia; idque adstruit ex fide exemplaris Psalterij, quod magno in pretio haberi in Anglia dicit, idemque sancti Augustini Archiepiscopi fuisse quondam affirmat, in eoque multa esse correcta, quæ in aliis Bibliis corrupta sunt; vt quòd Ierusalem *perpetuò scribatur, & non* Ierusalaim, *vt in omnibus legitur aliis: atque vt verè vocabatur illa ciuitas, sicut à nobis in Geographia est demonstratũ. Deinde vnum maximi momenti affert locũ, ibidem, vt ait, integrè conseruatum, in cæteris verò mutilum; is est Psalmi nonagesimi sexti decimus versus, Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit à ligno; testatur enim illud, à ligno, in hoc Psalterio esse, quod Iudæorũ malitia olim euulsum inde sit, vt ex Iustino Martyre auctore Græco ipse alijque citant. Cùm verò ad huius sacri Bibliorum operis instructionem nihil non conquirendum nulli difficultati, aut tempori, aut loco cedendum duxerimus, atque varia Hebraica, Græca, Chaldaica, & Latina exemplaria, Deo nostros conatus promouente, comportauerimus; nacti etiam sumus illud exemplar Psalterij appellatum Anglicanum, quod tanquam thesaurum magnum diligentissimè conseruatum Ioannes Clonens doctissimus & pientissimus vir ex Thomæ Mori familia possidet; is enim & optimi exemplaris Pentatheuci Græci, & huius Psalterij nobis copiam fecit. Sed cùm Psalterium videremus, non potuimus non vehementer dolere, grauissimo & doctissimo viro, qui ex aliena fide scripserit & docuerit, sic turpiter esse impositum. Cùm primis enim neque liber antiquus est, neque ab aliquo, qui Hebraicam linguam cognorit, scriptus, sed à scriba Latinas eleganter pingendi literas non ignaro, octoginta, aut ad summum centum ab hinc annis depictus, breuis liber charactere Hebraico, imitatione magis & pingendi peritia quàm legendi notitia relato, adeò corruptè descripto, vt vix vllum verbum integritatem suam retinere videatur. habet nonnullorum Psalmorum Latinam interpretationem nostram vulgatam, & annotatiunculas illum Iacobi de Valentia stylum redolentes, perbreues illas & raras. Cùm puerilem omninò rem esse deprehendissem, tamen ad nonagesimũ sextũ Psalmũ me contuli; ibi non modò non reperi illud testimonium, à ligno, verùm totum illum dimidium versum desideraui, videlicet, Dicite in gentibus quia Dominus regnauit: & tamen in toto libro quanquã plura verba & integræ sententiæ desiderentur,*

nihil tamen deest quod scriptum antea fuerit; constat enim integra & continuata scriptura, eaque, vt diximus, penè recens, puncti & vocalis ex minio accentus ex Heliotropio depicti, capitales literæ aliquot in initiis Psalmorum rubræ, sed quæ Latinam magis quàm Hebraicam referant formam: ludere ne an illudere scriba ille voluerit, satis dignoscere non poteram. quod ad antiquitatem attinet, sciunt pictores quantam ætatem Heliotropij color ferre valeat; rarißime enim centesimum attingit annum. Vt autem antiquorum & diligenter scriptorum exemplarium fidem sanctam, ita huiusmodi nullam esse oportuit, etiam si mille essent reperta & lecta, nedum vnius nunquam visi ab eo, qui summam auctoritatem affirmare contendebat. Quod Sancto Augustino adscribatur, sic res habet: In prioribus membranis vacuis sunt voculæ quædã scriptæ, eo modo quo scribere solemus, cùm calamũ temperantes experimur, sed à scriptore pingendi literas rudissimo, inter alia verba illa ter aut quater sunt: Hic liber, Hic liber est, hic liber est Sancti Augustini *: atque ille quisquis fuit scriptor, vel alius, cultello abrasit* ncti Augustini *; ita tamen vt obiecta luci membrana lectionem integram prodat, namque atramentum tenacius hæserat, quàm vt abradere ille voluerit vel potuerit. Hinc scilicet æstimatio & auctoritas libro facta est ab iis qui Hebraicè omnino ignorauerint: clarè enim legitur:* Hic liber est sa: *reliqua ad lucem in rasa membrana legũtur. Hæc est antiquitas & maiestas. Est deinde alius versiculus huic subiunctus, qui & scriptoris testimonium & eius scripturam commendat,* Hic liber est sa, *sed litera nescio qua. Porrò idem liber, vt ille habet, multis hîc Antuerpiæ doctis, & Hebraicarum literarum peritis ostensus est (interim dum apud nos per octo menses integros mansit) Christophoro Plantino, qui illum ad nos deferri curauit, Francisco Raphelingio Plantini genero, Guidoni Fabritio eiusque fratri, Ioanni Harlemio, Ioanni Goropio Becano, Aluaro Nonio, doctoribus & aliis compluribus, redditus est à nobis Clementi ad quem pertinebat: usque illum in sua bibliotheca Mechlinię habet: certior à nobis factus, quid thesauri in eo contineatur. Vt verò totius rei breue specimen præberemus, quod satis esset ad cætera cognoscenda, eum ipsum nonagesimũ sextum Psalmum fidelissimè ad illam fidem descriptũ, huic nostræ animaduersioni adprimendum curauimus.*

PSALMVS XCVI.

Ex Clementis Angli exemplari descriptus.

1 שִׁירוּ לַיי שִׁיר חָדָשׁ שִׁירוּ לַיי כָּל הָאָרֶץ׃ 2 שִׁירוּ לַיי בָּרְכוּ שְׁמוֹ בַּשְּׂרוּ מִיּוֹם אֶל יוֹם יְשׁוּעָתוֹ׃ 3 סַפְּרוּ בַגּוֹיִם אֶת כְּבוֹדוֹ בְּכָל
a alia exẽpl. לְיוֹם
הָעַמִּים נִפְלְאוֹתָיו׃ 4 כִּי גָדוֹל אֲדֹנָי וּמְהֻלָּל מְאֹד נוֹרָא הוּא עַל כָּל אֱלֹהִים׃ 5 כִּי כָל אֱלֹהֵי הָעַמִּים אֱלִילִים וַיי שָׁמַיִם עָשָׂה׃
6 הוֹד וְהָדָר לְפָנָיו עֹז וְתִפְאֶרֶת בְּמִקְדָּשׁוֹ׃ 7 הָבוּ לַיי מִשְׁפְּחוֹת עַמִּים הָבוּ לַיי כָּבוֹד וָעֹז׃ 8 הָבוּ לַיי כְּבוֹד שְׁמוֹ שְׂאוּ
מִנְחָה וּבֹאוּ לְפָנָיו׃ 9 הִשְׁתַּחֲווּ לַיי בְּהַדְרַת קֹדֶשׁ חִילוּ מִלְּפָנָיו כָּל הָאָרֶץ׃
b alias לְחַצְרוֹתָיו Vetus interpres: In atria eius.
10 אִמְרוּ &c. Dicite in Gentibus, quia Dominus regnauit.
אַף תִּיכוֹן תֵּבֵל בַּל תִּמּוֹט יָדִין עַמִּים בְּמֵישָׁרִים׃ 11 יִשְׂמְחוּ הַשָּׁמַיִם וְתָגֵל הָאָרֶץ יִרְעַם הַיָּם וּמְלוֹאוֹ׃
12 יַעֲלֹז שָׂדַי וְכָל אֲשֶׁר בּוֹ אָז יְרַנְּנוּ כָּל עֲצֵי הַיָּעַר׃ 13 לִפְנֵי יי כִּי בָא כִּי בָא
לִשְׁפּוֹט הָאָרֶץ יִשְׁפֹּט תֵּבֵל בְּצֶדֶק וְעַמִּים בֶּאֱמוּנָתוֹ׃

כתיב & קרי & יתיר

GENESIS.

כתיב i. scribitur.	קרי i. legitur.
8, 17 הַיְצֵא	הַוֹּצֵא
10,19 וּצְבוֹים	וּצְבִים
Idem infr. cap. 14. occurrit.	
24,14 הַנַּעֲרָה	הַנַּעַר
sic infra pluries.	
33 וַיּוּשָׂם	וַיּוּשָׂם
25,23 גוֹיִם	גוֹיִם
27,4 יהיר ה׳	צֵידָה
.i. abundat ה	
30,11 בָּאגֹד	בָּגָד
33, 4 צוֹאֲרָיו	צַוָּארָיו
36,5 יְעוּשׁ	יְעִישׁ
sic infr. vers. 14.	
15 תּוּמָן	תִּימָן
39,20 אֲסִירֵי	אֲסִוּרֵי
22 הָאֲסִירִים	הָאֲסוּרִים

EXOD.

1, 2 מַה זֶּה	מַזֶּה
13,11 יְבִאֲךָ	יְבִיאֲךָ
16,2 וַיָּלִינוּ	וַיָּלִונוּ
8 תַּלִּינוּ	תַּלּוּנוּ
21,8 לֹא	לוֹ
27,11 וְעַמָּדָיו	וְעַמֻּדָיו
28,28 מִשִּׁבְעָתָו	מִשִּׁבְעָתוֹ
sic infr. cap. 39,21.	
32,17 בְּרֵעָה	בְּרֵעָה
19 מִיָּדוֹ	מִיָּדָיו
35,11 בְּרִיחָיו	בְּרִיחָו
37,8 קְצוֹתָיו	קְצוֹתָו

LEVITICVS.

9, 22 יָדָיו	יָדָו
sic infr. 16,21.	
11,21 לֹא	לוֹ
21,5 יִקְרְחוּ	יִקְרְחָה
25,30 לוֹחֹמֹ	לוֹחֹמֹ

NVMERI.

1, 16 קְרוּאֵי	קְרִיאֵי
3, 51 הַפְּדוּיִם	הַפְּרוּיִם
11, מְצָתִי *cum defectu* א *pro* מְצָאתִי	
12,3 עָנָיו	עָנִיו
16,11 תַּלִּינוּ	תַּלּוּנוּ
21,32 וַיִּרֶשׁ	וַיִּירָשׁ
26,9 קְרוּאֵי	קְרִיאֵי
32,6 תְּנוּאוּן	תְּנִיאוּן
34,4 וְהָיָה	וְהָיוּ

DEVTERON.

2, 33 בָּנָיו	בָּנָו
5, 10 מִצְוֹתָיו	מִצְוֹתָו
Idem habes infr. 8, 2. & 28,10.	
21,7 שָׁפְכוּ	שָׁפְכָה
22, *Per totum caput sæpe* נַעַר *inuenitur pro* נַעֲרָה	

כתיב	קרי
28,27 וּבַטְּחוֹרִים וּבַעְפָלִים	
30 יִשְׁכָּבֶנָּה	יִשְׁגָּלֶנָּה
29,28 וּצְבוּיִם	וּצְבִיִּים
13 יַהִיר ו׳	בָּמוֹתַי
33,9 בָּנָיו	בָּנָו

IOSVE.

2, 13 אַחְיוֹתַי	אַחְוֹתַי
3, 4 וּבֵינָיו	וּבֵינָו
16 מֵאָדָם	בְּאָדָם
4, 18 כַּעֲלוֹת	בַּעֲלוֹת
5, 1 עָבְרָם	עָבְרָנוּ
6 וַיֹּאמֶר	וַיֹּאמְרוּ
8 תִּקְעֵי	תִּקְעוּ
12 הָלוֹךְ	הָלוּךְ
7, 21 וָאֵרָא	וָאֵרָא
8, 11 בֵּינָיו	בֵּינוּ
12 לָעֵי	לָעִיר
16 בָּעֵי	בָּעִיר
9, 7 וַיֹּאמֶר	וַיֹּאמְרוּ
11,16 וּשְׁפֵלָתוֹ	וּשְׁפֵלָתוּ
15,4 וְהָיוּ	וְהָיָה
sic infr. 18, 12. & vers. 19.	
47 הַגָּדוֹל	הַגָּבוֹל
48 וְשׁוֹכוֹ	וְשׁוֹכֹה
53 וְיָנוּם	וְיָנוּם
63 יָכְלוּ	יוּכְלוּ
16,3 תֹּצְאֹתָיו	תֹּצְאֹתָו
24 הָעֲמוֹנִי	הָעֲמוֹנָה
19,22 וְשַׁחֲצִימָה	וְשַׁחֲצוּמָה
29 וְהָיוּ	וְהָיוּ
20,8 גוֹלָן	גֹּלָן
sic infr. vers. 27.	
21,10 רִאשׁוֹנָה	רִאשׁוֹנָה
22,7 בְּעֵבֶר	מֵעֵבֶר
24 בֵּינֵינוּ	בֵּינֵינוּ
24,3 וָאַרְבֶּה	וָאַרְבֶּה
7 וָאָבִיא	וָאָבִאה
15 מֵעֵבֶר	בְּעֵבֶר

IVDICVM.

1, 27 יוֹשְׁבֵי	יוֹשְׁבֵי
4, 11 בְּצַעֲנִים	בְּצַעֲנַנִּים
19 צָמֵתִי *cum defectu* א *pro* צָמֵאתִי	
6, 5 וּבָאוּ	וּבָאוּ
7, 13 צְלִיל	צְלוּל
21 וַיָּנִיסוּ	וַיָּנוּסוּ
9, 8 מָלְכָה	מָלוּכָה
12 מָלְכִי	מָלוּכִי
11,37 וְרֵעוֹתַי	וְרֵעוֹתַי
12,3 וָאִשִּׁימָה	וָאִישִׁימָה
13,17 דְּבָרֶיךָ	דְּבָרְךָ
18 פָּלְאִי	פָּלְאִי
16,18 לִי	לֵה
21 הָאֲסִירִים	הָאֲסוּרִים
sic infr. vers. 25.	
25 כְּטוֹב	כְּיטוֹב
26 וַהֲמִישֵׁנִי	וַהֲיִמִישֵׁנִי

כתיב	קרי
17,2 וְאַתִּי	וְאַתָּ
19,3 לַהֲשִׁיבָה	לַהֲשִׁיבוֹ
25 בַּעֲלוֹת	בַּגְּלוֹת
20,13 בְּנֵי	
21,20 וַיָּצוּ	וַיָּצוּ
22 לָרִיב	לָרוּב

RVTH.

1, 8 יַעֲשֶׂה	יַעַשׂ
2, 1 מוֹדַע	מוֹדַע
3, 3 וְשַׂמְתִּי	וְשַׂמְתִּי
וֵרַדְתִּי	וֵרַדְתִּי
4 וְשָׁכַבְתִּי	וְשָׁכַבְתִּי
5 אֵלַי	
12 אֹם *scribitur sed non legitur.*	
17 אֵלַי	
4, 4 וְאֵדְעָה	וְאֵדְעָ
5 קָנִיתִי	קָנִיתָ

I SAMVEL.

1, 17 שֵׁלֵתְךָ *cum defectu* א *pro* שְׁאֵלָתְךָ	
2, 3 וְלוֹ	וְלוֹ
10 מְרִיבָו	מְרִיבָיו
עָלָו	עָלָיו
3, 18 בְּעֵינָו	בְּעֵינָיו
4, 13 יַד	יַד
5, 6 *& sæpius in hoc capite.*	
בַּטְּחוֹרִים	בַּעְפָלִים
7, 9 וַעֲלֵהוּ	וַעֲלֵהוּ
מִבְּנֵימִין	מִבֶּן־יָמִין
9, 1 הַגִּבֹּר	הַגִּבֹּר
26 הַגַּג	
10,7 חָבֹאינָה *cum iod redundante.*	
11,9 בְּחֹם	
12,10 וַיֹּאמֶר	וַיֹּאמְרוּ
13,8 וַיּוֹחֶל	וַיּוֹחֶל
19 אָמֹר	אָמְרוּ
14,27 וַתָּאֹרְנָה	וַתָּאֹרְנָה
32 וַיַּעַשׂ	וַיַּעַט
הַשָّלָל	שָׁלָל
15,16 וַיֹּאמֶר	וַיֹּאמְרוּ
17,7 וְחֵץ	וְזֵעַ
23 מִמַּעַרְכוֹת	מִמַّעַרְכוֹת
18,1 וַיֶּאֱהָבֵהוּ	וַיֶּאֱהָבוּ
6 לָשִׁיר	לָשִׁיר
9 עוֹן	עוֹזֵן
19,18 בְּנָוֹת	בְּנָווֹת
19 בְּנָיוֹת	בְּנָווֹת
sic infr. vers. 23 bis.	
20,2 לֹא־יַעֲשֶׂה לוֹ־עָשָׂה	
24 אֶל	עֶל
22,17 אָזְנִי	אָזְנוֹ
18 לְדוֹאֵג	לְדוֹיֵג
sic infr. bis.	
24,5 אֹיְבֶיךָ *Iod abūdat. sic infr. cap. 26,8.*	
9 מֵהַמְּעָרָה	מִן־הַמְּעָרָה

כתיב	קרי
19 וְאַתָּה	וְאַתָּה
25,3 כָּלְבִי	כָּלְבוֹ
8 בְּנוּ *deficit* א *pro* בָּאנוּ	
18 אֲבִינַיִל	אֲבִיגַיִל
עֲשׂוּיוֹת	עֲשׂוּוֹת
34 וַחֲבֹאת	וַחֲבֹאתִי
26,5 סְבִיבֹתָיו	סְבִיבֹתָו
sic infr. vers. 7.	
7 מְרַאֲשֹׁתָיו	מְרַאֲשֹׁתָו
12 הַחֲנִית	הַחֲנִית
27,4 יָסַף	יָסֵף
8 וְהַגִּזְרִי	וְהַגִּזְרִי
30,6 בָּנָיו	בָּנָו
24 הַיּוֹרֵד	הַיּוֹרֵד

II SAMVEL.

1, 8 וָאוֹמַר	וַיֹּאמַר
11 בִּבְגָדָיו	בִּבְגָדָו
16 דָּמְךָ	דָּמֶךָ
3, 3 לַאֲבִיגַיִל	לַאֲבִיגַיִל
16 לָיִשׁ	לָוִשׁ
25 מוֹבָאֲךָ	מוֹבָאֲךָ
5, 2 הָיִית הָיִיתָה מוֹצִיא	
וְהַמֵּבִיא	וְהַמֵּבִי
8 שִׂנְאוּ	שִׂנְאוּ
23 הֵלֶד *Occidētales scribunt*	וְלֵד
8, 3 פְּרָת *legitur sed non scribitur.*	
10,9 יִשְׂרָאֵל	בִּישְׂרָאֵל
11,1 א הַמַّלְאָכִים *redundat pro* מַלְכִים.	
24 א וַיֹּרוּ הַמּוֹרִים *redūdat in his duabus vocibus pro* וַיֹּרוּ הַמּוֹרִים	
12,2 רָאשׁ *abundat* א *pro* רָשׁ	
9 בְּעֵינַי	בְּעֵינָי
22 וְחַנֵּנִי	וְחַנֵּנִי
24 וַתִּקְרָא	וַיִּקְרָא
31 בַּמַּלְבֵּן	בַּמַּלְבֵּן
13,8 וְתָלָשׁ *abundat* ו *pro* וַתָּלָשׁ	
32 שׁוּמָה	שׁוּמָה
34 אם *scribitur sed non legitur.*	
37 עַמִּיחוּר	עַמִּיהוּר
14,7 שִׂים	שִׂים
11 מֵהַרְבֵּת	מֵהַרְבֵּית
19 אִשׁ *duo sunt deficientia, pro* אִישׁ	
21 עָשִׂיתִי	עָשִׂיתִי
22 עַבְדְּךָ	עַבְדֶּךָ
30 וְהַצִּיתוּהָ	וְהַוִּיתוּהָ
15,8 יָשׁוּב	יָשׁוּב
20 אַנִּישֶׁךָ	אַנִּישֶׁךָ
21 אם *scribitur sed non legitur.*	

כתיב	קרי
28 בְּעַרְבוֹת	בְּעַרְבוֹת
prius significat In transitibus: alterum verò, In campestribus.	
16,2 וְהַלָּחֶם	וְהַלָּחֶם
illic ל *redundat.*	
10 כֹּה	כִּי
כִּי	וְכִי
12 בְּעֵינִי	בְּעֵינֵי
18 לוֹ • לֹא	
23 אִישׁ בְּדִבַּ׳	
legitur sed non scribitur.	
17,12 בְּאַחַד	בְּאַחַת
16 בְּעַרְבוֹת	בְּעַרְבוֹת
18,3 לַעֲזוֹר	לַעֲזוֹר
8 נָפוֹעַת	נָפוֹצוֹת
12 וְלוֹ	וְלֹא
20 כֵּן עַל־	
legitur sed non scribitur.	
19,6 לוֹ	לֹא
31 הַיַّרְדֵּן	בַּיַّרְדֵּן
40 וְהֶעֱבִירוּ	וַיַּעֲבִירוּ
20,5 וַיּוֹחֶר	וַיּוֹחַר
6 עֵינֵנוּ	עֵינֵנוּ
14 וַיִּקְהֲלוּ	וַיִּקָּהֲלוּ
23 הַכְּרֻתִי	הַכְּרֻתִי
25 וּשְׁיָא	וּשְׁוָא
21,4 לָנוּ	לוֹ
6 יִנְחַן	יִתַּן
9 שְׁבַעְתָּיִם *Iod abundat pro* שְׁבַעְתָּם	
הֵמָה	וְהֵמָּה
בְּרָחֵלַת	בְּרָחֵלַת
12 תְּלוֹם שָׁם־הַפְּלֶשׁ	תְּלוֹם שָׁמָה פְּלֶשׁ
16 וְיִשְׁבִּי	וְיִשְׁבֻּנוּ
20 מָדוֹן	מָדוֹן
21 שִׁמְעָא	שִׁמְעִי
22,8 וַיִּתְגַּעַשׁ	וַיִּתְגַּעַשׁ
14 וַיָּהֹם	וַיָּהֹמוּ
33 דַּרְכִּי	דַּרְכּוֹ
34 רַגְלַיִו	רַגְלַי
51 מִגְדּוֹל	מִגְדּוֹל
23,9 דּוֹדוֹ	דֹּדוֹ
הַגִּבֹּרִים	גִּבֹּרִים
11 וְאַחֲרָיו	וְאַחֲרָו
13 שְׁלֹשִׁים	שְׁלִשִׁים
18 הַשְּׁלִשָׁה	הַשִّלִשִׁי
20 חַיִל	חַיִּ
הָאֲרִי	הָאֲרִיה
21 אִישׁ	אִשּׁוּר
35 חֶצְרַו	חֶצְרַי
37 נִשְׂאֵי *redundat Iod pro* נִשָּׂא	
24,16 הָאֲרוּנָה	הָאֲרוֹנָה
18 אֲרַוְנָה	אֲרַנְיָה

I LIB. REGVM.

1, 27 עַבְדְּךָ *Iod redundat pro* עַבְדָּךְ
33 עֶל אֶל
37 יִהְיֶ֫ה יִהְיֶה
47 אֱלֹהִיךָ אֱלֹהִים
2, 24 וַיּוֹשִׁיבֵנִי *Iod redundat pro* וַיּוֹשִׁיבֵנִי
4, 7 אֶחָד הָאֶחָד
5, 3 רַגְלָו תַּגְלֵו
6, 5 יְצוּעַ יִצּוּעַ
16 מִרְכְּתֵי *redundat pro* מִרְכָּתֵי
21 בְּרַחוּקוֹת בְּרַחוּקוֹת
7, 20 שְׁכָבָה הִשְׁכָּבָה
23 וְקוּ וְקוֹ
45 הָאֵל הָאֵל
8, 26 דְּבָרֶיךָ *Iod abūdat*
9, 9 וַיִּשְׁחָטוּ וַיִּשְׁחָטֵו
18 תֵּימָר חֲרֹמֹר
12, 7 וַיְדַבֵּר וַיְזַכְּרוּ
12 וַיָּבוֹ וַיָּבֹא
21 וַיָּבֹאוּ וַיָּבֹא
33 מִלְבֹּר מִלְבוֹ
14, 2 אַתִּי אַתְּ
25 שִׁשַׁק שִׁישַׁק
15, 15 וְקָדְשׁוּ וְקָדְשׁוּ
18 מֶלֶךְ הַמֶּלֶךְ
16, 26 וּבְחַטֹּאתוֹ וּבְחַטֹּאתָיו
34 וּבְשָׁגִיב וּבְשָׁגִיב
17, 15 חֵת חֵתֶן
16 הִיא וְרוּא חֻוא וְהִיא
18, 5 מֵהַבְּהֵמָה מִן בְּהֵמָה
36 וּבְדָרֶיךָ *cum Iod redundante.*
19, 4 אָחֹת אָחֶת
20, 40 מַעֲלֵי מַעֲלֵי
21, 8 הַסְּפָרִים הַסְּפָרִים
21 מֵבִי *cum defectu* א *pro* מֵבִיא
29 אָבִי אָבִיא *sic*
22, 49 עָשָׂר עָשָׂר
נִשְׁבְּרוּ נִשְׁבְּרָה

II. REGVM.

2, 16 הַגִּיאוֹת הַגִּיאָוֹת
3, 24 וַיָּבוֹ וַיָּבוֹ
4, 2 לָךְ לֶכִי
שְׁכֶנֶיךָ שְׁכֵנֶיכִי
3 מוֹצָקֶת מוֹצָקֶת
5 נִשֶּׁיךָ נִשֶּׁיכִי
7 וּבְנֶיךָ בְּנֶיכִי
אָתָּ אָתִי
16 אָתִי אָתָּ
23 אֲתִי הֹלֶכְתִּי הֹלֶכֶת
5, 12 אֲבָנָה אֲבָנָה
18 נא *scribitur, sed non legitur.*
25 מֵאַיִן מֵאַיִן
6, 10 וְהִזְהִירוּ וְהִזְהִירוּ
25 דְּיוֹגִים הָרִיוֹגִים
7, 12 בַּהשֹּׁרָה בַּהשֹּׁרָה
13 הַחֲמוֹן הַהֲמוֹן
15 בְּהַחְפָּזָם *cum* ה *redundante* בְּחָפְזָם
8, 10 לוֹ לֹא
17 שָׁנִים שָׁנָה
9, 15 לְהַגִּיד לְגַיֵּד
24 שָׁלְשׁוֹ שָׁלֹשׁ
33 שִׁמְטוּהוּ *vaf redundat pro* שִׁמְטוּהוּ
37 וְהִיתָה וְהָיָה
10, 27 לְמוֹצָאוֹת לְמֹחֲרָאוֹת
11, 1 רָאֶתָה וּרְאֶתָה
2 הַמָּמִתִים הַמְמֻתִים
4 הַמֵּאוֹת הַמֵּאוֹת *sic vers. 9. & 15.*
18 מִזְבְּחֹתָיו מִזְבְּחֹתָו
20 הַמֶּלֶךְ מֶלֶךְ
12, 9 מִיָּמִין בְּיָמִין
11 יְדֵי יֶד
הַמְּפֻקָּדִים הַפְּקֻדִים
13, 6 הֶחֱטִיא הֶחֱטִיאוּ
14, 2 יְהוֹעַדִּין *redundat Iod pro* יְהוֹעַדָן
6 יוֹמֶת יָמוּת
7 מֶלַח הַמֶּלַח
13 וַיָּבֹא וַיָּבֹאוּ
15, 25 הַמֶּלֶךְ מֶלֶךְ
16, 6 וְאֲרוֹמִים וַאֲרוֹמִים
15 וַיְצַוֶּהוּ וַיְצַוֶּה
17 אֶת וְאֶת
18 מוֹסַךְ מוּסַךְ
17, 13 נְבִיאֵי נְבִיאוֹ
16 שְׁנֵי *duo* שְׁנַיִם *duo*
21 וַיַּדַּח וַיַּדֵּא *secundum punctaleg itur, Et expulit. sed secundum literas* וַיַּדֵּא *& auolare fecit.*
24 וּמִסְּפָרַיִם וּסְפָרַיִם
31 אֱלֹהֵי אֱלֹהֵי סְפַרְיִם סְפַרְוַיִם
18, 27 צֹאתָם חֹרְיָם
מֵיטֵי רַגְלֵיהֶם שֵׁינֵיהֶם
19, 23 קִצּוֹ קִצָּה
25 לְהַשְׁאוֹת לַהְשׁוֹת
31 צְבָאוֹת
37 בָּנָיו
20, 4 חָצֵר הָעִיר
13 נָכְתּוֹ נָכְתָּה
18 יִקָּחוּ יִקָּח
21, 12 שִׁמְעָת שִׁמְעוֹ
22, 5 וְיִתְּנָהוּ וַיִּתְּנָהוּ
בַּיִת בְּבַיִת
23, 10 בֶּן בְּנֵי
33 מִמְּלוּךְ בְּמִלְךָ
36 זְבוּדָה זְבִידָה
24, 10 עָלוּ עָלָה
15 אֵילֵי אוּלֵי
18 חֲמוּטַל חֲמִיטַל
25, 17 אַמּוֹת אַמָּה

I. PARALIPOM.

1, 6 וְרִיפַת וְרִיפַת
46 עֲוִית עֲוִיּוֹת
51 עַלְוָה עַלְוָה
2, 55 יוֹשְׁבֵי יוֹשְׁבֵו
3, 24 הוֹדַוְיָהוּ הוֹדַוְיָהוּ
4, 7 וְצֹחַר יְצֹחַר
20 וְתִילוֹן וְתִוֹלוֹן
41 הַמְּעוּנִים הַמְעוּנִים
6, 26 בְּנֵי בְּנוֹ
35 צוּף צוּף
7, 1 יָשׁוּב יָשׁוּב
10 יְעוּשׁ יְעוּשׁ
31 בְּרִזְיָה בְּרִזָיוּ
8, 25 וּפְנוּאֵל וּפְנִיאֵל
9, 4 בָּנִי מִן בְּנֵי מִן
33 פְּטוּרִים פְּטִירִים
35 יְעִיאֵל יְעוּאֵל
11, 11 הַשָּׁלִישִׁים הַשְּׁלִישִׁים
20 וְלוֹ וְלֹא
44 וְיוּעִיאֵל וַיְעוּאֵל
12, 3 וְיוּזִיאֵל וַיְזוּאֵל
15 גְּדוֹתָיו גְּרוֹתָיו
19 הַשְּׁלִישִׁים הַשָּׁלִישִׁים
14, 1 חוּרָם חִירָם
16, 38 יְדוּתוּן יְדִיתוּן
20, 5 יָעִיר יָעוּר
22, 7 בְּנִי בְּנוֹ
23, 9 שְׁלֹמִית שְׁלֹמוֹת
25, 1 הַנְּבִיאִים *Iod redundat pro* הַנְּבִיאִים
26, 25 וּשְׁלֹמִית וּשְׁלֹמוֹת
29, 16 הוּא הִיא

II. PARALIP.

4, 11 חוּרָם חִירָם
7, 6 מַחְצֹצְרִים *abundat* צ *pro* מַחְצְרִים
8, 18 אֳנִיּוֹת *vaf redūdat pro* אֲנִיּוֹת
9, 29 יָעְדוֹ יָעְדוּ
11, 18 בַּת בֵּן
13, 19 עָפְרַיִן עָפְרוֹן
17, 8 וּשְׁמִרִימוֹת וּשְׁמִירָמוֹת
18, 8 מִיכָיְהוּ מִיכָיְהוּ
24, 27 יֹרֶב וְרֶב
25, 9 לְמָאוֹת *vaf redundat pro* לְמֵאֵת
26, 3 יְכוֹלְיָה *Iod redundat pro* יְכָלְיָה
7 הָעֲרָבִיִּים *Iod redundat.*
11 יְעִיאֵל יְעוּאֵל
21 הַחָפְשִׁית הַחָפְשׁוּת
29, 8 לְזַוָּעָה לְזִוָּעָה
13 יְעִיאֵל יְעוּאֵל
14 יְחִיאֵל יְחוּאֵל
31, 12 כּוֹנַנְיָהוּ *vaf redūdat pro* כָּנַנְיָהוּ *sic vers. sequenti et cap. 35. vers. 9.*
32, 21 מִיצִיאֵי מִיצִיאוּ
33, 16 וַיִּכֶן וַיִּכֹּן
34, 5 מִזְבְּחוֹתַיִם *Iod redundat pro* מִזְבְּחוֹתָם
7 בְּחַרְבֹּתֵיהֶם
9 וַיָּשְׁבוּ וַיָּשֻׁבוּ
25 וַיְקַטְּרוּ *Iod redundat.*
35, 3 הַמְּבִינִים הַמְבִינִים
36, 17 בַּשְׂדִיִּים *Iod redundat.*

I. ESDREA.

2, 50 נְפוּסִים נְפוּשִׂים
3, 3 וַיַּעֲלוּ וַיַּעֲלֻ
4, 2 וְלוֹ וְלֹא
4 וּמְבַהֲלִים וּמְבַלְּהִים
9 אֶרְכְּוָיֵא אַרְכְּוָיֵא
5, 15 אֵלֶה *redundat* ה *pro* אֵל
7, 25 דָּיְנִין דָּאְנִין
26 לִשְׁרֹשִׁי לִשְׁרֹשוֹ
8, 13 יְעִיאֵל יְעוּאֵל
17 וָאֲצָוֶה וָאֲוַצֶּה
הַנְּתִינִים הַנְּתוּנִים
25 וָאֶשְׁקְלָה *redundat Iod pro* וָאֶשְׁקְלָה
10, 12 כִּדְבָרֶיךָ *Iod redundat.*
13 בְּלוּהוּ בְּלוּהִי
37 וַיַּעֲשׂוּ וַיַּעֲשֻׂ
penult. יַדֵּי יַדֵּו
vlt. נָשְׂאוּ נָשְׂאוּ

NEHEMIAS.

2, 13 הַם הֵם
3, 15 וַיַּעֲמִידוּ וַיַּעֲמִידֻ
אַחֲרָיו אַחֲרֵיהֶם
4, 13 בַּצִּחִיִּים *Iod redundat.*
7, 3 וַיֹּאמַר וַיֹּאמֶר
52 נְפִישְׁסִים נְפוּשְׁסִים
9, 6 אַתָּה אַתָּה
17 יְדוּתוּן יְדִיתוּן
12, 9 וְעָנִי וְעָנוּ
14 לְמִלִּיכוּ לְמִלּוּכִי
16 לְעִדּוֹא לְעִדּוּא
38 לְמוּאֵל *cum* א *redundante.*
46 רָאשֵׁי רָאשֵׁי

ESTHER.

1, 5 וּבְמִלּוּאוֹת וּבְמִלּוּאת
16 מְמוּכָן מְמוּכָן
3, 4 כְּאָמְרָם כְּאָמְרָם
4, 4 וַחֲבֵאינָה *Iod redundat vt*
7 *in* בִּיהוּדִיִּים *& cap. 8, 1.*
8, 14 עֲתִידִים עֲתִידִים
9, 27 וְקִבְּלוּ וְקִבֵּל
10, 1 אֲחַשְׁוֵרֹשׁ אֲחַשְׁוֵרֹשׁ

IOB.

1, 10 אַתָּה אַתָּה
5, 18 וְיָדָיו וְיָדֵו
6, 21 לוֹ לֹא
30 וְשָׁבוּ וְשָׁבוּ
7, 1 עָלֵי עָלַי
5 וְגוּשׁ וְגִישׁ
9, 22 תַּחְתָּיו תַּחְתָּו
19 בְּמֵי בְּמוֹ
10, 20 וַחֲדַל יַחֲדַל יְשִׁית וְשִׁית
14, 5 חָקָיו חָקָו
15, 15 בְּקִדֹּשָׁיו בְּקִדֹּשָׁו
31 בַּשָּׁוְא *deficit* א *pro* בַּשָּׁוְא
16, 16 חָמַרְמְרוּ חָמַרְמְרָה
17, 11 וּבָאוּ וּבָאוּ
19 *vlt.* שַׁדּוּן שַׁדּוֹן
21, 13 יְכַלּוּ יְבַלּוּ
20 עֵינָיו עֵינָו
24, 1 וְיֹדְעָי וְיֹדְעָו
4 עֲנוּיֵי עֲנוּיֵי
6 יִקְצוֹרוּ יִקְצֹרוּ
26, 12 וּבִתְבוּנָתוֹ וּבִתְבוּנָתוֹ
14 דַּרְכָּיו דַּרְכָּו
גְּבוּרָתָיו גְּבוּרָתָו
30, 11 יִתְּרוּ יִתְּרוּ
13 לְהַוָּתִי לְהַוָּתִי
22 תִּשְׂיָה תִּשְׂוָה
31, 7 מוּם מוּם
11 וְהוּא וְהוּא
20 חָלָצָיו חָלָצוּ
33, 20 וְשָׁפוּ וְשָׁפוּ
29 נַפְשׁוֹ נַפְשׁוֹ
וְחַיָּתוֹ וְחַיָּתוֹ
37, 11 בְּתַחְבוּלָתוֹ בְּתַחְבוּלֹתָיו
38, 1 מִן מִנּוּ
12 יַדַּעְתָּ יַדַּעְתָּה שַׁחַר הַשַּׁחַר
vlt. יָלְדוּ יָלְדוּ
39, 12 יָשִׁיב יָשִׁיב
26 כְּנָפָיו כְּנָפָו
30 וְאֶפְרֹחָיו וְאֶפְרֹחָו
40, 6 מִן מִנּוּ
41, 1 יְעוֹרֶנּוּ יְעִירֶנּוּ
4 לוֹ לֹא
42, 2 יָדַעְתִּי יָדַעְתָּ
9 שְׁבוּת שְׁבִית

PSALMI.

5, 9 הַיְשַׁר הַיְשֵׁר
6, 4 וְאַתָּה וְאַתָּה
10, 14 עֲנָיִים עֲנוּיִים
19 עֲנִיִּים עֲנוּיִים
10, 5 דְּרָכָיו דְּרָכָו
10 וְדָכָה וְדָכָה
חֵלְכָּאִים *scribitur una dictio, sed leguntur duæ.*
12 עֲנָיִים עֲנוּיִים
11, 1 נוּדִי נוּדוּ
16, 10 חֲסִידְךָ חֲסִידֶיךָ
17, 11 סְבָבוּנִי סְבָבוּנוּ
רִצְפוּנָךְ

וּצְפוּנֶךָ 14
21,2 יָגִיל *Iod redundat*
22,18 כָּארִי
24,4 נַפְשִׁי
5 דִּרְשָׁו
26,2 צָרְפָה
27,5 בְּסִכּוֹ
30,4 מִיָּרְדִי
38,21 רָדְפִי
39,1 לִידוּתוֹן
31,3 וְאָשֵׁר
49,15 וְצוּרָם
51,4 הָרֵב
54,7 יָשִׁיב
55,16 יַשִּׁימָוֶת
56,7 יְצִפּוּנוּ
58,8 חָצָו
59,10 חַסְדִּי
16 יְנִיעוּן
60,7 וַעֲנֵנִי
66,7 יָרוּמוּ
71,14 חוּשָׁה
20 הִרְאִיתַנִי הִרְאִיתַנִי
הִחֲיִינִי הִחֲיִינוּ
הַעֲלֵנִי הַעֲלֵנוּ
72,17 יִנּוֹן
73,2 נָטוּי
שִׁפְכָה
10 יָשִׁיב
16 הוּא
74,6 וְעַתָּה
11 חִוּקְךָ
77,1 יְדוּתוּן
12 אָזְכּוֹר
79,10 בַּגּוֹיִם
85,2 שְׁבוּת
89,18 הָרוּם
90,8 שַׁתָּ
92,16 עַוְלָתָה
96,3 כָּבוֹ
100,3 וְלוֹ
102,24 כֹּחִי
105,18 רַגְלוֹ
28 דָּבְרוּ דָּבְרוּ
40 שָׁלוֹ
108,7 וַעֲנֵנִי וַעֲנֵנוּ
119,79 וְיֹדְעֵי
114 לְדָבְרֶיךָ *Iod redundat. sic vers. 161. in*
וּמִדָּבְרֶיךָ
123,*vlt.* לְגָאֵי לְגָאוֹנִים
יוֹנִים
126,4 שְׁבִיתֵנוּ שִׁבְוֹתֵנוּ
129,3 לְמַעֲנִיתָם לְמַעֲנוֹתָם
139,6 פְּלִיאָה
16 וְלוֹ וְלוֹ
140,10 יְכַסֻּימוֹ יְכַסֻּומוֹ
11 יְמוּטוּ
13 יָדַעְתִּי
141,6 וּגְדֻלוֹתֶיךָ
147,19 דְּבָרָו

148,2 צְבָאָו
PROVERBIA.
1,7 כִּשׂוֹאָה
2,7 וְצָפֵן
8 חֲסִידָו
3,15 מִפְּנִינִים
27 יָדֶיךָ
28 לְרַגְלֶיךָ
30 חָרוּב
4,3 לִבְנִי
16 יַכְשִׁילוּ
6,13 בְּעֵינָו
בְּרַגְלָו
14 מִדְּנִים
16 תוֹעֲבַת
8,16 אֹהֲבַי
35 מָצָא
11,3 יְשָׁדֵם
12,14 יָשִׁיב
13,20 הוֹלֵךְ
14,21 עָנִיִּים
15,14 וּפִי
16,19 עָנִיִּים
27 שִׂפָתוֹ
17,12 תָּמוּשׁ
27 יָקָר
18,17 יָבֹא
19 וּמִדְּנִים
19,7 לוֹ לֹא
16 יָמוּת
19 גָּדֵל
20,4 יִשְׁאַל
16 נָכְרִיָּה
21 מִבְחֹלֶת
30 תַּמְרִיק
21,20 מִדְּנִים
sic vers. 19.
29 יָכִין
22,3 וְנִסְתָּר
20 שָׁלִשִׁים
25 אָרְחֹתָיו
23,5 הַתְעִיף
24 גִּיל יָגִיל גּוּל יָגוּל
26 יוֹלֵד
29 יִשְׁמַח
26 תִּצּוֹרֶנָה
29 מִדְּנִים
sic cap. 25, 24.
31 בַּכּוּס
24,17 אוֹיְבֶיךָ
26,2 לוֹ לֹא
21 מִדְּנִים
24 בִּשְׂפָתָו
27,10 וְרֵעֶה *cum redundante pro* וְרֵעַ
20 וַאֲבַדּוֹן וַאֲבַדָּה
Secundum literas legitur וַאֲבַדָּה *sed secundum punctа* וַאֲבַדּוֹן
24 וְדוֹר
28,8 וְבַתַּרְבִּית *redund.* ב
16 שֹׂנֵא
30,10 אָדְנָו
18 וְאַרְבָּעָה
31,4 אֵי
Ratione puncti legitur אֵי *et ratione vaf* אוֹ
15 נָטְעָה
17 בַּלַּיְלָה
26 הֲיֹלְכוֹת *Iod redudat vel est metathesis pro* הֲלִיכוֹת
ECCLESIAST.
4,8 עֵינוֹ
17 רַגְלֶיךָ *redundat* י
5,9 הוּא הוּא
10 רְאוֹת רְאִית
6,10 שֶׁהַתְּקִיף *redudat* ה
7,24 אַתָּה אַתָּה
9,4 יְחֻבַּר יְחֻבַּר
Secundum priorē lectionem est Eligetur. secuudum alteram verò Consociabitur.
10,3 כְּשֶׁהַסָּכָל *redundat.* ה
10 בְּנִפִּים הַכְּנָפִים *vlt.*
11,9 וּבְמַרְאֵי *scribitur Iod, sed legitur* ה *pro* וּבְמַרְאֵה
12,6 יֵרָתֵק יֵרָחֵק
Secundum priorem lectionē, Elongabitur? secundum alteram Cōstringetur.
CANTIC. CANTICORVM.
1,*vlt.* רַחִיטֵנוּ רַחִיטֵנוּ
2,11 הַסְתָיו הַסְתָו
13 לָךְ לְכִי
14 וּמַרְאֶיךָ *redudat* י.
4,9 בְּאַחַת בְּאַחַד
ISAIAS.
3,15 מַה לָּכֶם מַלְכָּם
16 נְטוּיוֹת נְטוּוֹת
5,29 יִשְׁאַג וְשָׁאַג
8,3 לוֹ לֹא
9,6 לְמַרְבֵּה לְסַרְבֵּה
10,6 וּלְשׁוֹמוֹ וּלְשׁוֹמוֹ
13 וַעֲתוּדֹתֵיהֶם
וַעֲתוּדֹתֵיהֶם
כַּבִּיר כַּאבִּיר
בַּת בֵּית
32 מוּרַעַת מִיּרַעַת
12,5 תִּשְׁכַּבְנָה תִּשְׁגַּלְנָה
13,16 וְרִיבוֹן *scribitur*, וְרִיבוֹן *sed corrigitur*
הָבִיאוּ הָבִיאוּ
16,31 עָשׂוּ עָשׂוּ

יוֹרֶה 24
6,6 בִּיר
21 וְאָבַדוּ יְאָבַדוּ
25 תֵּצְאוּ הֵצְאוּ
תֵּלְכוּ תֵּלְכוּ
ante pen. לְכֶם סֹא דַרְכֶם. *penult.* מֵאֶשְׁחֵם *scribitur vna dictio, sed leguntur duæ.*
7,22 הוֹצִיאוּ הוֹצִיאוּ
8,1 יוֹצִיאוּ יוֹצִיאוּ
6 בִּמְרָצָתָם בִּמְרָצוֹתָם
7 וְסִים וְסוּם
7,7 שָׂחוּט שָׂחוּט
10,13 הָאָרֶץ אָרֶץ
17 יוֹשֶׁבֶת יוֹשֶׁבְתִּי
13,16 יְשִׁית יְשִׁית
20 שָׁאוּ שָׁאוּ
21 וּרְאוּ וּרְאוּ
21 לְמַדְתִּי *Iod redundat.*
14,3 צְעִירֵיהֶם צְעוּרֵיהֶם
14 וָאֵלִיל וָאֵלִיל
וְהַרְמִית וְהַרְמוּת
14 לָכֶם סֹא לָהֶם
15,4 לְזַעֲוָה לְזַעֲוָה
8 אַלְמְנוֹתָיו אַלְמְנוֹתָו
9 בָּא בָּאה
17 שֵׁרִיתִיךָ שֵׁרוּתֵךְ
16 דְּבָרֶךָ דְּבָרֶיךָ
16,16 לְדַיָּגִים לְדַוָּגִים
17,8 יִרְאֶה יִרְאָה
10 כִּרְרָכָו כִּרְרָכָו
11 יָמָו יָמוּ
13 וְסוּרֵי יְסוּרֵי
18 הָעָם עָם
22 שְׁמוּעַ שְׁוּמֵעַ
23 בוֹ בוּ
18,2 וְהִנֵּה הוּא וְהִנֵּהוּ
9 הָרַע הָרֵעָה
14 שְׁבִילֵי שְׁבוּלֵי
15 שְׁרִיקֹת שְׁרוּקֹת
21 שׁוּחָה שׁוּחָה
22 וְיִהְיוּ וְהִיוּ
19,2 הַחַרְסִית הַחַרְסוֹת
15 מֵבִיא מֵבִי
21,9 וְחָיָה יְחָיֶה
12 מַעַלְלֵיכֶם מַעַלְלֵיהֶם
22,2 שִׁמְעֵי סֹא שְׁמַע
4 וַעֲבָדָו וַעֲבָדָו
6 נוֹשְׁבוּ נוֹשָׁבוּ
23 יִשַּׁבְתִּי יִשַּׁבְתִּי
מְקַנַּנְתִּי מְקַנַּנְתִּי
נַחֲנָתִי נַחֲנָתִי
23,17 דִּבְרוּ דִּבְרוּ
24,9 לְזַעֲוָה לְזַוָּעָה
25,7 הַכְעִיסֵנִי הַכְעִיסוּנִי
13 וְהֵבֵאתִי וְהֵבֵאוֹתִי
26,6 הַזֹּאת הַזֹּאת
18 מִיָּבָה מִיָּבִיאָה
28,2 בַּשְּׂעָרָה בַּשְּׂעָרָה
29,14

18,4 וְאֶשְׁקְוֹטָה *cū vaf redundante.*
23,12 כִּחְיִים בְּחַיִּים
13 בַּחוּנָיו בַּחוּנָיו
25,10 בְּמוֹ בְּמוֹ
26,20 דְּלָתֶיךָ *Iod redundat. sic vaf in* יַעֲבוֹר
28,15 שׁוֹט שׁוֹט
יַעֲבֹר עָבֹר
29,11 סַפֶּר הַסֵּפֶר
31,32 בָּם בָּהּ
33 הִיא הוּא
32,15 וְהַכַּרְמֶל וַכַּרְמֶל
36,12 צוֹאָתָם חֹרְאִיהֶם
מֵימֵי שֵׁינֵיהֶם
רַגְלֵיהֶם
37,30 וְאֹכְלוּ וְאֹכְלוּ
Ratione punctorū legitur וְאֹכְלוּ *sed ratione literarum* וָאֲכוֹל
41,23 וְנִרְאֶה וְנִרְאָה
42,20 רָאוֹת רָאוּת
22. ποιηταὶ νόμου,
25. ἐπιλήσμων

Cap. ij.

18. χωρὶς τȣ̃ ἔργων σου
25. τὰς κατασκόπους,

Cap. iij.

3. Εἰ δὲ
6. τȣ̃ γενέσεως ἡμῶν,
8. ἀκατάσατον

Cap. iiij.

11. οὐκέτι εἶ ποιητὴς
12. νομοθέτης καὶ κριτὴς
σὺ δέ τὶς
13. πορευτόμεθα & ποιήσομεν & ἐμπορευσόμεθα & κερδήσομεν
15. ποιήσομεν
16. καταυχᾶσθε

Cap. v.

1. ἐπερχομένοις ὑμῖν.
7. ἀδελφοί μου,
8. μακροθυμήσατε οὖν καὶ
11. ὑπομείναντας
πολυεύσπλαγχνος
12. ἤτω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν
μὴ ὑπὸ κρίσιν
16. Εξομολογεῖσθε οὖν ἀλλήλοις
19. Αδελφοί μου,
τȣ̃ ὁδȣ̃ τȣ̃ ἀληθείας
20. ψυχὴν αὐτȣ̃

PETRI I.

Cap. i.

2. Κατὰ προγνῶσιν
3. ἐλπίδα ζωῆς
8. ὃν ἰδόντες
16. ἔσεσθε,
24. δόξα αὐτῆς ὡς

Cap. ij.

2. αὐξηθῆτε εἰς σωτηρίαν,
11. Αδελφοί,
15. ἀγαθοποιοῦντας ὑμᾶς φιμοῦν
19. χάρις παρὰ τῷ θεῷ,
20. κολαζόμενοι
21. ἀπέθανεν ὑπὲρ ὑμῶν, ὑμῖν ὑπολιμπάνων

Cap. iij.

7. συγκληρονόμοις χάριτος ποικίλης ζώσης, ἐγκόπτεσθε
13. ζηλωτὴ γενέσθε;
15. τὸν χριστὸν
16. Αλλὰ μετὰ
ἔχοντες ἀγαθὴν,
18. περὶ ἁμαρτιῶν ἀπέθανε,
19. ἐν φυλακῇ κατακεκλεισμένοις
20. ὅτε ἀπεκδέχετο
ὀλίγοι

Cap. iiij.

10. καλοὶ κληρονόμοι
14. τȣ̃ δόξης καὶ δυνάμεως
16. τȣ̃ ὀνόματι τούτῳ.

Cap. v.

1. Πρεσβυτέρȣς οὖν τȣ̃ς
2. ἑκουσίως κατὰ θεόν
8. καταπιεῖν·
14. φιλήματι ἁγίῳ.

PETRI II.

Cap. i.

1. τȣ̃ κυρίου ἡμῶν
4. ἐπιθυμίας καὶ φθορᾶς.
10. σπουδάσατε διὰ τȣ̃ καλῶν ἔργων βεβαίαν
11. τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν
12. ἐ μελλήσω

Cap. ij.

2. ταῖς ἀσελγείαις·
4. κρίσιν κολαζομένοις τηρεῖν.
8. ἀθέσμοις ἔργοις
16. παραφροσύνην
17. ὁμίχλαι ὑπὸ
18. ἀσελγείας τȣ̃ς ὀλίγως
21. ὁδὸν τȣ̃ ἀληθείας,
ἐπιςρέψαι εἰς τὰ ὀπίσω

Cap. iij.

7. γῆ τῷ αὐτῷ λόγῳ
8. ἀδελφοί,
10. ἐρχονται μὴ ῥοιζηδὸν
14. ἄμωμοι
18. χριστȣ̃ καὶ θεȣ̃ παιδός.
νυν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τȣ̃ς αἰῶνας τȣ̃ αἰώνων.

IOANNIS I.

Cap. i.

2. ἐφανερώθη ἐν ἡμῖν
5. ἡ ἀγγελία

Cap. ij.

4. ἡ ἀλήθεια τȣ̃ θεȣ̃
7. Αγαπητοί,
14. Ἔγραψα
23. ἔχει. ὁ ὁμολογῶν τὸν υἱὸν, καὶ τὸν πατέρα ἔχει.
27. ἐν ὑμῖν μενέτω,
τὸ αὐτȣ̃ χρίσμα
μενέτε ἐν αὐτῷ

Cap. iij.

11. ἡ ἐπαγγελία
16. ἀγάπην τȣ̃ θεȣ̃,

Cap. iiij.

3. ἀκηκόαμεν
8. ἀγαπῶν, ὅτι τȣ̃ θεȣ̃ ἐκ ἐςιν, ὅτι
9. Ὅτι ἐν
19. Ημεῖς οὖν ἀγαπῶμεν

Cap. v.

5. τὶς δέ ἐςιν
6. ὕδατος καὶ πνεύματος
ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πνεύματι
10. τὴν μαρτυρίαν τȣ̃ θεȣ̃
πιςεύων τῷ υἱῷ,
12. τȣ̃ υἱὸν τȣ̃ θεȣ̃,
20. ἀληθινὸν θεόν.
21. τεκνία μου,

IOANNIS II.

Cap. i.

5. γράφων
7. ἐν σαρκί. εἴτις ἐκ ὁμολογεῖ ἰησοῦν χριστὸν ἐν σαρκὶ,
8. ἀπολέσητε & εἰργάσασθε & ἀπολάβητε
12. ἡ χαρὰ ὑμῶν

IOAN

IOANNIS III.

Cap. i.

4. χάειν
7. τȣ̃ ὀνόμαζȣς ἀυτȣ̃
10. καὶ τȣ̀ς ὑπιδεχομένȣς

IVDÆ.

Cap. i.

1. ἠγαπημένοις,
3. κοινῆς ὑμῶν σωτηρίας,
5. εἰδότας πάντα, ὅτι κύριος ἅπαξ λαὸν
12. σωιδωχέμενοι ὑμῖν,
13. ἀπαφρίζοντα
14. ἁγίων ἀγγέλων ἀυτȣ̃,
15. σκληρῶν λόγων ὧν
16. πορȣόμενοι τῆ ἀσεβείᾳ καὶ τῆ ὠδαγομία,
18. ἐλȣ́σουσι ἐμπαῖκται,
19. ἀποδιορίζοντες ἑαυτȣ̀ς,
22. ἐλέγχετε διακρινομένȣς,
23. ἁρπάζοντες, ȣ̓ς δὲ ἐλεᾶτε ἐν φόβῳ, μισȣῦντες
24. καὶ ἀσπίλȣς σῆσαι
25. ἡμῶν διὰ ἰησȣ̃ χρις ȣ̃ τȣ̃ κυρίȣ ἡμῶν ἐξȣσία πρὸ παντὸς αἰῶνος,

APOCALYPSIS.

Cap. i.

2. εἶδε ἃ πνά εἰσι, καὶ ἃ χρὴ γενέσθαι μετὰ ταῦτα
9. ὑπομονῇ ἐν χρις ῷ ἰησȣ̃,
11. ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις
12. ἐπέστρεψα ἐκεῖ βλέπων
19. γράψον οὖν ἃ

Cap. ij.

7. τȣ̃ θεȣ̃ μȣ.
14. ȣ̓ς ἐδίδαξε τȣ̀ βαλὰκ
16. μετανόησον οὖν.
20. τὴν γυναῖκά σȣ
21. ἃ θέλει μετανοῆσαι.
27. συντριβήσεται,

Cap. iij.

1. τὰ ἑπτὰ πνȣ́ματα
2. ἃ ἤμελλες ἀποβάλλειν τȣ̃ θεȣ̃ μȣ.
4. Ἀλλὰ ἔχεις
7. κλείει, εἰ μὴ ὁ ἀνοίγων
18. ἵνα ἐγχρίσῃς τȣ̀ς

Cap. iiij.

3. σαρδίῳ
6. θρόνȣ ὡς θάλασσα
8. καθ᾽ ἓν ἀυτȣ̃ ἔχοι ἅγιος nouies
11. εἶ ὁ κύριος καὶ ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἅγιος λαβεῖν

Cap. v.

6. ἅ εἰσι
10. ἐποίησας ἀυτȣ̀ς τȣ̃ βασιλȣ́σȣσιν
11. πρεσβυτέρων· καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς ἀυτȣ̃ μυριάδες μυριάδων,
14. ζῶα λέγοντα

Cap. vi.

1. εἶδον ὅτι τȣ̃ ἑπτὰ σφραγίδων,
8. ἐδόθη ἀυτῷ
9. μαρτυρίαν τȣ̃ ἀρνίȣ
12. σελήνη ὅλη ἐγένετο

Cap. vij.

2. ἀναβαίνοντα
10. τῷ θεῷ ἡμῶν τῷ καθημένῳ
11. τȣ̃ θρόνȣ ἀυτȣ̃
14. κύριέ μȣ ἐλȣ́ναναν ἀυτὰς

Cap. viij.

7. μεμιγμένα ἐν αἵματι τρίτον τῆς γῆς κατεκάη, καὶ τὸ τρίτον τȣ̃ δένδρων
11. τρίτον τȣ̃ ὑδάτων εἰς

Cap. ix.

2. καμίνȣ καιομένης.
7. στέφανοι χρυσοῖ,
11. ἔχȣσαι
16. τȣ̃ ἵππȣ, μυριάδες
18. τριῶν πληγῶν τȣ́των
19. εἰσιν, καὶ ἐν ταῖς ȣ̓ραῖς ἀυτȣ̃.

Cap. x.

5. χεῖρα ἀυτȣ̃ τὴν δεξιὰν

Cap. xi.

1. ῥάβδῳ, καὶ εἰστήκει ὁ ἄγγελος λέγων
2. τὴν ἔξωθεν
4. τȣ̃ κυρίȣ τȣ̃
8. ὁ κύριος ἀυτȣ̃
13. ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ
16. ἐνώπιον τȣ̃ θεȣ̃ τȣ̃ θεȣ̃

Cap. xij.

2. ἔκραζεν
12. ȣ̓αὶ τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ,
14. ὅπως θρέψῃ

Cap. xiij.

1. ὀνόματα
5. ἐξȣσία πόλεμον ποιῆσαι
7. φυλὴν καὶ λαὸν καὶ γλȣσσαν
14. τȣ̀ς ἐμȣ̀ς τȣ̀ς κατοικȣῦντας

Cap. xiiij.

1. ὄνομα ἀυτȣ̃, καὶ τὸ ὄνομα τȣ̃
2. ἤκȣσα ὡς κιθαρῳδῶν
4. ȣ̓τοι οὗτοι ἰησȣ̃ ἠγοράσθησαν
7. φοβήθητε τȣ̀ κύριον
8. ἄγγελος δȣ́τερος
9. καὶ ἄλλος ἄγγελος τρίτος
18. βόβρυας τȣ̃ ἀμπέλȣ τȣ̃

Cap. xv.

3. τȣ̃ ἐθνῶν.
4. μόνος ἅγιος,
6. ἐκ τȣ̃ ὀρανȣ̃,

Cap. xvi.

1. τὰς ἑπτὰ φιάλας
21. πληγὴ ἄυτη σφόδρα.

Cap. xvij.

5. τȣ̃ πόρνων
8. καὶ παρέσται.
13. θηρίῳ διδόασιν.

Cap. xviij.

1. εἶδον ἄλλον ἄγγελον
5. ἐκολλήθησαν
11. κλαύσȣσι καὶ πενθήσȣσιν
14. λαμπρὰ ἀπώλȣντο ἀπὸ
17. τȣ̃ πλοίων πλέων
20. ἅγιοι, καὶ οἱ ἀπόστολοι

Cap. xix.

1. ἤκȣσα ὡς φωνὴν
6. λεγόντων θεὸς ἡμῶν ὁ
14. στρατȣ́ματα τὰ ἐν
15. ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα
17. δεῖπνον τὸ μέγα

Cap. xx.

2. σατανᾶς ὁ πλανῶν τὴν οἰκȣμένην ὅλην.
3. καὶ ἔδησεν ἀυτὸν,
6. βασιλȣ́σȣσι μετ᾽ ἀυτȣ̃
12. τȣ̃ θρόνȣ τȣ̃ θεȣ̃

Cap. xxi.

3. λαὸς ἀυτȣ̃
6. ἐγὼ γέγονα
8. ἀπίστοις καὶ ἁμαρτωλοῖς καὶ ἐβδελυγμένοις φαρμακοῖς
11. ὕαλος διαυγής.
27. κοινὸν

Cap. xxij.

3. πᾶν κατάθεμα
6. τȣ̃ πνȣμάτων τȣ̃ προφητῶν
7. καὶ ἰδȣ̀
11. δίκαιος δικαιοσνίνην ποιησάτω
18. Μαρτυρῶ ἐγὼ ὑπιθήσει ὁ θεὸς
19. ἀφέλοι ὁ θεὸς
21. πάντων τȣ̃ ἁγίων ὑμῶν,

FINIS.

AD LECTOREM.

IN his lectionibus colligendis hoc à nobis obseruatum est, vt, posteaquam eas adiumento lectoribus esse, non impedimento cupiebamus, eas ferè scripturas omnes, quæ vel idem prorsus valerent, vt cùm ἐποίει pro ἐποίησε Luc. iij. scriptum fuerat; vel errata duntaxat essent typographica, vt cùm ὑποπιάζω pro ὑπωπιάζω 1.Corinth.ix. erat annotatum; vel etiam glossæ meræ essent, vt cùm προσέταξεν pro συνέταξεν Matth. xxvi. fuerat positum; plerunque omitteremus, cùm præsertim aliunde quoque peti illæ possent: reliquas autem quanta & poteramus, & debebamus fide atque diligentia colligeremus. Ad id autem perficiendum quoniam vulgatæ editionis exemplari Græco certis de causis vsi sumus, quod etiam cum Complutensi codice inter alios fuerat collatum; si hac re nonnunquam continget, vt varia lectio heic annotata in Complutensi contextu reperiatur: id ad eum confirmandum valere, postquam cæteris lectionibus ea fuit prælata, prudens Lector intelliget. Quæ itidem omnia Catholicæ Romanæ Ecclesiæ iudicio censuræque submittimus.

Hunc variarum lectionum in Græcis Bibliis libellum à GVLIELMO CANTERO concinnatum ad sacræ Scripturæ studiosorum vtilitatem imprimi posse nos infrascripti censemus. Louanij XIII. Calend. Decemb. Anno CIↃ. IↃ. LXXI.

Augustinus Hunnæus.

Cornelius Reyneri Goudanus.

Johannes Harlemius.

ILLVSTRISS. D. SIRLETI S. R. E. CARDINALIS, ANNOTATIONES VARIARVM LECTIONVM IN PSALMOS, AD SACRI BIBLIORVM APPARATVS INSTRVCTIONEM.

IN LIBRIS vulgatis inscriptio Psalmi secundi est ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ, sed in exemplari Vaticanæ bibliothecæ nulla est inscriptio, neque apud Hilarium Pittauensem Episcopum, neque apud Ioannem Chrysostomum inuenimus inscriptum esse hunc Psalmum, quemadmodum neque Eusebius Cæsariensis habuit inscriptionem. Theodoritus Cyri annotat Psalmum hunc ἀνεπίγραφον esse apud Hebręos. Conuenit cum his omnibus & beatus Augustinus. Melius igitur in Vaticano exemplari legitur sine inscriptione, quàm in Complutensi in quo est inscriptio ψαλμὸς τοῦ Δαβίδ.

Vers. 9. Quod legitur in vulgatis libris, ὡς σκεύη κεραμέως, in Vaticano est, ὡς σκεῦος κεραμέως: quam lectionem secutus Interpres vertit, *vt vas figuli.* Alij habent in numero multitudinis. Sed verior lectio est illa, ὡς σκεῦος, quippe quæ conuenit cum Hebræo, & cum nostra vulgata editione. Sic legit beatus Hilarius, sanctus & grauis Doctor, quemadmodum & beatus Augustinus. In Complutensi legitur ὡς σκεύη, quam lectionem habuit Eusebius Cæsar. & Theodoritus Cyri.

PSAL. III. vers. 5. quod legitur, ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην, in Vaticano libro est, ἐγὼ ἐκοιμήθην, quam lectionem secutus Interpres vertit: *ego dormiui.* Sic legit Eusebius Cæsar. & Theodoritus Cyri. In Complutensi legitur, ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην. sed melius in Vaticano exemplari quod non habet coniunctionem illam, δὲ, sicut neque in Hebræo legitur.

In eodem Psalmo vulgati libri habent ἐξηγέρθην ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου. sed Vaticanus habet, καὶ ἐξηγέρθην ὅτι κύριος ἀντιλήψατό μου, quæ lectio conuenit cum nostra vulgata editione, in qua legitur, *Et exurrexi, quoniam Dominus suscepit me.* Complutensis habet ἐξηγέρθην, ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου.

INSCRIPTIO quarti Psalmi est in libris impressis, εἰς τέλος ἐν ὕμνοις ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ. Vaticanus noster habet, εἰς τὸ τέλος ἐν ψαλμοῖς ᾠδὴ τοῦ Δαβὶδ: sic & Eusebius Cæs. in suis Comment. Theodoritus legit εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδὴ τοῦ Δαβὶδ. hanc inscriptionẽ sequitur beatus Augustinus, vt apparet in quarti Psalmi enarratione.

PSAL. V. vers. 4. legitur in Complutensi τὸ πρωὶ παραστήσομαί σοι καὶ ἐπόψει με. in Vaticano exemplari τὸ πρωὶ παραστήσομαι σοι καὶ ἐπόψομαι. Sic habet & beatus Hieronymus in editione LXX. hanc lectionem secutus Interpres vertit, *Mane adstabo tibi & videbo.* Theodoritus legit, ἐπόψῃ με, sed veriorem putamus lectionem ἐπόψομαι, quæ & conuenit cum Hebræo.

Eod. Psal. vers. 9. quod habent vulgati libri κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου: in Vaticano legitur κατεύθυνον ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου. quam lectionem vt à LXX. Interpretibus editam approbat sanctus Hieronymus: Theodoritus sequitur, & interpretatur ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου, quemadmodum & Interpres videtur legisse, & sanctus Augustinus. Sic enim habet, *Dirige in conspectu tuo iter meum.* Complutensis conuenit cum vulgata. In Vaticano libro legimus ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου, quod conuenit cum Hebræo.

PSAL. VI. vers. 8. & 9. in vulgatis est ἤκουσε κύριος: in Vaticano εἰσήκουσε κύριος. Sic habet Theodoritus Cyri; sic & Interpres habuit, itaque vertit, *Exaudiuit Dominus.*

Vers. 10. Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν πάντες οἱ ἐχθροί, In Vaticano legitur Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν σφόδρα πάντες οἱ ἐχθροί μου. quam lectionem videtur secutus Interpres: itaque vertit, *Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei.* Sanctus Doctor Hieronymus fatetur in editione vulgata nõ haberi vocẽ illam *vehementer*, sed tamen ab omnibus Interpretibus versum fuisse σφόδρα; quod in Hebręo legitur.

PSAL. IX. vers. 7. in Complutẽsi, & vulgata Græca lectione habetur, ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ· sed in Vaticano exemplari legitur, ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. quam lectionem secutus est Interpres, & in Hebræo etiam habetur in numero multitudinis.

In eodem Psalmo vers. 9. vulgata editio Græca impressa habet, ἐν δικαιοσύναις ἐν θλίψεσι. Sic & in Complutensi legitur. Sed in Vaticano libro inuenimus ἐν δικαιοσύναις ἐν θλίψει. quam lectionem secutus Interpres vertit, *In opportunitatibus, in tribulatione.* In Hebræo etiam legitur in numero singulari.

Item vers. 15. quod legitur in libro impresso & Complutensi ἀγαλλιασόμεθα ὅτι τοῦ σωτηρίου σου, In Vaticano est, ἀγαλλιάσομαι ὅτι τοῦ σωτηρίου σου, quemadmodum & Interpres videtur legisse. Et in Hebræo habetur in numero singulari.

Item vers. 1. Psalmi decimi secũdùm Hebræos, impressus liber habet, ὑπεροχαῖς ἐν δικαιοσύναις ἐν θλίψεσι: sed in Vaticano est ὑπεροχαῖς ἐν δικαιοσύναις ἐν θλίψει. quemadmodum & Interpres legit, & in Hebræo habetur.

In eodem vers. 12. impressus liber habet, ἀνάστηθι κύριε ὁ θεός μου. sic & Complutensis. In Vaticano est ἀνάστηθι κύριε ὁ θεὸς, quemadmodum & Interpres habet, & Hebræa lectio.

Quod in eodem propè versu legitur in vulgata lectione, τοῦ πενήτων σου εἰς τέλος, In Vaticano non leguntur hæc verba, σοῦ εἰς τέλος, neque in Hebræo. bene igitur Interpres conuertit hæc, μὴ ὀπιλάθῃ τοῦ πενήτων. ne obliuiscaris pauperum. In Complutensi leguntur etiam illa, σοῦ εἰς τέλος.

Paulò pòst vers. 14. impressus habet, τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν. sed in Vaticano legitur τοῦ παραδοῦναι αὐτούς. quæ verba Interpres conuertit, *Vt tradas eos.* Complutensis habet, τοῦ παραδοῦναι αὐτόν.

Item illud vers. 16. κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, in Vaticano legitur, κύριος βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα: quam lectionem secutus Interpres vertit, *Dominus regnabit in æternum.* Ita legit & sanctus Augustinus.

QVOD in extremo versu Psalmi 10. legitur εὐθύτητας εἶδε, in Vaticano est εὐθύτητα εἶδε, quemadmodum & Interpres legit. Sic habet & Clemens Alexandrinus in Stromate VI. Sic & sanctus Augustinus, & Theodoritus. in Hebræo etiam habetur in numero singulari. In Complutensi legitur εὐθύτητας εἶδε.

PSAL. XI. vers. 2. lectio impressa habet ἐν καρδίᾳ ἐλάλησε κακά: in Vaticano legimus ἐν καρδίᾳ ἐλάλησαν. sic & Interpres habuit, sic & beatus Augustinus, & Theodoritus. in Complutensi legitur sicut in vulgato libro impresso.

Item vers. 3. in aliquibus libris impressis legitur, καὶ γλῶσσαν μεγαλορρήμονα, in Vaticano legitur sine coniunctione illa καὶ, sicut & in Complutensi, in Hebræo, in sancto Augustino, & in vulgata nostra editione.

Paulò pòst vers. 4. τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστιν: in Vaticano legitur τὰ χείλη ἡμῶν ἀπὸ ἡμῶν ἐστί. quam lectionem

ctionem ſecutus Interpres vertit, *Labia noſtra à nobis ſunt*. In Complutenſi habetur, παρ' ἡμῖν, quemadmodum & beatus Auguſtinus videtur legiſſe. habet enim, *Labia noſtra apud nos ſunt*. Quę lectio videtur etiam magis cum Hebræo conuenire.

Prope finem verſ. 8. legitur καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, in Vaticano habetur ſine cõiunctione illa καὶ, ſic & in Hebręo.

PSAL. XII. verſ. 3. impreſſus liber habet, ἐν καρδίᾳ μου ἡμέρας καὶ νυκτὸς. in Vaticano legitur ἐν καρδίᾳ μου ἡμέρας, quemadmodum & in Hebræo. Interpres ſic legit.

PSAL. XIII. verſ. 4. quod legitur, οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου, in Vaticano habetur, οἱ κατεσθίοντες τὸν λαόν μου. Ita videtur legiſſe & Interpres.

QVARTI DECIMI Pſalmi inſcriptio eſt in libris impreſſis, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ſed in Vaticano legitur tantùm ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, *Pſalmus Dauid*. Sic eſt & apud beatum Auguſtinum, & ſanctum Hieronymum, neque in Hebræo quicquam amplius habetur.

PSAL. XV. verſ. 3. in libris impreſſis legitur ἐθαυμάστωσεν ὁ κύριος πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ, in Vaticano autẽ eſt, ἐθαυμάστωσε πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ, neq. in Hebræo legitur vox illa, *Dominus*, ſic & Interpres habuit.

PSAL. XVI. verſ. 2. οἱ ὀφθαλμοί μου ἰδέτωσαν εὐθύτητας, in impreſſo libro & Complutenſi. ſed in Vaticano legitur, οἱ ὀφθαλμοί σου ἰδέτωσαν εὐθύτητας. ſic habuit Interpres, & eſt in Hebræo.

Item in verſ. 8. φύλαξόν με κύριε ὡς κόρην, in Vaticano legitur φύλαξόν με ὡς κόρην, ſic habuit Interpres, ſic eſt & in Hebræo.

PSAL. XVII. verſ. 3. κέρας σωτηρίας μου καὶ ἀντιλήπτωρ μου: in Vaticano legitur, κέρας σωτηρίας μου, ἀντιλήπτωρ μου, neque in Hebræo eſt coniunctio &.

Item verſ. 9. quod in aliquibus impreſſis legitur ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἐπ' αὐτοῦ, in Vaticano & Complutẽſi melius habetur, ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ: ſic habuit Interpres, & eſt in Hebræo.

Item verſ. 15. ἐξαπέστειλε βέλη, in Vaticano legitur καὶ ἐξαπέστειλε βέλη. ſic & Interpres legit, & in Hebræo habetur.

Item verſ. 36. καὶ ἔδωκας μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας, in Vaticano legitur, καὶ ἔδωκας μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας σου: quam lectionem ſecutus eſt Interpres, & ſic in Hebræo legimus.

Verſ. 47. ζῇ κύριος καὶ εὐλογητὸς ὁ θεός, in Vaticano legitur, ζῇ κύριος, καὶ εὐλογητὸς ὁ θεός μου: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Viuit Dominus, & benedictus Deus meus*.

Verſ. 51. & vlt. μεγαλυνῶν τὰς σωτηρίας τοῦ βασιλέως, in Vaticano legitur, μεγαλυνῶν τὰς σωτηρίας τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, quæ lectio conuenit cum editione Latina vulgata, & cum Hebræa.

PSAL. XIX. verſ. 6. legitur in libris impreſſis καὶ ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ ἡμῶν, ſed in Vaticano eſt, καὶ ἐν ὀνόματι θεοῦ ἡμῶν, ſic habuit Interpres, & eſt in Hebræo.

PSAL. XXI. verſ. 12. οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι, in Vaticano ita eſt, οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *non eſt qui adiuuet*; & in Hebræo tantundem eſt.

Item illud verſ. 24. φοβηθήτω δὴ ἀπ' αὐτοῦ, in Vaticano legitur, φοβηθήτωσαν αὐτὸν: in Complutenſi, φοβηθήτω δὴ αὐτοῦ. Interpres videtur legiſſe vt eſt in Vaticano.

Poſt verba illa verſ. 26. παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ. Impreſſi libri habent, ἐξομολογήσομαί σοι; ſed in Vaticano legitur poſt ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω, *vota mea reddam*. quæ lectio videtur melior, quia conuenit cum vulgata Latina, & Hebræa.

PSAL. XXII. verſ. 5. impreſſi habent, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον. Vaticanus verò, καὶ τὸ ποτήριόν μου μεθύσκον. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et calix meus inebrians*: eamque veriorem eſſe affirmat beatus Hieronymus in epiſtola ad Suniam, & Fretelam. cùm & LXX. & Hebræi; & omnes Interpretes ſic habeant. In Complutenſi verò legitur, τὸ ποτήριόν σου, &c.

PSAL. XXIII. verſ. 6. quod in libris impreſſis legitur, αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν κύριον, in Vaticano habetur, αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων αὐτόν. quæ lectio videtur melior, cùm ſit congruens vulgatæ noſtræ, & Hebrææ.

PSAL. XXIIII. verſ. 2. poſt verba illa, μὴ καταισχυνθείῃ, impreſſi libri & Cõplutenſis habent, εἰς τὸν αἰῶνα. ſed Vaticanum exemplar non habet, neque vulgata editio, neque Hebræa.

In eodem Pſalmo verſ. 14. quod legitur καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς, in Vaticano eſt, καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ τοῦ δηλῶσαι αὐτοῖς. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et teſtamentum ipſius, vt manifeſtetur illis*. Eandem ſequitur beatus Auguſtinus in Commentariis. beatus Hieronymus ſecutus priorem vertit: *Et teſtamentum ipſius manifeſtabit illis*.

Inſcriptio PSAL. XXV. in libris impreſſis eſt ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ſed in Vaticano hoc tantùm legitur, τοῦ Δαβίδ. neque in Hebræo habetur quicquam amplius.

PSAL. XXVI. verſ. 3. ἐὰν δὲ παρατάξητε: in Vaticano, & Complutenſi legitur ſine coniunctione illa δὲ, quæ lectio conuenit cum vulgata.

In eodem verſ. 4. ταύτην ζητήσω, in Vaticano ταύτην ἐκζητήσω. Ita videtur legiſſe Interpres, quamobrem vertit, *hanc requiram*.

Item illud verſ. 4. καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν τὸν ἅγιον αὐτοῦ. in exemplari Vaticano legitur, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ: quę lectio conuenit cum vulgata noſtra Latina, & Hebræa. Sic legit & ſanctus Doctor Hieronymus.

Verſ. 6. qui legitur in libris impreſſis, ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν αἰνέσεως καὶ ἀλαλαγμοῦ, in Vaticano habetur ſic, ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis*. Sic legit & ſanctus Auguſtinus, niſi quod pro *hoſtiã vociferationis* habet, *hoſtiam iubilationis*.

Paulò pòſt verſ. 8. vulgati libri habent, σοὶ εἶπεν ἡ καρδία μου, κύριον ζητήσω: in Vaticano autem non leguntur verba illa, κύριον ζητήσω. quæ neque ſunt in editione noſtra vulgata, neque in Commentariis beati Auguſtini: conuenit etiam Hebraica lectio.

PSAL. XXVII. verſ. 1. in quibuſdam libris impreſſis poſt verba illa primi verſus, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, deſunt hæc, μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, in Cõplutenſi non deſunt, niſi hæ duæ voces ἀπ' ἐμοῦ. in Vaticano lectio eſt integra: vt etiam in Theodorito.

Sequens verſ. εἰσάκουσον κύριε τῆς φωνῆς, in Vaticano legitur, εἰσάκουσον τῆς φωνῆς: quam lectionẽ veriorem eſſe docet beatus Hieron. in his quæ ſcripſit ad Suniam & Fretelam. Ait enim additam eſſe vocem illam κύριε.

Eod. Pſalmo verſ. 3. quod legitur, μὴ συνελκύσῃς με μετὰ ἁμαρτωλῶν: Vaticanum exemplar habet ſic, μὴ συνελκύσῃς μετὰ ἁμαρτωλῶν τὴν ψυχήν μου. hanc lectionem ſecutus eſt beatus Auguſtinus in Comment. Sed neq. Theodoritus, neq. alij, quos legerim, habent, niſi Vaticanus tantùm liber: quod volui notare, ne quis cùm pro eo, quod in vulgata legitur: *Ne ſimul trahas me cum peccatoribus*, in Commentariis ſancti Auguſtini legit, *Ne ſimul trahas cum peccatoribus animam meam*; exiſtimet temerè hoc dixiſſe ſanctum Doctorem illum, cùm etiam, vt diximus, in nonnullis exemplaribus Græcis lectio illa inueniatur, μὴ συνελκύσῃς μετὰ ἁμαρτωλῶν τὴν ψυχήν μου.

INSCRIPTIO Pſalmi XXIX. in libris impreſſis eſt, ψαλμὸς ᾠδῆς τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου Δαβίδ: in Vaticano autem legitur, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδῆς τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου Δαβίδ. Eandem inſcriptionem habet Theodoritus in ſuis Commentariis: niſi quòd verba illa, εἰς τὸ τέλος, habet in fine inſcriptionis. Eandem ſecutus eſt & ſanctus Auguſtinus. Sic enim habet, *In finem Pſalmus cantici dedicationis domus ipſi Dauid*.

In eodem Pſalmo verſ. 8. vulgati libri habent, ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου: in Vaticano legitur ſine coniunctione illa δὲ, ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου: quam lectionem

lectionem ſecutus Interpres conuertit, *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Eodem modo habet & ſanctus Auguſtinus in ſuis Commentariis, neque in Hebræo legitur coniunctio aliqua.

PSAL. XXX. verſ. 5. Vulgati libri Græci habent, ὅτι σὺ εἶ ὑπερασπιστής μου κύριε, in Vaticano habetur hoc tantùm. ὅτι σὺ εἶ ὑπερασπιστής μου. Sic & vulgata Latina editio, & beatus Auguſtinus legit in enarratione huius Pſalmi.

Eod. Pſalmo verſ. 9. quod legitur in vulgatis ὃ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, in Vaticano eſt, ὃ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθροῦ. quam lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Nec concluſiſti me in manibus inimici.* Sic & beatus Auguſtinus: niſi quòd pro *in manibus*, legit *in manus.*

PSAL. XXXI. verſ. 2. pro eo quod vulgata editio habet, *Nec eſt in ſpiritu eius dolus:* In libris Græcis impreſſis legitur, οὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος, *Nec eſt in ore eius dolus.* quam lectionem ſecutus eſt & beatus Auguſtinus. Verùm LXX. Interpretes, & Theodotion quinta & ſexta editio, & Aquila & ipſum Hebraicum *in ſpiritu eius* habent, vt ſanctus Hieronymus annotauit in his quæ ſcripſit ad Suniam, & Fretelam. Vera igitur lectio Græca eſt, οὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ πνεύματι αὐτοῦ δόλος. quam ſecutus Interpres vertit, *Nec eſt in ſpiritu eius dolus.* Ita legit beatus Ambroſius in libro II. de Pœnitentia cap. V. & de Noë cap. LXX.

PSAL. XXXII. verſ. 3. Vaticanus liber habet, καλῶς ψάλατε ἐν ἀλαλαγμῷ: pro quo in vulgatis libris legitur, καλῶς ψάλατε αὐτῷ ἐν ἀλαλαγμῷ, conuenit cum Hebræo: ſed Interpres legit καλῶς ψάλατε αὐτῷ ἐν ἀλαλαγμῷ.

In eodem Pſalmo verſ. 5. vulgata editio habet ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην καὶ κρίσιν ὁ κύριος. ſed in Vaticano legitur ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνη καὶ κρίσιν. quam lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Diligit miſericordiam, & iudicium:* neque in Hebræo eſt amplius. Sic legit & ſanctus Doctor Auguſtinus.

Item illud verſ. 20. ἡ δὲ ψυχὴ ἡμῶν, in Vaticano legitur, ἡ ψυχὴ ἡμῶν, neque in Hebræo eſt amplius. hanc lectionem ſecutus Interpres vertit, *Anima noſtra, &c.* ſic legit & beatus Auguſtinus.

In extremo verſ. eiuſdem Pſalmi legitur γένοιτο κύριε τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς. At in Vaticano exemplari eadem verba leguntur hoc ordine, γένοιτο τὸ ἔλεός σου κύριε ἐφ' ἡμᾶς. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.* Eodem ordine verborum legitur hic verſus & in Hebræo.

PSAL. XXXIII. verſ. 5. quod legitur in vulgatis libris ἐκ πασῶν τῶν θλίψεών μου. in Vaticano habetur, ἐκ πασῶν τῶν παροικιῶν μου: ſed Interpres legit, ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων μου. Itaque vertit, *Ex omnibus tribulationibus meis.*

INSCRIPTIO Pſalmi XXXIIII. in vulgatis libris eſt, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ: ſed in Vaticano eſt τῷ Δαβίδ, neque in Hebræo eſt amplius.

In eodem Pſalmo verſ. 11. legitur in Græcis vulgatis, ἀναστάντες μοι μάρτυρες, in Vaticano autem, ἀναστάντες μάρτυρες: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Surgentes teſtes.* Conuenit lectio Vaticani libri cum Hebræo. Eodem modo legit & ſanctus Auguſtinus in Commentariis.

In eodem Pſalmo verſ. 20. καὶ ἐπ' ὀργῇ δόλοις διελογίζοντο: ſed Vaticanus liber habet, καὶ ἐπ' ὀργῇ τῆς γῆς δόλοις διελογίζοντο. Sed Interpres legit, vt eſt in Vaticano. itaque vertit, *In iracundia terræ dolos cogitabant.* Sic legiſſe videtur & Theodoritus.

Item verſ. 24. quod legitur, κρῖνόν με κύριε κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου, in Vaticano eſt, κρῖνόν με κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου: quam lectionem habet Hebraica & vulgata noſtra editio.

INSCRIPTIO Pſalmi XXXV. in libris Græcis vulgatis eſt, εἰς τὸ τέλος τῷ παιδὶ τοῦ κυρίου Δαβίδ, in Vaticano eadem eſt, niſi quod pro τῷ παιδὶ legitur τῷ δούλῳ.

INSCRIPTIO Pſalmi XXXVI. in vulgatis eſt, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ſed in Vaticano tantùm legitur, τῷ Δαβίδ, neque amplius eſt in Hebræo.

Pro eo quod in eodem Pſalmo verſ. 4. legitur in Græcis impreſſis, δώη σοὶ τὰ αἰτήματα, Vaticanus codex habet δώσει σοὶ τὰ αἰτήματα. quam lectionẽ ſecutus eſt & Interpres Latinus.

Item quod legitur verſ. 7. ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίαν, in Vaticano eſt, ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίας.

In eodem verſ. 23. legitur, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει σφόδρα, in Vaticano habetur, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει. quã lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Et viam eius volet.*

Item in vulgatis Græcis verſ. 24. habetur, κύριος ἀντιστηρίζει χεῖρα αὐτῷ. ſed in Vaticano legitur κύριος ἀντιστηρίζει χεῖρα αὐτοῦ: quam lectionem ſequens Latinus Interpres vertit, *Dominus ſupponit manum ſuam.*

In eodem verſ. 26. legitur, ἐλεεῖ καὶ δανείζει ὁ δίκαιος: in Vaticano habetur, ἐλεεῖ καὶ δανείζει: quæ lectio conuenit cum vulgata editione.

PSAL. XXXVII. verſ. 21. prope finem, quod legitur, οἱ ἀνταποδιδόντες μοι κακὰ, in Vaticano eſt, οἱ ἀνταποδιδόντες κακὰ: quæ lectio conuenit cum editione vulgata Latina.

PSAL. XXXVIII. verſ. 11. vulgata lectio Græca habet, ἀπὸ τῆς ἰσχύος: ſed Vaticanus codex, ἀπὸ τῆς ἰσχύος. Sic & Interpres Latinus habuit.

Sequens verſ. 12. habet, πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος, in Vaticano legitur, πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος ταραχθήσεται. quæ lectio conuenit cum editione Latina vulgata.

PSAL. XXXIX. verſ. 7. vulgata lectio Græca continet, ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐζήτησας: ſed Vaticanus codex, ὁλοκαύτωμα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἠτήσας: quam lectionem ſecutus Interpres Latinus vertit *holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti.* In epiſtola verò ad Hebræos cap. 10. verſ. 6. Paulus Apoſtolus habet *holocautomata.*

PSAL. XL. verſ. 4. vulgata lectio Græca eſt, κύριος βοηθήσει, Vaticanus verò liber habet, κύριος βοηθήσαι. Sic & Interpres Latinus habuit: itaque vertit, *Dominus opem ferat.*

In eodem legitur verſ. 7. in vulgatis, καὶ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν: ſed in Vaticano habetur, καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et ſi ingrediebatur, vt videret.* quæ lectio verior eſt, & conuenit cum Hebræo.

PSALM. XLIII. verſ. 2. vulgata lectio eſt, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν. in Vaticano eſt, οἱ πατέρες ἡμῶν: quod etiam in Hebræo legitur ſine coniunctione.

Item illud verſ. 10. οὐκ ἐξελεύσῃ ὁ θεὸς ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν: in Vaticano legitur, οὐκ ἐξελεύσῃ ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν. Vocem illam ὁ θεὸς neque in Græcis emendatioribus, neque in Hebræo legimus. beatus etiam Hieronymus in his, quæ ſcripſit ad Suniam & Fretelam, aſſerit hoc loco ſuperfluum eſſe. At beatus Auguſtinus videtur legiſſe, vt nunc habetur in vulgatis libris Græcis.

In eodem Pſalmo verſ. 13. legitur in Complutenſi, & aliis vulgatis libris Græcis, καὶ οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν: ſed in Vaticano, καὶ οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν: quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Et non fuit multitudo in commutationibus.* Corruptè autem legitur, ἀλαλάγμασιν, cùm ſit legendum ἀλλάγμασιν: beatus Auguſtinus legit, & interpretatur, ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν, hoc eſt, *in iubilationibus*; ſed verior lectio eſt, ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν.

PSAL. XLIIII. verſ. 12. & 13. quod legitur, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ, καὶ θυγάτηρ Τύρου, in aliis manuſcriptis Græcis habetur his verbis: προσκυνήσουσιν αὐτῷ θυγατέρες Τύρου ἐν δώροις. Ita vertiſſe LXX. Interpretes

testis est Theodoritus. Hanc lectionem secutus beatus Augustinus legit, *Adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus.*

In eodem Psalmo vers. 17. vulgata lectio habet, ἐγενήθησαν υἱοί σου: sed Vaticana ἐγκυήθησάν σοι υἱοὶ. quam secutus Interpres Latinus vertit, *Nati sunt tibi filij.* sic legit & beatus Augustinus.

Item illud vers. 18. μνηθήσομαι τοῦ ὀνόματός σου: in aliis legitur μνηθήσονται τοῦ ὀνόματός σου. Priorem lectionem sequitur Hieronymus, in his quæ scripsit ad Principiam virginem; posteriorem Augustinus in Commentariis.

PSALM. XLV. vers. 6. καὶ ὁ σαλευθήσεται, in Vaticano legitur, ὁ σαλευθήσεται. In Hebræo etiam legitur sine coniunctione. sic & in Commentariis sancti Augustini.

Paulò post vers. 7. vulgati libri habent, ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ ὁ ὕψιστος. sed Vaticanus, ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ: quæ lectio verior est, congruens cum Hebræo, & cum nostra vulgata.

Paulò post vers. 9. in vulgatis Græcis, δεῦτε καὶ ἴδετε. in Vaticano, δεῦτε ἴδετε: neque in Hebræo legitur cum coniunctione. Item illud, τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ: in Vaticano est, τὰ ἔργα τοῦ κυρίου. quam lectionem secutus est Interpres Latinus, & sanctus Augustinus.

PSALM. XLVII. vers. 10. vulgata lectio Græca habet, ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου. sed Vaticanus codex, ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ σου. quam lectionem secutus Interpres vertit, *In medio templi tui.* Priorem lectionem sequitur sanctus Augustinus in huius Psalmi enarratione. Verùm sanctus Hieronymus scribens ad Suniam & Fretelam, probat veram lectionem esse ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ σου: Complutensis habet ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου.

PSAL. XLVIII. vers. 15. vulgati libri habent, ἐκ τῆς δόξης αὐτῶν ἐξῴθησαν: Vaticanus verò, ἐκ τῆς δόξης αὐτῶν sine verbo illo ἐξῴθησαν: neque Augustinus habuit, neque Theodoritus in libris emendatis.

Vers. 21. & vlt. Psalmi legitur in libris vulgatis, καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὤν: sed in Vaticano habetur, ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὤν. quam lectionem veriorem esse docet beatus Hieronymus: quo loco ad Suniam & Fretelam scribens, ait: Sciendum quòd iste versiculus, *Homo cùm in honore esset*, bis in hoc Psalmo sit, & in priori additam habeat & coniunctionem, in fine non habeat. hæc sanctus & illustris Doctor Hieronymus. beatus etiam Augustinus legit sine coniunctione.

PSALM. XLIX. vers. 7. quod legitur in libris vulgatis, ἄκουσον λαός μου καὶ λαλήσω σοι: In Vaticano exemplari est, ἄκουσον λαός μου καὶ λαλήσω σοι. liber Cõplutensis habet vt Vaticanus. quà lectionem sequitur Interpres.

In eodem Psalmo vers. 10. vulgati libri habẽt τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ. ita & Complutensis. sed in Vaticano legitur τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ. quam lectionem testatur Euthymius se vidisse in nonnullis exemplaribus. hanc & Interpres secutus vertit, *syluarum.*

In eodem Psalmo vers. 15. quod vulgati libri habent, ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου: in Vaticano legitur, ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως. sic & Interpres habuit, neque in Hebræo est aliquid amplius. sanctus Augustinus legit; *In die tribulationis tuæ.* Sic & in Complutensi legitur.

Item illud vers. 18. καὶ μετὰ μοιχοῦ: in Vaticano legitur, καὶ μετὰ μοιχῶν. quam lectionem secutus Interpres vertit, *Et cum adulteris:* in Complutensi habetur, καὶ μετὰ μοιχοῦ. sed verior illa est, καὶ μετὰ μοιχῶν: nam & in Hebræo legitur in numero multitudinis. Sanctus Augustinus legit, *& cum adulteris.* Euthymius Monachus secutus est alteram illam lectionem μετὰ μοιχοῦ.

In eodem Psalmo vers. 21. in vulgatis legitur, ὠδάσησω καὶ στήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου. in Vaticano habetur, ὠδάσησω καὶ στήσω κατὰ πρόσωπόν σου. quam lectionem habuit Interpres, & beatus Augustinus. Verba verò illa τὰς ἁμαρτίας σου puto notata esse pro glossemate, & postea irrepsisse in contextum verborum: cùm vera lectio sit ὠδάσησω καὶ στήσω κατὰ πρόσωπόν σου. Et tamen in Complutensi, in Euthymio, & aliis coronidem hanc impressam legimus.

In extremo versu eiusdem Psalmi legitur in vulgatis, δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου: sed in Vaticano exemplari est, δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ. quod & Interpres vulgatus sic habuit: itaque vertit, *Ostendam illi salutare Dei.* Ad eundem modum legit sanctus Augustinus. Hanc lectionem puto veriorem esse; cùm & in vetustissimo Vaticano exemplari legatur, & conueniat cum Hebræo. Theodoritus Cyri legit, δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ μου.

INSCRIPTIO Psalmi quinquagesimi habet in libris Græcis vulgatis, ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς βηρσαβεὲ τὴν γυναῖκα οὐρίου. Vaticanus codex non habet verba hæc: τὴν γυναῖκα οὐρίου, neque in Hebræo sunt, neque in enarratione sancti Doctoris Augustini.

Quod vulgati libri habent vers. 13 καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον, in Vaticano legitur, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου. quo ordine & in Hebræo scriptum inuenimus.

PSAL. LI. vers. 4. quod vulgata lectio Græca habet, ξυρὸν ἠκονημένον, in Vaticano legitur, ξυρὸν ἐξηκονημένον.

Item quod sequitur paulò post ἠγάπησας πάντα ῥήματα, in Vaticano est, ἠγάπησας πάντα τὰ ῥήματα.

PSAL. LII. vers. 5. quod in vulgatis legitur, οἱ κατεσθίοντες τὸν λαόν μου ἐν βρώσει ἄρτου: Vaticanus liber habet, οἱ κατεσθίοντες τὸν λαόν μου βρώσει ἄρτου.

Item illud, τὸν κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο: in Vaticano legitur, τὸν θεὸν οὐκ ἐπεκαλέσαντο. quam lectionem puto veriorem, quia conuenit cum Hebræo; quam & Interpres noster habuit: ac propterea vertit, *Deum non inuocauerunt.* Eandem secutus est & beatus Augustinus in Commentariis.

PSAL. LIII. titulus, in vulgatis legitur, εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις συνέσεως τῷ Ἀσάφ. sed in Vaticano est, εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις συνέσεως τῷ Δαβὶδ: quæ lectio conuenit cum Hebræo; quam & sanctus Augustinus secutus est: sic enim habet, *In finem in hymnis intellectus ipsi Dauid.* Eodem modo Theodoritus & Euthymius.

Eodem Psalmo vers. 9. quod legitur in vulgatis, προσδεχόμην τὸν θεὸν τὸν σώζοντά: in Vaticano est, προσδεχόμην τοῦ σώζοντα. quam lectionem secutus Interpres vertit, *Expectabam eum qui saluum me facit.* Eandem habet & sanctus Augustinus in Commentariis, nisi quòd pro *facit*, habet *faceret:* Sic enim ait, *Expectabam eum qui saluum me faceret.* in Complutensi legitur vt in vulgatis Græcis libris.

In eodem Psalmo vers. 10. impressi libri habent, καταπόντισον κύριε καὶ καταδιέλε: in Vaticano legitur sine coniunctione illa καὶ, quæ neque in Hebræo est. & videtur verior lectio si legatur ἀσυνδέτως.

Item vers. 11. quod legitur, καὶ ἀνομία καὶ κόπος, in Vaticano habetur, ἀνομία καὶ κόπος: quod & Interpres sic legit, & beatus Augustinus, Complutensis, Theodoritus, & Euthymius habent, καὶ ἀνομία καὶ κόπος: sed puto melius legi sine coniunctione priore.

In eodem Psalmo vers. 17. vulgata lectio Græca habet, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσέ μου: sed in Vaticano legitur, καὶ ὁ κύριος ἔσωσέ με. hanc lectionem secutus Interpres vertit, *Et Dominus saluauit me*; quæ conuenit cum Hebræo; licet beatus Augustinus habeat, *Et Dominus exaudiuit me:* nimirum quod in multis exemplaribus legitur, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσέ μου: & ipse secutus est Theodoritus, & Euthymius monachus.

Est in eodem vers. 22. iuxta vulgatos libros, ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν: sed in Vaticano legitur ἤγγισεν ἡ καρδία αὐτῶν. hanc lectionẽ secutus Interpres vertit, *Appropinquauit cor illius.* Eandem habuit & sanctus August. quæ cõuenit etiam cũ Hebræo. Cõplutẽsis habet ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν. Eodẽ modo legit Theodor. & Euthym.

Item quod sequitur vers. 22. ἐπαλαίσθησαν οἱ λόγοι αὐτῶν: in Vaticano legitur ἐπαλαίσθησαν οἱ λόγοι αὐτοῦ. Sic legit &

legit & Interpres: nam habet, *Molliti sunt sermones eius.* Ita & sanctus Augustinus. sed Theodoritus, Euthymius, & Complutensis habent αὐτῶν. sed puto melius legi αὐτοῦ, quia conuenit cum Hebræo, cum vulgata editione, & cum sancto Doctore Augustino.

In vers. 24. & vlt. legitur, ἐγὼ δὲ κύριε ἐλπιῶ ὅτι σὲ: sed in Vaticano, ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ὅτι σέ: quæ lectio conuenit cum vulgata Latina, & cum Hebræa. sanctus Augustinus secutus est priorem lectionem.

PSAL. LV. vers. 3. & 4. quod vulgata lectio habet ἀπὸ ὑψους ἡμέρας ἐφοβηθήσομαι, legendũ esse, ἀπὸ ὑψους ἡμέρας φοβηθήσομαι, affirmat beatus Hieronymus in his quę scripsit ad Suniam & Fretellam, quo loco dicit additam esse negationem illam ἐ. Eius autem verba sunt. Dicitis in Græco vos inuenisse, ὅτι πολλοὶ πολεμοῦντες με, ἀπὸ ὑψους ἡμέρας ἐφοβηθήσομαι, id est non timebo, quod additum est: & est ordo; Quoniã multi dimicant aduersum me, idcircò ego ab altitudine diei timebo, hoc est, non bellantes aduersum me, sed tuum excelsum timebo lumen. Ex his beati Hieronymi verbis apertè intelligimus, LXX. Interpretes vertisse φοβηθήσομαι sine negatione. quam lectionem retinuit Interpres noster vulgatus, neque in Hebræo legitur hic versus cum negatione, neque apud sanctum Augustinum, nisi quod videtur legisse φοβηθήσονται pro φοβηθήσομαι. Mirum tamen videtur quod in Theodorito, Euthymio, & Complutensi legatur ἐφοβηθήσομαι, & vix in vno Hieronymo inueniatur vera lectio, quam & Interpres secutus est. Non deest Græcus codex, qui habet, ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντες με, φοβηθήσονται· ἐγὼ δὲ ὅτι σοι ἐλπιῶ. hanc lectionem secutus est beatus Augustinus, vt ex eius enarratione in hunc Psalmum cognosci potest.

In eodem Psalmo vers. 8. legitur ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς ὥσεις αὐτοὺς. sed emendatiores libri habent, ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς σώσεις αὐτοὺς. Ita legit Interpres: itaque vertit, *pro nihilo saluos facies illos.* Sic vertit & beatus Hieronymus ex LXX. & sanctus Augustinus in Commentariis, & multis annis antea Arnobius & Hilarius. Theodoritus & Euthymius legunt & interpretantur, ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς ὥσεις αὐτούς. Complutensis habet σώσεις αὐτοὺς. puto detracto σ ex σώσεις factum esse ὥσεις propter collisionem alterius σ præcedentis dictionis μηδενὸς.

Vers. 14. & vlt. iuxta vulgatos libros legitur, εὐαρεστήσω ἐνώπιον κυρίου: sed Vaticanus habet, εὐαρεστῆσαι, quod Interpres vertit, *vt placeam.* Ita enim commodè verti solent, ἀπαρέμφατα. si legisset εὐαρεστήσω, reddidisset *placebo.* Theodoritus, Euthymius, & Complutensis habent, εὐαρεστήσω.

PSAL. LVI. vers. 8. legitur, ἄσομαι καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ μου: in Vaticano habentur hæc verba, ἄσομαι καὶ ψαλῶ. Ita legit Interpres: nam vertit, *Cantabo, & psalmum dicam.* Et beatus Augustinus legit in sua enarratione *Cantabo, & psallam.* verba illa ἐν τῇ δόξῃ μου, putamus addita esse huic loco ex Psalmo CVII.

PSAL. LVII. vers. 9. vulgati libri Græci habent, ἔπεσε πῦρ ἐπ' αὐτοὺς: in Vaticano tantùm legitur, ἔπεσε πῦρ. illud autem ἐφ' αὐτοὺς additum esse opinor: cum neque vulgata editio habeat, neque Vaticanum miræ vetustatis exemplar, neque sanctus Augustinus.

PSALM. LVIII. vers. 7. iuxta vulgatos libros legitur, ἰδοὺ αὐτοὶ ἀποφθέγξονται: Vaticanus verò habet, ἰδοὺ ἀποφθέγξονται. ita & Interpres noster legit: quam ob rem vertit, *Ecce loquentur.*

In eodem Psalmo vers. 12. impressi libri habent, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου: sed in Vaticano legitur, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ λαοῦ μου. Ita & Interpres legit: quare & vertit, *Ne fortè obliuiscantur populi mei.* sanctus Augustinus legit, *Nequando obliuiscantur legis tuæ*: nimirum secutus est lectionem illam, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου, quemadmodum Theodoritus, & Euthymius. Veriorem autem lectionem esse, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ λαοῦ μου, affirmat sanctus Hieronymus in his quæ scripsit ad ad Suniam & Fretellam: quo loco asserit à LXX. Interpretibus, & à se ita versum esse. Corruptè igitur legitur, τοῦ νόμου σου, pro τοῦ λαοῦ μου.

PSALMI LX. titulus iuxta vulgatos libros legitur, εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις τῷ Δαβὶδ ψαλμός: sed in Vaticano habetur, εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις τῷ Δαβὶδ. hunc titulum sic habet B. Augustinus; nam sic legit, *In finem in hymnis ipsi Dauid.* neque in Hebræo est quicquam amplius.

PSAL. LXI. vers. 2. vulgati libri habent, παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου: sed in Vaticano legitur, παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. hanc lectionem habuit Interpres: itaq. vertit, *ab ipso enim salutare meum*: ad eundem modum legit Augustinus. Complutensis habet παρ' αὐτοῦ. lectio illa παρ' αὐτοῦ conuenit cum Hebræo.

In eodem Psalmo vers. 9. habent vulgati codices, ἐλπίσατε ἐφ' αὐτὸν πᾶσα συναγωγὴ λαῶν: sed in Vaticano legitur, ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν πᾶσα συναγωγὴ λαοῦ: quã lectionem secutus Interpres vertit, *Sperate in eo omnis congregatio populi.* Eandem habuit & sanctus Augustinus. sic enim legit, *Sperate in eo omne concilium plebis.* In Hebræo non legitur in numero multitudinis, sed in singulari. Itaq. bene habet nostra Latina editio vulgata, *populi*, & non *populorum.*

Item vers. 9. quod sequitur, ἐκχέατε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ὑμῶν, ὅτι ὁ θεὸς βοηθὸς ὑμῶν: Vaticanus habet hæc omnia præter coniunctionem illam ὅτι, quam neque Interpres noster habuit: sic enim vertit, *Effundite coram illo corda vestra, Deus adiutor noster.* Ita legit & sanctus Doctor Augustinus. libri Græci vulgati habent illud ὅτι.

Item in eodem vers. 11. καὶ ὅτι ἁρπάγματα μὴ ἐπιποθεῖτε: at in Vaticano, καὶ ὅτι ἁρπάγματα μὴ ἐπιποθεῖτε. Ita legit Interpres: quam ob rem vertit, *Rapinas nolite concupiscere.* Sanctus Augustinus secutus est priorem lectionem.

PSAL. LXII. titulus in libris Græcis partim legitur, ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ ἰουδαίας, partim, ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ ἰδουμαίας. priorem lectionẽ habet Complutensis, & beatus Hieronymus; posteriorem sanctus Augustinus. Euthymius testatur vtramque lectionem in exemplaribus Græcis inueniri: sed in Hebræo legitur, *in deserto Iudææ.*

In eodem Psalmo vers. 2. vulgata lectio est, ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου: sed Vaticanus habet, ἐδίψησέ σοι ἡ ψυχή μου. quam lectionem veriorem esse, testis est sanctus Doctor Hieronymus, in his quæ scripsit ad Suniam & Fretellam. Hanc & beatus Augustinus secutus legit, *Sitiuit tibi anima mea.*

Est in eodem, vers. 6. καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου: sed in Vaticano est, καὶ χείλεσι ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου: & certè cõgruentius videtur legi sic, vt χείλεσι sit casus tertius, non quartus. hanc lectionem secutus Interpres videtur, nisi quod pro *labio exultationis*, vertit, *labiis exultationis.*

Item illud vers. 9. ἐμοὶ δὲ ἀντελάβετο: in Vaticano legitur sine coniunctione illa δὲ, quam neq. Interpres habuit, neque sanctus Augustinus. Euthymius, & alij Græci legunt versum hunc cum coniunctione illa quam diximus.

PSAL. LXIIII. titulus in libris plerisque Græcis est, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδῆς τοῦ Δαβὶδ, ᾠδὴ Ἱερεμίου καὶ Ἰεζεκιὴλ τοῦ λαοῦ τῆς παροικίας ὅτε ἔμελλον ἐκπορεύεσθαι: in Vaticano non legitur nisi hoc tantùm, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδῆς τοῦ Δαβὶδ, neque quicquam amplius habet Hebraica lectio. Sanctus Augustinus legit vt Euthymius, & alij plerique Græci habent.

In eodem Psalmo vers. 8. post verba illa ἤχους κυμάτων αὐτῆς: vulgati libri habent, τίς ὑποστήσεται; sed Vaticanus non habet. quæ lectio verior est, cùm beatus Hieronymus affirmet additum esse illud τίς ὑποστήσεται; hoc est, *quis sustinebit?* itaque superfluum hoc esse dicit. beatus Augustinus legit, *quis sufferet.* Ex quo ap-

paret secûtum fuisse lectionem illam τίς ὕψος ἡσεται.

Post aliquot versus vers. 10. & 11. ibidẽ legitur iuxta vulgatos libros, ὅτως ἡ ἑτοιμασία τας, &c. sed in Vaticano est, ὅτως ἡ ἑτοιμασία σου τὰς &c. hanc lectionem secutus beatus Augustinus, ait, *Ita est præparatio tua*. Lege quæ scripsit sanctus Hieronymus ad Suniam & Fretellam.

PSAL. LXV. vers. 2. vulgata lectio est, ἀλαλάξατε τῷ κυρίῳ: in Vaticano legitur, ἀλαλάξατε τῷ θεῷ. Ita & Interpres habuit. quare vertit, *Iubilate Deo*. Ita legit & sanctus Augustinus; & conuenit lectio hæc cum Hebræo. Theodoritus, Euthymius, & Complutensis habent, τῷ κυρίῳ: sed melius legitur τῷ θεῷ, quemadmodum in Vaticano exemplari vetustissimo habetur; & in vulgata editione nostra Latina. Ita etiam legit S. Hilarius, licet testetur in Græcis esse ἀλαλάξατε τῷ κυρίῳ.

Paulò pòst vers. 4. Græci libri habent, ψαλάτωσαν δὴ τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε: sed in Vaticano legitur hoc tantùm, ψαλάτωσαν δὴ τῷ ὀνόματί σου. Ita legit & Interpres noster, & sanctus Augustinus, atque ante illum Hilarius. vocem illam ὕψιστε puto additam; licet inueniatur in Theodorito, Euthymio, & Complutensi.

In eodem Psalmo, vers. 15. in plerisque Græcis, tam scriptis quàm impressis, legitur μετὰ θυμάματος καὶ κριῶν. at beatus Hieronymus in his quæ scripsit ad Suniam & Fretellam, asserit scriptum inueniri, μετὰ θυμάματος καὶ κριῶν, sed malè. veram enim lectionem esse, μετὰ θυμάματος τῶν κριῶν. Et tamen Theodor. Euthym. Complutensis, & omnes Græci, quos ego legerim, habent μετὰ θυμάματος καὶ κριῶν. Et ex nostris Latinis Hilarius, & Augustinus. Editio nostra vulgata Latina veram illam habet lectionem, quam probat sanctus Hieronymus, quæ & conuenit cum Hebræo.

In eodem versu tam scripti quàm impressi Græci habent, ἀνοίσω σοὶ βόας: in nostro emendatiore legitur ποιήσω σοὶ βόας. Lectio hæc conuenit cum Hebræo. sed priorem illam secutus Interpres vertit, *Offeram tibi boues:* quam in omnibus non exemplaribus solùm, sed etiam Interpretibus inuenire licet. Verbum autem illud ποιήσω, non mirum si à Græcis versum est ἀνοίσω. Nam solet poni verbum ποιεῖν pro sacrificare & offerre, etiam in diuinis literis, quemadmodum & Facere apud Latinos scriptores.

In sequenti versu legitur, καὶ διηγήσομαι ὑμῖν πάντες οἱ φοβούμενοι: Vaticanus non habet vocem illam ὑμῖν. Conuenit cum Hebræo, & cum editione nostra vulgata, licet sanctus Hilarius habeat; sed beati Augustini enarratio non habet.

Item illud, vers. 18. μὴ εἰσακουσάτω μου κύριος, totidem verbis legitur in Vaticano, excepta voce illa μου, quam neque Interpres habuit in suo exemplari: neque sanctus Augustinus. Conuenit etiam cũ Hebræo.

Mox sequitur διὰ τοῦτο εἰσήκουσέ μου ὁ θεὸς, Interpres noster legit, διὰ τοῦτο εἰσήκουσεν ὁ θεός. itaque vertit, *Propterea exaudiuit Deus*. Vocem autem illam με superfluam esse in Græcis, quemadmodum & me in aliquibus Latinis codicibus docuit sanctus Hieronymus, in his quæ sæpè citauimus. Conuenit etiam lectio nostra cum Hebræo.

PSAL. LXVI. vers. 2. quod vulgata lectio Græca habet, ὁ θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς, καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς, ἐπιφάνᾳ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς: in Vaticano legitur sine illa repetitione in fine, καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς: quæ neque sunt in Hebræo. Sed omnia Græca exemplaria quæ ego viderim, cumque his Theodoritus, & Euthymius habent verba illa in fine, καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς: solum exemplar quod sæpè citauimus non habet. In editione nostra vulgata legitur repetitio illa, quemadmodum & apud sanctum Hilarium. Solus beatus Augustinus non legit verba illa: sic enim enarrat hunc locum, vt facilè appareat legisse, vt est in Vaticano. Connectit enim quod sequitur: *Vt cognoscamus in terra viam tuam*, cum verbis illis; *illuminet vultum suum super nos.* Hæc notauimus, non quòd existimemus vulgatam lectionem Græcam, aut Latinam imminuendam; neque repetitionem illam remouendam: sed vt ostendamus, non mirum videri, si Augustinus in Commentariis suis non habeat; cùm varij sint Græci libri, & Doctores, prout alij in alios libros inciderunt, plerunque legere, atque interpretari.

PSAL. LXVII. vers. 3. impressi Græci & plerique scripti habent οὕτως ἀπολοῦνται οἱ ἁμαρτωλοὶ: Vaticanus verò, ὅτως ἀπόλοιντο: ita legit Interpres. quare & vertit, *sic pereant*. Eodẽ modo legunt viri docti, & sancti Hilarius & August. Theod. & Euthymius habẽt ἀπολοῦνται.

Item versus ille ταραχθήτωσαν ἀπὸ προσώπου: in Vaticano est, ταραχθήσονται ἀπὸ προσώπου. ita legit Interpres: nam vertit, *turbabuntur à facie*. Et ita legit sanctus Hilarius, & beatus Augustinus.

In eodem Psalmo vers. 13. impressi libri, & plerique scripti habent: ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ τῆς ὡραιότητος: sed in Vaticano legimus, ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ, καὶ τῆς ὡραιότητος. quam lectionem habuit Interpres. itaque vertit, *Rex virtutum dilecti dilecti*. Sic legit & interpretatur beatus Augustinus. Repetitio, inquit, pertinet ad commendationem: quanquã istam repetitionẽ non omnes codices habent.

Est & in eodem, vers. 20. κύριος ὁ θεὸς εὐλογητὸς, εὐλογητὸς κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν: sed in Vaticano hoc tantùm legitur, εὐλογητὸς κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν. hanc lectionem secutus Interpres vertit, *Benedictus Dominus die, quotidie*. Eandem & beatus Hieronymus probat vt meliorem in his quæ sæpè citauimus. Sanctus Augustinus testatur in nonnullis codicibus haberi, *Benedictus Dominus Deus de die in diem:* sed in Græcis sic haberi, vt suprà diximus. Lege Augustinum. Hilarius habet, *Dominus Deus benedictus de die in diem.*

Eiusdem Psalmi vers. 25. qui legitur in Græcis codicibus vulgatis, ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου: scriptoris vitio deprauatus est, vt docet sanctus Hieronymus ad Suniam. Sic enim in Septuaginta, & in Hexaplis se scriptum inuenisse affirmat: ἐθεώρησαν τὰς πορείας σου. quam lectionem secutus Interpres vertit: *viderunt ingressus tuos*. Ita etiam ab Aquila, Symmacho, & Theodotione versum esse dicit, eodemque modo legi in quinta & sexta editione, idque cõuenire cum Hebræo. Græci libri tam impressi quàm scripti habent, ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου ὁ θεός. quam lectionem Theodoritus, & Euthymius habuerunt. eandem secutus & beatus Augustinus, legit, *visi sunt gressus tui Deus*. Ita & Cassiodorus monachus, & ante omnes istos S. Hilarius.

PSAL. LXVIII. titulus in vulgatis libris est, εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων ψαλμὸς τῷ Δαβίδ: In Vaticano verò totidem verbis legitur, excepta voce illa ψαλμὸς. Ita legerunt Augustinus & Cassiodorus. Hilarius verò habet vt est in vulgatis Græcis.

In eodem Psalmo vers. 18. iuxta vulgatam lectionem, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου: in Vaticano legitur, καὶ μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου. Ita legit Interpres & Cassiod. quemadmodũ etiam & in Hebræo inuenitur.

Item illud vers. 31. αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ με μετ' ὠδῆς: in Vaticano est, αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μετ' ὠδῆς. Ita legit Interpres. Sic enim habet, *Laudabo nomen Dei cum cantico.* hanc lectionem probat sanctus Hieronymus ad Suniam his verbis: In sexagesimo octauo *Laudabo nomẽ Dei cum cantico*, pro quo dicitis vos reperisse in Græco, αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ με μετ' ὠδῆς, id est, *Laudabo nomen Dei mei cum cantico*; sed *mei* superfluum est. Ita habet Hilarius, Augustinus & Cassiodorus.

Item illud vers. 35. καὶ ἡ γῆ, θάλασσα, καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτῇ: Vaticanus codex habet pro ἐν αὐτῇ, ἐν αὐτοῖς. quam lectionem secutus Interpres vertit, *omnia reptilia in eis:* in Hebræo etiam legitur וְכֹל רוֹמֵשׂ בָּם Sanctus Augustinus eodem modo legit. sic enim habet, *omnia repentia in eis*. Cassiodorus, *omnia reptilia in eis*. sanctus Hilarius secutus lectionem illam, τὰ ἕρποντα ἐν αὐτῇ habet, *omnia repentia in eo.*

Paulò

Paulò pòst verſ. 37. vulgata lectio habet, καὶ τὸ σπέρμα τῶν δούλων σου κατοικήσουσιν αὐτήν: ſed in Vaticano exemplari habetur, καὶ τὸ σπέρμα τῶν δούλων αὐτοῦ κατοικήσουσιν αὐτήν; quam lectionem habuit Interpres. itaq. vertit, *Et ſemen ſeruorum eius poſsidebit eam*. Sic & ſanctus Hilarius. Ita & beatus Auguſtinus: *& ſemen*, inquit, *ſeruorum eius obtinebunt eam*. Theodoritus, & Euthymius habent τῶν δούλων σου, ſed melius, τῶν δούλων αὐτοῦ. Nam & in Hebræo eſt, וְזֶרַע עֲבָדָיו

Item quod ſubiungitur verſ. eod. καὶ οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου: Vaticanus liber habet, καὶ οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομα αὐτοῦ. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *& qui diligunt nomen eius*. Sic legit ſanctus Auguſtinus, & ante illum Hilarius, cùm quibus conuenit Caſſiodorus monachus. Græci libri tam impreſſi quàm ſcripti plerique habent τὸ ὄνομά σου. ſed melius in Vaticano, τὸ ὄνομα αὐτοῦ; nam & in Hebræo legitur וְאֹהֲבֵי שְׁמוֹ

PSAL. LXIX. verſ. 5. quod legitur in vulgatis libris πάντες οἱ ζητοῦντες σὲ ὁ θεός: in Vaticano eſt, πάντες οἱ ζητοῦντες σέ. quã lectionẽ habuit Interpres, & B. Auguſt. Nec dubito illud, ὁ θεὸς additũ eſſe: cùm neque in vetuſtis exẽplaribus, neq. in editione noſtra vulgata, neq. in Hebræo ſit, neq. in Comment. ſancti Auguſtini.

PSAL. LXX. titulus iuxta vulgatos libros eſt, τοῦ Δαβὶδ ψαλμὸς τῶν υἱῶν ἰωναδὰβ καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων ἀνεπίγραφος παρ' ἑβδομήκοντα: in Vaticano totidem verbis legitur, excepta voce illa, ψαλμὸς, & illis ἀνεπίγραφος παρ' ἑβδομήκοντα. hanc lectionem ſequitur ſanctus Auguſtinus: ſic enim habet: *Ipſi Dauid filiorum Ionadab & eorum qui primi captiui ducti ſunt*. Caſſiodorus legit, *Dauid Pſalmus filiorum Ionadab, & priorũ captiuorum*. Theodoritus, Euthym. Complut. & alii plerique habent inſcriptionẽ quam priorẽ poſuimus. In Hebręo legitur ἀνεπίγραφος.

In eodem Pſalmo verſ. 12. legitur, ὁ θεός μου μὴ μακρυνθῇς ἀπ' ἐμοῦ: ſed in Vaticano ὁ θεὸς μὴ μακρυνθῇς ἀπ' ἐμοῦ. hanc lectionem vt meliorem probat S. Hieronymus ſcribens ad Suniam; ſic enim habet: Quod dicitis in ſeptuageſimo Pſalmo poſitum eſſe, ὁ θεός μου μὴ μακρυνθῇς ἀπ' ἐμοῦ, id eſt, *Deus meus ne elongeris à me: meus*, ſuperfluum eſt. Vides vt ſanctus Doctor affirmat vocẽ illam μου ſuperfluam eſſe. Et tamẽ habet B. Auguſtinus, Theodorit. Euthymius, & Complutenſis præter vnum Vaticanum codicem, in quo eſt vera lectio, quã & Interpres ſecutus eſt, & Caſſiodor. monachus. Conuenit etiam cum Hebræo. Sic enim habet אֱלֹהִים אַל תִּרְחַק

In eodem Pſalmo, ver. 14. vulgati libri habent, ἐγὼ δὲ διὰ παντὸς ἐλπιῶ ὅτι σὲ: in Vaticano non eſt illud, ὅτι σὲ, neq. Interpres habuit, neq. in Hebræo legitur. In ſancto Auguſtino eſt & in Caſſiodoro, & aliis pleriſque.

Paulò pòſt verſ. 17. ſequitur in libris impreſſis, & pleriſque manuſcriptis, ὁ θεός μου σὺ ἐδίδαξάς με: ſed Vaticanus habet, ὁ θεὸς ἐδίδαξάς με. Sic habuit Interpres. Itaque vertit, *Deus, docuiſti me*. Ita legit beatus Auguſtinus, ita & Caſſiodorus: Theodoritus, & Euthymius legunt, ὁ θεός μου σὺ ἐδίδαξας: ſed melius legi, ὁ θεὸς ἐδίδαξάς με, vt in Vaticano eſt, non ſolùm vulgata lectio, ſed etiam beatus Hieronymus ſcribens ad Suniam & Fretellam, oſtendit; idque conuenit cum Hebræo quod ſic habet אֱלֹהִים לִמַּדְתַּנִי

Sequitur verſ. 18. in libris impreſſis & pleriſque ſcriptis, ὁ θεός μου μὴ ἐγκαταλίπῃς με: ſed melius in Vaticano, ὁ θεὸς μὴ ἐγκαταλίπῃς με; quemadmodum & vulgata lectio noſtra habet: *Deus ne derelinquas me*. Sic legit beatus Auguſtinus, & Caſſiodorus. Itaque putamus additam eſſe vocem illam μου: nam neque in Hebræo eſt: ſic enim habet, אֱלֹהִים אַל תַּעַזְבֵנִי

Item verſ. 19. pro eo quod legitur paulò pòſt ἃ ἐποίησάς μοι μεγαλεῖα: in Vaticano inueni ſcripturu, ἃ ἐποίησας μεγαλεῖα. quam lectionem vertit Interpres, *quæ feciſti magnalia*. Eandem ſequitur beatus Auguſtinus & Caſſiodorus monachus. Itaque videtur vox illa μοι addita, quippe quòd neque in Hebræo legitur. Sic enim habet, אֲשֶׁר עָשִׂיתָ גְדֹלוֹת

Legitur in eodem, verſ. 20. καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς ἀνήγαγές με: ſed in Vaticano eſt, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με. Ita legens Interpres vertit, *& de abyſsis terræ iterum reduxiſti me*. Sic habet & S. Auguſtinus, & Caſſiod. Itẽ quod ſequitur verſ. 21. ἐπλεόνασας ἐπ' ἐμὲ τὴν μεγαλωσύνην σου: in Vaticano legitur ſine illis vocibus ἐπ' ἐμὲ. ſic habuit Latinus Interpres: nam vertit, *Multiplicaſti magnificentiam tuam*. neque ſanctus Auguſtinus legit illud ἐπ' ἐμὲ, neq. Caſſiodorus. Græci tam ſcripti, quàm impreſſi habent, ἐπλεόνασας ἐπ' ἐμὲ. Statim ſubiungitur in vulgatis libris, καὶ ὅτι στρέψας παρεκάλεσάς με, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με: in Vaticano eſt hoc tantùm, καὶ ὅτι στρέψας παρεκάλεσάς με. Tantundem habuit Interpres: nam vertit, *Et conuerſus conſolatus es me*. Sic legit Caſſiodorus. Verba illa quæ in Græcis pleriſque ſequuntur, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με: videntur repetita è loco ſuperiore: quæ neque in Hebræo, neque in Vaticano exemplari leguntur. At beatus Auguſtinus legit, & interpretatur, quemadmodum & Euthymius monachus.

Sequitur verſ. 22. in vulgatis Græcis, καὶ γὰρ ἐγὼ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς κύριε: in Vaticano exemplari nõ leguntur verba illa, ἐν λαοῖς κύριε, neque Interpres noſter legit Sic enim vertit, *Nam & ego confitebor tibi in vaſis, &c.* Ita & beatus Auguſtinus, niſi quod pro *Nam & ego*, habet, *Etenim ego confitebor tibi*. Voces illas ἐν λαοῖς κύριε habent Theodoritus, & Euthymius. Sed neq. in editione vulgata Latina leguntur, neque in exemplari Vaticano, vt diximus, neque in Hebræo.

PSAL. LXXI. titulus iuxta vulgatos codices eſt, εἰς Σολομὼν ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ: ſed in Vaticano legitur hoc tantùm, εἰς Σολομὼν: atque ita ſanctus Doctor Auguſtinus legit. Ait enim, *In Salomonẽ* quidem Pſalmi huius titulus prænotatur. Conuenit inſcriptio hæc cum Hebræo, in quo ſic legitur לִשְׁלֹמֹה

In eodem Pſalm. ver. 3. vulgata lectio habet, ἀναλαβέτω τὰ ὄρη εἰρήνην τῷ λαῷ καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην: in Vaticano totidem verbis legitur, niſi quòd pro δικαιοσύνην eſt ἐν δικαιοσύνῃ, quæ lectio conuenit cum Hebræo. ſic enim in illo eſt: יִשְׂאוּ הָרִים שָׁלוֹם וּגְבָעוֹת בִּצְדָקָה

Item illud verſ. 8. quod in vulgatis libris legitur, ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων: in Vaticano eſt, ἀπὸ ποταμοῦ ἕως περάτων. Sic habuit Interpres, atque ideò vertit, *à flumine vſque ad terminos*. Sic legit B. Auguſtinus, & Theodor. Conuenit etiam cum Hebræo, in quo legitur in numero ſingulari, vt habet vulgata noſtra editio.

Prope finem Pſalmi verſ. 18. legitur in libris tam impreſſis quàm manuſcriptis, εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς τοῦ ἰσραὴλ. ſed in libro beati Hieronymi ad Suniã, docemur locũ hunc ſic legi debere, εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς, ὁ θεὸς τοῦ ἰσραὴλ: ſic enim ſcribit Doctor ille: Dicitis in Græco bis *Deus* non haberi, cùm & in Hebraico ſit, & apud LXX. & manifeſtiſſimè triplex Domini Dei, Deique nuncupatio myſterium ſit Trinitatis.

Sequitur verſ. 19. & vlt. καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Vaticanus liber non habet hæc, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Apertè autem intelligimus hæc addita eſſe à beato Hieronymo, qui ſic ait, ſcribens ad Suniam. Illud & *in ſæculum ſæculi*, ſuperfluè, ſciatis à Græcis eſſe appoſitum, quod nec Hebræus habet, nec LXX. Interpretes. S. Auguſtinus in ſua enarratione habet, & interpretatur.

PSAL. LXXII. ver. 6. quod vulgata lectio habet, διὰ τοῦτο κατέσχεν αὐτοὺς ἡ ὑπερηφανία αὐτῶν εἰς τέλος: in Vaticano ſcriptum inuenimus ſine illis vocibus αὐτῶν εἰς τέλος, quæ neq. Interpres habuit: nam vertit, *Propterea tenuit eos ſuperbia*. Item beatus Auguſtinus, *ideò*, inquit, *obtinuit eos ſuperbia*. hãc lectionem puto veriorem eſſe: cùm in editione vulgata, & in exemplari Vaticano inueniatur, atque in Commentariis ſancti Auguſtini & in Hebræo: ſic enim in illo eſt לָכֵן עֲנָקָתְמוֹ גַּאֲוָה

Item verſ. 7. quod ſequitur, ἐξελθόντες ὡς ἐκ πάχους ἡ ἀδικία αὐτῶν, ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniam,

affirmat legendum, ἐξελεύσατο ὡς ἐκ σέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. Hieronymi verba sunt: De septuagesimo secũdo, *prodijt quasi ex adipe*; & vos dicitis in Græco reperisse ἐξελεύσεται, id est, *prodiet*, quod falsum est. Nam & apud LXX. Interpretes ita scriptum est, ἐξελεύσατο ὡς ἐκ σέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. sanctus August. ita legit, vt editio nostra vulgata: sed Græci tam impressi quàm scripti habent, quod sanctus Hieron. affirmat mendose legi.

Est in eod. Psalmo iuxta vulgatos libros vers. 17. καὶ συ: ὦ εἰς τὰ ἔσχατα αὐτῶν: at sanctus Hieron. docet, scribẽs ad Suniam, coniunctionẽ illam καὶ superfluum esse.

Item illud vers. 18. quod vulgata lectio habet, διὰ τὰς δολιότητας αὐτῶν ἔθου αὐτοῖς κακά: in Vaticano exemplari legitur, διὰ τὰς δολιότητας ἔθου αὐτοῖς: quam lectionem secutus Interpres vertit, *propter dolos posuisti eis*. Eodẽ modo habuit locum hũc S. Augustinus: sic enim habet, *propter dolositatem posuisti eis*. Cassiodorus legit, *propter dolos posuisti, eis mala*. In Hebræo legitur post verbũ *posuisti* in casu dandi, sicut & in editione vulgata. itaq. videtur addita vox illa κακά, צוּ בַּחֲלֻקּוֹת תָּשִׁית לָמוֹ

Vers. 24. impressi libri & scripti habent, καὶ ἐν τῇ βασιλῇ σου: in Vaticano legitur, ἐν τῇ βασιλῇ σου, absque coniunctione illa, quemadmodum & sanctus Augustinus legit, & Cassiodorus. Idem locus & in Hebræo est sine cóniunctione.

PSAL. LXXIII. vers. 5. Græci libri scripti, & impressi habent, ὡς εἰς τὸν ἔξοδον ὑπερῶνα: in Vaticano est ὡς εἰς τὸν εἴσοδον ὑπερῶνα. Interpres, & sanctus Augustinus legerunt, εἰς τὸν ἔξοδον. Itaque alter habet, *in exitu*, alter *in egressu*. Cassiodorus videtur legisse, εἰς τὸν εἴσοδον. Sic enim habet, *sicut in via*. Theodoritus & Euthymius legunt, εἰς τὸν ἔξοδον.

Vers. 8. vulgata lectio habet, δεῦτε καὶ καταπαύσωμεν. LXX. Interpretum editionem habuisse, δεῦτε καὶ κατακαύσωμεν, testis est sanctus Doctor Hieronymus in iis quæ scripsit ad Suniam & Fretellam, his verbis: Sexta, inquit, editio habet, κατακαύσωμεν, id est, *comburamus*: quod & LXX. iuxta Hexaplorum veritatem transtulisse perspicuum est. Idem tamen Hieronymus fatetur se legisse etiam hoc modo in Græcis libris δεῦτε καὶ καταπαύσωμεν: qui & transtulisse se dicit, *quiescere faciamus*. quam lectionem habet etiam Interpres Latinus. Eandem habuerunt Augustinus, & Cassiodorus, nisi quòd pro *quiescere faciamus omnes dies festos*, legunt, *comprimamus omnes solemnitates*.

Vers. 9 legitur in plerisque Græcis, τὰ σημεῖα αὐτῶν οὐκ εἴδομεν. quam lectionem sequitur & Euthymius; sed codices emendatiores habent, τὰ σημεῖα ἡμῶν. Quod ita legens Interpres vertit, *signa nostra*. Sic sanctus Augustinus, & Cassiodorus. quod & cum Hebræo conuenit. Sic enim in illo est אוֹתֹתֵינוּ לֹא רָאִינוּ

Post aliquot versus vers. 17. vulgata lectio habet, σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὡραῖα τῆς γῆς: in exemplari Vaticano est, σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὅρια τῆς γῆς. quod nimirum & Interpres sic legit: nam vertit, *Tu fecisti omnes terminos terræ*. Sic legit sanctus Augustinus: sic & Cassiodorus. Euthymio monacho placet lectio illa, σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὡραῖα. sed melius Theodoritus & legit & interpretatur, σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὅρια. Sic habetur & in Complutensi. Conuenit lectio hæc etiam cum Hebræo, in quo legitur אַתָּה חִצַּבְתָּ כָּל גְּבֻלוֹת אָרֶץ

Vers. 23. & vlt. legitur in libris vulgatis, μὴ ὑπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν οἰκετῶν: sed melius in Vaticano, μὴ ὑπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν ἐχθρῶν. quam lectionẽ secutus Interpres vertit, *Ne obliuiscaris voces inimicorum*. Græca illa quam priorem posuimus, legitur apud Euthymium monachum, & Theodoritum; licet Euthymius admoneat in nõnullis exemplaribus inueniri scriptũ ἱκετῶν, propter affinitatem vocum οἰκετῶν, & ἱκετῶν. Sanctus Augustinus legit, *Ne obliuiscaris voces deprecantium te*, nimirum secutus eam lectionẽ τῶν ἱκετῶν σου. sed verior est, quam vulgata editio habet; & beatus Hieronymus scribens ad Suniam, confirmat Aquilæ, Symmachi, & LXX. Interpretũ testimonio. Cõuenit etiã cũ Hebræo.

PSAL. LXXIIII. vers. 2. vulgata lectio est ἐξομολογησόμεθά σοι ὁ θεὸς, ἐξομολογησόμεθά σοι. Tantundem est in Vaticano, nisi quod in secundo ὁμολογησόμεθα non additur σοι, neque in Hebræo legitur.

Vers. 2. sequitur in vulgatis tam impressis quàm scriptis, διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. de qua lectione beatus Hieron. scribens ad Suniã, sic ait: In LXXIIII. *Narrabimus mirabilia tua*: pro quo male apud Græcos legitur, διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Hæc Hieronymus. sed beatus Augustinus, Cassiodorus, Theodoritus, & Euthymius sequuntur lectionem hanc: *Narrabo omnia mirabilia tua*. Quamobrem apparet quòd in editione nostra Latina legitur; *Narrabimus mirabilia tua*; id legi iuxta emendationem sancti Hieronymi.

In eodem Psalmo vers. 6. vulgata lectio habet, καὶ μὴ λαλεῖτε: in Vaticano legitur sine coniunctione illa καὶ: etiam ita habet Latina editio.

PSALM. LXXVI. vers. 7. ἠδολέχουν καὶ ἔσκαλλε τὸ πνεῦμά μου. Interpres Latinus legit, ἠδολέχουν καὶ ἔσκαλλον τὸ πνεῦμά μου: itaque vertit, *Meditabar, & scopebam spiritum meum*. hanc autem esse veram lectionem affirmat sanctus Hieronymus scribẽs ad Suniam, his verbis: Pro eo quòd nos diximus *scopebam*, LXX. posuerunt ἔσκαλλον, quod Symmachus transtulit ἀνερεύνων, id est, *perscrutabar*, siue *quærebam*, & quinta similiter. hanc lectionem secutus sanctus Augustinus legit in Commentariis: *Perscrutabar spiritum meum*. Cassiodorus habet, *ventilabam in me spiritum meum*. Complutensis habet, ἔσκαλλε τὸ πνεῦμα μου. Testis est sanctus Hieronymus in Græcis codicibus ita quoque inuenri: sed ipse legit ἔσκαλλον; quare & vertit, *scopebam*. Notanda sunt quæ pro huius verbi explanatione scripsit his verbis ad Suniam: Propriè σκαλισμὸς in agricultura dicitur in sarriendo, id est sarculando, & quomodo ibi quæruntur herbæ sarculoque secentur; sic & iste retractatum cogitationum suarum metaphoricos à sarculo demonstratuit. Et sciendum quòd ἔσκαλλον non semel, sed frequenter significet. Eundem locum citans sanctus Athanasius in epistola ad Serapionem legit, ἤχαλλε, sed puto mendose scriptum pro ἔσκαλλε.

In eodem Psalmo vers 9. ἢ εἰς τέλος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀπόψει, συντέλεσε ῥῆμα ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. in exemplari Vaticano totidem verbis legitur hic locus, exceptis illis duabus vocibus συντέλεσε ῥῆμα: quas & beatus Hieronymus scribens ad Suniam, affirmans in exemplaribus nõ inueniri, sic ait, *à generatione in generationem*. Hoc quod Græcum sequentes, inuenisse vos dicitis συντέλεσε ῥῆμα, id est, *consummauit verbum*, rectè non habetur in Latino, quia & in nullo habetur Interpretum. Vulgata nostra lectio nõ habet, neq. Cassiodorus, neq. S. Augustinus, Theodoritus, Euthymius & Cõplutensis habent: videntur hæ duæ voces συντέλεσε ῥῆμα additæ ex Hebræo, in quo ita legitur לְדֹר וָדֹר

Prope finem Psalmi vers. 20. vulgata lectio habet, ἐν τῇ θαλάσσῃ αἱ ὁδοί σου: sed in Vaticano exemplari legitur, ἐν τῇ θαλάσσῃ ἡ ὁδός σου. quam lectionem secutus Interpres vertit, *in mari via tua*. Sic legit beatus Augustinus & Cassiodorus.

PSAL. LXXVII. vers. 6. καὶ ἀπαγγελοῦσιν αὐτὰ, beatus Hieronymus admonet vocem illam, αὐτὰ non esse in Hebræo: in illo enim est וִיסַפְּרוּ לִבְנֵיהֶם

In eodem Psalmo vers. 30. legitur, ἔτι δὲ βρώσεως ὄσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν: in Vaticano est, ἔτι δὲ βρώσεως αὐτῶν ὄσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Sic habuit Interpres. Nam vertit: *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum*. Conuenit lectio cũ Hebræo. In illo enim sic legitur עוֹד אָכְלָם בְּפִיהֶם

Sequitur vers. 31. in libris vulgatis, καὶ ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πλείοσιν. sed corrupte legitur, vt affirmat sanctus Hieronymus, scribens ad Suniam: Sic, inquit, habetur in Hebræo וַיַּהֲרֹג בְּמִשְׁמַנֵּיהֶם quod Aquila interpretatus est, ὑπόφεσις αὐτῶ. Symmachus τοῖς ὑποφυτέφεσις, Septuaginta, & Theodotio, & quinta editio ἐν τοῖς πίσσιν αὐτῶν: quod qui-

quod quidam non intelligentes putauerunt scriptum, ἐν τοῖς πλήρεσιν: hæc Hieronymus. Corruptè autem legitur apud illum, πλείοσιν pro πίοσιν, ignoratione Græcæ linguæ factũ est, vt ex πίοσιν fieret mutatio in πλείοσιν, nimirum ex voce obscuriore in clariorem, vt in multis aliis factũ videmus. quod autẽ πίων idem valeat quod *pinguior*, docent Græcarum dictionum Interpretes; & præsertim Eustathius in Commentariis Iliados in literam τ, & aliis locis: qui & vocem hanc πίων vsitatam esse affirmat in soluta oratione, quemadmodum πίηρ apud Poetas frequentius inuenitur. Sanctus Augustinus ait se in Græcis quos habebat inuenisse ἐν πλείοσιν. sed interpretatur tamen illam alteram lectionem, *Occidit pingues eorum*. Cõplutensis, Euthymius, & alij Græci mendosè habent, vt diximus, ἐν πλείοσιν.

Post paucos versus vers. 34. ὅθεν ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, τότε ἐξεζήτουν. in Vaticano legitur sine coniunctione illa τότε, neque Interpres habuit.

Item illud, καὶ ἐκ ἐμνήσθησαν, in Vaticano est, ἐκ ἐμνήσθησαν. quam lectionẽ habet vulgata editio Latina, & conuenit cum Hebræo, quod his verbis habet לא זָכְרוּ

Vers. 45. ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς κυνόμυιαν: ex beato Hieronymo discimus legendum esse κυνόμυιαν: sic enim scribit ad Suniam; Cœnomyia, non vt Latini interpretati sunt, *musca canina* dicitur per y Græcam literam: sed iuxta Hebraicam intelligentiam per œ diphthongon debet scribi, vt sit κυνομυῖα, omne genus muscarum: sed Aquila παμμυῖαν, id est omnimodam muscam interpretatus est.

Vers. 55. καὶ ἐκ ἐδείσατο ἀπὸ θανάτου, in Vaticano legitur sine coniunctione καὶ. sic & in Hebræo. Sic in editione vulgat.

Psal. LXXVIII. vers. 2. quod legitur in vulgatis, ἔθεντο ἱερουσαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον. Vaticanus liber habet, ἔθεντο ἱερυσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον. quemadmodũ & Interpres legit. sic enim vertit, *Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam*. sic se transtulisse affirmat sanctus Hieronymus scribens ad Suniã. ita beatus Augustinus. Cassiodorus secutus est lectionem ὡς ὀπωροφυλάκιον.

In eod. Psalmo ver. 6. vulgati libri habent, ὅτι τὰ ἔθνη τὰ μὴ γινώσκοντά σε. sed Vaticanus, ὅτι τὰ ἔθνη τὰ μὴ ἐπεγνωκότα σε. quam lectionẽ secutus Interpres vertit: *In Gentes quæ te non nouerunt*. Ita & sanctus Augustinus. lectio conuenit cum Hebræo, in quo est אֲשֶׁר לֹא יְדָעוּךָ

Paulò pòst vers. 8. in vulgatis, οἱ οἰκτιρμοί σου κύριε: Vaticanus non habet κύριε, neque Interpres habuit, neque in Hebræo legitur.

Vers. 13. & vltim. habet iuxta vulgatos codices, ἐξομολογησόμεθά σοι ὁ θεὸς: in exemplari Vaticano iisdẽ verbis legitur, excepta voce illa, ὁ θεὸς: quam nec Interpres habuit, nec est in Hebræo. In illo enim sic est נוֹדֶה לְךָ

Psal. LXXIX. vers. 5. quod legitur in libris tam scriptis quàm impressis, ὅτι τῷ προσεύχῳ τῶν δούλων σου: exemplar Vaticanum habet, ὅτι τῷ προσεύχῳ τοῦ δούλου σου. Ita & Interpres Latinus legit: nam vertit, *Super orationem serui tui*.

In eodem vers. 12. καὶ ἕως ποταμοῦ: in Vaticano legitur, καὶ ἕως ποταμοῦ. Ita & Interpres vertit, *Et vsque ad flumen*. conuenit cum Hebræo.

Item illud vers. 15. καὶ ὑπέβλεψον ἐξ οὐρανοῦ: legitur in Vaticano sine coniunctione illa, καὶ, quæ neque in Hebræo est, neque in editione nostra vulgata Latina.

Psal. LXXXI. vers. 4. ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε αὐτὸν: in Vaticano legitur sine voce illa αὐτὸν: quam neque Interpres noster habuit, neque in Hebræo est.

Paulò pòst vers. 5. σαλευθήτωσαν: in Vaticano habetur σαλευθήσονται. quam lectionem secutus Interpres vertit, *mouebuntur*. Ita legit sanctus Augustinus.

Psal. LXXXII. vers. 9. καὶ γὰρ καὶ Ασσύρ: in Vaticano legitur, καὶ γὰρ Ασσύρ, neque in Hebræo est altera coniunctio.

Psal. LXXXIII. vers. 6. Μακάριος ἀνὴρ ᾧ ἐστίν. in Vaticano legitur, μακάριος ἀνὴρ ὃς ἐστίν. Ita & Interpres legens vertit, *Beatus vir cuius*.

Paulò pòst vers. 8. κύριος ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων: in Vaticano est, κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων. Ita & Interpres habuit: sic enim vertit, *Domine Deus virtutum*. ita legit & beatus Augustinus.

Psal. LXXXV. vers. 15. in vulgatis libris est, καὶ σὺ κύριε ὁ θεός μου: in Vaticano legitur sine illa voce μου. quam neque Interpres habuit, neque est in Hebræo. Notauit hoc sanctus Hieronymus scribens ad Suniam his verbis. In Græco inuenisse vos dicitis: καὶ σὺ κύριε ὁ θεός μου, id est, *Tu Domine Deus meus*, quod superfluum est. *meus* enim nec in Hebræo habetur, nec in LXX.

Psal. LXXXVI. vers. 5. vulgati libri habent tam impressi, quàm scripti, Μήτηρ Σιὼν. sanctus Hieronymus in explanatione huius loci affirmat septuaginta Interpretes transtulisse, Μὴ Σιὼν. cumque multi non intelligerent, addidisse ρ: itaque factum esse, vt pro μὴ legerent μήτηρ. idque vulgò legi solitum asserit sanctus Doctor. Itaq. non negligit lectionẽ illam, sed interpretatur: licet & alteram quoque interpretetur, quã neque Theodoritus, neque Euthymius monachus nouerunt. Illi enim & legunt, & interpretãtur Μήτηρ Σιὼν. Et qui multis annis fuit ante Theodoritum, & Euthymium, Apollinaris in paraphrasi quam versibus scripsit in Psalmos, legit Μήτηρ Σιὼν: sic enim habet, Μητέρα τιμήεσσαν ἀνὴρ Σιῶνα καλέσσει. hãc lectionem secutus est sanctus Ambrosius, vt licet videre in libro primo De fide ad Gratianum Augustum, & in Oratione funebri de excessu fratris Satyri. eandem sequitur, & interpretatur sanctus Augustinus, & Cassiodorus. Cùm igitur tot, & tanti viri sequantur Græcam illam lectionem Μήτηρ Σιὼν, non censeo mutandam esse in eam, quæ est Μὴ, sed vt nostra Latina vulgata, *Nunquid Sion*, retinenda & seruanda est: ita & illa Græca in editione Græca: nullũ enim neque librũ neq. Interpretem inueni (de Græcis loquor) qui non sic habeat Μήτηρ Σιὼν.

Psal. LXXXVIII. vers. 19. ὅτι τοῦ κυρίου ἡ ἀντίληψις, Vaticanus codex habet, ὅτι τοῦ κυρίου ἡ ἀντίληψις ἡμῶν. quam lectionem secutus Interpres vertit, *Quoniam Domini est assumptio nostra*. sanctus Augustinus legit, *Quoniam Domini est susceptio*. Cassiodorus habet, *Quoniam Domini est assumptio*. sed editio vulgata conuenit cum Hebræo, in quo sic legitur כִּי לַיהוָה מָגִנֵּנוּ

Vers 20. τότε ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς ὁσίοις σου, totidem verbis legitur in his, quæ scripsit beatus Hieronymus ad Suniã, nisi quòd pro τοῖς ὁσίοις affirmat legendũ esse τοῖς ἁγίοις σου. Ita enim ait omnes transtulisse. Eodem modo legit Interpres: *Tunc*, inquit, *locutus es in visione sanctis tuis*: conuenit lectio cum Hebræo. sic enim in illo est: אָז דִּבַּרְתָּ בְחָזוֹן לַחֲסִידֶיךָ

Item illud vers. 33. καὶ ἐν ταῖς μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν, in Vaticano legitur pro τὰς ἀδικίας τὰς ἁμαρτίας. Ita & Interpres: *& in verberibus peccata eorum*. sanctus Augustinus secutus est lectionem illam, τὰς ἀδικίας αὐτῶν.

Psal. LXXXIX. vers. 2. quod libri vulgati tam impressi quàm scripti habent, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ. Ita legendum esse admonet sanctus Hieronymus scribens ad Suniam, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ ὁ θεὸς: quod Hebraicè dicitur מֵעוֹלָם וְעַד עוֹלָם אַתָּה אֵל

Item illud vers. 4. quod vulgata lectio habet, ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου κύριε: in exemplari Vaticano habetur sine voce illa κύριε, neque editio nostra habet, neque sanctus Augustinus, neque in Hebræo legitur.

Item illud vers. 10. ὅτι ἐπῆλθε πραότης ἐφ ἡμᾶς, sanctus Hieronymus admonet legendum sine vocibus illis ἐφ' ἡμᾶς. ait enim hoc superfluum esse.

Psalm. XCIII. vers. 9. quod legitur iuxta vulgatos codices, ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν, οὐχὶ κατανοεῖ: apud Philonem in libro περὶ φυτουργίας habetur, ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμόν,

θαλμὸν, ἐχὶ ὑπιβλέψει. hæc lectio cõuenit cũ Hebræo, vt videre poterunt qui Hebræam linguã bene norunt.

PSAL. XCVII. verſ. 3. in vulgatis legitur, ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τῷ Ιακώβ. ſed beatus Hieronymus ſcribens ad Suniam, admonet illud τῷ Ιακὼβ eſſe ſuperfluum: neque enim in Hebræo eſt, neque in codicibus emendatis, neque Latina editio vulgata habet.

PSAL. CXVIII. in litera Daleth verſ. 27. iuxta vulgatam lectionem in Græcis libris habetur, ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου · quod Interpres Latinus vertit, *Dormitauit anima mea*; ſanctus Ambroſius legit, *ſtillauit anima mea*: ſed in explanatione affirmat aliquos codices habere *dormitauit*, quia ἐνύσταξεν, & ἔσταξεν duabus literis diſtant; potuit, inquit, Interpres, vel antiquarius ſcriptor hic falli. Et paulò pòſt idem Ambroſius, Qui facilioribus, inquit, laborum vtuntur compendiis, *dormitauit*, accipiunt. Sed Origenes qui multorum interpretationes diligenti diſcuſſit indagine, *ſtillauit*, ſecutus eſt. hæc ſanctus Ambroſius. Sed beatus Auguſtinus, & Caſſiodorus legunt, *dormitauit*, quemadmodum & editio noſtra vulgata habet. Sanctus Hieronymus in his quæ vertit ex Hebræo, legit, *diſtillauit anima mea*.

In eodem in litera Vau & verſ. 41. legitur in libris impreſſis, τὸ σωτήριόν σου κατὰ τὸν λόγον σου. ſed in Vaticano habetur τὸ σωτήριόν σου κατὰ τὸ λόγιόν σου: quæ lectio cum illa conuenit quam habet vulgata editio, *Salutare tuum ſecundum eloquium tuum*.

Paulò pòſt in eadem litera Vau verſ. 47. vulgati libri Græci habent, αἷς ἠγάπησα σφόδρα. ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniam, dicit vocem illam σφόδρα additam & ſuperfluam eſſe.

Verſ. 68. in litera Teth χρηστὸς εἶ σὺ κύριε: in Vaticano legitur, χρηστὸς εἶ σὺ. ita legit & Interpres: nam vertit, *bonus es tu*. Illud κύριε neque in Hebræo eſt.

Paulò pòſt in eadem litera Teth, verſ. 69. ἐγὼ δὲ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου: in Vaticano legitur ſine voce illa μου: quam & beatus Hieronymus additam eſſe affirmat. non eſt in editione noſtra vulgata, neque in Hebræo.

In eodem Pſal. ver. 105. λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, in Vaticano, λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ λόγος σου; quã lectionem ſecutus Interpres vertit, *Lucerna pedibus meis verbum tuum*: Ita legit ſanctus Auguſtinus, & ante illum ſanctus Ambroſius & Caſſiodorus. Conuenit etiam cum Hebræo, in quo ſic legitur נֵר לְרַגְלִי דְּבָרֶךָ

Paulò pòſt in litera Nun verſ. 109. vulgati libri Græci tam ſcripti quàm impreſſi habent ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί σου, interpres legit ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί μου: Itaque vertit, *Anima mea in manibus meis*. hanc lectionem approbans ſanctus Hieronymus, ſcribens ad Suniam, ait; Sciendum eſt & apud Hebræos, & apud LXX, & apud omnes alios Interpretes ſcriptum eſſe *in manibus meis*, & non *in manibus tuis*, quod Hebraicè dicitur; & omnes apud Græcos Eccleſiaſtici Interpretes iſtum locum ſic edidſerunt; & eſt breuiter hic ſenſus: Quotidie periclitor, & quaſi in manibus meis ſanguinẽ meum porto, & tamen legem tuam non obliuiſcor: hæc ſanctus Doctor. beatus Ambroſ. in Commentariis quæ ſcripſit in hunc Pſalmum, aſſerit duobus modis hunc locum ſcriptum inueniri; ἐν ταῖς χερσί μου, & ἐν ταῖς χερσί σου. ſed in pleriſque legi, ἐν ταῖς χερσί σου. ſanctus Auguſtinus: Nonnulli, inquit, codices habent, *in manibus meis*: ſed plures *in tuis*. Et hoc quidem planum eſt. *Iuſtorum enim animæ in manu Dei ſunt. Anima verò mea in manibus meis*, quomodo intelligatur ignoro. Caſſiodorus monachus ſecutus eſt lectionem illam: *Anima mea in manibus tuis*. Theodoritus & Euthymius legunt, & interpretantur, *Anima mea in manibus tuis*: ſed melius, vt diximus, legitur, *Anima mea in manibus meis*, vt in editione vulgata habetur, & in Hebræo in quo eſt, נַפְשִׁי בְכַפִּי תָמִיד

In eodem Pſalmo in litera Pe verſ. 136. διεξόδους ὑδάτων κατέδυσαν οἱ ὀφθαλμοί μου. ſanctus Ambroſius tractans hunc locum, hæc ſcripſit: Sunt codices qui habent διεξόδους ὑδάτων κατεβίβασαν οἱ ὀφθαλμοί μου. ſed ego in Græco codice meo κατέβησαν legi, hoc eſt, *deſcenderunt*: in quo poteſt fieri, vt in vtramlibet partem duarum adiectione, aut diminutione literarum ſcriptor errauerit. hæc ſanctus Ambroſius. Videtur Interpres Latinus ſecutus lectionem illam διεξόδους ὑδάτων κατεβίβασαν οἱ ὀφθαλμοί μου vertiſſe, *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei*. beatus Hilarius legit, *Exitus aquarum tranſierunt oculi mei*. ſanctus Auguſtinus legit, *Exitus aquarum deſcenderunt oculi mei*, videtur legiſſe διεξόδους ὑδάτων κατέβησαν οἱ ὀφθαλμοί μου. Teſtatur idẽ Doctor ſe in nõnullis codicibus legiſſe, *tranſierunt oculi mei*. ſanctus Hieron. vertit ex Hebræo, *Riui aquarum fluebant de oculis meis*. Item quod ſequitur ἐπεὶ οὐκ ἐφύλαξα τὸν νόμον σου, in codicibus emendatis legitur, ἐπεὶ οὐκ ἐφύλαξαν τὸν νόμον σου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit: *Quoniam non cuſtodierunt legem tuam*. in Hebræo etiam legitur, עַל לֹא שָׁמְרוּ

In eodem legitur in litera Sade verſ. 138. καὶ ἀλήθειαν σφόδρα. in aliis autem emendatis, καὶ ἀλήθειαν σου σφόδρα. quam lectionem ſecutus Interpres vertit: *& veritatem tuam nimis*. Ita legit ſanctus Hilarius, & beatus Auguſtinus, & Caſſiodorus monachus.

In eodem Pſalmo legitur iuxta nonnullos impreſſos codices ἐφύλαξεν ἡ ψυχή μου τὰ μαρτύριά σου καὶ ἠγάπησεν. emẽdati libri habent poſt verbum illud ἠγάπησεν, αὐτὰ σφόδρα.

PSAL. CXIX. verſ. 2. illud ἀπὸ χειλέων ἀδίκων καὶ ἀπὸ γλώσσης δολίας ſine coniunctione illa καὶ legendum eſſe affirmat beatus Hieronymus ſcribens ad Suniam. neque in Hebræo eſt coniunctio.

PSAL. CXX. verſ. 3. quod legitur, μὴ δώῃς εἰς σάλον τὸν πόδα σου, in codicibus emendatis habetur, μὴ δώῃ εἰς σάλον τὸν πόδα σου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Non det in commotionem pedem tuum*. Ita legit & interpretatur ſanctus Hilarius. beatus Auguſtinus ſequitur lectionem illam μὴ δώῃς. Ita Chryſoſtomus, Theodoritus, & Euthymius monachus. Editio Complutenſis habet μὴ δώῃ. quod etiam cõuenit cum Hebræo: ſic enim in illo legitur, צַל יִתֵּן

PSALM. CXXIII. verſ. 3. quod legitur, ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς: Vaticanus codex habet ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐφ' ἡμᾶς. Ita legit Interpres: nam vertit, *Cùm iraſceretur furor eorum ſuper nos*. Ita legit ſanctus Hilarius, niſi quod pro *furor eorum*, habet, *animus eorum*. Sanctus Auguſtinus legit, vt habet vulgata noſtra editio; quæ conuenit cum Hebræo, ſic enim in illo eſt אַפָּם בָּנוּ

PSALM. CXXVI. verſ. 5. & vlt. quod impreſſi libri habent, μακάριος, ὃς πλήρωσει, in Vaticano legitur, μακάριος ἀνὴρ, ὅς πλήρωσῃ: Atque ita legendum eſſe docet ſanctus Hieronymus, ſcribens ad Suniam. Eandem lectionem ſecutus Interpres vertit, *Beatus vir qui implebit*. beatus Ioannes Chryſoſtomus legit, μακάριος ἄνθρωπος. Conuenit lectio cum Hebræo.

Extremus verſus eiuſdem Pſalmi legitur in libris vulgatis, ὃ καταισχυνθήσονται ὅταν λαλῶσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ ἐν πύλαις, in Vaticano exemplari leguntur hæc totidem verbis, niſi quod pro αὐτοῦ habetur αὐτῶν. Ita legit & ſanctus Ioannes Chryſoſtomus in explanatione huius Pſalmi.

PSALM. CXXVII. verſ. 6. & vlt. quod legitur in libris vulgatis, καὶ ἴδοις υἱοὺς τῶν υἱῶν σου εἰρήνην ἐπὶ τὸν ἰσραήλ: in exemplari Vaticano habetur totidem verbis; niſi quòd pro εἰρήνην ἐπὶ τὸν ἰσραήλ, legitur εἰρήνῃ ἐπὶ τοῦ ἰσραήλ. quam lectionem ſecutus eſt ſanctus Hilarius: ſic enim habet: *Et videas filios filiorum tuorum, & pacem ſuper Iſrael*. Ita legit & Arnobius in Commentariis: *Et videas*, inquit, *filios filiorum tuorum pacem ſuper Iſrael*. beatus Ioannes Chryſoſtomus legit, εἰρήνη ἐπὶ τὸν ἰσραήλ. Ita Theodoritus & Euthymius.

PSALM.

PSALM. CXXIX. verſ. 4. quod libri tam impreſſi quàm ſcripti habent ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε κύριε, in libris emendatis legitur, ἕνεκεν τοῦ νόμου σου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Propter legem tuam ſuſtinui te Domine.* In Complutenſi habetur, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. Ita in Commentariis Theodoriti & Euthymij. Sanctus Ioannes Chryſoſtomus licet legat ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου: affirmat tamen apud nonnullos legi ἕνεκεν τοῦ νόμου σου. Fatetur ſanctus Hieronymus plura exemplaria inueniri, quæ habeant, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. ſed tamen veram lectionem eſſe aſſerit, ἕνεκεν τοῦ νόμου σου. hanc & vulgata noſtra lectio habet, Arnobius, Hilarius, Auguſtinus, & Caſſiodorus. Conuenit etiam cum Hebræo, in quo eſt: וְלִדְבָרְךָ הוֹחַלְתִּי

PSALM. CXXX. verſ. 2. impreſſi libri, & plerique manuſcripti habent, ὡς ἀνταποδώσεις ὅτι τῷ ψυχῷ μου. in quibuſdam verò emendatis legitur, ὡς ἀνταποδόσεις ὅτι τῷ ψυχῷ μου. hanc lectionem habuit Interpres. ſic enim vertit: *Ita retributio in animam meam.* Eodem modo legit Arnobius, & beatus Auguſtinus, Hilarius, & Caſſiodorus legunt: *Sic retribues in animam meam.*

PSALM. CXXXII. verſ. 2. legitur, τὸν πώγωνα τὸν Ἀαρών. in aliis emendatioribus habetur, τὸν πώγωνα τοῦ Ἀαρών.

PSAL. CXXXV. verſ. 4. quod legitur, τῷ ποιήσαντι φῶτα μεγάλα μόνῳ, beatus Hieronymus in iis quæ ſcripſit ad Suniam, affirmat ſuperfluam eſſe hoc loco vocem illam μόνῳ. neque editio noſtra vulgata habet.

PSAL. CXXXVII. verſ. 1. legitur, καὶ ἐναντίον ἀγγέλων. in Vaticano habetur ſine illa coniunctione καὶ, quæ neque in vulgata editione Latina eſt, neque in Hebræo.

In eodem legitur verſ. 5. καὶ ᾀσάτωσαν ἐν τοῖς ᾠδαῖς κυρίου: ſed in exemplari Vaticano habetur, καὶ ᾀσάτωσαν ἐν ταῖς ὁδοῖς κυρίου. Sic & Interpres habuit: ſiquidem vertit, *Et cantent in viis Domini.* Conuenit lectio cum Hebræo, in quo eſt וְיָשִׁירוּ בְּדַרְכֵי יְהוָה

PSAL. CXXXVIII. verſ. 4. vulgata lectio habet ὅτι οὐκ ἔστι δόλος ἐν γλώσσῃ μου. beatus Hieronymus ſcribens ad Suniam, affirmat legendum, ὅτι οὐκ ἔστι λόγος ἐν γλώσσῃ μου. quam lectionem ſecutus Interpres vertit, *Quia non eſt ſermo in lingua mea.* Conuenit etiam cum Hebræo, in quo ita legitur: כִּי אֵין מִלָּה בִּלְשׁוֹנִי

PSAL. CXXXIX. verſ. 6. vulgati libri habent, καὶ κοινία δίστειναν παγίδα τοῖς ποσί μου. At beatus Hieronymus in his quæ ſæpè citauimus, affirmat ſuperfluum eſſe illud, τοῖς ποσί μου: quod neque in editione vulgata eſt, neque in Hebræo.

Paulò pòſt, verſ. 8. ἐπεσκίασας ὅπλα τῷ κεφαλῷ: in Vaticano legitur, ἐπεσκίασας ὅπλα τῷ κεφαλῷ μου, quemadmodũ & Interpres legit, & in Hebræo eſt: ſic enim in illo habetur, סַכּוֹתָ לְרֹאשִׁי

In eodem legitur verſ. 13. ποιήσει κύριος τῷ κρίσιν τοῦ πτωχοῦ. ſed Vaticanus codex habet, ποιήσει κύριος τῷ κρίσιν τοῦ πτωχοῦ. Ita & Interpres habuit. Conuenit lectio cum Hebræo in quo eſt יַעֲשֶׂה יְהוָה דִּין עָנִי

PSAL. CXL. verſ. 7. vulgatus codex habet, διεσπορπίσθη τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ. Vaticanus verò, διεσπορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμῶν. ita legit Interpres Latinus, atque ita legendum eſſe affirmat ſanctus Hieronymus ſcribens ad Suniam: ſic etiam habetur in Hebræo.

PSAL. CXLIII. verſ. 3. pro eo quod vulgati libri habent, ὅτι λογίζῃ αὐτῷ, Vaticanus habet, ὅτι λογίζῃ αὐτόν: atque ita legens Latinus Interpres vertit, *Quia reputas eum.*

In eodem verſ. 5. legitur in vulgatis, κύριε κλῖνον οὐρανούς, ſed in Vaticano habetur, κύριε κλῖνον οὐρανούς σου. hoc vertit Interpres Latinus: *Domine inclina cælos tuos.* Conuenit lectio cum Hebræo.

PSAL. CXLVII. verſ. 16. quod legitur, διδόντος χιόνα αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον, in Vaticano exemplari eſt, διδόντος χιόνα ὡσεὶ ἔριον: quã lectionẽ ſecutus Interpres vertit, *Qui dat niuem ſicut lanam.* Conuenit lectio cũ Hebræo.

Verſ. 19. vulgati codices habẽt, ὁ ἀπαγγέλλων τὸ λόγον αὐτοῦ τῷ Ιακώβ, ſed in Vaticano exemplari legitur, ὁ ἀπαγγέλλων τὸν λόγον αὐτοῦ. hanc lectionem ſequens Latinus Interpres vertit, *Qui annuntiat verbũ ſuũ Iacob.*

PSAL. CXLIX. verſ. 9. & vlt. legitur iuxta vulgatos codices δόξα αὕτη ἔσται πᾶσι: ſed Vaticanus habet δόξα αὕτη ἐστὶ πᾶσι. ſic legens Latinus Interpres vertit, *Gloria hæc eſt omnibus.* licet Theodoritus, & plerique Græci tam codices, quàm Interpretes habeant ἔσται. Tamen beatus Auguſtinus legit: *Gloria hæc eſt omnibus.* Et ante illum Arnobius, & poſtea Caſſiodorus monachus. At ne quis putet in ſolis noſtris Latinis ita legi, addam non in ſolo Vaticano exemplari legi, δόξα αὕτη ἐστὶ, verumetiam in Commentariis ſancti Ioannis Chryſoſtomi, qui legit, & interpretatur, δόξα αὕτη ἐστὶ πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ.

FINIS.

Eruditiſs. iſtas in Græcum Pſalterium notationes, dignas quæ typis mandentur, cenſemus. Anno 1571. Poſtridie Calend. Nouembris.

Auguſtinus Hunnæus.

Cornelius Reyneri Goudanus.

Johannes Harlemius.

CANDIDO LECTORI

GVIDO FABR. BOD. IN TABVLAM TITVLORVM TOTIVS NOVI TESTAMENTI SYRIACI.

NE QVID ad totius Regij huius operis complementum deesset, candide Lector, festorum rituumque ab omnibus Christianis Ecclesiis Asiæ receptorum Indicem hîc etiam addendum duximus, prout & in codice Viennensi, & in antiquissimo exemplari manuscripto Ecclesiastici huiusmodi ritus & ceremoniæ, titulis passim in nouo Testamento interiectis, continebantur. Atque vt pauca de multis Syrorum obseruationibus intelligant Catholicæ Romanæque Ecclesiæ alumni, libuit hîc adscribere, quæ in Epistola quadam Iohannes Albertus VVidmanstadius Iurisconsultus, & Hexarchiæ Orientalis Austriæ, dum in viuis ageret, Cancellarius, annotauit. Sic enim futurum speramus, vt & plus lucis ad hunc indicem intelligendum, & plus ponderis ad faciendam omnibus fidem de consensu Orientalis Ecclesiæ cum Occidentali tanti viri testimonium afferat. Propria itaque eius verba subiungo: Operæpretium, inquit, in præsentia facturum me arbitratus sum, si capitum titulos, horum librorum contextui interiectos secernerem, eosque in Festos dies anniuersarios, quos Syri vetustissimo, atque ex Apostolorum doctrina deriuato instituto agunt, describerem, latinosque è regione factos, huius operis fini adplicarem: vt ij, quibus Latinæ Ecclesiæ ritus inuisi sunt, vel hinc facilè intelligerent, apud Syros Christianorum omnium primos, eosdem ferè, aut certè ab illis, propter quos à communi Ecclesiæ consensu distracti nuper sunt, non alienos ritus & mores ad hanc vsque ætatem extitisse. Atque vt dilucidiora hæc fiant, paucis nonnulla apud vos persequi libet, quæ ad finem huius operis, per hos Dierum & Sacrorum indices properanti in mentem venerunt: reliqua in libro qui ܐܪܝܬܐ ܕܙܒܢܐ hoc est, Ærarium, inscribitur, & Ephremi, Iacobi, Balaij, Cocoij, aliorumque & vitæ sanctitate & doctrina excellentium Syrorum auctoritate constat, diffusè explicata sunt. Anni igitur Ritualis initium circiter Cal. Nouembr. ita statuunt Syri, vt Natalem Christi Dominici dies VIII. antecedant: Primo templi dedicationem celebrant: Altero Encænia: Tertio Annuntiationem Zachariæ patri, de Iohan. Baptistæ filij ortu factam: Quarto Annuntiationem Virgini Mariæ de filio Dei in hanc vitam per eam ingressuro factam: Quinto Virginis matris ad Elisabam profectionem, quam celebritatem Vrbanus VI. Pont. Max. Apostolica sede ex eo schismate, quod tandem Constantiensis Concilij auctoritate extinctum fuit, grauissimè laborante, in Ecclesiam Latinam introduxit: Sexto Natiuitatem Iohan. Baptistæ: Septimo Oraculum Iosepho editum de grauida, præter expectationem, coniuge non deserenda: Octauum autem diem Dominicum, Antenatalitium appellant: quem die XXV. Decembris Natalis Iesu Christi, postero Virginis puerperæ, tertio inde die Innocentum puerorum celebritas, hanc Dominicus à Natali proximus, posteaque nisi in ipsum quoque incidat, Circuncisionis Christi festus dies sequitur: Sexta deinceps luce Epiphaniæ, quæ & Luminũ feriæ à Syris dicuntur, & luminarium frequentiore vsu celebrantur, succedunt. Ea nocte Aqua solenni precatione sacratur, quæ toto anno in Sacrariis conseruari solet. Capitis Iohannis Baptistæ amputationem altero die celebrant, ac inde ab Epiphaniis numerant aliquot Dominicos dies, quibus subiunguntur tridui Rogationes, quas Niniuiticum ieiunium appellant; dehinc Christi templo oblati dies, ordineque suo Dominici funebres duo, prior sacerdotibus, posterior cæteris vita defunctis Christianis dicati, quibus eorum sepulchra ceremoniis statis obire consueuerunt: dein qui sequuntur dies Dominici sex, Ieiunij appellatione censentur, cuius dies XL^{s}. præcipuo Syrorum cultu, propter integrum, æquè ac XX^{s}. propter dimidium Quadrageni Ieiunij tempus emensum notabilis, in Veneris diem à Dominico sexto proximum incidit: quem Lazari à mortuis excitati Sabbathum, & mox Dominicus dies Hoschanæ, quem nos Palmarum nominamus, consequuntur. Hebdomada inde continua à passione & quiete Christi, nomen apud eos accepit: in qua Iouis dies propter sacræ Synaxeos mysteria, Secretorum nuncupatur: quo & chrisma ob Sacerdotium eo die institutum à Pontificibus consecratur, ablutionisque pedum ceremonia peragitur. Sabbathum eius hebdomadæ Annuntiationis idcirco appellatur, quòd eo Christus patribus apud Inferos agentibus annuntiarit, extremo suo supplicio salutem eis partam iam esse. Dominicæ Resurrectionis dies à Syris Magnus, & octauus ab eo, Nouus, diesque labentis inter vtrunque septimanæ, Candidatorum vocantur: non alia profectò ratione, quàm Latina Ecclesia Sabbathum & hunc ipsum Dominicum diem in Albis appellat. Nam cùm olim Christianæ militiæ sacramento obligandi, per hosce tantùm dies, & ab Episcopis tantùm, sacro fonte abluerentur, linteisque tunicis candidis & cucullatis professionem suam testarentur; hoc die Dominico Episcopo sese offerre, vestes candidas ponere, ac, si qui Romæ baptizati fuissent, à Pontificib. Max. cerea sigilla vexilliferi agni

† figura

figura expressa, & aquæ chrismatis admixtione consecratæ immersa, tanquam symbola Baptismatis amuletaque sacra accipere consueuerunt: atque adeò ministros Baptismi baptizatosque, candidatos esse debere receptum fuit, vt Episcopi, quibus tum solis baptizandi munus deferebatur (ne obueniente necessitate, officio suo deesse vspiam possent) absque lintea tunica candida in publicum nunquam prodirent. Vnde tunicæ eiusmodi vsus à summis aliisque Pontificibus (nisi minores Pontifices, è monastica vita ad eum dignitatis gradum euocati sint) ad hanc vsque diem retentus fuit: qui succedentibus inde sæculis etiam Pileatis Notariis, ad scribendas in vrbe Romana Martyrum historias olim destinatis, tanquam insigne dignitatis fuit permissus. Sacræ porrò ceræ illius imagines, quas Agnos Dei appellāt, in Vaticanæ Basilicæ apside tessellati operis, aræ pontificiæ imminente, ex Constantiniani operis structura extant: quas mihi olim Marcellus II. Pont. Max. sanctissimusque, iam tum priuatus, veluti argumentum ceremoniæ ante Constantini Magni imperium vsitatæ ostendit. Sed hæc de Candidatorū hebdomada satis. A Dominico hoc die Nouo, quarto, ni fallor, Veneris die, sunt Auri feriæ, quibus Petri Apostoli claudum ad Speciosam portam sanantis Memoria, solenni quiete cultuque repetitur. Auri verò nomine ex Petri responso, quo sibi aurū argentumq. esse negauit, designatæ fuerunt. Ascensionis dies à Resurrectione Quadragesimum, & Dominicus Pentecostes suum, hoc est, Quinquagesimum implet. Hoc die Syri genibus nixi, parteq. corporis supra genua extante erecta precantur: quem ritum ipsi Genuum Positionem, qua eo tantum die vtuntur, appellant. reliquis enim anni diebus, adorantium aut supplicantium speciem, vel prono corporis motu exhibent, vel terræ osculatione, à qua nulla interposita mora resurgunt, vt à Mahomedanis, qui Engonasi illa vti solent, differrent. Religiosè etiam sanctam Crucem venerantur, à cuius die nonnulli quoque Dominici dies nuncupati fuerunt. Incruentum verò illud sacrificium ܩܘܪܒܢܐ illi vocant, & ea quæ ante id peraguntur ܩܘܪܒܢܐ id est, Accessus vel oblatio. Quapropter nimiam securitatem polliceri opinionibus suis videntur, qui è Catholicis sacris, donorum, munerum, & sacrificiorum mentionem conantur eximere, persuasumque habent, ad arbitrium suum reuocatum iam esse, quicquid Latinæ Ecclesiæ Pontifices, Patrumque concilia quacunque ætate censuerunt: cùm de istorum mobilitate præter multò maximam Europæ partem, etiam Asiaticæ & Africanæ Ecclesiæ non modò præiudicent, sed pręterea etiam in hoc iudicent grauissimè, quòd Vespertinas, Nocturnas, Matutinas, aliasque precationes, in certas horas distributas habeant: Defunctorum memoriam in Sacrificiis retineant: Sacerdotes & Episcopos, templa item & altaria, ac demum etiam Epiphaniarum nocte aquam populo in domos toto anno distribuendam sacrent: Ieiūniorum statorum leges insigni abstinentia obseruent: Monasticæ vitæ mancipandos tondeant: Sacerdotes & Monachos, postquam mariti facti sunt, à Sacris tractandis arceant: aliaque infinita in maiorum suorum more antiquissimo posita conseruent, in quibus abrogandis Latinæ Ecclesiæ aduersarij, vt à communi Religionis Catholicæ consensu secederēt, satis iustas & speciosas causas se habuisse videntur. Hæc ille. Quæ à me huc allata vt ab homine vnitatis totius Ecclesię Christianæ, atque collectionis omnium membrorum eius studiosissimo æqui bonique consulas velim, beneuole Lector, insumptique à nobis laboris fructus, pari animi candore, quo à nobis proficiscuntur, excipias, te etiam atque etiam rogo. Bene vale. Antvverpiæ in ædibus Christophori Plantini Catholicæ Maiestat. Prototypographi. &c.

TABVLA EVANGELICARVM LECTIONVM, SICVTI EÆ EX MATTHAEO, MARCO, LVCA, ET IOHANNE IN DOMINICOS ET festos dies anniuersarios, Ecclesiæ Syriacæ ritu distribuuntur. Numeri versibus singulis adscripti, ad paginas, in quibus Lectionum eiusmodi capita literis minoribus distincta sunt, referri debent.

Vespere Dedicationis Ecclesiæ, item Electionis Episcopi diem præcedente. Pag. 440

Die commemorationis Symonis Petri: Item Dedicationis Ecclesiæ, & Electionis Episcopi. 498

Ad Oblationem, Ecclesiæ Encænijs. 398

Lectio, Encænijs Ecclesiæ. 444

Lectio matutina, Annunciatione Zecario. 232

Lectio ad Oblationem, Annuntiatione Zecario. 310

Annuntiatione Genitricis Dei. 236

Profectione Mariam ad Elisaba. 238

Matutinis Natiuitatis Iouchanon. 238

Reuelatione Iauseph. 4

Dominica ante Natiuitatem. 2

Ad Vesperam Natalitiorum. 4

Lectio in festo Natiuitatis Domini nostri. 386

Matutinis festo Natiuitatis. 242

Ad matutinam infanticidij. 6

Ad Oblationem interfectionis puerorum. 8

Dominica post Natalem. 246

Die Circumcisionis Domini nostri. 254

Lectio festi Epiphaniæ. 144

Festo Epiphaniæ. 8

Ad Oblationem festi Epiphaniæ. 248

Ad Vesperam amputationis capitis Iouchanon. 62

Matutinis Decapitationis Iouchanon Baptistæ. 180

Ad Oblationem Decapitationis Iouchanon. 44

Ad Vesperam Dominicæ post Epiphaniam. 146

Dominica post Epiphaniam. 12

Dominica post Epiphaniam. 274

Matutinis Dominicæ post Epiphaniam, & de Baptismo. 396

Matutinis Dominicæ post Epiphaniam. 388

Ad Oblationem Dominicæ post Epiphaniam. 390

Vespere Dominicam II. post Epiphaniam præcedente. 252

Eodem. 48

Ad Oblationem Dominicæ II. post Epiphaniam. 430

Matutinis Dominicæ III. post Epiphaniam. 412

Ad Oblationem Dominicæ III. post Epiphaniam. 390

Vespere Dominicam IIII. post Epiphaniam præcedente. 192

Matutinis Dominicæ IIII. post Epiphaniam. 206

Ad Oblationem Dominicæ IIII. post Epiphaniam. 414

Ad Oblationem Dominicæ V. post Epiphaniam. 358

Ad Oblationem Dominicæ VI. post Epiphaniam. 168

Lectio Rogationum. 316

Matutinis Introitus Domini nostri in templum. 244

Ad Oblationem Introitus Domini nostri. 246

8 ego *dispergam* vos in populos. MS.H.G. *pro*, ego *disperdam* vos in populos.

CAP. 3.

2 Et iuxta *eum* ædificauit Zachur. MS. H. G. *pro*, iuxta *eos* ædificauit Zachur.

4 & iuxta *eos* ædificauit Mosollam. MS.H.G. *pro*, & iuxta *eum* ædificauit Mosollam.

10 Et iuxta *eos* ædificauit *Iedaia* filius *Haromaph*. MS. H.G. *pro*, Et iuxta *eum* ædificauit *Ioiada* filius *Aromath*.

12 Et iuxta *eum* ædificauit Sellum. MS. H. G. *pro*, & iuxta *eos* ædificauit.

21 filius Vriæ filij *Haccus*. MS.H.G. *pro*, filius Vriæ filij *Atthus*.

23 Post *eum* ædificauit Beniamin. MS. H. G. *pro*, Post *eos* ædificauit Beniamin.

23 & post *eum* ædificauit Azarias. MS. H. *pro*, & post *eos* ædificauit Azarias.

27 Post *eum* ædificauerunt. MS. H. G. *pro*, Post *eos* ædificauerunt.

28 Sursum autem *à porta* equorum. MS. *pro*, Sursum autem *ad portam* equorum. H. & G. habent, *supra portam* equorum.

CAP. 4.

16 ædificantium *in muro*. MS. H.G. *pro*, ædificantiũ *muros*.

CAP. 5.

8 vos igitur *vendetis* fratres. MS. H. *pro*, *vendite*. quædam MS. cum G. legunt, *venditis*.

15 qui *fuerant* ante me. MS. *pro*, qui *fuerunt* ante.

CAP. 6.

2 Miserunt Sanaballat & Gossem ad me. MS. H. G. *pro*, Miserunt Sanaballath & Gossem *Arabs* ad me.

2 in *viculis* in Campo-ono. MS.H.G. *pro*, in *vitulis* in Campo-ono.

CAP. 7.

7 Qui *venerũt* cum Zerobabel. MS.H.G. *pro*, Qui *venerant* cum Zerobabel.

21 Filij Ater, filij Hezeciæ *nonaginta* octo. MS.H. G. *pro*, Filij Ater, filij Hezeciæ *nongenti* octo.

66 quadraginta duo millia *trecenti* sexaginta. MS. H. G. *pro*, quadraginta duo millia *sexcenti* sexaginta.

CAP. 8.

10 & mittite partes *ei* qui non *præparauit*. MS. H. *pro* & mittite partes *eis* qui non *præparauerunt*.

16 Et egressus est populus. MS.H.G. *pro*, Et egressus est *omnis* populus.

CAP. 9.

7 Tu ipse *Dominus* Deus. MS. *pro*, Tu ipse *Domine* Deus.

25 cisternas ab *alijs* fabricatas. MS. *pro*, cisternas ab *eis* fabricatas.

33 quia veritatem fecisti, nos autem. MS. H. G. *pro*, quia veritatem fecisti *nobis*, nos autem.

CAP. 10.

29 in manu Moysi serui *Dei*, vt facerent. MS.H.G. *pro*, in manu Moysi serui *sui*, vt facerent.

36 vt *offerrentur* in domo Dei nostri. MS. *pro*, vt *offerantur* in domo Dei nostri.

CAP. 11.

1 vt *tollerent* vnam partem. MS. *pro*, vt *tolleret* vnã partem.

11 filius Achitob *princeps* domus Dei. MS. H. G. *pro*, filius Achitob *principes* domus Dei.

34 Neballath, *Lod*, & Ono valle artificum. MS.H. *pro*, Neballath, & Ono. G. pro *Lod* habent *Lydda*.

CAP. 12.

12 erant sacerdotes principes familiarum. MS.H. *pro*, erant sacerdotes & principes famil.

CAP. 13.

22 *Dixi quoque* Leuitis. MS. *pro*, *Dixiq;* Leuitis.

IN III. ESDRÆ.

CAP. 1.

12 & hostias coxerunt in *amulis*. MS. *pro*, in *emolis*.

IN LIBRO TOBIÆ.

Quia exemplar Chaldaicum, ex quo D. Hieronymus Tobiam & Iudith in Latinum vertit, non extat, & Græcus textus multùm à Latino diuersus est, horum duorum librorum varias lectiones Latinas, ad nullius alterius linguæ exemplaria contulimus. quæ autem inter varias lectiones sit verior, ex totius narrationis serie, diligens & prudens lector iudicabit.

CAP. 1.

15 Pergebat *ergo ad* omnes. MS. *pro*, pergebat *enim per* omnes.

CAP. 3.

6 fac mecum *misericordiam*, & præcipe. MS. *pro*, fac mecum, & præcipe.

CAP. 5.

16 reducam eum *sanum* ad te. MS. *pro*, reducam eum ad te.

CAP. 8.

9 accipio sororem meam, sed sola posteritatis dilectione. MS. *pro*, accipio sororem meam *coniugem*, sed sola posteritatis dilectione.

CAP. 12.

9 facit inuenire *misericordiam & vitam*. MS. *pro*, facit inuenire vitam.

IVDITH.

CAP. 4.

8 humiliauerunt animas suas in ieiuniis, ipsi & mulieres. MS. *pro*, humiliauerunt animas suas in ieiuniis *& orationibus*, ipsi & mulieres.

CAP. 7.

13 iuuenes *senésq;* & paruuli. MS. *pro*, iuuenes & paruuli.

CAP. 13.

12 fecit virtutem *magnam* in Israel. MS. *pro*, fecit virtutem in Israel.

CAP. 16.

7 tradidit eum in manu fœminæ, & *confodit* eũ. MS. *pro*, tradidit eum in manu fœminæ, & *confudit* eum.

23 conopœũ quod ipsa sustulerat *de cubili ipsius*, obtulit in anathema. MS. *pro*, conopœum quod ipsa sustulerat, obtulit in anathema.

IN LIBRO ESTHER.

CAP. 1.

3 *fecit* grande cõuiuium. MS. G. *pro*, *fecerat* grande conuiuium.

21 fecitque *rex* iuxta consilium. MS. H. G. C. *pro*, fecitque iuxta consilium.

CAP. 2.

1 His *ita* gestis. MS. *pro*, His *itaque* gestis.

1 *&* quæ fecisset. MS. H. C. *pro*, quæ fecisset.

14 in secundas ædes *deducebatur*. MS. H. G. C. *pro*, in secundas ædes *deducebantur*.

21 & in primo palatij limine *præsidebant*. MS. G. *pro*, & in primo palatij limine *residebant*.

CAP. 3.

3 qui ad fores palatij *præsidebant*. MS. *pro*, qui ad fores palatij *residebant*.

11 de populo *autem*, age. MS. H. C. G. *pro*, de populo, age.

15 & cunctis qui vrbe erant, flentibus. MS. H. C. G. *pro*, & cunctis *Iudæis* qui vrbe erant flentibus.

CAP. 4.

4 vt ablato sacco *induerent eum*. MS. *pro*, vt ablato sacco *indueret eam*.

6 iuit ad Mardochæum stantem in platea ciuitatis. MS. H. C. *pro*, iuit ad Mardochæum, *& inuenit eum* stantem in platea ciuitatis.

16 non *comedatis* & non *bibatis* tribus diebus. MS. G. *pro*, non *comedetis* & non *bibetis* tribus diebus.

CAP. 8.

7 Domum Aman concessi Esther: & ipsum. MS. H. C. *pro*, Domum Aman concessi Esther *reginæ*: & ipsum.

12 id est tertia decima mensis duodecimi Adar. MS. H. G. *pro*, id est tertia decima *die* mensis duodecimi Adar.

CAP. 9.

2 formido *penetrarat*. MS. *pro*, formido *penetraret*.

CAP. 16.

4 mendaciorum *funiculis* conentur subuertere. MS. *pro*, mendaciorum *cuniculis* conentur subuertere.

IN LIBRO IOB.

CAP. 1.

4 Et faciebant *conuiuium* per domos. MS. H. C. G. *pro*, Et faciebant *conuiuia* per domos.

11 nisi in faciem *tuam* benedixerit tibi. MS. H. C. G. *pro*, nisi in faciem benedixerit tibi.

20 & scidit *tunicam suam*, & tonso capite. MS. H. C. G. *pro*, & scidit *vestimenta sua*, & tonso capite.

CAP. 2.

5 quod in *facie tua* benedicat tibi. MS. H. C. *pro*, quod in *faciem* benedicat tibi.

10 quasi vna de stultis locuta es. MS. H. *pro*, quasi vna de stultis *mulieribus* locuta es.

10 mala quare non *suscipiamus?* MS. H. C. *pro*, mala quare non *sustineamus?*

CAP. 3.

4 & non *illustret* lumine. MS. H. *pro*, & non *illustretur* lumine.

18 Et vincti pariter sine molestia. MS. H. C. G. *pro*, Et *quondam* vincti pariter sine molestia.

CAP. 5.

6 & de humo non *orietur* dolor. MS. *pro*, & de humo non *egredietur* dolor.

15 Porrò saluum faciet à gladio oris eorum. MS. H. C. G. *pro*, Porrò saluum faciet *egenum* à gladio oris eorum.

CAP. 6.

3 hæc grauior *apparet*. MS. *pro*, hæc grauior *appareret*.

20 Confusi sunt quia *sperauerunt*. MS. H. C. G. *pro*, Confusi sunt quia *speraui*.

25 qui possit arguere? MS. H. C. *pro*, qui possit arguere *me*?

CAP. 8.

7 in tantum vt priora tua fuerint parua. MS. H. C. G. *pro*, in tantum vt *si* priora tua fuerint parua.

CAP. 9.

4 quis *restitit* ei. MS. H. C. G. *pro*, quis *resistit* ei.

11 si abierit, non intelligam *eum*. Si. MS. H. C. *pro*, non intelligam. Si.

CAP. 10.

8 Manus tuæ *plasmauerunt* me, & *fecerunt* me totum. MS. H. C. G. *pro*, Manus tuę *fecerunt* me, & *plasmauerunt* me totum.

11 *&* ossibus & neruis. MS. H. C. G. *pro*, ossibus & neruis.

16 quasi *leana* capies me. MS. *pro*, quasi *leænam* capies me.

CAP. 11.

2 Non *&* audiet? MS. *pro*, Non audiet?

CAP. 12.

15 *Et* si emiserit eas. MS. H. C. G. *pro*, Si emiserit eas.

CAP. 14.

16 sed *parces* peccatis meis. MS. H. *pro*, sed *parce* peccatis meis.

CAP. 15.

7 & ante colles formatus? MS. H. C. G. *pro*, & ante *omnes* colles formatus?

21 ille insidias suspicatur. MS. H. C. G. *pro*, ille *semper* insidias suspicatur.

CAP. 16.

10 Aperuerunt super me ora sua, exprobrantes. MS. H. C. *pro*, Aperuerunt super me ora sua, *&* exprobrantes.

13 *&* non pepercit. MS. H. C. *pro*, non pepercit.

CAP. 17.

7 Caligauit *ab indignatione* oculus meus. MS. H. C. G. *pro*, Caligauit *ad indignationem* oculus meus.

9 *&* *mundus* manibus. MS. H. C. G. *pro*, & *mundis* manibus.

CAP. 18.

4 *Qui* perdis animam tuam. MS. C. *pro*, *Quid* perdis animam tuam.

11 & inuoluent *eum* pedes eius. MS. H. *pro*, & inuoluent pedes eius.

CAP. 19.

10 & quasi euulsæ *arboris* abstulit spem meam. MS. *pro*, & quasi euulsæ *arboris* abstulit spem meam.

19 & quem maximè diligebã, *aduersatus est mihi*. MS. H. C. G. *pro*, & quem maximè diligebã, *auersatus est me*.

29 quoniam vltor *iniquitatis* gladius est. MS. *pro*, quoniam vltor *iniquitatum* gladius est.

CAP. 21.

15 *Quid* est omnipotens. MS. H. C. G. *pro*, *Quis* est omnipotens.

25 in amaritudine animæ, absque vllis opibus. MS. H. C. *pro*, in amaritudine animæ *suæ*, absque vllis opibus.

CAP. 22.

4 Nunquid timens *te*, arguet te. MS. H. C. G. *pro*, Nunquid timens arguet te.

12 An *non* cogitas. MS. H. C. G. *pro*, An cogitas.

29 & qui inclinauerit oculos, ipse saluabitur. MS. H. C. G. *pro*, & qui inclinauerit oculos *suos*, ipse saluabitur.

CAP. 24.

5 *vigilantes* ad prædam. MS. H. C. *pro*, *vigilantésq;* ad prædam.

CAP. 27.

12 & *vt* quid *hæc* sine causa. MS. *pro*, & quid sine causa.

CAP. 28.

7 nec intuitus est *eam* oculus vulturis. MS. H. C. G. *pro*, nec intuitus est oculus.

CAP. 30.

8 filij stultorum & ignobilium, in terra. MS. H. C. *pro*, filij stultorum & ignobilium, *&* in terra.

CAP. 31.

7 & si *secutum est oculos meos* cor meum. MS. H. C. G. *pro*, & si *secutus est oculus meus* cor meũ.

19 Si despexi *pereuntem*. MS. H. C. G. *pro*, Si despexi *prætereuntem*.

CAP. 32.

4 eo quòd seniores *se* essent. MS. H. C. G. *pro*, eo quòd seniores essent.

10 ostendam vobis etiam ego meam *scientiam*. MS. H. C. G. *pro*, ostendam vobis etiam ego meam *sapientiam*.

11 donec disceptaremini sermonibus, & donec. MS. H. C. G. *pro*, donec disceptaremini sermonibus *vestris*, & donec.

CAP. 33.

7 non te terreat, & *eloquium meum*, non sit tibi *graue*. MS. *pro*, non te terreat, & *eloquentia mea* non sit tibi *grauis*.

17 ab his quæ *facit*. MS. *pro*, ab his quæ *fecit*.

22 *Appropinquauit* corruptioni. MS. H. C. G. *pro*, *Appropinquabit* corruptioni.

CAP. 34.

37 *Quia*. MS. H. C. *pro*, *Qui*.

37 *addit* super peccata. MS. *pro*, *addidit* super peccata. Porrò H. *&* C. *legunt*, *addet*.

37 & tunc *multiplicet sermones suos* ad Deum. MS. H. C. G. *pro*, & tunc ad *iudicium prouocet sermonibus suis* Deum.

CAP. 36.

5 Deus *potens* non abiicit. MS. H. G. *pro*, Deus *potentes* non abiicit.

6 & iudicium pauperibus *tribuet*. MS. H. C. G. *pro*, & iudicium pauperibus *tribuit*.

23 aut quis *potest* ei dicere. MS. *pro*, aut quis *audet* ei dicere.

CAP. 37.

8 Ingredietur bestia latibulum, & in antro. MS. G. *pro*, Ingredietur bestia latibulum *suum*, & in antro.

12 Quæ lustrant per circuitum. MS. H. C. G. *pro*, Quæ lustrant *cuncta* per circuitum.

CAP. 38.

6 aut quis *dimisit* lapidem. MS. *pro*, aut quis *demisit* lapidem.

13 extrema terræ, *&* excussisti. MS. H. C *pro*, extrema terræ, excussisti.

13 & *exclusisti* impios ex ea. MS. *pro*, *excussisti* impios ex ea.

16 Nunquid ingressus es *profunda* maris. MS. H. *pro*, *profundum* maris.

18 Nunquid considerasti *latitudines* terræ? MS. H. *pro*, Nunquid considerasti *latitudinem* terræ?

34 Nunquid eleuabis *ad nebulam* vocem tuam. MS. H. C. *pro*, Nunquid eleuabis *in nebula* vocem tuam.

38 Quando *fundebatur* puluis in terra. MS. H. G. *pro*, Quando *fundabatur* puluis in terra.

CAP 39.

4 & non *reuertuntur* ad eas. MS. H. C. *pro*, & non *reuertentur* ad eas.

13 Penna *struthionum* similis est. MS. H. G. *pro*, Penna *struthionis* similis est.

16 *Induratur* ad filios suos. MS. G. *pro*, *Duratur* ad filios suos.

28 In petris manet, & in præruptis. MS. H. C. G. *pro*, manet, in præruptis.

CAP. 40.

3 vt *tu* iustificeris. MS. *pro*, vt iustificeris.

6 Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem. MS. H. C. G. *pro*, Disperge superbos in furore tuo, & *confunde eos*, & respiciens.

16 in secreto calami, & locis humentibus. MS. H. C. G. *pro*, in secreto calami, *in* locis hum.

27 *Pone* super eum. MS H. C *pro*, *Pones* super eum.

CAP. 41.

2 Quis ante dedit mihi MS. H. C. *pro*, *Et* quis ante dedit mihi.

3 Non parcam ei, & verbis potentibus. MS. H. C. G. *pro*, non parcam ei verbis potentibus.

CAP. 42.

4 & *ostende* mihi. MS. H. C. G. *pro*, & *respondebo* mihi.

16 Vixit autem Iob post hæc. MS. H. C. *pro*, Vixit autem Iob post *flagella* hæc.

IN LIBRO PSALMORVM.

PSAL. 5.

9 dirige in cõspectu *meo* viam *tuam*. MS. H. C. *pro*, dirige in conspectu *tuo* viam *meam*. sicut tamen G. habent. Priorem lectionem quia magis respondet Hebræis, videtur D. Hieronymus magis probare, ep. ad Sunniam & Fretellam.

PSAL. 10.

7 Quoniã iustus Dominus iustitias dilexit. MS. H. C. *pro*, Quoniã iustus Dominus, & iustitias dilexit. sicut tamen G. habent.

PSAL. 12.

4 ne vnquam obdormiam in *mortẽ*. MS. G. H. *pro*, ne vnquam obdormiam in *morte*.

PSAL. 13.

5 Quoniã Dominus in generatione *iusta est*. MS. H. *pro*, Quoniam Dominus in generatione *iustorum*. sicut tamen G. habent.

PSAL. 16.

1 Intende *deprecationi meæ*. MS. G. *pro*, Intende *deprecationem meam*.

2 oculi *tui* videant *æquitates*. MS. H. C. *pro*, oculi *mei* videant *æquitatem*. G. legunt, oculi *mei* videant *æquitates*. Primam lectionem quę respondet Hebræo, pro vera habet D. Hieronymus, ep. ad Fretellam.

PSAL. 21.

20 auxilium tuum, ad defensionem. MS. *pro*, auxilium tuum *à me*, ad defensionem. sicut G. tamen habent.

De hoc loco scribit D. Hieronymus *in ep. ad Sunniam & Fretellam, in hæc verba*: Tu autem Domine ne elõgaueris auxilium *tuum*: *dicitis inuenisse vos, meum, quod & verum est, & ita corrigendum. Neque enim si quid scriptorum est errore mutatum, stulta debemus contentione defendere.*

PSAL. 26.

8 exquisiuit facies mea. MS. H. C. *pro*, exquisiuit *te* facies mea. sicut G. tamen habent. Sed melius, inquit Hier. superius est.

PSAL. 30.

9 in *manibus inimici*: statuisti. MS. *pro*, in *manus inimicorum*: statuisti. sicut G. tamen habent. H. habent, *in manu inimici*.

PSAL. 32.

7 Congregãs sicut *in* vtrem aquas. MS. *pro*, sicut vtrem, sicut G. tamen habent.

PSAL. 37.

17 & dum *commouerentur* pedes mei. MS. *pro*, & dum *commouentur* pedes mei. H. & G. habẽt, & in vacillari pedes meos.

PSAL. 43.

6 spernemus insurgẽtes *in nos*. MS. *pro*, spernem' insurgentes *nobis*. sicut G. tamen habent.

10 & non egredieris in virtutibus nostris. MS. H. C. *pro*, & non egredieris *Deus* in virtutibus nostris. sicut G. tamen habent. Sed *Deus*, inquit Hier. superfluum est.

PSAL. 46.

5 speciem Iacob, *quem* dilexit. MS. *pro*, speciem Iacob, *quam* dilexit. sicut G. tamen habent.

PSAL. 47.

5 Quoniam ecce reges congregati sunt. MS. H. C. *pro*, Quoniam ecce reges *terræ* congregati sunt. sicut G. tamen habent.

De hoc loco D. Hieron. *In veteribus Latinorum codicibus scriptum erat*, reges terræ: *quod nos sustulimus, quia nec in Hebræo, nec in Septuaginta reperitur.*

PSAL. 48.

3 & filij hominum in vnũ, diues & pauper. MS. G. *pro*, & filij hominum, *simul* in vnũ, diues & pauper. H. & C. habent, *simul*: sed deinde omittunt, *in vnum*; vt hoc loco *simul* positũ videri possit.

PSAL. 51.

2 Cùm venit *Doeg* Idumæus. MS. H. C. *pro*, Cùm venit *Doec* Idumæus. sicut G. tamen habẽt.

2 Venit Dauid in domũ *Achimelech*. MS. H. C. *pro*, in domũ *Abimelech*. sicut G. tamen habent.

7 & emigrabit te de taberna ulo, & radicem tuam. MS. H. C. *pro*, & emigrabit te de tabernaculo *tuo*, & radic. sicut G. tamen habent.

PSAL. 53.

5 quæsierunt animam meam, non proposuerũt. MS. H. C. *pro*, quæsierunt animam meam, & non proposuerunt. sicut G. tamen habent.

6 adiuuat me, Dominus susceptor est, MS. H. C. *pro*, adiuuat me, & Dominus susceptor est. sicut G. tamen habent.

PSAL. 54.

17 Et Dominus *saluauit* me. MS. *pro*, & Dominus *exaudiuit* me. H. legunt *saluabit me*. G. *exaudiuit me*.

PSAL. 55.

13 quæ reddam *laudationes tibi*. MS. H. *pro*, quæ reddam *laudationis tuæ*. sicut G. tamen habent.

PSAL. 57.

4 *Abalienati* sunt peccatores. MS. G. *pro*, *Alienati* sunt peccatores.

PSAL. 58.

15 *Et* conuertẽtur ad vesperam. MS. H. C. *pro*, Conuertentur ad vesp. sicut G. tamen habent.

PSAL. 65.

17 & *exultaui* sub lingua mea. MS. *pro*, & *exaltaui* sub lingua mea. sicut tamen H. & G. habẽt. C. habent, & laus eius sub lingua mea.

PSAL. 70.

16 introibo in *potentias* Domini. MS. *pro*, introibo in *potentiam* Domini.

PSAL. 71.

11 omnes reges: omnes gentes. MS. C. H. *pro*, omnes reges *terræ*: omnes gentes. sicut G. tamẽ habent. Sed *terræ*, inquit Hieronymus, superfluum est.

PSAL. 73.

2 *montem* Sion. MS. *pro*, *mons* Sion.

PSAL. 77.

38 Et *multiplicauit* vt auerteret. MS. *pro*, Et *abundabit* vt auerteret. H. & G. habent, & *multiplicabit* ad auertendum. C. habent, *multiplicat*.

53 & *deduxit* eos. MS. G. *pro*, & *eduxit* eos. H. habent, & *duxit* eos.

PSAL. 78.

13 In *generationem* & generationem. MS. G. *pro*, In *generatione* & generationem.

PSAL. 82.

19 tu solus altissimus *super omnem terram*. MS. G. H. C. *pro*, tu solus altissimus *in omni terra*.

PSAL. 88.

20 posui adiutorium *super* potentem. MS. H. G. *pro*, Posui adiutorium *in* potente.

34 neque *decipiam* in veritate mea. MS. H. C. *pro*, neque *nocebo* in veritate mea. G. habent, neque *iniuria afficiam*.

40 *Euertisti* testamentum. MS. H. G. C. *pro*, *Auertisti* testamentum.

43 Exaltasti dexteram *inimicorum eius*. MS. H. *pro*, Exaltasti dexteram *deprimentium eum*.

45 & sedem eius in *terram* collisisti. MS. G. H. C. *pro*, & sedem eius in *terra* collisisti.

PSAL. 89.

1 Domine refugium *tu* factus es nobis. MS. H. C. *pro*, refugium factus es. sicut G. tamen habent.

PSAL. 91.

4 In decachordo & psalterio. MS. H. *pro*, In decachordo psalterio.

PSAL. 93.

20 qui fingis *dolorem* in præcepto. MS. *pro*, qui fingis *laborem* in præcepto. sicut tamen H. & G. habent.

PSAL. 94.

2 *Præueniamus* faciem eius. MS. G. *pro*, *Præoccupemus* faciem eius.

PSAL. 96.

10 de manu *peccatorum* liberabit eos. MS. H. C. *pro*, de manu *peccatoris* liberabit eos. sicut G. tamen habent.

PSAL. 97.

1 *Liberauit* eum dextera eius. MS. *pro*, *Saluauit* eũ dextera eius. sicut tamen H. G. & C. habẽt.

PSAL. 99.

1 Iubilate *Domino* omnis terra. MS. H. C. *pro*, Iubilate *Deo* omnis terra. sicut G. tamen habent.

PSAL. 101.

19 *Scribantur* hæc MS. *pro*, *Scribatur* hæc. cui tamẽ lectioni magis videntur fauere H. C. & G. quæ videntur significare, *Scribatur hoc*.

PSAL. 102.

20 Benedicite Domino angeli eius. MS. H. C. *pro*, Benedicite Domino *omnes* angeli eius. sicut G. tamen habent.

PSAL. 103.

14 Vt *educat* panem. MS. *pro*, Vt *educas* panem. H. G. & C. habẽt, ad educendũ panem: quod ambiguum est. posteriorem tamen lectionem, *Vt educas*, magis probat D. Hieronymus, ep. ad Sunniam & Fretellam.

PSAL. 107.

9 & Ephraim *fortitudo* capitis mei MS. H. C. *pro*, & Ephraim *susceptio* capitis mei. G. habent, defensio, vel susceptio.

PSAL. 117.

4 Dicant nunc qui timent Dominum. MS. H. C. *pro*, Dicant nunc *omnes* qui timent Dominum. sicut G. tamen habent.

23 est *hoc*, est mirabile. MS. H. C. *pro*, est *istud*, & est mirabile. sicut G. tamen habent.

PSAL. 118.

118 discedentes à *iustitiis* tuis. MS. *pro*, discedẽtes à *iustificationibus* tuis. sicut G. tamen habẽt. H. & C. habent, à *præceptis* tuis.

145 Clamaui in toto corde, exaudi me Domine. MS. H. C. *pro*, Clamaui in toto corde *meo*, exaudi me Dom. sicut G. tamen habent.

146 & custodiã *mandata* tua. MS. *pro*, & custodiã *testimonia* tua. sicut tamen H. G. & C. habẽt.

150 Appropinquauerunt persequentes me *iniquè*. MS. *pro*, Appropinquauerunt persequentes me *iniquitati*.

PSAL. 120.

7 Dominus *custodiet te*. MS. H. C. *pro*, Dominus *custodiat* te.

PSAL. 131.

7 *Introibimus* in tabernacula eius, & *adorabimus*. MS. G. *pro*, *Intremus* in tabernacula eius, *adoremus*.

PSAL. 136.

1 dum recordaremur Sion. MS. *pro*, dum recordaremur *nos* Sion. H. & G. habent, in recordari nos Sion.

PSAL. 137.

4 quia audierunt verba oris tui. MS. H. C. *pro*, quia audierunt *omnia* verba oris tui. sicut G. tamen habent.

PSAL. 139.

4 Acuerunt linguam suam sicut *serpẽtes*. MS *pro*, *serpentis*. sicut G. tamen habent. H. & C. legunt *serpens*.

8 Domine

8. Domine *Deus* virtus ſalutis meæ. MS. C. H. *pro*, Domine *Domine* virtus ſalutis meæ. ſicut G. tamen habent.

PSAL. 143.

10 Qui *dat* ſalutem regibus. MS. *pro*, Qui *das* ſalutem regibus. H. & G. habent, *danti* ſalutẽ regibus.

10 qui *redemit* Dauid ſeruum *ſuũ* de gladio maligno. MS. G. H. *pro*, qui *redemiſti* Dauid ſeruum *tuum* de gladio maligno.

PSAL. 144.

7 & *iuſtitiam tuam* exultabunt. MS. *pro*, & *iuſtitia tua* exultabunt. H. & C. habent, & iuſtitiam tuam canent, ſiue, laudabunt. G. & iuſtitiæ tuæ exultabunt.

PSAL. 146.

4 & omnibus eis nomina *vocat*. MS. C. *pro*, & omnibus eis nomina *vocans*. ſicut G. tamen habent. H. habent, *vocabit*.

PSAL. 148.

4 & *aquæ* quæ ſuper cælos *ſunt*. MS. H. C. *pro*, & *aqua* quæ ſuper cælos. ſicut G. tamen habẽt. H. non habẽt, *ſunt*, ſed ſubintelligunt.

PSAL. 149.

4 & *exaltauit* manſuetos in ſalute. MS. *pro*, & *exaltabit* manſuetos in ſalute. ſicut G. tamen habent. H. & C. habent, *glorificabit*.

6 *Exaltationes* Dei in gutture eorum. MS. G. H. *pro*, *Exultationes* Dei in gutture eorũ. C. habent, *Laudes* Dei in gutture eorum.

IN PROVERBIIS SALOMONIS.

CAP. 1.

4 vt detur paruulis aſtutia, adoleſcenti ſcientia. MS. H. G. *pro*, vt detur paruulis aſtutia, & adoleſcenti ſcientia.

22 quæ ſibi ſunt noxia *cupiunt*. MS. quibus fauẽt G. *pro*, quæ ſibi ſunt noxia *cupient*. H. *cupiuerunt*.

CAP. 2.

12 vt eruaris à via mala, ab homine. MS. H. *pro*, vt eruaris à via mala, & ab homine. ſicut tamẽ G. & C. habent.

CAP. 3.

15 Pretioſior eſt cunctis opibus: & omnia. MS. H. C. G. *pro*, Pretioſior eſt cunctis opibus *ſapientia*: & omnia.

21 Cuſtodi legem atque conſilium: & erit. MS. H. C. *pro*, Cuſtodi legem *meam*, & conſiliũ *meum*: & erit.

CAP. 4.

11 monſtrabo tibi, ducam te per. MS. H. *pro*, mõſtrabo tibi, & ducam. ſicut C. tamẽ habent

16 non enim dormiunt niſi malefecerint. MS. H. G. *pro*, non enim dormiunt niſi *cùm* malefecerint. C. habent, *donec* malefaciant.

26 Dirige *ſemitam* pedibus tuis. MS. H. *pro*, *ſemitas*. ſicut G. tamen habent.

28 Vias enim, quæ à dextris ſunt, nouit Dominus: peruerſę verò ſunt quæ à ſiniſtris ſunt.

29 Ipſe autem rectos faciet curſus tuos: itinera autem tua in pace producet.

Hos duos verſus pleraque manuſcripta cũ Græcis legunt. H. autem & C. non habent.

CAP. 5.

3 fauus enim *ſtillans* labia meretricis. MS. *pro*, fauus enim *diſtillans* labia meretricis.

4 quaſi abſynthium, & acuta quaſi gladius biceps. MS. H. C. G. *pro*, quaſi abſynthium, & *lingua eius* acuta quaſi gladius biceps.

21 Reſpicit Dominus *vias* hominis. MS. H. C. G. *pro*, Reſpicit Dominus *viam* hominis.

CAP. 6.

10 paululum conſeres manus, vt dormias. MS. H. G. *pro*, paululum conſeres manus *tuas*, vt dormias. ſicut C. tamen habent.

CAP. 7.

3 Liga *ea* in digitis tuis. MS. H. *pro*, liga eam in digitis tuis.

7 Et *video* paruulos. MS. *pro*, *videbo*.

18 Veni inebriemur vberibus, donec illuceſcat dies, & fruamur cupitis amplexibus. MS. H. C. G. *pro*, Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies.

CAP. 8.

11 Melior eſt enim ſapientia cunctis pretioſiſſimis *gemmis*. MS. H. G. C. *pro*, cunctis *opibus* pretioſiſſimis.

17 Et qui manè *vigilant* ad me. MS. H. G. C. *pro*, Et qui manè *vigilauerint* ad me.

25 ante colles ego parturiebar. MS. H. C. *pro*, ante *omnes* colles ego parturiebar. ſicut G. tamẽ habent.

31 ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarum. MS. H. C. *pro*, ludens coram eo omni tempore, & ludens in orbe terr.

34 qui audit me, qui vigilat. MS. H. *pro*, qui audit me, & qui vigilat. ſicut tamẽ G. & C. habẽt.

CAP. 9.

14 *Sedit* in foribus. MS. H. G. *pro*, *Sedet* in foribus.

CAP. 10.

31 & lingua prauorum peribit. MS. H. C. G. *pro*, lingua prauorum peribit.

CAP. 12.

2 hauriet gratiam à Domino. MS. H. C. G. *pro*, hauriet ſibi gratiam à Domino.

17 Qui quod nouit loquitur, *index* iuſtitiæ eſt. MS. H. G. C. *pro*, Qui quod nouit loquitur, *iudex* iuſtitiæ eſt.

CAP. 13.

2 De fructu oris, homo ſatiabitur bonis. MS. G. H. *pro*, De fructu oris *ſui* homo ſatiabitur bonis. ſicut C. tamen habent.

2 anima autem *præuaricatorum* iniqua. MS. H. G. *pro*, anima autem *impiorum* iniqua.

23 & *alij* congregantur. MS. *pro*, & *alis* congreg.

24 Qui parcit virgæ *ſuæ*, odit filium ſuum. MS. C. H. *pro*, Qui parcit virgæ, odit filium ſuum. ſicut G. tamen habent.

CAP 14.

4 Vbi autẽ plurimæ ſegetes. MS. H. C. G. *pro*, Vbi autem *apparent* plurimæ ſegetes.

7 & *neſcito* labia prudentiæ. MS. H. *pro*, & *neſcit* labia prudentiæ.

8 & *imprudentia* ſtultorum errans. MS. H. C. G. *pro*, & *prudentia* ſtultorum errans.

11 tabernacula *verò* iuſtorum germinabunt. MS. H. C. G. *pro*, tabernacula iuſtorum germin.

29 multa gubernatur *prudentia*. MS. C. G. *pro*, multa gubernatur *ſapientia*. H. habent, *intelligentia*.

32 In malitia ſua *expellitur* impius. MS. *pro*, in malitia ſua *repelletur* impius. H. & G. *expelletur*.

33 & indoctos *quoque* erudiet. MS. *pro*, & indoctos *quoſq;* erudiet.

CAP. 15.

14 Cor *ſapientis* quærit doctrinam. MS. C. *pro*, Cor *ſapiens* quærit doctrinam. H. Cor *intelligens*. G habent, Cor *rectum*.

28 Mens iuſti meditabitur *obedientiam*. MS. *pro*, Mens iuſti meditabitur *ſapientiam*. H. meditabitur *ad reſpondendum*, vel, *ad humiliandũ*. C. meditabitur *in fide*. G. Corda iuſtorum meditantur *fidem*.

CAP. 16.

18 & ante ruinam, *exaltatur* ſpiritus. MS. C. *pro*, *exaltabitur*. H. habent, & ante ruinam *elatio* ſpiritus. G. *immodeſtia*.

21 & qui dulcis eloquio, maiora *percipiet*. MS. *pro*, & qui dulcis eloquio, maiora *reperiet*. H. habent, addet doctrinã. G. plura audient. C. addit diſciplinam.

25 & *nouiſſimum* eius *ducit* ad mortem. MS. *pro*, & *nouiſſima* eius *ducunt* ad. ſicut G. tamen habent. ſed H. & C. *nouiſſimum* eius *viæ mortis*.

27 vir *impius* fodit malum. MS. *pro*, vir *inſipiens* fodit malum. ſicut G. tamen habent. H. habent, vir *belial*.

30 mordens labia ſua *perficit* malum. MS. C. G. *pro*, mordens labia ſua *perficiet* malum. H. habent, *perfecit*.

CAP. 17.

10 Plus proficit *correptio* apud prudentem. MS. H. C. G. *pro*, Plus proficit *correctio* apud prudentem.

18 plaudet manibus cùm ſpopõderit. MS. H. *pro*, plaudet manibus *ſuis* cùm ſponderit.

CAP. 18.

5 Accipere perſonam impij non eſt bonum. MS. H. C. G. *pro*, Accipere perſonam impij *in iudicio* non eſt bonum.

10 ad *ipſum* currit iuſtus. MS. G. *pro*, ad *ipſam* currit iuſtus.

15 Cor *prudens* poſſidebit ſcientiam. MS. H. *pro*, Cor *prudentis* poſſidebit ſcientiam. ſicut G. tamen habent.

21 Mors & vita in *manu* linguæ. MS. H. C. G. *pro*, Mors & vita in *manibus* linguæ.

CAP. 19.

16 Qui autem negligit *vias ſuas*, mortificabitur. MS. H. G. *pro*, Qui autem negligit *viam ſuã*, mortificabitur.

19 Qui impatiens eſt. MS. H. C. G. *pro*, Qui *enim* impatiens eſt.

21 Voluntas autem Domini permanebit. MS. H. C. *pro*, Voluntas autem Domini *in æternum* permanebit. ſicut G. tamen habent.

25 intelliget *diſciplinã*. MS. *pro*, intelliget *ſapientiã*. H. & C. habent, *ſcientiam*. G. *ſenſum*.

26 ignominioſus *eſt* & infelix. MS. H. C. *pro*, ignominioſus *erit* & inf. ſicut G. tamen habent.

CAP. 20.

7 beatos poſt ſe filios *derelinquet*. MS. G. *pro*, beatos poſt ſe filios *relinquit*. H. & C. habent, beati filij eius poſt eum.

18 cogitationes *conſiliis* roborantur. MS. *pro*, cogitationes *conſilij* roborantur. H. G. & C. habent, Cogitationes *in conſilio* firmantur.

20 extinguetur *lucerna* eius. MS. H. C. G. *pro*, extinguetur *lumen* eius.

22 Ne dicas, reddam malum: expecta Dominũ. MS. H. C. G. *pro*, Ne dicas, reddam malum *pro malo*: expecta Dominum.

25 & poſt vota, *tractare*. MS. H. *pro*, & poſt, vota *retractare*. G. habent, poſt enim votum feciſſe, pœnitere contingit. Ad quem ſenſum videtur etiam reſpexiſſe Caldæus Paraphraſtes.

CAP. 21.

5 Omnis autem piger *ſemper* in egeſtate eſt. MS. *pro*, piper in egeſtate eſt.

12 vt detrahat impios *in malum*. MS. H. C. G. *pro*, vt detrahat impios *à malo*.

16 Vir qui errauerit *à* via doctrinæ. MS. H. C. G. *pro*, Vir qui errauerit *in* via doctrinæ.

18 & pro *rectis* iniquus. MS. H. C. G. *pro*, & pro *recto* iniquus.

27 *quia* offeruntur ex ſcelere. MS. H. C. G. *pro*, *quæ* offeruntur ex ſcelere.

CAP. 22.

1 ſuper argentum & aurum. MS. H. C. *pro*, ſuper argentũ *enim* &. G. pro, *enim*, habent, *autem*.

5 Arma & gladij in via *peruerſi*. MS. H. C. G. *pro*, Arma & gladij in via *ſuperbi*.

8 metet *malum*. MS. H. C. *pro*, metet *mala*. ſicut G. tamen habent.

19 vnde & oſtendã tibi hodie. MS. H. C. *pro*, Vnde & oſtendam *eam* tibi hodie.

21 *reſponderes* ex his, illis. MS. *pro*, *reſpondere* ex eis, illis. H. & G. habent, *ad reſpondendum*.

27 operimentũ *tuum* de cubili. MS. H. C. *pro*, operimentum de. ſicut G. tamen habent.

CAP. 23.

5 & *auolabunt* in cælum. MS. *pro*, & *volabunt* in cælum. ſicut H. & C. tamen habent.

28 & quos incautos *viderit*, interficiet. MS. *pro*, & quos incautos *inuenerit*, interficiet.

29 cui *ſuffuſio* oculorum? MS. *pro*, cui *ſuffoßio* oculorum? H. habent, cui *rubor* oculorum? G. cuius *liuidi* oculi? C. & cui extrema oculorum prominent?

32 *ſed* in nouiſſimo mordebit. MS. G. *pro*. *et* in nouiſſimo mordebit.

CAP. 24.

10 Si deſperaueris *laſſus*. MS. H. C. G. *pro*, Si deſperaueris *lapſus*.

29 ſic faciam ei: reddam vnicuique. MS. H. *pro*, ſic faciam ei, & reddam vnicuique, ſicut C. tamen habent. G. habent, reddam *autem* ei.

CAP. 25.

13 qui *misit* eum. MS. *pro*, qui *miserit* eum. H. habent, mittentibus eum. G. eis qui miserunt eum.

24 si *sitierit*, da ei aquam bibere. MS, *pro*, si *sitit*, da ei aquam bibere. G. habent, si *sitiat*.

CAP. 26.

2 Sicut auis ad *alia* trãsuolans. MS. *pro*, Sicut auis ad *alta* transuolans. H. G. C. nec, *alta*, habent, nec, *alta*. sed tantùm, sicut auis volans.

16 Sapientior sibi *piger* videtur. MS. H. C. G. *pro*, Sapientior sibi *stultus* videtur.

17 sic qui transit impatiens. MS. H. *pro*, sic qui transit & impatiens. sicut C. tamen habent.

22 & ipsa peruenunt ad intima *ventris*. MS. H. C. G. *pro*, ad intima *cordis*.

CAP. 27.

4 & impetum concitati ferre quis poterit? MS. *pro*, & impetum concitati *spiritus* ferre quis poterit? H. & C. habent, & quis stabit c. rã zelo, aut, inuidia? G. habent, sed nihil sustinet zelus.

5 Melior est manifesta *correptio*. MS. H. C. G. *pro*, Melior est manifesta *correctio*.

24 sed corona tribuetur in generatione & generationẽ. MS. H. C. G. *pro*, sed corona tribuetur *tibi* in generatione & generationem.

26 & hœdi, agri pretium. MS. H. *pro*, & hœdi *ad* agri pretium. sicut C. tamen habent.

CAP. 28.

24 Qui subtrahit aliquid à patre suo, *&* à matre. MS. H. C. *pro*, Qui subtrahit aliquid à patre suo, *vel* à matre. sicut G. tamen habent.

25 qui verò sperat in Domino, *sanabitur*. MS. *pro*, qui verò sperat in Domino, *saluabitur*. H. & C. habent, *impinguabitur*. G. *in cura erit*.

CAP. 29.

1 & eum sanitas non *sequitur*. MS. G. *pro*, & eum sanitas non *sequetur*.

3 Qui autem nutrit *scorta*, perdet substantiam. MS. H. G. *pro*, Qui autem nutrit *scortum*, perdet substantiam. sicut C. tamen habent.

6 & iustus *laudabit* atque gaudebit. MS. H. C. G. *pro*, & iustus *laudabitur* atque gaudebit.

15 Virga atque *correptio* tribuit sapientiam. MS. H. C. G. *pro*, Virga atque *correctio* tribuit.

21 Qui delicatè à pueritia nutrit seruum suum. MS. H, *pro*, Qui delicatè à pueritia *sua* nutrit seruum suum. sicut C. tamen habent.

24 Qui cum fure *partitur*. MS. H. C. *pro*, Qui cum fure *participat*.

27 qui recta sunt via. MS. *pro*, qui *in* recta sunt via.

CAP. 30.

5 clypeus est sperantibus in se. MS. H. C. G. *pro*, clypeus est *omnibus* sperantibus in se.

17 *effodiant* eum corui. MS. G. *pro*, *suffodiant* eum corui.

23 per odiosam mulierem. MS. H. C. *pro*, *&* per odiosam. sicut G. tamen habent.

23 cùm *in matrimonium* fuerit assumpta. MS, *pro*, cùm *matrimonio* fuerit assumpta.

25 *quæ præparant* in messe. MS. G. *pro*, *qui præparat* in messe. H. habent, *& præparauerunt*.

31 Gallus succinctus lumbos, & aries. MS. H. C. G. *pro*, Gallus succinctus lumbos *suos*, & aries.

32 & qui stultus *apparuit*. MS. *pro*, & qui stultus *apparuerit*.

CAP. 31.

9 & *iudica* inopem & pauperem. MS. H. C. *pro*, & *vindica* inopem & paup. G habent, *diudica*.

27 *Considerat* semitas domus suæ. MS. H. *pro*, *Considerauit* semitas domus suæ.

IN ECCLESIASTE.

CAP. 1.

2 Vanitas vanitatum, omnia vanitas. MS. H. C. G. *pro*, vanitas vanitatum, *&* omnia vanitas.

CAP. 2.

3 *quod* facto opus est. MS. *pro*, *quo* facto opus est.

8 & *vrceos* in ministerio. MS. *pro*, & *vrceolos* in ministerio.

21 & hoc *ergo* vanitas, & magnum malum. MS. *pro*, & hoc *quoque* vanitas, & magnum malum. H. G. & C. tamen habent, etiam hoc vanitas, & magnum malum.

CAP. 4.

17 multo melior est obedientia. MS. H. C. G. *pro*, multò *enim* melior est obedientia.

CAP. 5.

2 & in multis sermonibus *inuenitur* stultitia. MS. *pro*, & in multis sermonibus *inuenietur* stultitia. H. G. & C. habent, & vox stulti in multitudine verborum.

9 Auarus non *impletur* pecunia. MS. *pro*, Auarus non *implebitur* pecunia. sicut tamen H. G. & C. habent.

CAP. 6.

3 Si genuerit quispiam centum *filios*. MS. *pro*, Si genuerit quispiam centum *liberos*.

CAP. 7.

3 & viuens cogitat. MS. H. G. *pro*, & viuens *homo* cogitat.

3 quid *futurus* sit. MS. *pro*, quid *futurum* sit. C. quoque satis innuunt illam lectionem.

CAP. 8.

15 de labore suo, *in* diebus vitæ suæ. MS. *pro*, de labore suo, *omnibus* diebus vitæ suæ. sicut C. tamen habent. H. & G. tamen habent, diebus vitæ suæ.

16 & intelligerem *distentionem*, quæ versatur. MS. H. C. G. *pro*, & intelligerem *dissensionem*, quæ versatur.

CAP. 9.

3 & post hæc ad inferos *deducuntur*. MS. *pro*, & post hæc ad inferos *deducentur*. H. & G. tantùm habent, & post hæc ad mortuos.

12 & *sicut* aues laqueo comprehenduntur. MS. H. C. G. *pro*, & aues.

12 sic capiuntur homines tempore malo. MS. *pro*, sic capiuntur homines *in* tempore malo.

CAP. 10.

19 In *risum* faciunt panem. MS. H. C. G. *pro*, In *risu* faciunt panem.

20 & qui *habet* pennas, *annuntiabit* sententiã. MS. H. C. G. *pro*, & qui *habẽt* pennas, *annuntiabũt*.

CAP. 11.

6 Manè semina *sementem tuam*. MS. *pro*, Manè semina *semen tuum*.

6 hoc *an* illud. MS C. G. *pro*, hoc *aut* illud. sicut H. tamen habent.

8 & in omnibus his *lætatus* fuerit. MS. H. G. *pro*, & in omnibus his *lætus* fuerit.

CAP. 12.

2 tempus afflictionis, & appropinquent. MS. H. G. C. *pro*, tempus afflictionis *tuæ*, & approp.

3 antequam *tenebrescat* sol. MS. H. C. G. *pro*, antequam *tenebrescant* sol.

3 & lumen, *& luna*, *& stellæ*. MS. H. G. C. *pro*, & lumen, *& stellæ*, *& luna*.

9 Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, omnia vanitas. MS. H. C. G. *pro*, *&* omnia vanitas.

12 quæ per magistrorum *concilium* data sunt. MS. H. G. *pro*, quæ per magistrorũ *consilium* data.

14 hoc est *enim* omnis homo. MS. H. C. G. *pro*, hoc est omnis homo.

15 *Et* cũcta quæ fiunt. MS. *pro*, Cuncta quæ fiunt. Porrò H. C. & G. legunt, *Etenim*, vel, *Quia* cuncta &c.

IN CANTICIS CANTICORVM.

CAP. 1.

8 post vestigia gregũ, & pasce. MS. H. G. *pro*, gregum *tuorum*, &.

CAP. 2.

10 *Et* dilectus meus. MS. C. *pro*, *En* dilectus.

CAP. 3.

1 Per *noctes* quæsiui. MS. H. G. *pro*, Per *noctem*.

11 Egredimini *& videte filiæ Syon* regem Salomonem. MS. H. G. C. *pro*, Egredimini *filiæ Sion*, *& videte* regem.

CAP. 4.

16 Et *fluant* aromata illius. MS. G. *pro fluent*.

CAP. 5.

1 *&* comedat fructũ. MS. H. C. G. *pro*, *vt* comedat.

1 cum melle meo, bibi vinum. MS. H. C. G. *pro*, cum melle meo, *&* bibi.

7 Qui *circumeunt* ciuitatem. MS. H. G. *pro*, *circuierunt* ciuitatem.

7 Tulerunt pallium meum *mihi* custodes murorum. MS. *pro*, pallium meum custodes murorum. H. habent, pallium meum *à super me*. G. *à me*. quibus fauent & C.

CAP. 6.

1 vt pascatur in hortis. MS. H. G. *pro*, vt *ibi* pascatur in hortis.

5 sicut *grex* ouium. MS. H. *pro*, *greges*.

10 vt viderem poma *conuallis*, *vt* inspicerem. MS. H. G. *pro*, poma *conuallium*, *&* inspicerem.

12 Reuertere, reuertere *Sulamitis*. MS. H. G. *pro*, *Sunamitis*.

CAP. 7.

1 Quid videbis in *Sulamite*. MS. H. G. *pro*, videbis in *Sunamite*.

5 sicut purpura regis, *vincta* canalibus. MS. H. G. C. *pro*, *iuncta*.

CAP. 8.

1 & deosculer *te*, & iam. MS. H. G. *pro*, & deosculer, & iam.

7 Aquæ multæ non *poterunt* extinguere. MS. H. G. C. *pro*, non *potuerunt*.

IN LIBRO SAPIENTIÆ.

CAP. 1.

9 Auditio ad *Dominũ* veniet. MS. G. *pro*, ad *Deum*.

15 & immortalis, impij autem. MS. G. *pro*, & immortalis, *iniustitia autẽ mortis acquisitio*: impij autem.

16 quoniam digni sunt. MS. G. *pro*, quoniã *morte* digni sunt.

CAP. 2.

1 Dixerunt enim cogitantes. MS. G. *pro*, Dixerũt enim *impij* cogitantes.

3 quia *extincta* cinis erit corpus nostrum. MS. *pro*, quia *extinctus* cinis erit corpus nostrũ. Fortè legendum, *qua extincta*: vt referatur ad scintillam.

10 nec *veterani* reuereamur canos multi tẽporis. MS. G. *pro*, nec *veterano*, *nec* reuereamur.

CAP. 3.

5 *&* in paucis vexati. MS. G. *pro*, in paucis.

7 fulgebunt, & tanquam scintillæ. MS. G. *pro*, fulgebunt *iusti*, &.

19 Nationũ enim iniquæ. MS. G. *pro*, *nationes* enim.

19 Diræ sunt *consummationes*. MS. G. *pro*, *consummationis*.

CAP. 5.

11 aut *tanquam* auis. MS. G. *pro*, aut auis.

18 accipiet armaturam. MS. G. *pro*, *&* accipiet.

24 perducet omnẽ terram, *iniustas* illorum. MS. G. *pro*, *iniquitatũ*.

CAP. 7.

20 differentias *arborum*. MS. *pro*, *virgultorum*. G. habent, *plantarum*.

CAP. 8.

17 quoniam *immortalitas* est. MS. G. *pro*, *immortalis*.

21 & hoc ipsum erat *sapientiæ*. MS. *pro*, erat *summa sapientia*. G. habent, & hoc erat *prudentiæ*.

CAP. 9.

18 Et *sic* correctæ *sunt* semitæ eorum qui sunt in terris, & quæ tibi placent *didicerunt* homines. MS. G. *pro*, Et *si* correctæ *sint* semitę. &c. & *didicerint*.

CAP. 10.

2 *Et eduxit illum de limo terræ*. Hæc verba nec MS. legunt, nec G.

3 Per iram homicidij *fraternitatis* deperiit. MS. *pro*, *fraternitas*. G. habent, Fratricidialibus deperiit furoribus.

5 & in filiis *misericordia* fortem. MS. *pro*, *misericordiam*. G. habent, & in *filij visceribus* fortem.

17 & fuit illis in velamento *die*. MS. *pro*, *diei*.

18 Transtulit illos. MS. G. *pro*, *Et* transtulit illos.

CAP. 11.

2 & in locis desertis *fixerunt*. MS. G. *pro*, *fecerunt*.

21 *Sed* & sine his. MS. G. *pro*, *Nam* & sine his.

23 *quæ* descendit. MS. G. *pro*, *qui*.

24 *Sed* misereris omnium. MS. G. *pro*, *Et* misereris.

CAP. 12.

6 & deuoratores ſanguinis, *à medio ſacramento tuo*, & auctores. MS. G. *pro*, & deuoratores ſanguinis, & auctores.

6 perdere voluiſti per manus parẽtum noſtrorum. MS. G. *pro*, perdere voluiſti *à medio ſacramento tuo*, per manus.

12 In *conſpectum tuum* veniet. MS. G. *pro*, in *conſpectu tuo* veniet.

13 quoniam non iniuſtè *iudicaſti* iudicium. MS. G. *pro*, *iudicas*.

19 Docuiſti *autẽ* populum tuum. MS. G. *pro*, *enim*.

19 quoniam das locum. MS. G. *pro*, quoniam *iudicans* das locum.

26 Qui autẽ ludibriis *increpationis* non ſunt. MS. G. *pro*, *& increpationibus*.

26 non ſunt *correpti*. MS. G. *pro*, *correcti*.

CAP. 13.

3 quorum ſi ſpecie delectati. MS. *pro*, quorum *&* ſi ſpecie. G. habẽt, quorum ſi *quidem* ſpecie.

9 Si enim tantum *potuerunt* ſcire. MS. G. *pro*, *potuiſſent*.

15 Ponens illud, confirmans ferro. MS. G. *pro*, *&* confirmans.

CAP. 14.

3 Tua autem Pater prouidẽtia gubernat. MS. G. *pro*, prouidentia *ab initio cuncta* gubernat.

11 & in tentationem *animis* hominum. MS. G. *pro*, *animæ*.

14 Superuacuitas enim hominũ *aduenit* in orbẽ terrarum. MS. G. *pro*, hominũ *hæc aduenit* in.

15 Qui tunc homo mortuus fuerat. MS. G. *pro*, Qui tunc *quaſi* homo.

16 conualeſcente *iniqua* conſuetudine. MS. G. *pro*, *antiqua*.

17 propter quod longè eſſent. MS. *pro*, propter *hoc* quòd. G. habent, *eò* quòd.

19 Ille enim volens placere illi. MS. G. *pro*, volens *plus* placere.

20 Multitudo autem hominum *adducta* per ſpeciem operis. MS. G. *pro*, *abducta*.

20 Nunc Deũ *exiſtimauerunt*. MS. *pro*, *æſtimauerũt*.

24 ſed alius alium. MS. G. *pro*, ſed *&* alius alium.

26 Inordinatio, *mœchia & impudicitia*. MS. C. *pro*, *mœchiæ & impudicitiæ*.

CAP. 15.

6 digni ſunt, qui ſpem habent. MS. G. *pro*, digni ſunt *morte*, qui.

8 **Et** poſt puſillum *ſe ducit*. MS. *pro*, *reducit ſe*. G. habent, paulò poſt *abibit*.

CAP. 16.

1 Propter hęc *per* his ſimilia. MS. *pro*, Propter hęc *et* his ſimilia. G. habẽt, propter *hoc per* ſimilia.

8 *Et* in hoc autem. MS. G. *pro*, In hoc autem.

8 oſtendiſti inimicis *noſtris*. MS. G. *pro*, *tuis*.

10 Nec draconũ venenatorum vicerunt dentes. MS. G. *pro*, Nec draconũ, *nec* venenatorum.

11 In memoria enim ſermonũ tuorum *examinabantur*. MS. *pro*, *exterminabantur*. G. habent, *inſerebantur*.

11 & velociter *ſaluabantur*. MS. G. *pro*, *ſanabantur*.

13 Tu *enim* vitæ & mortis habes poteſtatem. MS. G. *pro*, Tu *es Domine qui* vitæ.

19 vt *iniquæ* terræ nationem exterminaret. MS. G. *pro*, *iniquam*.

21 *Subſtantia* enim *tua* dulcedinẽ tuã. MS. G. *pro*, *Subſtantiã* enim *tuam*, & dulcedinem tuam.

21 quam in filios habes, *oſtendebat*. MS. G. *pro*, *oſtendebas*.

23 Vt nutrirentur iuſti, etiam ſuæ virtutis. MS. G. *pro*, iuſti, *ignis* etiam.

24 *Excandeſcit* in tormentum. MS. *pro*, *Exardeſcit*.

25 Propter hoc & tunc *in* omnia. MS. G. *pro*, & tunc omnia.

CAP. 17.

7 & ſapientiæ, *gloria* correptio. MS. G. *pro*, *gloria* correptio.

10 *Frequenter enim præoccupant peſſima, redarguente conſcientia*. Hunc verſum omittũt MS. & G.

11 dat teſtimonium *condemnata*. MS. G. *pro*, data *eſt in omnium condemnationem*.

13 maiorem *computat conſcientiam* eius *cauſa*. MS. *pro*, maiorem *putat potentiam* eius *cauſa*. Eſt tamen MS. quod *potentiam* legit. G. habent, maiorem putat ignorãtiam, præbente tormentum cauſa.

14 Qui *impotentem vere* noctem. MS. G. *pro*, Qui *in potentem venere* noctem.

CAP. 18.

1 Et horum quidem vocẽ audiebant. MS. G. *pro*, vocem *inimici* audiebant.

2 magnificabant: & qui. MS. G. *pro*, magnificabãt *te*: & qui.

2 gratias agebant: & vt eſſet. MS. G. *pro*, gratias agebant *tibi*: & vt.

5 Et vno expoſito filio, *&* liberato. MS. G. *pro*, *ſed* liberato.

8 Sicut enim læſiſti aduerſarios, ſic & nos. MS. G. *pro*, aduerſarios *noſtros*, ſic & nos.

9 In *concordia* diſpoſuerunt. MS. G. *pro*, In *concordiam* diſpoſuerunt.

9 *patrum iam* decantantes laudes. MS. G. *pro*, *patri omnium*.

13 Tunc cùm fuit exterminium. MS. G. *pro*, Tunc cùm *primum* fuit exterminium.

15 Omnipotens ſermo tuus exiliens. MS. G. *pro*, tuus *Domine* exiliens.

18 cauſam demonſtrabat. Viſiones enim. MS. G. *pro*, cauſam demonſtrabat *mortis*. Viſiones.

CAP. 19.

3 habentes *luctus*. MS. G. *pro*, *luctum*.

9 Qui *liberabas* illos. MS. *pro*, *liberaſti*.

15 qui eiſdẽ vſi erant *iuſtitiis*. MS. G. *pro*, *inſtitutis*.

IN ECCLESIASTICO.

CAP. 1.

8 creator, omnipotens. MS. *pro*, creator *omnium*, omnipotens. G. hæc non habent.

12 gaudium *et* longitudinem dierum. MS. G. *pro*, gaudium *in* longitudinem.

19 Et in diebus *conſummationis* illius. MS. *pro*, *conſolationis*. G. hæc non habent.

34 Non ſis incredibilis timori *Domini*. MS. G. *pro*, *Contumax* nõ ſis *&* incredibilis timori *Dei*.

CAP. 2.

2 & ſuſtine: inclina. MS. *pro*, *&* inclina.

17 & quid *facietis*. MS. G. *pro*, *facient*.

18 Conſeruabunt *viam* illius. MS. G. *pro*, *verbum*.

CAP. 5.

13 *profer* reſponſum. MS. G. *pro*, *proferas*.

16 nõ appelleris ſuſurro, & lingua tua ne capiaris. MS. G. *pro*, ſuſurro *in vita tua*, & *in* lingua.

CAP. 6.

3 Et folia tua *comedet*, & fructus tuos *perdet*, & *relinqueris*. MS. *pro*, *comedat*, *perdat*, *relinquaris*. G. habent, *comedes*, *perdes*, *dimittes te*.

5 & lingua *gratioſa* in bono. MS. *pro*, *eucharis*. G. habent, *beneloquens*.

31 alligatura *ſalutaris*. MS. *pro*, *ſalutis*.

32 *ſuperpones* tibi. MS. *pro*, *impones*. G. habent, *circumpones*.

33 diſces: & ſi. MS. G. *pro*, diſces *eam*: & ſi.

CAP. 7.

2 & *diſcedent* mala abs te. MS. *pro*, *deficient*. G. habent, *declinabit* à te peccatum.

CAP. 8.

6 omnes in *correptione* ſum⁹. MS. G. *pro*, *corruptione*.

12 *dare* reſponſum. MS. G. *pro*, *dabis*.

CAP. 9.

10 in via conculcabitur. MS. *pro*, in via *ab omnibus prætereũtibus* cõculcabitur. Iſtud nõ eſt in G.

24 & *princeps* populi. MS. G. *pro*, *principes*.

CAP. 10.

12 *Sic* & rex, hodie eſt. MS. *pro*, *Sicut* & rex.

CAP. 11.

8 & in medio *ſermonum*, ne. MS. G. *pro*, *ſeniorum*.

31 & ſicut *proſpectator*. MS. *pro*, *proſpector*.

35 à *tuis* propriis. MS. G. *pro*, à *viis* propriis.

CAP. 13.

7 narrans tibi bona. MS. G. *pro*, tibi *omnia* bona.

17 Audiens verò illa. MS. G. *pro*, Audiens verò *verba* illa.

22 aut quæ *pax* diuiti. MS. G. *pro*, aut quæ *pars bona* diuiti.

25 *expellitur* & à notis. MS. G. *pro*, *expelletur*.

CAP. 14.

14 & particula *boni doni* non. MS. *pro*, *bonæ diei*. G. habent, *deſiderij boni*.

CAP. 15.

1 Qui timet Deum, faciet *illud*. MS. *pro*, faciet *bona*. G. faciet *illa*.

9 in ore peccatoris: quoniã à Deo. MS. *pro*, in ore peccatoris, *quia non eſt à Domino miſſus*: quoniã à Deo. G. quoniam non eſt à Domino miſſa illi. In ſapientia enim dicetur laus.

16 fidem placitam *facere*. MS. G. *pro*, *ſeruare*.

CAP. 16.

9 peregrinationi illorum, & execratus. MS. G. *pro*, illorum, *& percuſſit eos*, & execratus.

13 ſic *correptio* illius. MS. *pro*, ſic *& correctio* illius. G. habent, ſic *& correptio* illius.

20 *Et in omnibus his inſenſatum eſt cor*. MS. non legunt hæc verba.

22 & interrogatio *omnium* in, MS. G. *pro*, *hominum*.

27 *&* in iudicio Dei. MS. G. *pro*, in iudicio Dei.

27 & ab inſtitutione *ipſorum*, diſtinxit. MS. G. *pro*, & ab inſtitutione *hominũ impiorũ*, diſtinxit.

CAP. 17.

7 Poſuit *oculum ſuum* ſuper corda. MS. G. *pro*, poſuit *oculos ipſorum* ſuper corda.

7 & ciuitatẽs *eorum* in. MS. Hier. H. C. *pro*, ciuitates *earum*.

CAP. 20.

21 filij in præceptis. MS. H. C. *pro*, & in præceptis.

28 vt darem *illam* eis. MS. H. G. *pro*, vt darem eis.

42 Cùm *induxero* vos. MS. Hier. G. *pro*, *adduxero*.

46 *Ha*, *ha*, *ha*. MS. Hier. *pro*, *A*, *a*, *a*. H. habent, *Ahah*.

CAP. 21.

11 Limatus est, *vt sit* in manu. MS. Hier. *pro*, est, in manu. H. & G. habent, *ad dandum eum* in manu.

17 Plaudam *manum* ad manum. MS. G. *pro*, *manu* ad. sicut Hieron. tamen habet. H. vtroque modo possunt verti.

22 In cæde, & eleuet. MS. G, *pro*, *vt* eleuet. sicut Hieron. tamen habet. H. habent, *ad eleuandum*.

CAP. 22.

2 *Nonne iudicas*, nonne iudicas ciuitatem. MS. H. C. *pro*, Nonne iudicas ciuitatem, sicut tamen Hier. & G. habent.

31 indignationem meam, in igne. MS. Hier. H. G. C. *pro*, & in igne.

CAP. 23.

8 in adolescentia *eius*. MS. Hier. *pro*, *sua*.

24 & rota, & multitudo. MS. H. G. C. *pro*, & rota, multitudo. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 24.

1 decima mensis. MS. Hier. H. G. *pro*, decima *die* mensis.

4 partem bonam, fœmur. MS. Hier. H. G. *pro*, & fœmur.

14 *venit*, & faciam. MS. Hier. H. C. *pro*, *veni*. G. habent, *veniet*.

CAP. 25.

7 & *scies* quia. MS. H. G. C. *pro*, *scietis*.

CAP. 26.

15 Deus Tyro. MS. Hieron. H. G. C. *pro*, Deus *de* Tyro.

CAP. 27.

16 *Gemmam* & purpuram. MS. *pro*, *guttam* & purpuram. sicut tamen Hier. & G. habent. H. habent, *carbunculum*.

CAP. 28.

4 in sapientia *tua*, &. MS. H. G. C. *pro*, in sapientia, &.

12 plenus sapientia & perfectus. MS. Hier. H. G. C. *pro*, plenus sapientia, perfectus.

CAP. 29.

10 in *solitudines*, gladio. MS. Hier. H. *pro*, in *solitudinem*. sicut tamen G. habent.

15 humile: inter cætera. MS. Hieron. H. C. *pro*, & inter.

20 quod *laborauerunt*. MS. Hier. H. *pro*, *laborauerit*. G. habent, *laborauit*.

CAP. 30.

3 *Appropinquat* dies. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *Appropinquabit*.

14 iudicia in Alexandria. MS. Hier. H. G. C. *pro*, iudicia *mea* in Alexandria.

24 & confringam *brachia*. MS. H. *pro*, & confringam *brachium*.

CAP. 31.

17 in medio nationum. Cui. MS. Hier. H. C. *pro*, nationum *eius*. Cui.

CAP. 32.

16 Et plangent eum, filiæ gentium *plangent eum* super. MS.H.G.C.*pro*, filiæ gentium super. sicut Hier. tamen habet.

18 Cane lugubre. MS.Hier. *pro*, Cane *carmen* lugubre. H.habent, *Conquerere*. G.*Plange*.

20 datus est,attraxerunt eam. MS.Hier.H.*pro*, & attraxerunt.

21 *Interfecti* gladio. MS. H. G. C. *pro*, *Interfectiq̃*. Hier.habet, *Interfectisq̃*.

22 Sepulchra *eius*. MS. Hieron.H.G. *pro*, Sepulchra *eorum*.

23 formidinem in terra.MS. Hier. H. *pro*, formidinem *suam* in. sicut G.tamen habent.

30 *Qui* dormierunt. MS. *pro*, *Quia*.sicut Hier. tamen habet. H. & C. habent, & dormierũt.

CAP. 33.

3 Et non *se* obseruauerit.MS.Hier.C.*pro*, Et non obseruauerit.sicut G.tamen habent. H.habent, & non cauerit.

5 Animam suam *saluauit*. MS.H.G.C. *pro*,*saluabit*.

CAP. 34.

10 Cessare *eos* faciam.MS. Hier.H.G.C.*pro*, Cessare faciam.

10 Non pascant gregem, nec. MS. H.*pro*, gregem *meum*,nec. sicut tamen habent Hier. & G.

10 Non erit eis in escam. MS. H. C. *pro*, Non erit *vltrà* eis. sicut Hier.tamen habet.

12 In *quos* dispersæ fuerant. MS.*pro*, In *quibus*. sicut Hier.tamen habet.

18 pedibus vestris *turbabatis*. MS. Hier.G.*pro*, *turbastis*.

26 In tempore suo,pluuiæ. MS. Hier. H.G.C. *pro*, & pluuiæ.

CAP. 35.

15 Quia ego Dominus.MS. Hier.H. C. *pro*, Quia ego Dominus *Deus*.sicut G. tamen habent

CAP. 37.

10 & *vixerunt*. MS. Hieron.H.G.C. *pro*, & *reuixerunt*.

CAP. 38.

2 contra Gog,terram. MS.Hier.H.C.*pro*, & terram. sicut G.tamen habent.

8 in *nouissimis* annorum venies.MS.*pro*,in *nouissimo*. sicut tamen H.G.& C.habent.

CAP. 39.

2 & *seducam* te. MS.*pro*,& *educam* te. H. habent, *sextabo* te. G. *deducam*. Hieron. *reducam*, & *deducam*.

18 Arietum,agnorum. MS.Hier.H.*pro*, & agnorum. sicut G.tamen habent.

23 Eo quòd *dereliquerint* me. MS.Hier.H.G.*pro*, & quòd *reliquerit* me.

CAP. 40.

16 Pictura palmarum. Et.MS.H.G.C.*pro*, palmarum *cælata*.

33 & *vestibula eius* in circuitu. MS.H. C.*pro*, & *vestibulorum* in.

39 vt *immolaretur*. MS.*pro*,vt *immoletur*.

45 Sacerdotum *erit*,qui excubant. MS.*pro*, Sacerdotum qui. sicut tamen H. & G.habent.

CAP. 41.

7 Ad superiora in mediũ. MS.H.C.*pro*, & in medium. sicut tamen Hier.& G.habent.

CAP. 43.

12 *Omnis finis* eius.MS.H.C.*pro*,*omnes fines* eius.sicut tamen Hier.habet.

24 offerent eos holocaustum. MS. H. G.C. *pro*,*in* holocaustum.

27 Expletis autem diebus. MS. Hier. H.G.C.*pro*, *septem* diebus.

CAP. 44.

4 Ianitores domus in omni. MS.Hieron.H.G.C. *pro*, & in omni.

CAP. 45.

7 *Longitudinem* autem. MS *pro*, *longitudinis*.

15 quæ *nutriunt*.MS.*pro*,*nutriuit*. H.& C. habent, de *irriguo*, vel, *pinguibus*. Hieron. habet *nutrit*.

20 & expiabitis.MS. Hier. H. C.*pro*,*expiabis*.

CAP. 46.

11 *de* agnis autem. MS.*pro*, *in* agnis autem. sicut H. habent. Hieronymus habet, Agnis autem.

CAP. 47.

12 Lignum *fructiferum*. MS. *pro*, *pomiferum*. sicut tamen Hier.habet: habet etiã *frugiferum*.H. G.& C.habent, lignum *cibi*, *comestibile*, seu, *cuius fructus comeditur*.

17 ad Aquilonem, & terminus. MS. H.G. C. *pro*, ad Aquilonem terminus. sicut Hier. tamẽ habet.

18 Metiemini, *etiam* plagam.MS.H.C.*pro*,metiemini plagam.

CAP. 48.

1 Damasci *ad Aquilonem*.MS.Hier.G.*pro*,*ab Aquilone*.

2 Et *ad terminum* Dan.MS.*pro*,*à termino*.sicut tamen Hier.& G.habent. H.& C.habent,*super*, vel *iuxta terminum* Dan.

12 Et erunt *eis* primitiæ. MS.H. G.C. *pro*,& erunt primitiæ. sicut tamen Hier. habet.

21 Sed & *ad mare*,è regione.MS. H.G.*pro*, *à mari*.

31 ciuitatis *in* nominibus tribuum Israel. MS. G. *pro*,ciuitatis nominibus. Hieron. habet, *ex* nominibus. H. &. C. *super*, siue, *secundum* nomina tribuum Israel.

IN DANIELE PROPHETA.

CAP. I.

5 Et *de* vino,vnde. MS. Hier. H. G.*pro*,& vino, vnde.

CAP. 2.

2 Præcepit *ergo* Rex. MS.Hier.*pro*, Præcepit *autẽ* Rex.H.& G.habent, *Et* dixit rex.

8 *Respondit* rex,& ait.MS. Hier.C.*pro*,*respondítq̃*. sicut G.tamen habent.

23 Tibi Deus patrum *meorum* confiteor. MS. G. *pro*, *nostrorum*. sicut Hier.tamen habet. C. habent, *patris mei*.

40 erit velut *ferrum*. MS. Hier. C.G.*pro*, *ferreum*.

41 partem *testæ* figuli. MS.C. *pro*, *testeam*.sicut G. habent. Hier.habet,*testam*.

47 & Dominus regum,& reuelans. MS.Hier.C. G.*pro*, regum,reuelans.

48 & præfectum *magistratuum*.MS. Hier.C.*pro*, & præfectum & *magistrum*. G. habent, & principem *satraparum*.

CAP. 3.

14 quam *erexi*. MS.*pro*,*constitui*. sicut Hier.tamen habet. C.habent,quam *stare feci*.

33 & his qui *colunt* te. MS.Hier.*pro*,*colebãt*. G.habent, & *colentibus* te.

52 & laudabilis, & superexaltatus. MS. G. *pro*, & laudabilis,& *gloriosus*, &. sicut Hier. tamẽ habet.

54 & *superglorioſus* in sccula.MS. G.*pro*, & *superexaltatus*, sicut Hier.tamen habet.

65 Benedicite omnis spiritus Domino.MS.G.*pro*, omnis spiritus *Dei* Domino.sicut Hier. tamen habet.

67 Benedicite frigus & *æstus*, seu, *cauma*. MS. G. *pro*,*æstas*. sicut Hier. tamen habet.

92 Respondit & ait. MS. C.*pro*, Respondit *rex*,& ait. sicut tamen Hier. & G. habent.

100 & regnũ eius,regnum sempiternũ. MS.C.G. *pro*,& regnũ eius, *quia* regnum. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 4.

6 Princeps ariolorum, *quem* ego scio. MS.Hier. in commẽt.G.*pro*,*quoniam* ego. sicut tamen Hier. habet.

24 forsitan ignoscet delictis. MS. H. G. *pro*,ignoscet *Deus* delictis. sicut Hier.tamen habet.

25 Omnia venerunt super. MS. C.*pro*, Omnia *hæc* venerunt. sicut tamen Hier.& G.habent.

27 Babylon magna. MS. C. G *pro*, Babylon *ciuitas* magna. sicut Hier.tamen habet.

28 regnum *transiit* à te. MS. C. *pro*,regnum *tuum transibit* à te. Hier. & G.habent quidẽ *transiit*: sed habent quoque, *tuum*.

29 & cum bestiis feris.MS.*pro*,& feris.sicut tamẽ Hier.habet. C.& G. habent, & cum bestiis agrestibus, seu, agri.

30 Et vngues eius quasi auium.MS.C.G.*pro*,quasi *vngues* auium, sicut Hier.tamen habet.

34 & viæ eius iudicia.MS. Hi.C.G.*pro*, *omnes* viæ,

CAP. 5.

8 nec interpretationem indicare regi. MS.Hier. G.*pro*, nec interpretationem *eius* indicare.

12 Intelligentiaque,interpretatio.MS. *pro*, & interpretatio. sicut Hier.tamen habet. C.habent, & intellectus interpretans. G.coniectura cognoscens.

CAP. 6.

7 Principes regni, magistratus. MS. C. *pro*,regni *tui*. sicut tamen Hier.& G.habent.

27 de *manu* leonum.MS.C.*pro*,de *lacu* leonum.sicut Hier. tamen habet. G. habent, ex *ore* leonum.

CAP. 8.

14 & mane, duo milia. MS.H. *pro*, & mane, *dies* duo milia. sicut tamen Hier. & G. habent.

16 fac intelligere *istum* visionẽ.MS.H.G.*pro*,*istam*. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 9.

3 Ad Dominum Deum,rogare. MS. Hier.H.G. *pro*, Deum *meum*, rogare.

20 *Et* prosternerem preces. MS.H.G. *pro*, *vt* prosternerem preces. sicut Hieronym. tamen habet.

21 in oratione,ecce vir. MS.Hier.H.G.*pro*,in oratione *mea*, ecce.

23 Tu *ergo* animaduerte.MS.Hier.*pro*,*autem*.H.& G.habent,&.

24 Impleatur visio,& *prophetes*.MS.H. *pro*,*prophetia*. sicut Hier. & G.tamen habent.

CAP. 10.

1 Anno tertio Cyri. MS. Hieron.H. G.*pro*,Anno tertio *regni* Cyri.

17 Nihil in me remãsit. MS.*pro*,nihil *enim* in me. sicut Hier.tamen habet. H.& G.habent, *Et* ego ex tunc &c.

20 Cùm *ergo* egrederer.MS.*pro*, Cùm *enim* egrederer. H.& G.habent, & ego egrediens.

CAP. 11.

14 *Et* in temporibus illis.MS.Hieron.H.G.*pro*, In temporibus illis.

45 inter maria. MS. H. G. *pro*, inter *duo* maria. sicut Hier. tamen habet.

CAP. 12.

2 alij in vitam æternam: & alij.MS.Hier.H.G.*pro*, alij in vitam æternam, alij.

13 Tu autem vade ad.MS.H.*pro*,Tu autem *Daniel* vade. sicut tamen Hier. & G.habent.

CAP. 13.

15 Factum est *ergo*,cùm. MS.*pro*,*autem*.sicut tamẽ Hier.habet. G.habent, *Et* factum est.

23 in manus *vestras*, quàm peccare. MS. Hier. G. *pro*, in manus *hominum*,quàm.

39 & *apertis ostiis* exiliuit. MS. Hier. *pro*, & *aperto ostio* exiliuit. G. habent, & *aperiens ostia* ex.

45 Suscitauit Dominus spiritum *sanctum* pueri. MS. Hier.G.*pro*, spiritum pueri.

56 iussit venire *alterũ*.MS.G. *pro*,*altum*. sicut Hier. habet.

62 aduersus *proximum*.MS.Hier.G. *pro*,*proximam*.

CAP. 14.

10 Ecce nos *egredimur* foras.MS.G.*pro*, *egrediemur* foras. sicut Hier.tamen habet.

12 *Contemnebant* autem. MS. Hier. G.*pro*, *Confidebant* autem.

20 Tunc apprehendit sacerdotes. MS. G. *pro*, Tunc apprehendit *rex* sacerd. sicut Hier. tamen habet.

24 Dixitque Daniel, Dominũ Deum. MS.G.*pro*, Daniel *regi*,Dominum. sicut Hier. tamen habet.

24 Quia ipse est Deus viuens. Tu autẽ rex. MS. G.*pro*,quia ipse est Deus viuens:*iste autẽ non est Deus viuens*. Tu autẽ. sicut Hier. tamen habet.

26 Et dixit,Ecce. MS.G.*pro*, Et dixit *Daniel*, Ecce. sicut Hier.tamen habet.

36 Daniel,tolle prandium,quod. MS.G. *pro*, Daniel *serue Dei*,tolle. sicut Hier. tamẽ habet.

37 Recordatus es *enim* mei. MS.G. *pro*, es mei.sicut Hier. tamen habet.

37 Et non dereliquisti *quærentes* te. MS. *pro*, *diligentes* te. sicut Hieron.tamen habet.G.habent, *exquirentes*.

39 Et ecce Daniel sedens, & exclamauit. MS. G. sedens

ſedens *in medio leonum*. Et. ſicut Hieron. tamen habet.

40 Et extraxit eum. Porrò illos. MS. G. *pro*, eum *de lacu leonum*. Porrò. ſicut Hier. tamen habet.

IN OSEE.

CAP. I.

2 Principium loquēdi *Domini*. MS. Hier. *pro*, *Domino*. H. habēt, Principio locutus eſt *Dominus*. G. & C Principium verbi *Domini*.

2 Et filios *fornicationum*. MS. Hier. H. *pro*, *fornicationis*. ſicut G. tamen habent.

CAP. 3.

1 Adhuc vade, dilige. MS. Hier. H. *pro*, *&* dilige. ſicut G. tamen habent.

CAP. 5.

1 Et rete expanſum. MS. Hier. H. *pro*, Et *ſicut* rete. ſicut tamen G. & C. habent.

CAP. 6.

5 dolaui in prophetis, occidi. MS. H. G. *pro*, *&* occidi. ſicut Hier. tamen habet.

6 Plus quàm *holocauſta*. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *holocauſtum*.

CAP. 7.

5 *die* regis noſtri. MS. C. *pro*, *dies*. ſicut tamē habet Hier. & G. H. vtrq; modo poſſunt verti.

12 Rete meū, quaſi, MS. Hier. H. G. C. *pro*, *&* quaſi.

CAP. 8.

2 Me *inuocabant*. MS. *pro*, *inuocabunt*. ſicut tamen Hier. H. & G. habent. C. habent, *orant*.

4 Argentum ſuū & aurum ſuum. MS Hier. H G. C. *pro*, Aurum ſuum & argentum ſuum.

9 dederunt amatoribus. Sed & cum. MS. Hier. H. *pro*, amatoribus *ſuis*. Sed.

CAP. 9.

7 Et *multitudo* amentię. MS. *pro*, *multitudinem*. ſicut Hier. tamen habet. G. habent, multiplicata eſt amentia.

CAP. 10.

12 Seminate vobis *iuſtitiam*. MS. *pro*, *in iuſtitia*. ſicut tamen Hier. & G. habent. H. habent, *ad iuſtitiam*. C. agite vobis opera bona.

13 In viis tuis, in multitudine. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *&* in multitudine.

CAP. 11.

1 *Pertranſit* rex. MS. *pro*, *pertranſit*. ſicut Hier. tamen habet. H. habent, *ſucciſus eſt*. G. *proiectus es*. C. *probro affectus eſt*.

12 Et cum ſanctis, *fidelis*. MS. Hier. H. *pro*, *fidelibus*.

CAP. 12.

11 Si *in* Galaad idolum. MS. C. *pro*, Si Galaad. ſicut tamen Hier. & H. habent.

IN IOELE.

CAP. I.

2 Audite *hoc* ſenes. MS. Hier. H. C. *pro*, *hæc*. ſicut G. tamen habent.

6 Gens enim *aſcendit* ſuper. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *aſcendet*.

CAP. 2.

19 Et replebimini *eo*. MS. Hier. H. C. *pro*, *in eis*. G. habent, *eis*.

20 Et extremum eius ad mare. MS. Hier. H. G. C. *pro*, eius *vſque* ad mare.

CAP. 3.

3 In *proſtibulum*. MS. *pro*, in *proſtibulo*. ſicut Hier. tamen habet.

9 Clamate *hoc* in. MS. H. C. *pro*, *hæc*. ſicut tamen Hier. & G. habent.

21 Sanguinem eorum, *quem* non. MS. Hier. *pro*, *quos* non. H. G. C. non ponunt relatiuum.

IN AMOS.

CAP. I.

6 Non conuertam *eam*. MS. *pro*, *eum*. ſicut tamen H. habent. Hier. & G. habent, *eos*.

9 Non conuertam *eam*. MS. G. *pro*, *eum*. ſicut tamē Hier. & H. habent.

10 Et *immittam* ignem. MS. Hier. C *pro*, *mittam*. ſicut H. tamen habent. G. habent, *emittam*.

14 In muro *Rabba*. MS. H. G. C. *pro*, *Rabbath*. Hier. habet, in muro *Rabbæ*.

CAP. 2.

10 duxi vos in *deſerto*. MS. Hi. H. C. G. *pro*, in *deſertū*.

CAP. 3.

12 Et in *Damaſco grabati*. MS. *pro*, Et in *Damaſci grabbato* ſicut Hier. tamen habet.

CAP. 4.

5 Et de *fermentato* laudem. MS. *pro*, *fermento*. ſicut tamen Hier. & H. habent.

CAP. 5.

8 Et diem nocte mutantem. MS. Hier. *pro*, Et diē *in* nocte. G. habent, Et diem *in* noctem obſcurans. quibus fauent H. & C.

26 Sydus Dei veſtri, *quæ* feciſtis vobis. MS. Hier. H. C. *pro*, Sydus Dei veſtri *Remphan*, *figuras quas* feciſtis. ſicut G. tamen habent.

CAP. 6.

1 Væ qui opulenti eſtis. MS. Hier. H. G. C. *pro*, væ *vobis* qui.

2 Et ad optima *quæque*. MS. Hier. *pro*, *quoque*.

CAP. 8.

7 In *ſuperbia* Iacob. MS. H. *pro*, in *ſuperbiam* Iacob. ſicut Hier. tamen habet. G. habent, per ſuperbiam Iacob.

CAP. 9.

1 Nō erit fuga eis *qui fugient*, & qui fugerit. MS. H. G. C. *pro*, Non erit fuga eis, & qui fugerit.

5 Et *tabeſcet*. MS. *pro*, *tabeſcit*. ſicut Hier. tamen habet. G. habent, Et *commouebitur eam*.

IN PROPHETIA ABDIÆ

3 Qui *dicit* in corde *ſuo*. MS. H. C. Hier. (licèt textus aliter habeat.) *pro*, Qui *dicis* in corde *tuo*. ſicut G. tamen habent.

11 Cùm ſtares aduerſus, quando. MS. H. C. G. *pro*, aduerſus *eum*. ſicut Hier. tamen habet.

15 Retributionem tuam *conuertet*. MS. Hier *pro*, *conuertam*. H. G. C. habent, *conuertetur*.

16 Quomodo enim *bibiſtis*. MS. H. C. *pro*, *bibiſti*. ſicut tamen G. & Hier. habent.

20 Omnia Chananæorum. MS. Hier. H. G. C. *pro*, Omnia *loca* Chananæorum.

IN IONA.

CAP. I.

10 Quia indicauerat eis. Et dixerunt. MS. Hier. H. G. C. *pro*, eis *Ionas*. Et dixerunt.

11 & intumeſcebat. Et dixit. MS. Hier. H. G. C. *pro*, & intumeſcebat *ſuper eos*. Et dixit.

12 Grandis ſuper vos. MS. H. *pro*, grandis *venit* ſuper vos. Hier. & G. habent, *eſt*.

CAP. 3.

5 Et crediderūt viri Niniuitę in *Deum*. MS. Hier. *pro*, in *Deo*. ſicut H. tamen habent. G. habent, Et crediderunt viri Niniue *Deo*. C. *in verbo Domini*.

10 Super *malitia*, quam. MS. Hier. G. *pro*, ſuper *malitiam*. H. habent, ſuper *malo*. C. *à malo*.

IN MICHEA.

CAP. I.

3 Dominus *egreditur*. MS. H. G. C. *pro*, *egredietur*. ſicut Hier. tamen habet.

CAP. 2.

13 *Diuident* & tranſibūt. MS. Hier. pro, *diuidet*. H. habent, *effregerunt*. G. *diuiſerunt*.

CAP. 4.

6 *Et* quam afflixeram. MS. Hier. H. G. C. *pro*, quam afflixeram.

8 Nebuloſa, *filiæ* Syon. MS. Hier. *pro*, *filia*.

CAP. 5.

9 Exaltabitur manus tua. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *&* exaltabitur.

CAP. 6.

5 Quid cogitauerit Balac. MS, H. C. *pro*, quid cogitauerit *contra te* Balac. ſicut Hier. & G. tamen habent.

9 Timentibus nomen *tuum*. MS. Hier. H. *pro*, *eius*. ſicut G. tamen habent.

16 Et ambulaſti in *voluntatibus* eorum. MS. Hier. *pro*, *voluptatibus*. H. & G. habent. & *ambulaſtis* in *conſiliis* eorum. C. & *ambulaſtis* in *legitimis* eorum.

CAP. 7.

6 Et filia *conſurgit*. MS. Hier. H. C. *pro*, *conſurget*. ſicut G. tamē habēt. Sed H. G. C. nō legūt, *&*.

15 Secundum *dies* egreſſionis tuę. MS. Hier. H. G. *pro*, *diem*.

IN NAHVM.

CAP. I.

11 Ex te exibit cogitans. MS. H. G. C. *pro*, Ex te *enim* exibit. ſicut Hier. tamen habet.

CAP. 2.

4 In itineribus *conturbatæ* ſunt. MS. *pro*, *conturbati* ſunt. ſicut Hier. tamen habet.

13 Quadrigas *eius*. MS. H. Hier. *pro*, *tuas*. ſicut tamen G. & C. habent.

CAP. 3.

5 Et oſtendam gentibus nuditatem tuam. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *in* gentibus.

15 Congregare vt bruchus. MS. H. G. C. *pro*, congregare *ergo* vt. ſicut Hier. tamen habet.

IN HABACVC.

CAP. I.

17 Interficere gentes non *parcet*. MS. H. G. *pro*, nō *ceſſat*. ſicut Hier. tamen habet.

CAP. 3.

3 de monte Pharan. *Semper*. Operuit. MS. Hier. *pro*, Pharan. Operuit. H. habent, *ſela*. G. *diapſalma*.

8 indignatio tua? *quia aſcendes* ſuper. MS. H. *pro*, *qui aſcendis*. Hier. habet. *qui aſcendes*. G. *aſcēſurus*.

12 Conculcabis terram, in furore. MS. Hier. H. C. *pro*, *&* in furore. ſicut G. tamen habent.

16 *Ad vocem* contremuerunt. MS. Hier. H. *pro*, *A voce*. ſicut G. tamen habent.

IN SOPHONIA.

CAP. 2.

3 *Qui* iudicium. MS. Hier. H. C. *pro*, *Quia* iudiciū.

10 Hoc eis *euenet* pro ſuperbia ſua. MS. Hier. *pro*, *euenit*.

CAP. 3.

9 Vt inuocent omnes *in nomine* Domini. MS. H. C. *pro*, vt inuocent omnes *nomen* Domini. ſicut tamen Hier. & G. habent.

17 Silebit in dilectione tua, exultabit. MS. Hier. H. C. *pro*, tua, *&* exultabit. ſicut G. tamen habent.

IN AGGÆO.

CAP I.

4 In domibus *veſtris* laqueatis. MS. H. *pro*, in domibus laqueatis. ſicut Hieron. & G. tamen habent.

IN ZACHARIA.

CAP. I.

12 Iſte ſeptuageſimus annus eſt. MS. Hier. G. *pro*, Iſte *iam* ſeptuageſimus.

CAP. 3.

1 Et oſtēdit mihi Ieſum. MS. Hier. H. C. *pro*, mihi *Dominus* Ieſum. ſicut. G. tamen habent.

CAP. 4.

2 Et ſeptē, *et ſeptem* infuſoria lucernis. MS. Hier. H. *pro*, Et ſeptem infuſoria. G. habent, Et ſeptem fuſoria lucernarum, ſeptem lucernis.

CAP. 5.

2 Et dixi, Ego video. MS. Hier. H. G. C. *pro*, Et dixi, *Ecce* ego video.

CAP. 6.

2 *Et* in quadriga ſecunda, equi nigri, *&* in. MS. H. G. C. *pro*, In quadriga ſecūda, equi nigri, in. Hier. prius, *&*, omittit.

3 Equi varij, fortes. MS. H. *pro*, *&* fortes. ſicut tamen Hier. & G. habent.

7 Ite, perambulate terram. MS. H. *pro*, Ite, *&* perambulate. ſicut tamen Hier. & G. habent.

CAP. 7.

2 Et viri qui erant cum *eo*. MS. Hieron. H. G. *pro*, cum *eis*.

12 In ſpiritu ſuo per manum. MS. Hier. H. G. C. *pro*, in ſpiritu ſuo *ſancto*, per manum.

CAP. 9.

9 Super *aſinum*, & ſuper. MS. H. C. *pro*, ſuper *aſinam*. ſicut Hier. tamen habet. G. habent, ſuper *ſubiugalem*.

CAP.

CAP. 10.

2 Locuti sunt frustrà, vanè, MS. H. G. Hier. *pro*, & vanè.

CAP. 12.

6 Et sicut *facem* ignis in fœno. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *faciem* ignis in fœno.

CAP. 13.

4 Cùm *prophetauerit*. MS. Hier. H. G. C. *pro*, *prophetauerint*.

8 Partes duæ in ea *disperdentur*. MS. H. G. C. *pro*, *dispergentur*.

9 Exaudiam eum, dicam. MS. Hier. H. C. *pro*, & dicam, sicut G. tamen habent.

CAP. 14.

1 Ecce dies Domini *venit*. MS. H. *pro*, *veniet*. Hier. & G. habent *veniunt*.

1 Et *diuident* spolia. MS. C. *pro*, *diuidentur*, sicut tamen Hier. & G. habent. H. habent, *diuidetur* spolium tuum.

10 Et *habitabit* in loco suo. MS. Hier. H. *pro*, *habitabitur*. G. habent, *permanebit*.

10 Ad locum portæ prioris, vsque ad. MS. Hier. H. *pro*, & vsque ad, sicut tamen G.

IN MALACHIA.

CAP. 1.

3 In *desertum draconis*. MS. *pro*, in *dracones deserti*, sicut Hier. tamen habet. G. habent, in *domos deserti*. C. in *vastationem deserti*. H. in *dracones* deserti, vel *draconibus* deserti.

CAP. 2.

12 De *tabernaculis* Iacob. MS. Hier. H. G. *pro*, de *tabernaculo*.

CAP. 3.

5 Mercedem mercenarij, viduas & pupillos. MS. Hier. H. C. *pro*, mercedem mercenarij, *& humiliant* viduas & pupillos. G. habet, & qui opprimunt per potentiam viduas, & percutiunt pupillos.

8 In quo *confiximus* te. MS. H. G. C. *pro*, *configimus*, sicut Hier. tamen habet.

IN LIBRIS MACHABÆORVM.

LIBRI PRIMI MACHAB.

CAP. 1.

7 A iuuentute: & *diuisit*. MS. G. *pro*, à iuuentute *sua*: & *dimisit*.

11 Radix *peccatrix* Antiochus. MS. G. *pro*, *peccati*.

67 Super populum valde. MS. *pro*, super populum *Israel* valde. G. habent, super Israel valde.

CAP. 2.

30 Quoniam *indurauerunt* super eos mala. MS. *pro*, *inundauerunt*. G. habent, *multiplicata sunt*.

42 Synagoga *Asidæorum*, fortis. MS. G. *pro*, *Iudæorum*.

64 Viriliter agite in lege: quia in ipsa gloriosi eritis. MS. G. *pro*, viriliter agite in lege: quia *cùm feceritis quæ vobis præcepta sunt in lege à Domino Deo vestro*, in ipsa gloriosi eritis.

CAP. 3.

16 Exiuit Iudas obuiam *illi* cum paucis. MS. G. *pro*, *illis*.

CAP. 5.

67 Dum *vult* fortiter facere, dum sine consilio *exit* in prelium. MS. G. *pro*, dum *volunt* fortiter facere, dum sine consilio *exeunt* in prelium.

CAP. 6.

46 Et iuit sub *elephantum*, &. MS. G. *pro*, sub *pedes elephantis*, &.

58 Reuersus *esset*. MS. *pro*, reuersus *est*.

CAP. 7.

7 Quod fecit nobis & regionibus regis. MS. G. *pro*, nobis *in* regionibus.

8 Et misit eum. Et Alcimum. MS. G. *pro*, & misit eum, *vt videret exterminium quod fecit Iudas. Sed* & Alcimum.

CAP. 9.

61 Qui principes erant *malitiæ*. MS. G. *pro*, *militiæ*.

CAP. 10.

38 Nisi *summi Sacerdotis*. MS. G. *pro*, nisi *summo Sacerdoti*.

40 Et ego *do* singulis annis. MS. G. *pro*, *dabo*.

47 Et complacuit eis in *Alexandro*. MS. G. *pro*, in *Alexandrum*.

CAP. 11.

19 Anno centesimo *sexagesimo* septimo. MS. G. *pro*, anno centesimo *septuagesimo* septimo.

CAP. 12.

16 *Numenium* Antiochi, & Antipatre Iasonis, & misimus. MS. G. *pro*, *Neumenium* Antiochi *filium*, & Antipatrem Iasonis *filium*, & misimus.

19 Quod *miserat* Onias. Rex Spartiatarum Onias Ionathæ sacerdoti. MS. *pro*, *misit*. G. sic habent, Quas miserunt. Oniares rex Spartiatarum Oniæ sacerdoti.

30 *Transierant* enim flumen. MS. *pro*, *transierunt*. G. habent aoristum.

CAP. 13.

46 Sed secundum misericordias tuas. Et flexus Simon. MS. G. *pro*, sed secundum misericordias tuas, *& seruiem⁹ tibi*. Et flexus, &c.

51 Et ramis palmarum, & *cinnyris*, & cymbalis. MS. G. *pro*, & ramis palmarum, & *citharis*, *& cynaris*, & cymbalis.

54 Quod vir esset. MS. G. *pro*, quod *fortis prælij* vir esset.

CAP. 14.

31 Calcare & atterere. MS. G. *pro*, calcare *sancta*, & atterere.

31 Et extendere manus in sancta *eorum*. MS. G. *pro*, in sancta *sanctorum*.

35 Eo quod ipse *fecerat* hæc omnia. MS. *pro*, *fecerit*.

CAP. 15.

24 Principi Sacerdotum. Antiochus. MS. G. *pro*, Principi sacerdotum, *& populo Iudæorum*. Antiochus.

CAP. 16.

1 Quæ fecit Cendebæus. Et vocauit. MS. G. *pro*, Cendebæus *in populo ipsorum*. Et vocauit.

SECVNDI MACHABÆORVM LIBRI

CAP. 1.

12 Contra sanctam ciuitatem. MS. G. *pro*, contra *nos* & sanctam ciuitatem.

14 Et vt *acciperent* pecunias. MS. *pro*, *acciperet*. G. habent, gratia accipiendi pecunias.

CAP. 2.

10 Et consumpsit holocaustum. Et dixit Moyses. MS. *pro*, & consumpsit holocaustum: *sicut & Salomon orauit, & descendit ignis de cælo, & consumpsit holocaustum*. Et dixit Moyses, sicut G. tamen habent, nisi quòd posteriora verba paulò aliter habeant, hoc videlicet modo, *& descendens ignis consumpsit holocausta*.

14 Ea quæ *deciderant* per bellum. MS. G. *pro*, *didicerat*

23 *Et* vt leges. MS. G. *pro*, Vt leges.

CAP. 3.

1 Propter Oniæ pontificis pietatem. MS. G. *pro*, Pontificis *dispositionem* & pietatem.

13 Dicebat omni *regia* deferenda. MS. *pro*, dicebat omni *genere regi ea esse* deferenda. G. habent, omnino dicebat in regium referenda hæc esse.

36 Viderat opera *magni* Dei. MS. *pro*, *magna*: G. habent, *maximi* Dei.

CAP. 4.

19 Non oporteret, in alios sumptus. MS. *pro*, *sed* in alios. In G. hæc non habentur.

CAP. 5.

26 Omnésque qui ad spectaculum. MS. G. *pro*, omnésque *simul* qui ad spectaculum.

CAP. 7.

28 Peto *à te* nate, vt aspicias. MS. *pro*, peto nate. G. habent, peto *te* nate.

CAP. 8.

1 Et conuocantes cognatos, & eos qui. MS. G. *pro*, cognatos *& amicos*, & eos qui.

CAP. 10.

17 Et omnes simul, non minus *viginti* milibus. MS. G. *pro*, non minus *viginti quinque* milibus.

CAP. 11.

18 Et quæ res permittebant, *concessit*. MS. G. *pro*, *conserti*.

CAP. 12.

2 Demophon, *super hos* & Nicanor. MS. G. Demophon *superbus* & Nicanor.

16 Sanguine *infectum* fluere videretur. MS. *pro*, *interfectorum*. G. habent, fluens sanguine impletum videretur.

43 Offerre pro *peccato* sacrificium. MS. G. *pro*, offerre pro *peccatis mortuorum* sacrificium.

CAP. 14.

9 Sed his singulis, ô Rex, cognitis. MS. G. *pro*, sed *oro* his, &c.

13 Vt ipsum quidem Iudam caperet: eos verò. MS. *pro*, caperet *viuum*: eos verò. G. habent, ipsum quidem Iudam auferri.

19 Et Matthiam, vt darent. MS. G. *pro*, & vt darent.

21 Et *à* singulis sellæ. MS. G. *pro*, & singulis sellæ.

VARIAE LECTIONES IN NOVO TESTAMENTO AD TEXTVM GRÆCVM ET SYRIACVM EXPENSÆ.

LECTORI.

NOVVM Testamentum horum Bibliorum regiorum multas habet varias lectiones in margine iuxta vulgatam editionem Latinam notatas; quas si quando veriores existimabamus, inter has quoque lectiones varias posuimus: quod si quasdam vt plerasque in his nostris non reperias, existima id factum esse, quòd lectio in ipso contextu posita propius accedat ad textum Græcum aut Syriacum, quàm quæ in margine collocata est. id enim fere vbique obseruatum inuenies, quòd minùs probata lectio ad marginem reiecta sit.

IN EVANGELIO MATTHÆI,

CAP. 2.

6 Dux qui *reget*. MS. *pro, regat*.
14 Qui *surgens* accepit. MS. *pro, consurgens*.

CAP. 3.

9 Quoniam *potest* Deus. MS. *pro, potens est* Deus.
10 Non facit fructum bonum *exciditur*, & in ignem *mittitur*. MS. G. S. *pro, excidetur, mittetur*.
12 Congregabit triticum *suum* in horreum. MS. G. *pro*, triticum in horreum.

CAP. 4.

10 Vade *post* me sathana. MS. al. *retro* me. Syri neutrum habent, similiter multa Græca & Latina MS. vt possit videri aliunde insertum.

CAP. 5.

41 Vade cum illo duo. MS. G. S. *pro, alia* duo.

CAP. 6.

22 Lucerna corporis est oculus. MS. G. S. *pro*, corporis *tui* est oculus *tuus*.

CAP. 7.

12 *Ita* & vos facite illis. MS. G. S. *pro*, & vos facite illis.

CAP. 8.

13 Et sanatus est puer *in* illa hora. MS. G. S. *pro, ex* illa hora.

CAP. 9.

18 Vnus accessit & *adorauit* eum. MS. *pro, adorabat* eum.
18 Dicens, Filia mea modò defuncta est. MS. G. S. *pro*, Dicens, *Domine*, filia mea modò.
23 Et turbam tumultuantem, *dixit ad eos*. MS. G. S. *pro, dicebat*, Recedite, &c.
38 Vt *eijciat* operarios in messem suam MS. G. S. *pro, mittat*.

CAP. 10.

26 Nihil est enim opertum, quod non *reuelabitur*: & occultum, quod non *scietur*. MS. G. *pro, reueletur, sciatur*.

CAP. 11.

12 Et violenti *diripiunt* illud. MS. G. *pro, rapiunt*.

CAP. 13.

8 Et dabant fructum, aliud *centum*, aliud *sexaginta*, aliud *triginta*. MS. G. S. *pro, centesimum, sexagesimum, trigesimum*.
14 In eis prophetia Isaiæ, *dicens*. MS. G. *pro, dicentis*.
47 Ex omni genere congreganti. MS. G. S. *pro*, genere *piscium* congreganti.

CAP. 15.

9 Docentes doctrinas, mãdata hominum. MS. G. S. *pro*, doctrinas & mandata.

CAP. 16.

3 Rutilat enim triste cælum. *Hypocritæ*, faciem ergo cæli, &c. MS. G. S. *pro*, triste cælum. Faciem ergo.
19 Erit solutum in cælis. MS. G. S. *pro*, solutum & in cælis.

CAP. 17.

1 Et *subducit* illos in montem. MS. G. *pro*, & *ducit* illos.

CAP. 19.

4 Quia qui fecit ab initio, masculum. MS. G. S. *pro*, qui fecit *hominem* ab initio, masculum, &c.

CAP. 20.

4 Ite & vos in vineam, & quod iustum. MS. G. S. *pro*, vineam *meam*. Idem v. 7.

CAP. 21.

37 Verebuntur filium meum. MS. G. S. *pro, fortè* verebuntur.

CAP. 22.

30 Sed *sunt* sicut angeli Dei. MS. G. S. *pro, erunt* sicut, &c.

CAP. 23.

25 Intus autem *plena sunt* rapina. MS. G. S. *pro, plenitestis*.
37 Pullos suos sub alis, & *noluistis*. MS. G. S. *pro, noluisti*.

CAP. 24.

34 Donec omnia *hæc* fiant. MS. *pro, ista*.

CAP. 26.

11 Me autem non semper *habetis*. MS. G. *pro, habebitis*.
14 De duodecim, qui *dicitur* Iudas. MS. G. *pro, dicebatur*.
24 Per quem Filius hominis *traditur*. MS. G. S. *pro, tradetur*.
71 Vidit eum alia: & ait his. MS. G. S. *pro*, alia *ancilla*.

CAP. 28.

6 Venite, videte locum. MS. G. S. *pro*, venite & videte.

IN EVANGELIO MARCI.

CAP. 2.

1 Intrauit Caphernaum post dies, & auditum est. MS. G. S. *pro*, post dies *octo*.
2 Et *confestim* conuenerunt multi. MS. C. *pro*, & conuenerunt.
9 Dimittuntur tibi peccata, an dicere. MS. G. *pro*, peccata *tua*.
15 Multi qui & sequebantur eum. MS. G. S. *pro*, qui sequebantur.
24 Ecce quid faciunt Sabbathis, quod non licet. MS. G. S. *pro*, quid faciunt *discipuli tui* Sabbathis.
26 Non licebat manducare nisi Sacerdotibus. MS. G. S. *pro, solis* Sacerdotibus.
26 Et dedit eis & qui cum eo erant. MS. S. *pro*, & dedit eis qui cum eo erant.

CAP. 3.

9 Et dixit discipulis suis. MS. G. S. *pro*, dixit *Iesus*.
9 Dixit discipulis suis, vt nauicula sibi *deseruiret* propter turbam. MS. *pro*, vt *in* nauicula sibi *deseruirent*.
29 In Spiritum sanctum, non *habebit* remissionem. MS. *pro, habet*.

CAP. 4.

32 Et cùm *seminatum* fuerit. MS. G. S. *pro, natum* fuerit.
32 Ascendit, & fit maius omnibus. MS. G. S. *pro*, ascendit *in arborem*.

CAP. 5.

7 Quid mihi & tibi, Iesu fili Dei *summi*? adiuro. MS. *pro, altissimi*.
35 Veniunt *ab Archisynagogo*, dicentes. MS. G. quædam tamen legunt, *ab Archisynagogi* f. domo. S. *è domo principis Synagoga, pro*, veniunt *ad Archisynagogum*, dicentes.

CAP. 6.

21 Herodes *in natalitiis suis* cœnam fecit. MS. quædam, al. *in natali suo*, al. *natali suo*. G. *natalibus suis*. S. in domo natiuitatis suę, *pro, natalis sui* cœnam fecit.

CAP. 7.

6 Cor autem eorum longè *abest* à me. MS. G. S. *pro, est* à me.

CAP. 8.

28 Dicentes Ioannem Baptistam. MS. G. S. *pro*, dicentes *alij* Ioannem.

CAP. 10.

17 Cùm egressus esset in *viam*. MS. G. *pro*, in *via*.
17 Rogabat eum, Magister bene. MS. G, *pro*, Rogabat eum *dicens*, Magister.
40 Non est meum dare, sed quibus paratum est. MS. G. S. *pro*, non est meum dare *vobis*, sed quibus.

CAP. 12.

29 Dominus Deus *noster*, *Dominus* vnus est. MS. G. S. *pro*, Dominus Deus *tuus*, *Deus* vnus est.

CAP. 14.

2 Ne fortè tumultus fieret *populi*. MS. G. *pro, in populo*.
20 Qui intingit mecum in *catinum*. MS. G. *pro*, Qui intingit mecum *manum* in *catino*.
61 Tu es Christus filius benedicti. MS. G. S. *pro*, filius *Dei* benedicti.

CAP. 15.

29 Vah qui *destruis* templum, & in tribus diebus. MS. G. S. *pro*, qui *destruit* templũ *Dei*, & in tribus d.

IN EVANGELIO LVCÆ.

CAP. 1.

29 Quæ cùm *vidisset*, turbata est. MS. G. S. *pro, audisset*.
68 Fecit redemptionem *plebi sua*. MS. G. *pro, plebis suæ*.

CAP. 2.

18 Et omnes qui *audierunt*, mirati sunt. MS. *pro, audierant*.
18 Mirati sunt de his quæ dicta erant. MS. G. S. *pro*, mirati sunt & de his.
38 Expectabant redemptionem *in Ierusalem*. MS. G. S. *pro, Israel*.

CAP. 3.

9 *Exciditur*, & in ignem *mittitur*. MS. G. S. *pro*,

pro, excidetur, mittetur.

CAP. 4.

7 Tu ergo si adoraueris coram me. MS.G.S,*pro*, si *procidens* adoraueris.

CAP. 6.

9 *Interrogabo* vos, si licet Sabbathis. MS. G. S. *pro, interrogo* vos.

11 Quidnam facerent Iesu. MS.G.S.*pro,de* Iesu.

CAP. 7.

37 Vt cognouit quòd *accubuisset*. MS. *pro*,quòd *Iesus accubuit*.

CAP. 8.

13 Radices non habent,*qui* ad tempus credunt. MS.G. *pro, quia* ad tempus credunt.

38 Et *rogabat* illum. MS. *pro, rogauit* illum.

CAP. 9.

3 Tuleritis in *viam*. G.S.*pro*, in *via*.

4 Inde exeatis. MS. G.S. *pro*, inde *ne* exeatis.

57 Sequar te quocunque ieris *Domine*. Dixit. MS.G.S. *pro*, quocunque ieris. Dixit.

CAP. 10.

21 Exultauit *in* spiritu & dixit. MS.G. exultauit spiritu.

CAP. 11.

2 Regnum tuum. *fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra*. panem. MS. G. S. *pro*, regnum tuum. panem nostrum.

17 Regnũ in *seipsum* diuisum. MS.G.S. *pro*, in *se*.

17 *desolatur*, & domus. MS.G. *pro, desolabitur*.

17 Domus supra domum *cadit*. MS. G. *pro*, *cadet*.

22 Arma eius *aufert*. M S. G. S. *pro, auferet*.

22 Spolia eius *distribuit*. MS. G. S. *pro, distribuet*.

25 Inuenit scopis mundatam. MS. G, *pro, eam* scopis mundatam.

26 Septem alios spiritus nequiores se. MS.G.S. *pro*, spiritus *secum* nequiores.

CAP. 12.

1 Turbis autem *circunstantibus*, ita. MS. *pro, concurrentibus*.

35 Lucernæ ardentes, & vos. MS.G.S. *pro*, ardentes *in manibus vestris*.

40 Filius hominis *venit*. MS.G. *pro, veniet*.

42 Quem *constituet* Dominus. MS. G. S. *pro, constituit*.

47 Et non præparauit. MS. G. *pro*, non *se* præparauit.

51 Pacem veni *dare* in *terra*. MS. G. *pro, mittere* in *terram*.

CAP. 13.

15 Dixit: *Hypocrita*, vnusquisque. MS.S.G. quędam: *pro, Hypocritæ*, vt quædam G. etiam habent.

CAP. 14.

29 Ne *postea* quàm posuerit. MS. *pro, post* quam.

CAP. 17.

29 Plantabant, ædificabant. MS.G. *pro*, plantabant & ædificabant.

CAP. 18.

30 In seculo *venturo*. MS. G. S. *pro, futuro*.

CAP. 19.

23 Cum vsuris vtique exegissem *illam*. MS.G.S. *pro*, *illud*.

37 Omnes turbę *discentium* gaudentes. MS.quędam, al. *discipulorum*, sic etiam G. & S. *pro, descendentium*.

CAP. 20.

20 In sermone *vt* traderent. MS.G. *pro, &*.

35 Neque *nubunt*, neque *ducunt* vxores MS.G.S. *pro, nubent* neque *ducent*.

CAP. 21.

17 Eritis odio omnibus propter. MS. G. S. *pro*, odio omnibus *hominibus* propter.

CAP. 22.

22 Per quem *traditur*. MS.G.S. *pro*, tradetur.

26 Fiat sicut *iunior*. MS. G. *pro, minor*.

31 Ait autem Dominus: *Simon*, Simon, ecce. MS.G. *pro, Simoni*: Simon.

64 Et *interrogabant* eum dicentes. MS. G. *pro*, *interrogauerunt* eum dicentes.

IN EVANGELIO IOANNIS.

CAP. 1.

9 Hominem venientem in mundum. MS. S. *pro*, in *hunc* mundum.

29 *Postera* die *videt* Ioannes. MS.G.S. *pro, altera* die *vidit*.

31 Vt manifestetur *Israeli*. MS. G. S. *pro*, *in Israel*.

CAP. 2.

14 Vendentes *boues & oues*. MS. G. S. *pro, oues & boues*.

CAP. 3.

3 Nisi quis *natus* fuerit denuó. MS. G. S. *pro*, *renatus*.

4 In ventrem matris suæ *iterum* introire. MS. *pro, iterato*.

4 Iterum introire & *nasci*. MS. G. S. *pro*, *renasci*.

20 Omnis enim qui *mala* agit. MS. G. S. *pro*, *malè* agit.

22 Et illic *demorabatur* cum eis. MS. *pro*, *morabatur*.

33 Qui *autem* accepit eius testimonium. MS.S. *pro*, qui accepit.

CAP. 4.

21 Quia *venit* hora. MS.G.S. *pro, veniet*.

48 Non *credetis*. MS.G.S.*pro*, non *creditis*.

CAP. 5.

24 Sed *transiit* à morte. MS.G.S. *pro, transiet*.

27 Dedit ei & iudicium. MS.G.S. *pro*, dedit ei iudicium.

CAP. 6.

13 Ex quinque panibus ordeaceis, quæ *superfuerant*. MS.G.S. *pro*, ordeaceis & *duobus piscibus*, quæ *superfuerunt*.

23 Manducauerant panem, gratias *agente* Domino. MS. G. S. *pro*, gratias *agentes* Domino.

41 Ego sum panis, qui de cælo descendi. MS. G. S. *pro*, ego sum panis *viuus*, qui.

CAP. 7.

1 Posthæc ambulabat. MS. G.S. *pro*, posthæc *autem* ambulabat.

1 In *Galilæa*, non enim volebat in *Iudæa* ambulare. MS. G. S. *pro*, in *Galilæam, Iudæam*.

29 Ego scio *ipsum*, quia ab ipso sum. MS.G.S. *pro*, ego scio *eum*, *& si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax, sed scio*, quia ab ipso sum.

39 Nondum enim erat Spiritus *sanctus*, quia Iesus nondum erat glor. G. MS. quædam, alia verò cum S. legunt, nondum enim erat Spiritus *datus*, quia Iesus, &c.

39 Nondum *fuerat* glorificatus. MS.G. *pro, erat*.

CAP. 8.

12 Non *ambulabit* in tenebris. MS. G.S *pro, ambulat*.

25 Principium *quia* & loquor vobis. MS.G. August. *pro, qui* & loquor vobis.

46 Quis ex vobis *arguit* me. MS.G. *pro, arguet*.

CAP. 10.

11 Ponit pro ouibus. MS. G.S. *pro*, ponit pro ouibus *suis*.

15 Pono pro ouibus. MS. G. S. *pro*, pono pro ouibus *meis*.

CAP. 11.

1 Quidam *infirmus* Lazarus. MS. G. S. *pro, languens*.

11 Post*hoc* dicit eis. MS.G. *pro*, post*hæc* dicit eis.

27 Filius Dei, qui in mundum venisti. MS. *pro*, Dei *viui*, qui in *hunc* mundum venisti.

48 Et tollent & nostrum. MS. G. *pro*, tollent nostrum.

49 Ex ipsis Caiphas, cùm esset. MS.G. *pro*, Caiphas *nomine* cùm esset.

56 Ad diem festum. MS.S. *pro*, ad diem festum *istum*.

CAP. 12.

7 *Sine* illam, vt in. MS. G.S. *pro*, *sinite* illam, vt in.

8 Me autem non semper *habetis*, MS.G.S. *pro*, *habebitis*.

CAP. 13.

5 Deinde *mittit* aquam. MS.G.S. *pro, misit*.

8 Non *habes* partem. MS. G.S. *pro*, *habebis*.

CAP. 14.

7 Amodo *cognoscitis* eum. MS. G. S. *pro*, *cognoscetis*.

CAP. 15.

2 Non ferentem fructum *tollit*. MS. G.S. *pro, tollet*.

6 Et *colligunt eos*. MS. G. *pro, colligent eum*.

6 Et in ignem *mittunt* & *ardent*. MS. G. S. *pro, mittent* & *ardet*.

27 Et vos testimonium *perhibetis* de me, quia. MS. G. S. *pro, perhibebitis* de me.

CAP. 16.

16 Modicum, & iam non *videtis* me. MS.G. *pro, videbitis*, sicut tamen S. habent.

22 Gaudium vestrum nemo *tollit* à vobis. MS. G. *pro, tollet*.

23 Me non *rogabitis* quicquam. MS. *pro*, *interrogabitis*, quod tamen S. vox magis significat. Græca vox ambigua est.

CAP. 17.

5 Priusquam mundus *esset* apud te. MS.G. *pro, fieret*.

12 Quos dedisti mihi custodiui. MS.G. *pro, ego* custodiui.

18 Tu me misisti in mundum, & ego misi eos. MS. G. S. *pro, ita* & ego.

CAP. 18.

16 Exiuit ergo discipulus *ille* alius. MS. S. *pro*, discipulus alius.

18 Quia frigus erat, & *calefiebant*. MS. *pro, calefaciebant se*.

CAP. 19.

27 Accepit eam discipulus in *sua*, plu. n. MS. *pro, suam*. G. in *propria*, plu. n. S. *apud se*.

CAP. 20.

12 Et *videt* duos angelos. MS.G.S. *pro, vidit*.

12 Vbi positum *fuerat* corpus Iesu. MS. *pro, erat* corpus.

25 Nisi videro in manibus eius *figuram* clauorum. MS.G. *pro, fixuram* clauorum. S. legunt *domum*, seu *locum* clauorum.

CAP. 21.

1 *Posthæc* manifestauit se iterum. MS. G *pro, postea*.

12 Et nemo audebat *discũbentium* interrogare eum. MS.G.S. *pro, discumbentium*.

14 Cùm *resurrexisset* à mortuis. MS. *pro*, *surrexisset*.

18 Et ducet quò non vis. MS.G.S. *pro*, quò *tu* non vis.

22 *Si* eum volo manere MS. G. S. Chrysostomus, Cyrillus: *pro*, *Sic* eum volo manere. Hanc tamen lectionem habet commentarius D. Augustini in hunc locum, & citat Ambrosius in Psalm. 118. serm. 20. Quædam MS. legunt, *Si sic* eum volo manere. Idem v. 23.

IN ACTIS APOSTOLORVM.

CAP. 1.

15 Erat autem turba *nominum* simul. MS. G. *pro, hominum*, sicut S. tamen habent.

19 Lingua eorum *Haceldama*. MS.G. *pro, Haceldema*. S. habent, *Hacaldemo*.

20 Fiat commoratio *eius* deserta. MS.G. S. *pro*, commoratio *eorum* deserta.

CAP. 2.

22 Sicut & vos scitis. MS. G. S. *pro*, sicut vos scitis.

29 Quoniam & defunctus est. MS. G. S. *pro*, quoniam defunctus est.

CAP. 3.

24 Qui locuti sunt, &, (vel) *etiam* annunciauerunt.

uerunt. MS. G. S. *pro*, locuti sunt, annunciauerunt.

CAP. 4.

2 Et annũciarent in *Iesu* resurrectionem. MS. G.S. *pro*, in *Iesum*.

32 Erat cor & anima vna. MS. G. *pro*, erat cor *vnum* &, &c. sicut S. tamen habent.

33 Iesu Christi Domini & gratia. MS. G. S. *pro*, Domini *nostri* & gratia.

CAP. 5.

8 Dic mihi si tanti. MS. G.S. *pro*, dic mihi *mulier* si tanti.

15 Obumbraret quenquam illorum. Concurrebat autem, &c. MS. G. S. *pro*, quenquam illorum, *& liberarentur omnes ab infirmitatibus suis*. Concurrebat autem, &c.

34 Iussit *pusillum* foras *Apostolos secedere*. MS. quædam; alia verò pro *secedere*, legunt *abduci*. G. habent, Iussit foras *pusillum quid Apostolos facere*. S. verò sic legunt: Iussitq; *vt illi abducerent Apostolos* foras *paululum temporis*; pro eo quòd multi codices legũt, Iũssit foras *ad breue homines fieri*.

36 Et omnes *quicunque* credebant ei. MS. G. *pro*, & omnes *qui* credebant ei.

38 Et nunc dico vobis. MS. G. *pro*, & nunc *itaque* dico vobis.

39 Poteritis dissoluere *illud*, ne forte. MS. G.S. *pro*, dissoluere *eos* ne forte.

CAP. 7.

6 Locutus est autem Deus. MS. G. *pro*, locutus est autem *ei* Deus.

14 Et omnem cognationem in animabus. MS. *pro*, cognationem *suam* in. sicut tamen G. & S. habent.

34 Et nunc veni, mittam te in MS. G.S. *pro*, veni *&* mittam te in.

44 Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris. MS. S. *pro*, fuit *cum* patribus nostris. G. legunt, *in* patribus nostris.

51 Dura ceruice & *incircuncisis* cordibus. MS. *pro*, *incircuncisi* cordibus. G. & S. legunt, *incircuncisi corde*.

60 Clamauit voce magna, Domine ne. MS. G. *pro*, voce magna, *dicens*: Domine, &c. S. legunt, voce alta, & dixit: Dñe, &c.

CAP. 8.

33 Quoniam *tollitur* de terra. MS. G. S, *pro*, *tolletur*.

36 Ecce aqua, *quid* prohibet. MS. G. *pro*, ecce aqua, *quis* prohibet. S. habent, quę prohibitio est.

CAP. 9.

6 Ingredere ciuitatem, & dicetur tibi. MS. G. *pro*, & *ibi* dicetur tibi. sicut S. tamen habent.

20 Ingressus, in *Synagogis* prædicabat. MS. G. verò & S. non habent *ingressus*, sed tantum, Et continuò in *Synagogis* prædicabat, &c. *pro*, ingressus in *Synagogas*, prædicabat, &c.

23 Consilium fecerunt Iudæi, vt. MS. G. S. *pro*, Iudæi *in vnum* vt.

34 Ænea, *sanat* te Dominus. MS. G.S. *pro*, *sanet*.

CAP. 10.

11 Et *videt* cælum apertum. MS. G. *pro*, *vidit*. sicut S. tamen habent.

22 *Accersire* te in domum. MS. *pro*, *accersiri*. G. cùm verbum habeant medium, vtroque reddi possunt modo. Syri, vt mittens introducat te in domum suam.

30 *At* Cornelius ait. MS. *pro*, *&* Cornelius ait. sicut G. tamen habent. Syri eandem coniunctionem nunc pro *&*, nunc pro *at* vsurpant.

CAP. 11.

28 Sub Claudio *Cæsare*. Discipuli autem. MS. G. S. *pro*, sub Claudio. Discipuli autem.

CAP. 14.

1 Factum est autem *Iconij*. MS. *pro*, *in Iconio*. sicut tamen G. habent. S. verò Iconij hic mentionem non faciunt.

6 Euangelizantes erant. Et quidam vir Lystris. MS. G. S. *pro*, Euangelizantes erant. *Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem & Barnabas morabantur Lystris*. Et quidam vir Lystris. Hæc tamen verba reperiuntur in quodam Græco exemplari Italico MS. & in multis Latinis.

16 Et lætitia corda *vestra*. MS. *pro*, *nostra*. sicut G. tamen habent. S. verò legunt, corda *earum*, s. gentium.

18 Et *lapidato Paulo* traxerunt. MS. quibus G. & S. magis consentiunt, *pro*, *lapidantésque Paulum*.

18 *Existimantes* eum mortuum esse. MS. *pro*, *æstimantes*. G. & S. habent, *putantes*.

25 Loquentes verbum Domini in *Perge*. MS. G. S. *pro*, in *Pergen*.

CAP. 15.

34 Visum est autem Silæ ibi remanere. Paulus autem. MS. *pro*, Visum est autem Silę ibi remanere. *Iudas autem solus abiit Ierusalem*. Paulus autem. Syri non solùm illud omittunt quod MS. sed & hoc: *Visum est autem Silæ ibi remanere*. Græca conueniunt cum priore lectione. vnicum tamen MS. Græcum Italicum habet illa verba: *Iudas autem solus abiit Ierusalem*.

41 Confirmans ecclesias. Ea verò quæ sequuntur, videlicet, *Præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum*, quædam MS. non legunt, nec G. nec S.

CAP. 16.

1 Filius mulieris *cuiusdam* Iudææ. MS. G.S. *pro*, mulieris Iudææ.

CAP. 17.

22 Per omnia quasi *superstitiosores* vos video. MS. G. *pro*, *superstitiosos*. S. quoque superstitionis eminentiam indicant, legentes, video vos inter omnia nimios esse in cultu dæmonum.

CAP. 18.

10 Ego sum tecum, & *nullus nocere poterit tibi*. MS. S. *pro*, & *nemo apponetur tibi, vt noceat te*. quomodo tamen G. ad verbum habent.

CAP. 19.

9 Maledicentes *via* coram multitudine. MS. *pro*, maledicentes *viam Domini*. S. habent, *viam Dei*. G. verò *viam* habent: sed nec *Dei*, nec *Domini*.

11 Virtutésque non quaslibet faciebat. MS. G. S. *pro*, virtutésque non *modicas* quaslibet faciebat.

16 Ita vt nudi & *dilacerati* effugerent. MS. *pro*, & *vulnerati*. sicut tamen G. & S. habent.

20 Crescebat verbum *Dei* & *confortabatur*. MS. *pro*, verbum *Domini* & *confirmabatur*. G. habent, verbum *Domini* crescebat & *dominabatur*. S. verò sic legunt, Inualescebat progressusque faciebat fides in *Deum*.

